© SCD - Université de Poitiers

3783. 7e mai 1869. 15 11 6 Brunet, 1er Cl. Relatif aux communes.

© SCD - Université de Poitiers

Franciſci
ROBORTELLI
VTINENSIS
in librum
ARISTOTELIS
DE ARTE POETICA
EXPLICATIONES.

Qui ab eodem Authore ex manuſcriptis libris, multis in locis emendatus fuit, ut iam difficillimus, ac obſcuriſsimus liber à nullo ante declaratus facilè ab omnibus poſsit intelligi.

FLORENTIAE
In Officina Laurentii Torrentini DVCALIS Typographi,
M D X L V I I I.
Cum Summi Pontif. Caroli V. Imp. Henrici II. Gallorum Regis, Coſmi Medicis Ducis Florent. II. Priuilegio.

Ex Bibl.
Ios. Ren. Card.
Imperialis.

© SCD - Université de Poitiers

© SCD - Université de Poitiers

Cosmo Medici Florentinorum
DVCI II. POTENTISSIMO
FRANCISCVS ROBORTELLVS
VTINENSIS. S. D.

AFFERO *tibi*, MAX. DVX, *pro meo officio, ac ſumma obſeruantia, qua me tibi maximis tuis beneficijs, & liberalitate perpetuò deuinxiſti, Ariſtotelis de arte poëtica librum meis explicationibus auctum: haud ſcio an etiam illuſtratum dicere debeam. ac timidè ſanè, uerecundéq; affero, ueritus, ne multi me reprehendant, quòd putent debuiſſe me potius ſilentio magnitudinem tuorum erga me beneficiorum teſtari, quàm tenui hac ſignificatione longè me pro ijs uel gratijs tibi tãtummodo agendis imparem oſtendere. Sed ego, magis timui, ne tacendo ingratus uiderer, quàm ſi, quocunque modo poſſem, tuam ſingularem erga me humanitatem, ac liberalitatem prædicarem: & teſtatam relinquerem apud homines hoc genere ſcribendi: imprudens, audaxq;. Nam hoc copiarum eſt: illud uoluntatis, nec ego, etiam ſi poſſim (quod tamen nullus poſſit) uelim tantam habere in dicendo facultatem, quanta ne gratiarum quidem actioni ſatis ſit: non quidem, quòd optabilis mihi non eſſet futura facultas hæc, ſed tùm quia tàm magna eſt, ut eam neque ſperare, neque optare auſim. tùm quia malo tibi perpetuò arctiſſimo uinculo deuinctus eſſe, quàm ulla ratione aliquando, non ſolui quidem (nam hac re nihil miſerius mihi: neque acerbius in uita accidere poſſet) ſed ne ab ulla quidem parte laxari. Amabiliſſimus enim eſt mihi nodus hic tuorum erga me meritorum, quo tibi ſum aſtrictus: nihilq; mihi maius ad laudem, aut illuſtrius contingere poſſe puto, quàm ſi homines intelligent, me in fide tua, ac clientela eſſe; Nec maiorem uim illud quoq; habuit ad me deterrendum, quòd ſciebam alios uiros doctiſſimos longè maiora, ornatioraq; de maximis rebus ſcripta uolumina ad te attuliſſe, quàm ad cohortandum; meum hoc perpetuum, ardensq; deſiderium ſignificandi, quantum tibi debeam; libenter enim illis laudem maioris doctrinæ, et ingenij conceſſerim, modò fateantur nullũ tibi propter maxima, plurimaq; beneficia deuinctiorem eſſe, quàm ego. Ac ſanè* FRANC. CAMpanus, *uir propter ſingularem ſapientiam, et uirtutem, atq. admirabilem doctrinã omni memoria dignus, ſi uiueret,* OPTIME DVX. *quòd is mihi in clientelam tuam primus aditum patefecit: quo uno officij genere me illi, uel mortuo, tantum debere puto, quantũ mihi ſemper exoptatiſſimum antè fuit in tuam fidem, ac clientelam uenire, optatiusq; nunc eſt in ea permanere; ille, inquàm, ſi uiueret adhuc, fidem tibi facere poſſet, quàm ardenti ſtudio, poſtquàm me tibi totum tradidi, in Academia Piſana onus mihi impoſitũ ſuſtinere, munusq; meum*

© SCD - Université de Poitiers

exequi ab omni parte conatus fuerim, in quo exequendo; et si, ut tibi satisfacerem quantum oportuit, certò scio me pro ingenij mei imbecillitate assequi non potuisse, affirmo tamen me usque ad extremum non minore studio in eo onere sustinendo laborasse, quàm spe, antè susceperam. Ab hinc igitur tribus annis, dum uiueret, cum ei, quem sciebam à te Academiæ Pisanæ præfectum fuisse, dixissem, cupere me in ea, ueluti arena quadam, uirium mearum periculum facere in interpretando Aristotelis libro hoc, de Arte poëtica, quem nunc ad te affero, atque omninò statuisse commentationes quasdam meas, quas animo diu inclusas tenueram, in lucem proferre, ut si forte auditoribus peritissimis, qui illic multi erant, probarentur, illorum acre, certumq; iudicium exquirere maluisse, quàm meo ipsius stare, uiderer; nam etsi suo cuique in suis scriptis, ac commentationibus tùm conficiendis, tùm elimandis utendum est; utilissimum tamen semper putaui aliorum stare iudicio, sæpè enim secus, ueriusq;, quàm nos iudicant; atq. acutius omnia perspiciunt. Is non modò me deterruit, sed peramanter etiam hortatus est, ac propè rogauit, ut id omninò quàm primum efficerem; statim igitur librum hunc Aristotelis aggressus fui; atque meditationes meas, quas domi antè multos annos seruaram, cum alijs multis communicare cæpi. Nec uerò mirum OPT. DVX tibi uideri debet (de literis enim aliquantisper tecum loquar) Aristotelem summum in omni genere scientiarum de Poëtica quoque arte librum scripsisse; Cum enim Athenis eam philosophiæ partem, quæ naturæ uim, et rerum causas scrutatur, multos annos, magna cùm laude diligentius, & apertius, quàm cæteri, qui antè in ea fuerant uersati, tractasset; uideretq; Isocratem, qui omissis reliquis omnibus philosophiæ partibus, in eo totus erat, ut artem bene dicendi explicaret, & tanquam eos quædam aliorum ingenia ad eloquentiam exacueret, quòdq; ea docendi ratio ad ciuitatis mores erat non parùm accommodata, multum propterea sibi gloriæ pararet; in omniumq; esset ore; Isocratis laude commotus pomeridianis horis cæpit eas artes docere, quæ ad bene, apteq; dicendum pertinent; Et quoniam omnium scientiarum, et artium Philosophia parens est, & procreatrix; facilè potuit maximus, & doctissimus philosophus, qui omnium rerum cognitione erat instructiss. cuiusq; ingenium, quòd esset multo usu, & tractatione scientiarum exercitatissimum, ueluti ex altissima specula uno intuitu omnia suis locis disposita uidebat, & agnoscebat; arteis eas, quæ antea ab alijs confusè, ac perturbatè tractatæ fuerunt, ad certam quandam rationem, ac seriem redigere; ita autem redegit, ut cùm aliorum de eadem re commentationes cum Aristotelis scriptis conferas, prorsus uideas, neque eodem modo ijsdem de rebus fuisse cogitata, & scripta; sed illos perspicias omnia ex uulgi sensu, ac populari quadam sece collegisse; hunc summo consilio, ac singulari industria ea perquisiuisse, quæ in penitissimis artium partibus latent, & remotissima sunt à uulgi cognitione. De dialectice non loquor, nam cum ea ueluti instrumentum quoddam sit, quo homines utuntur ad ueritatem dignoscendam; fuerat ab Aristotele, qui philosophiæ omne genus erat tractaturus, multò antè descripta, sed rhetoricen, & poëticen, quæ duæ artes & maxima

ximæ ſunt, & præclariſſimæ; Dij boni, quàm aptè, quàm diſtinctè, quàm doctè, & ſapienter nobis ſcriptas reliquit; Solebat Ariſtoteles diſputationes has appellare λόγους ἐξωτερικούς, quaſi notiores, & vulgatiores: uel quæ magis in foro, et luce hominum uerſarentur; Huiuſmodi Ariſtotelis libros, qui de Rhetorice, et Poëtice circunferuntur, non uideo ab ijs, qui noſtra hac ætate Ariſtelei philoſophi uocantur, multum legi, aut tractari, neque uerò propter obſcuritatem crediderim; multò enim obſcuriora illuſtrant, ſed aut quòd leuiora putant, quàm ut in ijs operam ſuam ponere uelint, aut quòd nonnullarum rerum cognitione, & ea quidem permediocri, contenti, ea negligunt, quæ ad ornatum cultiorem, et pompam ueluti quandam theatralem, & forenſem pertinent; Quàm rectè, ipſi uiderint: Ego ſemper exiſtimaui turpe eſſe in liberalibus artibus, quæ inter ſe connexione quadam arctiſſima coniunctæ ſunt, tantillum compendij quærere tàm magno cum diſpendio; Sed nimirum noſtra hac ætate omnia ad quæſtum referuntur, neque iam liberales, ſed cauponariæ, & mercenariæ artes appellari debent; Quotus enim quiſque eſt, per Deos immortales, qui eo flagret amore ſcientiarum, quo ueteres omnes flagrarunt; ſanctiſſimo et caſtiſſimo, ac non potius illas amet amore turpi, & quæſtuoſo. Pulchrum quidem eſt noſſe motionum principia, & quietis, cæli circumuolutiones, & ſyderum; Elementorum qualitates, et quæ huiuſmodi ſunt; At turpiſſimum quoque antiquitatem ignorare omnem, & eas non attingere artes, quæ in medijs cœtibus regnant, quæ mentibus hominum dominantur; & in eorum intimos ſenſus ita peruadunt, ut non alia ratione tàm diuerſas uoluntates, tàm diuerſa ſtudia, tàm diſſimiles animos moderari quiſpiã poſſit, et quò uoluerit, perducere. Quòd ſi in hac aliquando fuiſſent ſententia homines, neq. omnia ad lucrum retuliſſent, nec libri hi tàm diu neglecti in tenebris ſitu penè obſiti iacuiſſent; neque tàm multas labes, quibus nunc fædati ſunt, contraxiſſent: Quo nomine in primis deplorandus erat liber de arte poëtica, quem ego mihi interpretandum, & emendandum propoſui. Iam uerò ſi quæras OPT. DVX, cur ego mihi potiſs. hunc ſumpſerim laborem, ſcias uelim, cum duobus annis prioribus, poſt Academiæ reſtitutionem, magna ex parte ea ſemper expoſuiſſem, quæ ad rhetoricen ſpectant; noluiſſe committere me, ut poëticen, quæ cum illa multum eſt coniuncta, negligere uiderer; cum præſertim ad me in primis ſpectet duas has artes pro uiribus explicare; Id cum apud me eſſet ſtatutum, non habui, quem maiorem, aut certiorem ſequerer ducem, quàm Ariſtotelem ipſum, qui totam hanc poëtarum facultatem aptè, diſtinctè, ordinatè, deſcripſit; Communicaui igitur cum auditoribus ea, quæ in hunc librum antè fueram commentatus. nam quòd Horatij deſcriptione ſatis mihi fore exiſtimarem ad tàm præclaram artem interpretandam, nihil erat; cum ipſius de poëtice ſermo præceptiones potius quaſdam confuſè in unum collectas contineat, quàm rectam aliquam, et certam uiam, ac rationem docendi complectatur. Verùm de hac re poſtea copioſius, Nunc illud unum MAX. DVX planè tibi affirmo, me in hoc difficillimo, obſcuriſſimoq; Ariſtotelis libro interpretando, cum ſine duce, ac gubernatore, incerto propè curſu per medios ſcopulos

esset nauigandum ; naufragium me sæpè (ingenuè loquor) extimuisse ; antequàm cursum conficerem ; omnes meas cogitationes, non ad paruulam aliquam Cynosuram, sed ad te summum PRincipem, *ueluti ad Elicen, & clarissimos septentriones sic direxisse. Quare factum est, ut te, uirtutemq; tuam summam respiciens, non modò commodè, sed etiam strenuè nauigarim; nunquàm enim in maximis difficultatibus animus mihi defuit ; te unum intuenti ; & ea una cogitatio uires meas, & ingenium mirabiliter exacuere mihi uidebatur ; Quid uerò mirum ? cum totus ex te pendeam te unum habeam meorum studiorum fautorem ; honoris, laudisq; amplificatorem ; uitæ denique meæ certissimum, tutissimumq; præsidium ; Quo nomine in primis mihi lætandum, & exultandum, quòd te Maximum Optimumq; Principem nactus fuerim, sub cuius tutela eas artes, quas olim puer adhuc adamare cæpi, excolerem, & exercerem ; uberiores enim fructus, solidioremq; laudem mihi ex laboribus meis capere uideor ; quis enim est hac nostra ætate Princeps, qui aut prudentia, ac sapientia in rebus agendis, aut fortitudine, & clementia ; aut continentia, & liberalitate tecum conferri possit ? Præclara quidem, ac uerissima uox est illa, quam sæpè exaudio, omnium Hetruriæ populorum, qui tuo parent imperio ; te sibi diuinitus datum, qui tot ipsorum malis medelam afferres. Quis enim præter te unum, diuersarum studia partium, ac factiones, unde indignissimæ, maximæq; cædes factæ sunt, sustulit ? Quis rursus, præter unum te, homines est magis nefarios ultus ocij, pacisq; perturbatores ; qui in cæde, & ex cæde semper uixerant ; Quid dicam ? quàm prudenter impendentia mala, perditissimis his temporibus, hominumq; moribus, semper prospexeris, fortiterq; propulsaris ? urbes, atque oppida munieris ; militiæ disciplinam illam ueterem sortissimi, clarissimiq; patris tui (quem honoris causa nomino)* IOANNIS MEDICIS *uestigia secutus, qui unus, si uixisset, Italiæ multis malis afflictæ mederi facilè potuisset ; renouaris, atque institueris ? ut non alibi milites, aut fortiores, aut magis sine ui, tumultusq; studio, & uoluntate fiant ; Uerùm hæc multò maiore ocio egent, maiorisq; cuiusdam facultatis, ac ingenij sunt, quàm ego in meipso agnoscam ; Atque utinam, pro mea uoluntate et tua summa uirtute maximisq; in me meritis possem ornatè, aptèq; res tuas gestas exprimere ; Sed non deerunt alij uiri doctissimi, qui hæc uberrimè scripta literis mandent, ut annis permaneant apud posteros innumerabilibus. Illud nunc magis ad institutum meum spectat, ut sciant homines, quàm magnis sumptibus præclaram hanc Pisanam, quæ iam conciderat, Academiam instauraris, ubi tàm liberaliter.* XL. *selectos ex tota Hetruria adolescentes, qui ingenio, indoleq; sint præclara, alendos curas ; ut cum propter inopiam se sustentare non possint, non deserant uirtutis, scientiarumq; uiam, quam semel sunt ingressi ; Magna hæc sunt ac præclara, in quibus nomen tuum, ac gloria perpetuo uigebit. Artes uerò ingenuæ post longum ueluti exilium reuocatæ à te in præclarissimam, & antiquissimam Hetruriæ urbem reuenerunt ; Abripuerant enim se illinc celeri fuga*

© SCD - Université de Poitiers

uirgines castæ unà cùm matre Philosophia, ut ea se ratione incolumes, tutasq; à ui, & impetu bellorum, asperrimis temporibus, conseruarent; quærunt enim illæ ocium, & exhorrescunt arma. Vidisse mihi uideor philosophiam, qualia optima mater in tali fortuna facere solet, miserè affectam, atque lugentem, non sua tantum, sed etiam aliarum artium, quas ipsa peperit, aluit, atque perpetuò fouit, damna, & calamitatem, quæ cum indies maior esset, prostrata ad pedes tuos OPTIME DVX, *non sine multis lacrymis ostentans filiarum sordes, atque illuuiem ex longo exilio collectam; omneq; malorum genus explicans, quæ unà secum pertulerant, te orare cæpit ut aliquando suam commiserareris fortunam. hîc uerò longissima oratione commemorare, quot, quantisq; beneficijs fuisset affecta à tuis maioribus uiris summis, atque clarissimis, quo primum tempore, Græcia ab immanissimo Christiani nominis hoste deuicta, in Italiam ueniens ab illis recepta, ac post tot mala, & tantam cladem recreata fuit; Eam tu æquissimis oculis, animoq; respexisti, atque commiseratus es, neque tantùm commiseratus, sed etiam complexus, atque ita complexus, ut singulari illam sis liberalitate prosecutus, sedemq; ei posueris in uetustissima hac, & pulcherrima urbe, in qua, quòd olim à Græcis hominibus exædificata fuit, & peropportuno quidem, atque amœno loco, perquàm libenti uersantur animo; Hoc uero cùm gratum omnibus fuerit, nemini tamen nouum, aut mirum accidit; quis enim ignorat* MEDICEAE *familiæ Principum hanc propriam esse laudem, & gloriam, ut perpetuo, prolixoq; amore prosequantur eruditos omnes; nihilq; malint, quàm ut bonæ artes plurimum ubique uigeant. Amens ego prorsus sim; si, quòd ignota esse credam, omnia explicare uelim, quæ à maioribus, & proauis tuis facta fuerunt, ut aliquando in corpore, & uultu bonarum artium, quæ contabuerant, parumq; ab interitu aberant; sucus aliquis, & uenustus color ex bonæ ualetudinis habitu existeret.* LAVRENTIVS *ille, ille inquàm* LAVRENTIVS *Magnus omnes certè, qui uel antè ipsum fuerunt, uel alijs posthac annis erunt, hoc genere laudis superauit. Vastitas fœda antè hunc in Italia erat rei literariæ, pauciq; reperiebantur, qui Latinas callerent literas, nam Græcas, uix unus, aut alter norat; librorum uerò tanta erat paucitas, ut nullum ex ueteribus monimentis præclarum, aut rarum haberetur in manibus; Huic igitur rei primus opem tulit; misit enim in Græciam homines certos, qui omne librorum genus perquirerent; Sic è ruderibus Græciæ, atque ruinis eruta quàmplurima uolumina; Sic è teterrima seruitute multo auro præclarissimorum hominum monimenta, atque ab ipso interitu uindicauit; Sic domi instituit præclaram illam bibliothecam omni librorum genere refertissimam, sacrarium ueluti quoddam bonarum omnium disciplinarum; Mox ea ætas tulit Ficinos. Argyropylos. Crinitos. Laurentianos. Halcyonios. Picos. Politianos. & alios multos Cumq; ob librariorum insciti am, tàm multæ maculæ essent conspersæ ueterum uoluminibus, ut uix intelligi possent; non aliunde nitorem suum acceperunt,*

© SCD - Université de Poitiers

quàm ex hac Bibliotheca; cuius ope, omnes maculæ abſterſæ, et ſanata vulnera, quæ fuerant impoſita, ſanabunturq; multò (uti ſpero) indies plura. Tales nobis, tantasq; commoditates attulit Medicæa ueſtra Bibliotheca, quæ à Magno olim LAVRENTIO inſtructa fuit. Ptolemæum Aegyptiorum regem accepimus olim, cum ſuam illam ornare cuperet bibliothecam, petiſſe ab Athenienſibus, ut ſibi liceret Sophoclis, atque Euripidis tragœdias ex ipſorum met manuſcriptis libris, quos accuratè, uigilanterq; publicè aſſeruabant Athenienſes deſcribere; cumq; id regi pernegaſſent; aliquot annis poſt illum ita Athenienſes, ultum; magna erat annonæ caritas in Attica regione; cumq; ex Aegypto exportare uellent frumentum, id illis non conceſſit Ptolemæus; ſic illi inopia frumenti, ac propè eſurie compulſi libros duorum illorum poëtarum αὐτογράφους ad regem miſerunt; tunc is Athenienſibus permiſit, ut ſine portorio frumentum exportarent. ex qua re facilè intelligi poteſt, quantum antiquis, manuq; optimorum librariorum ſcriptis libris ſit tribuendum. quantopereq; laudandi maiores tui, qui tanto ſtudio eos ubique conquiſiuerunt; ut omnibus bonaram artium ſtudioſis prodeſſent; Quid? Taceam'ne LEONEM X. ac CLEMENTEM VII. è Medicæa familia PONTT. MAXX. (quos dignitatis cauſa nomino) Quid uterque non egit? ille in ſumma tranquillitate totius orbis; hic in maxima rerum omnium confuſione, quàmlibet occupatiſſimus, ut in Italiam, arcemq; imperij ſui Romam bonas artes reuocaret. Uterq; eruditis hominibus maxima et dignitatis, et pecuniæ præmia propoſuit. LEO etiam ſuis ſumptibus; ingenioſos adoleſcentes aliquot erudiri iuſſit; è Græcia Marcum Muſurum, Ioannem Laſcarem, alioſq; doctiſſimos uiros euocauit; Academiam Florentiæ inſtituit; magna eſt omnes bonos, & doctos liberalitate proſecutus; ſic factum eſt, ut tùm primùm bonæ reuixerint artes; priſtinumq; aliqua ex parte nitorem receperint. Tu quoq. MAX. DVX. maiorũ tuorum ueſtigia ſecutus incredibili ſtudio doctos uiros omnes proſequeris; propoſitisq; præmijs ampliſſimis iuuentutem ad bonarum artium ſtudia excitas; inopesq; tuo ſumptu alis, ac ſubleuas ad ſcientiam, & uirtutem. nihilq; non facis; ut in ſummo ocio Academia hæc tua Piſana uigeat, floreatq; omni ſcientiarum genere. Memini ego, ac ſanè iuuat meminiſſe, (quotieſcunque enim eius temporis occurrit mihi recordatio, toties mihi in mentem uenit diuinæ tuæ uirtutis) maximam illam rerũ turbulentiam. Quis enim non audiuit eo ipſo anno, quo Academiam reſtituiſti, maximas claſſes ædificari, atque ornari? Quis non uidit immaniſſimos Chriſtiani nominis hoſtes à noſtris regibus hùc euocatos, ut furioſius, ac intemperantius in nos ſæuirent? Quis non eorum impetum extimuit? cum ſe in proxima effudiſſent litora; cum facibus, ferroq; agros ut depopularentur; oppida igni abſumerent, armenta, & greges abigerent; homines aut cæderent, aut in ſeruitutẽ raperent. Italiam mehercle mihi tùm exaudire eiulantem videbar, ac proſciſſo capillo miſerè afflictam, quaſi alumnam, ac matrem, è cuius ſinu dulciſſima fortiſſimorum uirorum ſoboles, quam ipſa ſibi procrearat, atque educarat, à crudeliſſimis hoſtibus ad uerbera, ad cædem, ad diuturnam, et teterrimam

ſeruitutem,

© SCD - Université de Poitiers

ſeruitutem, quæ omni morte peior eſt exiſtimanda, in longinquas maximè regiones abducebatur; Adde fœdum illud prælium, in quo tàm multi occubuere. mitto urbium obſidiones, agrorum populationes, leuia certamina, in quibus maxima militum pars deſiderata fuit; Hùc accedunt miſerorum hominum, qui aut filios in prælio amiſerant, aut paternos agros eiecti ab hoſtibus, & orbitas, & luctus, & calamitas. Horrificum ſanè quoddam, ac nefarium omni odio imbutum bellum, acre, & magnum terræ, mariq; concitatum illud fuit; commotum ab uno, confirmatum ab alio; à potentiſſimis Regibus coniunctum, ab agitatis nationibus renouatum, à magnis ducibus adminiſtratum; Nec conuerti ſanè tantarum rerum orbis minore cum exitio poterat; Tunc uerò, ne in ſummo quidem metu, ac tumultu nobis unquàm in hac Academia ſummum defuit ocium, ac maximè tranquillum à te ſuppeditatum, cuius tanta aſperrimis illis temporibus extitit animi fortitudo, & ſapientia, ut & procul ab imperij tui finibus bellum propulſaris, & miſſis quàmprimum equitibus, ac peditibus ſelectis in Inſubriam, ubi res gerebatur, poſt cladem illam maximam afflictas opes CAESARIS *magna ex parte releuaris. Dij modo conſilia tua fortunent; reſq; omnes ita ſecundent, ut in ſummo ocio, & tranquillitate bonas artes perpetuò fouere, ac tueri poſſis. per te enim, cum in antiquiſſimam & nobiliſſimam totius Hetruriæ urbem è toto orbe conuocatæ; magnisq; præmijs adductæ colonæ ueluti nouæ habitatum uenerint; habebunt quoque firmiſſimam ſedem, firmioremq; quàm ullo in loco antè; liberæq; ab omni metu uberrimos edent eruditorum hominum fœtus, ſobolemq; innumerabilem poſteritati propagabunt. Verùm de his hactenus; De me uerò ſic habeto* MAX. & OPT. DVX. *Ego, cum me in clientelam tuam, pro tua ſingulari humanitate receperis, aſciueriſq; in numerum eorum, qui in Academia tua Piſana ingenuas artes, ac ſcientias profitentur; atque maximo tuo beneficio cumularis, ac ornaris; Spondeo me tibi, donec uiuam, deuinctiſſimum fore; daturumq; operam, ut intelligas, me in eo munere, quod impoſitum à te eſt, exequendo diligentem eſſe; nullumq; tempus bonarum literarum ſtudioſos, qui huc ſe conferent, iuuandi prætermittere; ac nihil malle, quàm tibi, quacunque re potero, ſatisfacere;*

Te illud unum in præſentia oratum uelim, ut librum hunc noſtrum, uel tuum potius, quem in ocio à te mihi liberaliter & perhonorificè ſuppeditato ſcripſi, foueas; ut cum cæteri intelligent tibi non ingratum fuiſſe, libentius legant; exiſtimentq;, cum à te ſapientiſſimo Principe fuerit probatus; uel ob hoc ipſum non eſſe contemnendum: Vale

Piſis. Cal. Iunijs,

MDXLVIII.

© SCD - Université de Poitiers

AD LECTOREM

QVONIAM ſemper inſita fuit in omnium animis ſententia, librum hunc Ariſtotelis de arte poëtica obſcuriſsimum eſſe adeò, ut à nullo poſſet ſatis intelligi; ueritus aliquando ſum, dum explicationes has commentabar, & ſcribebam, ne malam de me homines opinionem imbiberent, quòd, quæ alij reiecerant propter obſcuritatem, ea ego illuſtrare me poſſe confiderem; cum præſertim præuio carerem interpretis alicuius lumine; Magni ſanè negocij eſſe uidetur librum aliquem interpretari, quem alij non fuerint interpretati; Nam etiam ſi priores interpretes lapſi ſunt aliquando; adiuuant tamen ſuo errore, & lapſu cæteros, monentque, ut diligentius ſibi caueant; & accuratius omnia perſpiciant; Ideò Ariſtoteles ait, multum ſe ueteribus philoſophis, quamuis falſa ſcripſerint, debere; occaſionem enim præbuerunt indagandæ, & inueniendæ ueritatis; Adde, quòd qui libros explicat ab alijs antè expoſitos; uidet quo loco plurimum ſibi ſit laborandum, & inſiſtendum; ac rurſus, quæ leuiter attingenda. Habet præterea, excogitatas quæſtiones, nam eas aptè effingere, ac conſtituere maximi eſt iudicij; cùm ſæpè periculum ſit; ne inanes, aut leuiores, minusque ad rem, de qua agitur, pertinere uideantur; aliundeque enaſci, quàm ex authoris propoſito; Poſtremò libri totius, omniumque diſputationum partitionem, quæ mirificè illuſtrant omnia, habent in promptu, quam ſequantur; ut ad eius normam ueluti quandam totam methodum perpendere poſſint. Cum contrà ijs, qui prioris alicuius interpretis uestigia non habent, quæ ſequantur, maximus ſit tum in partiendo libro, tùm in perpendenda methodo propoſitus labor; Has ego, multasque alias incommoditates omnes noram, antequàm librum hunc aggrederer interpretari; neque unquam imprudentem, ignarumque tantorum periculorum hanc prouinciam me ſuſcepiſſe dicam; Sed quia rem non ſatis perſpexi, quam perſpexiſſe omninò mihi uidebar; nihil enim niſi quod certiſsimum, ueriſsimumque putaui, protuli; Si erraui, non difficultatis ignoratione, ſed iudicio planè erraui; atque id ingenuè fateor, malo enim in re perſpicienda parum ingenioſus, quàm in ſuſcipienda audax, & imprudens uideri; nam in eo me iure reprehendere tantùm docti poterunt: in hoc etiam indoctis, maleuolisque nugari, atque obtrectare licuiſſet, quod iam non licebit, quia cogentur locum monſtrare, in quo fuerim lapſus, & rationem explicare, cur ſim lapſus; ne temerè loqui uideantur; Quòd libellus hic Ariſtotelis difficilis, & obſcurus ſit; id in primis mihi uidetur eſſe in cauſa; Fuit ab eo uiro conſcriptus, qui cum poſſet omnia apertiſsimè proferre; maluit tamen ita ſcribere, ut tardos, deſidesque homines à ſuorum librorum lectione deterreret, defatigaret, reijceret, retunderet; Ingenioſos autem, & acutos magis oblectaret, inuitaret, incitaret, exacueret. Obſcuritatem auget deſuetudo earum rerum, quæ olim uſitatiſsimæ erant apud ueteres in pangendo, & recitando omni poëmatum genere, quæ enim nos ignoramus, ea ueluti paſſim cognita profert Ariſtoteles. Accedit huc, quòd in ſuis confirmandis præceptionibus multa citat ex uetuſtiſsimis poëtis, quæ ſi extarent, multum in re tota perſpicienda adiuuaremur; Adde, quòd liber hic habebat antè multas dictiones librariorum culpa deprauatas, quæ quid ſibi uellent, ſi ita legeres, non ſatis intelligeres, ſi immutare uelles, non auderes; ſi interpretari cuperes, uerendum erat, ne quid parum prudenter proferretur. quam ego, in literis præſertim, infamiam magnopere fugiendam cenſeo. Illud quoque permagnum eſt. Iacuit liber hic neglectus, ad noſtra fere hæc uſque tempora, neque ullus eum, aut ex Latinis, aut ex Græcis conatus eſt ſuis interpretationibus illuſtrare. Vnus Auerroës paucula quædam ſcripſit, quæ ego neque magnopere laudare, neque reprehendere ſatis poſſum; ſunt enim perperàm in Latinum uerſa; & Ariſtotelis obſcura loca non illuſtrant. Bis fuit liber hic in latinum conuerſus à Georgio Valla primùm uiro docto, & bene perito totius antiquitatis. Ve-

© SCD - Université de Poitiers

rum ei contigit, quod glaciem perambulantibus contingere solet ; locorum lubricitate sæpe ipsus est. Subleuauit hominem aliquando Alexander Paccius. qui rursus latinum fecit librum hunc. Sed & ille, dum lapsum subleuat, sæpè labitur, dignissimus certè uterque, non uenia modò, sed etiam laude ; non enim sine periculo eorum, qui primùm iter pertentant durum; & alijs uiam præmonstrant, aditus ad difficilia loca patefieri potest. Neque ego is sum, qui polliceri audeam me nunquàm lapsum. Lapsos ego eos ostendam multis in locis ; labar et ipse. Vtinam non desit, qui mihi parem gratiam aliquando referat ; & placidè lapsum subleuet ; Sciebam equidem in tanta rerum obscuritate homine in primis opus esse sagace, ac bene nauo, qui nuspiam dormitaret, omnia diligenter perscrutaretur, subodoraretur, perquireret ; methodum Aristotelis, quam in hoc libro conscribendo seruauit, sedulò obseruaret ; Antiquitatem omnem teneret scenicam præsertim ; diligenter lectitaret, aut lectitasset potius, omnia ueterum poëtarum scripta ; Et quamuis ingenij mei imbecillitatem optimè nossem ; conatus tamen sum, quicquid uigilantia, & labore potui assiduo assequi in ueterum lectione ; in qua non inficior me multos annos uersatum ; id totum in medium afferre. Si quo loco ex antiquis authoribus loca citantur ; perquisiui diligenter ; ac multa sane inueni ; alijs, quæ inuenire non potui ; quàmuis pauca sunt, ex non dissimilibus lucem addere conatus sum. Loca deprauata quàmplurima correxi (uti mihi uideor) ex manuscriptorum librorum lectione, & sententia doctissimorum authorum, qui de eadem re scripserunt ; Quatuor enim ego usus sum libris ; tribus manuscriptis. quorum duo sunt in Medicæa Bibliotheca ; alter quidem Politiani manu descriptus ; alter uerò multò uetustior ; plurimum autem tribuendum & illi puto, propter Politiani singularem doctrinam, & acre iudicium, uiri mehercle cum antiquis conferendi. præter hos duos magnum mihi adiumentum præbuit per antiquus liber in membranis descriptus, de quo mihi libentissimè, sicuti de alijs multis, accommodauit Paulus Lacisius Veronensis, uir græcarum, latinarumque literarum, etiam Hebræarum peritissimus. Accessit his quartus ; impressus ille quidem ; sed ex uetustorum librorum fide multis in locis emendatus. in eo appositæ sunt lectionis uarietates ab accurato, doctoque homine. his notis V. C. F. L. quibus uetustum codicem, & Florentinam lectionem significari puto ; multa enim cum Medicæis quæ conueniunt, habet. Locum unum, aut alterum, quem sanare non potui, signaui ueluti fractum, & tanquàm ulceratum religandum putaui ; ut dignoscatur. His ego rationibus ; adiumentisque usus fui in hoc Aristotelis libro explicando ; nam quin integer sit ; planè nihil dubito ; quatenus ad Methodi, disputationumque seriem pertinet ; Quid fuerim assecutus, docti iudicabunt ; nam ego præter summam diligentiam, et uigilantiam, nihil mihi arrogabo unquam.

© SCD - Université de Poitiers

IN FRANCISCI ROBORTELLI librum GEORGII TRIVVLTII Io. Firmi F. Carmen.

I liber, & morſus genuini deſpice dentis,
Oris uiperei nulla uenena time.
Offendes multos, qui te lacerare parabunt;
Et laudes cupient carpere ſæpe tuas;
Sed te quando parat magnus defendere ΚΟ'ΣΜΟΣ,
Serpentum metuas ne furiale malum.

© SCD - Université de Poitiers

Franciſci Robortelli Vtinenſis

EXPLICATIONES IN LIBRVM ARISTOTELIS, QVI INSCRIBITVR DE POETICA.

DE MATERIE, ET FINE POETICAE FACVLTATIS.

Poeticę facultas, viſa finis, & Materia.

ANTEQVAM contextum aggredior explicandum libelli huius, uidetur eſſe neceſſarium, ut perquiramus, Qualis ſit poëtica facultas, & quam habeat uim; Quem finem propoſitum; Quam materiem ſubiectam, ex qua opus ſuum conficiat; Atque hoc poſtremum primo loco, nam cętera cõmodius conſequentur. Subiicitur tanquàm materies poëticę facultati oratio, ſicuti et aliis omnibus, quæ circa orationem uerſantur. Eæ autem ſunt quinq. numero, Demonſtratoria (ſic enim ἀποδεικτικὴν licet appellare) dialectice. rhetorice. ſophiſtice. poëtice; nam de grammatice, quæ minutiora quædam conſiderat, non eſt in animo quidpiam dicere. Omnes hæ ſubiectam ſibi habent orationem; Verùm, quoniam oratio diuerſam accipit uim, & formam, tùm ex genere rerum, quas tractat; tùm ab eo, qui ipſa vtitur ad aliquid ediſſerendum, & probandum; ideò diuerſam quoque omnium oportet eſſe orationem; Orationis maximè proprium, & genuinum munus eſt, proferre id, quod verum eſt, & quia aliter ſeſe habere non poteſt, neceſſarium. Quantum autem orationis quodq. genus à vero recedit, tantò propius accedit ad id, quod eſt falſum. Inter verũ ſanè, & falſum medio quodam interuallo poſita ſunt, τὸ ἔνδοξον, τὸ πιθανὸν, τὸ φαινόμενον; quę ſic libet Latinè proferre; probabile, ſuaſorium; & apparens verum; ſeu probabile quod videtur. Ex his quælibet facultas vnum arripit genus, Demonſtratoria verum. Dialectice probabile. Rhetorice ſuaſorium. Sophiſtice id, quod probabilis, ſed veriſimilis habet ſpeciem. Poëtice falſum, ſeu fabuloſum. Talem igitur orationem ſuſcipit poëtice, Quòd ſi rurſus ea, quæ à me dicta ſunt, conſideres, Neceſſarium, & verum ad demonſtratoriam ſolam ſpectat; Reliquæ verò & neceſſarii participes quidem ſunt, aliæ magis, aliæ minus. Dialectice maximè omnium, nàm proximè abeſt à demonſtratoria. Rhetorice aliquantò minus, quàm dialectice; nam longius abeſt à demonſtratoria. Sophiſtice perpauſillum quidpiam, nam & poſterior eſt rhetorice, & maiore diſtat interuallo à magiſtra veritatis. Poëtice verò minimè omnium, ac nihil prorſus, nam eſt veluti alterum extremum prorſus à primo diſsimile. Dialectice medium obtinet locum inter demonſtratoriam, & rhetoricen. Rhetorice medium inter ſophiſticen, & dialecticen. Sophiſtice medium occupauit inter poëticen, & rhetoricen. Et quoniam demonſtratoria optimè id, quod verum eſt, cernit, ac dignoſcit; ideò oculatiſsima dici poteſt; Dialectice non tàm procul proſpicit; Rhetorice minus oculata, quàm dialectice; Sophiſtice luſcioſa eſt, & parum cernit; Poëtice lippos habet oculos, & prorſus cœca eſt; imò verò oculatiſsimæ omnes. ſed præter demonſtratoriam, quæ docet tantùm; dialectice decipit, & ludificatur eos, qui non longiſsimè proſpiciunt. Rhetorice deludit minus oculatos; Sophiſtices illuſiones nõ perſpiciunt ii, qui minimum cernunt; Poëtice eos decipit, qui prorſus cœci ſunt. Hinc

» eſt ab Ariſtotele dictum in Top. καὶ σμικρὰ συνορᾶν δυναμένοις κατάδηλοι ἡ τοῦ ἀνδρὸς φύσις.

» & in Rhet. ad Theodecten lib. primo οἷ τοιούτοις ἀκροαταῖς οἱ ἀδύνατοι συνεῖναι διὰ πολλὴν συνορᾶν, οὐδὲ λογίζεσθαι. Quoniam verò ſermonis duo ſunt genera; Alterum quod in ore dicitur naſci. Alterum, quod in imis gignitur cordis, & animi penetralibus; ſeu, ſi magis libet Græcis nominibus vti; quibus Philoponus utitur. Alterum προφορικὸν; Alterũ ἐνδιάθετον; Demonſtratoria arripit ſuam ἀπόδειξιν ἀπὸ ἐνδιαθέτου; nihil enim niſi meditatum,

& cogitatum profert. Reliquæ omnes ſua tum epicheremata, tum enthymemata, tum ſophiſmata; tum fabulas, ἀπὸ προφορικοῦ. Vnde politiſsime, & ingenioſiſsime eſt ab Ariſtotelis interprete, quamuis Arabs fuerit; dictum. Rhetoribus, qui ἐκ προφορικοῦ λόγου ſuas deducunt argumentationes, ideò per clepſydram fuiſſe olim præſcriptum dicendi ſpatium; nam nunquàm inter ſe conuenirent, neque finem dicendi facerent, quia προφορικὸς λόγος ſemper confutari aliquo modo poteſt; &, vt ipſius vtar verbis, multas recipit inſtantias. Idem verò affirmat Ariſt. lib. primo τῶν ὑστέρων ἀναλυτικῶν. cum ait; ὁ γὰρ πρὸς τὸν ἔξω λόγον ἡ ἀπόδειξις, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐν τῇ ψυχῇ. ἐπεὶ ἐδὲ συλλογισμὸς. ἀεὶ γὰρ ἔστιν ἐνστῆναι πρὸς τὸν ἔξω λόγον; ἀλλὰ πρὸς τὸν ἔσω οὐκ ἀεί. Ex his omnibus, opinor, iam ſatis patet qualem queq. facultas orationem habeat ſibi ſubiectam tanquàm materiem, qualémq. ipſa poëtice. Cum igitur poëtice ſubiectam ſibi habeat pro materie orationem fictam, & fabuloſam; patet ad poëticen pertinere, vt fabulam, & mendacium aptè confingat; nulliúsque alterius artis proprium magis eſſe; mendacia comminiſci, quàm huius. Homerum, à quo omnis poëtice deriuata eſt, teſtatur Ariſtoteles primum docuiſſe, qua ratione eſſet mendacium aptè dicendum. nihil verò hoc eſſe aliud, quàm paralogiſmum, de quo plura illic nos quoque opportuniore loco explicabimus. Summatim autem vt dicam; in poëticis mendaciis principia falſa pro veris aſſumuntur. atque ex his veræ eliciuntur concluſiones; Neque enim eſt, quòd quiſquàm putet omnes fabulas ad poëticen ſpectare. Nam poëtice loquitur de iis tantum rebus, aut quę ſunt, aut quæ eſſe poſſunt. aut quas uetus eſt apud homines opinio, eſſe. Indiuidua verò, quæ reipſa non exiſtunt, neque confingit; neque nomina iis imponit; nam cum imitari poëtice ſtudeat in primis; niſi id quod eſt, & agit aliquid, imitari nullo pacto poteſt. Quòd ſiquis mihi Cerberum tricipitem, triformem chimęram & reliqua inferorum monſtra obiiciat; iam à me dictum eſt poëticen etiam ea referre, quæ opinantur homines eſſe, nihilóque minus in his ſuam vim obtinere, quàm ſi ea tractaret, quę verè ſunt; Iam ſatis (vti puto) declaratum eſt, qualem habeat ſibi ſubiectam materiem poëtica facultas; orationem ſcilicet falſam, ſeu fabuloſam, & mendaciorum plenam. Satis quoq. expoſitum, qua ratione à poëtis mendacia confinguntur, & quæ fabuloſa ſequantur, & quæ vitent. Nunc illud conſequi videtur, quod antea fuerat à me propoſitum, vt de fine facultatis huius aliquid dicamus. Poëtice, ſiquis diligenter attendat, omnem ſuam vim confert ad oblectandum, & ſi prodeſt quoque. Nulla verò inter homines maior voluptas, quæ quidem liberali homine digna ſit, quàm quæ mente, & cogitatione percipitur; imò ſæpè contingit, vt quæ horrorem, & terrorem incutiunt hominibus, dum in propria natura ſunt, extrà naturam poſita in quapiam ſimilitudine, dum repræſentantur; multum oblectent; Toruum os leonis; cornu ferientem taurum, repentem chelydrum nemo ſine horrore ſpectat. At éadem aut oratione expreſſa; aut ſaxo, & ære efficta, aut coloribus picta magna cum voluptate ſpectantur; Neq. alia ratione marmoraria; æraria; pictura; & poëtice, omnique ſermone, qui in deſcriptionibus verſatur, homines vtuntur. Quem igitur alium finem poëtices facultatis eſſe dicemus, quàm oblectare per repræſentationem, deſcriptionem, & imitationem omnium actionum humanarum; omnium motionum; omnium rerum tùm animatarum, tùm inanimatarum? Et quoniam imitatio, & repręſentatio hęc per orationem fit; dicimus in poëtice finem eſſe, ſermonem imitantem, ſicut in rhetorice ſermonem perſuadentem. Hinc à Cicerone præclarè de comœdia dictum fuit, quod tamen
„ ad totam poëticen referri poteſt, eam eſſe imitationem uitę, ſpeculum conſuetudinis;
„ imaginem ueritatis. Quòd autem oratio repręſentationem rerum efficiat, hac ratione ſatis patet, quę veriſsima eſt, & firmiſsima. Rerum imagines cogitatio recipit. Cogitationis imagines exprimit oratio, & vox, quarè colligi poteſt ab oratione ſeu ſcripta, ſeu prolata repręſentationem omnium rerum fieri. Oratio autem poëtica non repræſentat quidem interiores habitus aut virtutum, aut vitiorum; ſed actiones ipſas, quę ex quolibet habitu proficiſcuntur. cum enim habitus in ipſis animis deliteſcat, neque oculis cernatur, non alia poteſt ratione repræſentari, quàm per actiones, quæ & cerni, & diiudicari ab omnibus poſſunt. Repręſentatio autem non tantum poëtica

eſt

eſt,ſed & hiſtrionica; differunt tamen inter ſe; nam hiſtriones habent facultatem, & vim imitandi,& repreſentandi mores; motiones,perſonas, & actiones hominum accommodatè ad fidem,& perſuaſionem audientium, & ſpectantium. Poëta verò vim ſuam omnem tantùm exercet in ſignificandis,& deſcribendis moribus hominum; vt hic mutam faciat veluti quandam repræſentationem in oratione poſitam; ille loquentem,& exprimentem voce,ore,vultu,geſtu idipſum,quod eſt repræſentandum. Et ſi hiſtrionica (ſicuti patet) poëtices miniſtra eſt. Vtraque autem in eo verſatur, hęc, vt animi legentium; illa vt animi audientium apti fiant ad imaginem eius rei recipiendam,quam repreſentare conantur. Repræſentatio enim,ſeu actio Scenica coniungit, neſcio quo modo,cum cogitatione,& phantaſia hominum imaginem rei, quę repreſentatur;& agitur quaſi rem ipſam cum ſenſu. Magnã autem habet vim huiuſmodi repreſentatio in commouendis,& inflammandis hominum animis,tum ad iram,& furorem; tum ad manſuetudinem reuocandis,& emolliendis, tum concitandis ad cõmiſerationem, ad fletum & lacrymas; tum ad riſum,& lætitiam. Quamuis autem poëtice nullis egeat adiumentis, ut ſuam aptè conficiat imitationem, aliunde petitis; ueluti, ſonis,cantilenis; metris; geſtu; vultu; reliquísque omnibus, quæ theatralia dici poſſunt. Adhibet tamen aliquando & ſonos,& perſonas, & geſtum; multáq. alia; quoniam adiumenti non parum afferunt ad inducendum in animos hominum affectionis; & perturbationis omne genus. Ideò eſt ab Ariſtotele præclarè dictum; ſonos, metra,& cætera id genus,eſſe partem quandam,ſeu inſtrumentum poëticę facultatis, Atque id ſanè meritò contingit; Res enim ex quibus artes omnes conſtant, & augentur,partim eiuſmodi ſunt,ut neceſſariæ dici debeant; partim eiuſmodi, vt quàmuis ſine his ars eſſe poſsit;ſi tamen acceſſerit,ars ipſa multò fiat vberior, & accumulatior, munúsque ſuum commodius exerceat: Verùm redeo ad repreſentationem, quæ per orationem fit; Eam inducere in mentem auditorum non cuiuſuis eſt hominis. nam cum nihil ſit difficilius factu, quàm vt homines aliquid audientes ita cogitatione idipſum complectantur,ac ſi oculis cernerent. Hoc ipſum,niſi doctus,ſapiens, acutus, & ingenioſus pręſtare nemo poteſt; qui alienos mores ipſe induat,& diuerſorum hominum perſonam ſuſcipiat,quaſi ſuímet ipſius oblitus, Hinc puto factum, vt diceret Plato in libro de furore Poëtico,poëtas non arte vlla inſtrui, ſed afflatu Apollinis, & muſarum impelli,neq. poëtas tantum,ſed etiam recitatores,& interpretes poëtarum, non ſecus ac magnete cathenati anuli trahi ſolent; cum ipſa primum moueat vſque ad extremum; Extremum verò anulum Plato ait eſſe interpretem. primum ipſum Deum, qui afflat, medium autem poëtam; neque quicquàm canere poſſe poëtam, priuſquàm Dei plenus ſit,& à mente prorſus alienatus ſua. Idem de Maratho Syracuſano teſtatum reliquit Ariſtoteles in Problematibus; eum in ſcribendis verſibus mente ita abalienari ſolitum,vt non ſuo,ſed Dei ore alicuius loqui videretur,quod ipſum ſatis cognoſci poteſt ex Carcini poëtę interitu, de quo idem Ariſtoteles in Ethicis meminit; nam illum Ariſtotelis interpres Euſtratius ſcribit,cum nimis attentè fabulam,quam erat ſcripturus,meditaretur, à ſerpente præmorſum interiiſſe. Ex attentiſſima igitur optimorum poëtarum meditatione ſatis licet cognoſcere, difficillimum eſſe alienos mores præſertim tàm diuerſos imitari,ac repræſentare; neceſséq. omnino eſſe,vt ſuis exuti alienos induant ſenſus. Recitationes autem, & imitationes poëticæ vt ſunt multiplices,ita multiplicem afferunt hominibus vtilitatem; Nam ſi recitatio, atque imitatio virtutum fit,& laudum præclari alicuius viri; incitantur homines ad virtutem: Si rurſus vitia repræſentantur,ab his homines multum deterrentur; maioréque quadam ui repelluntur,quàm ſi alia quauis hortatione vtaris. Quòd ſi horribilium rerum,& periculorum imitatio, & recitatio in ſcena fiat; comminuitur hominum amens audacia,& temeritas. Sin autem commiſeranda fuerint acta; eorum,qui audiunt mentes ad manſuetudinem,& commiſerationem inflectuntur. Quid multis? imitatio omnis, & recitatio poëtica cum actione coniuncta hominum animos peruellit,emollit,vrget, incitat, frangit,inflammat; Ideo Strabo libro primo,vbi multa diſſerit contra Eratoſthenem,qui poëtas delectare quidem, at non prodeſſe affir-

© SCD - Université de Poitiers

mabat, poëtas ait esse vitæ magistros, & correctores, appellatos que olim à veteribꝰ σωφρονιστὰς. Illud vnum certè satis constat poëticã olim fuisse quandam philosophiam, quæ homines suis fabulis paulatim lactaret, & enutriret, donec aptiores essent ad percipienda ea, quæ in philosophia difficillima habebantur; nam aspera, & dura cum essent, facilè à tam laudato studio homines deterreri potuissent. Hoc ipsum copiosè scribit Maximus Tyrius in ea oratione, in qua poëticen laudat; & cum philosophia comparat, atque eandem esse affirmat; ipsáque, quæ tunc extabat, antiquiorem; Et sanè multò ante solutam orationem extitisse poëticam satis explicat Strabo libro primo, quam Aristoteles quoque ἐκ τῶν αὐτοχεδιασμάτων ortam refert; quod sic ferret ea agrestium mortalium ætas, qui nondum artificiosè quippiam aut dicerent, aut facerent. Sed mihi non est in præsentia animus, neque enim huius est loci, aut temporis, laudes poëtices singillatim persequi; Illud vnum cæteris lucem afferre potest, quod scribit Cicero. Orationem rhetorum ad vulgi sensum esse scriptam; poëmata autem poëtarum paucorum iudicio censeri; Vnde Antimachum illum doctissimum poëtam vno anditore Platone se contentum esse dixisse accepimus; cum cæteri eum recitantem reliquissent. Si qui verò sunt, qui poëticen incusant, id ferme omnes faciunt authoritate Platonis adducti; qui poëtas, & omnem poëticen, quæ imitatur è sua rep. eiici iubet. Sed de hac re aliàs copiosius; Nunc breuiter colligo ea, quę à me dicta sunt. Explicatum fuit à nobis: qualis sit poëtica facultas, & quam habeat vim: quémque sibi propositum finem. Atque qualis illi sit subiecta materies; multáque alia interim exposita; Reliquum est vt exponamus quali sit vsus Aristoteles methodo in hac poëtica facultate describenda; sed prius breuiter considerandum; sit liber hic integer, nec'ne. Videtur autem non esse integer. quod probari potest tribus rationibus. Pollicetur ab initio, se dicturum de Tragœdia, Epopœia, Comœdia, & reliquis partibus poëtice. De Tragœd. loquitur; & Epopœia, de Com. & aliis ne uerbum quidem. Altera ratio sumi potest ex lib. III. Reth. ad Theod. ait enim illic sub finem, ubi loquitur περὶ γελοίων se de his in poëtice pertractasse copiosius, cum tamen nihil extet de ea re scriptum; ex quo cognoscas librum alterum deesse, credibile enim est Aristotelem tractasse περὶ γελοίων, ubi loquebatur de comœdia, nam ad eam in primis spectant & hæc nos impulit ratio, ut disputationem de salibus aliisq; poëticis disputationib. adderemus. Tertia ratio est hæc: testatur Laertius duos libros de facultate poëtica ab Aristot. conscriptos. neque tamen extat secundus. Nunc qualis sit methodus (utor enim Græco uerbo ad rem facilius explicandam) perspiciamus. sed primum exponendum est quid sit methodus, & cur inuenta. Philoponus lib. II. Post. Aristot. ait μεθόδους esse quiddam συνομματικὸν per quod mens hominum proprias uniuscuiusque rei quæstiones percipit. Inuentæ autem fuerunt methodi, ut essent ueluti uiæ quædam menti cogitationiq. hominum, ut idem ait, πρὸς τὸ τῶν ἀφανῶν εὕρεσιν. Cum igitur Arist. esset pertractandum de poëtice quæ ab aliis μεθοδικῶς non fuerat ante tractata; necesse fuit ut in ea describenda, methodo uteretur. Alioqui omnia fuissent confusè tradita. Methodi igitur ac rationes artificiosè ordinateq scribendi. ut summatim dicam, quatuor sunt, per quas paratur πᾶσα διδασκαλία, καὶ μάθησις (hæc. n. sunt ipsius uerba) ἐπιστημονικὴ & sic sese ordine habent; non quidem, ut ex eo dignitas, & præstantia sit diiudicanda. sed qualis sit usus, quem ipsarum alia prius, alia posterius, alia deinceps nobis præbeat in rebus scribendis, ac cognoscendis, ἀναλυτικὴ, διαιρετικὴ, ὁριστικὴ, ἀποδεικτικὴ quas ita latinè nominare liceat. Methodus resoluens, diuidens, definiens, demonstrans. Duæ sunt tanquàm primariæ. Duę autem tanquàm secundariæ, & pedissequæ. inseruiunt enim prioribus. Videndum autem quid quælibet ipsarum polliceatur efficiatque. Resoluens methodus progreditur à singularibus, ad ea, quæ vocantur à Græcis εἰδικώτατα, à nobis vltimę species uocari possunt, & ab iis postea ad genera ὑπάλληλα & sic deinceps; semper à posteriorib. ad priora, quasi per inductionem quandã. Diuidẽs methodus accipit genera (vt Philop. ait) ἀνάρθρωτα, καὶ διαρθροῖ τοῖς διαφορᾶις, & fabricatur ipsa apta ad formã definitionis. Definiens genera excipit, & illa aptè inter se cõpangens facit suam definitionẽ. Demonstrans methodus definitionem arripit tanquàm

© SCD - Université de Poitiers

quàm medium, & facit ſuam demonſtrationem. ex quibus patet, duas eſſe tanquàm miniſtras; Reſoluentem & diuidentem. Definientem eſſe (ut Græci uocant) ipſam per ſe αὐτοτελῆ, quia rerum naturam, & ſubſtantiam explicat; adiuuátque demonſtrantem; ipſi medium, qua utatur, ſubminiſtrãs. Duę autem ille inſeruiunt his. ſicuti » πρισικῷ (nam hoc utitur exemplo Philop.) uidemus inſeruire ἀρχιτεκτονικῇ, μεταλλικῷ » χρυσοχοϊκῇ, ſubminiſtrantes illis materiem aptam, ex qua opus ſuum conficiunt. Cum igitur ita ſeſe habeant methodi, applicemus ea, quæ dicta ſunt, ad rem. Erat Ariſtoteli pertractanda poëtice ordinatim, ac μεθοδικῶς: non poterat autem ita pertractari, niſi declaraſſet τὸ τί ἐστι, allata definitione. Et quoniam definitio non erat ſatis nota, fuit illi inueſtiganda, eo planè modo; quo ipſe docet libro Poſterio rum ſecundo. primũ enim exquirit genus, deinde differentias, nam definitio ſine his cõſtare non poteſt. Exquirere autem genus non poterat, niſi per methodũ ἀναλυτικῶς quæ vt diximus progreditur à ſingularibus, ad unum vniuerſale cõmune omnibus: exquiſiuit igitur genus, ſic. Epopœia, Tragœdia, Comœdia, ʟegum poëſis, Auletice, Citharistice imitatur. Ergo poëtica habet genus, imitationem. Inuento genere per reſoluentem methodũ; erat ipſum tranſmittendum ad diuidentem. Quæ diſtinguens ipſum genus, differentiis aptum reddit ad uarias partium ipſius definitiones. Habet igitur Ariſtot. in hoc libello tres ſimul methodos: Reſoluentem, diuidentem, definientem, quæ in ipſo libelli contextu facillime poſſunt perſpici.

Περὶ ποιητικῆς αὐτῆς τε, καὶ τῶν εἰδῶν αὐτῆς ἥντινα δύναμιν ἕκαστον ἔχει, καὶ πῶς δεῖ συνίστασθαι τοὺς μύθους, εἰ μέλλει καλῶς ἕξειν ἡ ποίησις, ἔτι δὲ ἐκ πόσων, καὶ ποίων μορίων ἐστίν. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὅσα τῆς αὐτῆς ὁδοῦ μεθόδου, λέγωμεν.

» De poëtica, eiuſque generibus, quam facultatem ſingula habeant,
» & quo pacto, ut rectè poëſis ſe habeat, componi fabulas oporteat;
» ex quot etiam, quibuſque partibus conſtet, de omnibus item, quæ-
» cunque ad hanc uiam, & rationem pertinent, dicamus.

De Poetica, ipſiuſque generibus. Nullo utitur exordio, de more ſuo, Ariſt. quod tanti eſt põderis, ut uel ex hoc uno multi diiudicarint ipſius libros, & aſſeruerint lib. Reth. ad Alex. non eſſe Ariſt. ob hoc ipſum etiam, quia prolixum habet proœmium. quàmuis ex aliis multis cõiectare fortaſſe poſsimus Anaximenis antiqui rhetoris eſſe de quo ſępe meminit. Quintil. Proœmii igitur loco, utitur dicẽdorũ propoſitione. quę huiuſmodi eſt. Pollicetur ſe locuturum, de Poëtica, déque ipſius partibus ſigillatim quomodóque ſint fabulæ conſtituendæ, & ex quot qualibúsque partibus conſtent. præterquàm quòd proponit; docet etiam, quo ordine in tradenda hac arte uti velit. cũ » ait: INCIPIENTES primũ à primis: ſicuti etiam in phyſicis tradendis, prius rationem, & ordinem, quo vellet vti, expoſuit. Liber hic vnus quem habemus de Poëtice, commodiſsimè mihi videtur in partes treis diuidi poſſe. Primum enim inueſtigat definitionem poëtices; inuento genere, & diſtincto per differentias; vt poſſit applicari ad ſingularem partium poëtices definitionem. Deinde agit de Tragœdia; & eius partibus; itẽ de fabula, ſpoſtremò de Epopœia; & comparat hanc cum Tragœdia; utra ſcilicet præſtantior ſit. atque ſic ſanè ſe habet libri diuiſio. In propoſitione autem eorũ, de quibus tractandum eſt; non temere eſt appoſitum, ſibi eſſe dicendum etiam de fabulæ conſtitutione, & eius partibus; quia fabula eſt materies veluti quædam, ex qua opus ſuum conficit poëta; & ſine fabula cum poëtice eſſe non poſsit, eſt ueluti forma ipſius. Quòd ſi rectè non conſtituta fuerit fabula, multum peccatur in toto poëmate. imò inde omnis error proficiſcitur. Nec fruſtra additum eſt ἐκ ποίων, καὶ πόσων μορίων nam in fabula conſiderantur partes, & particulę. tum ex qualitate, tum ex quantitate. Partes fabulæ ex qualitate deſumptę ab Ariſto. poſtea enumerantur hæ. » Mores, Dictio, Sententia, Apparatus, Melodia. Ex quantitate autem deſumptæ » hæ. Prologus, Epiſodium, Exodus, Choricum. nam neque nimium prolixam, nec admodum breuem decet eſſe fabulam: quod etiam docuit Horat. in ſua poëtice.

© SCD - Université de Poitiers

» Ἀρξάμενοι πρῶτον ἀφ' τῶν πρώτων.
»
» Initio ſecundum naturam ſumpto, primum á primis.

Duplex eſt Ordo. Ordinem naturæ in dicendo pollicetur ſe ſeruaturum. Videamus igitur qualis hîc ſit ordo; Duplex ſanè in omnibus rebus tractandis eſt ordo: Alter qui à ſimpliciori-
prim. bus ad magis confuſa, & concreta progreditur. Alter, qui à magis confuſis, & con-
» cretis ad ſimpliciora perducit. Verba Ariſtot. in contextu ſunt. Ac primũ à primis ſe
Dubitatio. » cundum ordinem naturæ. Oritur hoc loco dubitatio non leuis. Vult Ariſtoteles inueſtigare definitionem artis poëticæ, vtitur methodo reſoluente. Reſoluens progre ditur à ſingularibus ad cõmune aliquod, & vniuerſale per inductionem. Sic Epopœia, Tragœd. Comœd. Dithyr. imitantur; ergo omnis poëtice imitatur. patet hoc eſſe ue rum. Sed cũ dicit ſe velle uti ordine naturæ primũ à primis ſibi repugnat. nam reſoluens nõ incipit à primis iuxta ordinẽ. naturæ, vt patet. Exẽplum reſoluentis eſt in do mo ędificanda, proponit ſibi aliquis ędificandam domũ, vtitur reſolutione hac. Cauſa cur ſit ędificãda domus eſt, vt frigus poſsit arcere, imbrem, æſtũ. opus eſt igitur tecto. tectum conſiſtere non poteſt ſine parietibus, & laquearibus, hæc non conſiſtunt ſi ne fundamentis. Ergo hæc primum iacienda. Sic eſt facta reſolutio. Iam vero vbi ceſ ſat reſolutio, ibi incipit enaſci compoſitio. ſic iaciuntur fundamenta, ædificãtur parie tes: laquearia, tectum, quibus extructis omnib. arcetur frigus, imber, æſtus. Hęc eſt igi
Solutio. tur dubitatio; quam expoſuimus. Sed tolli ita poteſt. Ariſt. etſi vtitur reſoluente me thodo; ſubeſt tamen alia methodus, quæ in primis propoſita illi eſt, definiens, ſed quo niam definiens non poteſt progredi ſine compoſitione, quæ retrogrado progreditur ordine; ac reſoluens; poſtquàm reſoluente vſus eſt, imò dum vtitur, ſimul clàm adhibet componentem ad inueniendum genus. At componens à ſimplicioribus, & primis, ſecundum naturam, progreditur. Habita igitur ratione definitionis; quam in ueſtigabat & volebat compangere; ideò dixit velle ſe ordinem naturæ ſequi; genus enim in definitione eſt quiddam maximè ſimplex. Non poterat autem inueſtigare ge nus in definitione, niſi per reſolutionem, quæ progreditur à particularibus ad vniuer ſale. Si igitur reſoluente tãtumodo vteretur, eſſet falsò illud dictum: PRIM. à primis ſe cundum ordinem naturæ. Verum quia vtitur reſoluente vt ea ſubſeruiat cõponenti; per quam componat definitionem poëtices, ideo rectè eſt, & veriſimè ab Ariſtot. dictum, velle ſe ordinem naturæ ſequi, qui eſt vt primũ à prim. ordiamur; nam com ponens methodus primũ à primis progreditur. vt patet. Rem totã hanc videtur docte & breuiter explicare Philoponus libro. I. Phyſicorum; cum ait: CVM VNIVERSALE ſit
» rationi, & intellectui notius: ex notioribus ordiendum eſt, ex hiſce enim vniuerſali-
» bus principium doctrinæ. Porrò Rhetores primum differunt de communibus rerum
» capitibus, ab hiſque ſumunt initium: deinde hoc modo de propriis vniuſcuiuſque
» ſpeciei tractant: facile .n. ex cõmunibus propria comprehendimus. Hęc ille definitio debet fieri per priora, & notiora; nam eam adhibemus, vt rem inuolutam explice mus, & notiorem efficiamus: cognoſcimus enim non ex quibuſuis, ſed ex notiori bus tantum: notiora autem alia hominibus alia naturæ dicuntur. Notius naturæ eſt id, quod eſt prius poſteriore. vt punctum linea; & linea ſuperficie; & ſuperficies ſolido, vel ut elementum ſyllaba: Hominibus autem aliquando. ſecus accidit; nam percipiunt ea, quæ magis cadunt ſub ſenſum, vt ſolidum magis quàm ſuperficiem, & hanc magis quàm punctum. ideò verò, ALIQVANDO appoſuit Ariſt. in Top. quia ho mines bene eruditi, & qui fœcunda mente (vt ipſe ait) prediti ſunt, ac ingenio ſubtili, facilius percipiunt ea, quæ à ſenſu remota ſunt, & nota naturæ; vulgus autem, & multitudo ea tantum cognita habet, & perſpecta, quæ ſenſu percipi poſſunt. Cum igitur ita notiora dicantur, definitióque ex iis fiat; contingit vt aliquando ex priori bus, & notioribus naturæ conficiatur; aliquando ex poſterioribus, & iis, quæ nobis cognita ſunt. Aliquãdo ex prioribus quidem, ſed iis, quæ æquè nota nobis ſunt, ac ip ſi naturæ. Si ex iis, quæ natura magis nouit deducatur definitio, ea quidem rectè ſeſe habet, ſed nobis non eſt accommodata. Si ex poſterioribus: aptè fortaſſe eiuſmodi

dici

© SCD - Université de Poitiers

dici poteſt eſſe confecta definitio,ſi rudium hominum, & indoctorum habeatur ratio. Sin autem ad ſcientiæ vim,& exactam cognitionem reſpicias; ea quidem non erit probanda; nam cum vnius rei vna tantum ſit natura, vnam quoque eſſe definitionẽ oportet; Iam vero ſi ex Poſterioribus conficiatur,videbis continuò exiſtere eiuſdem naturæ,& rei varias definitiones,nam hoc erit huic homini,illud alteri magis notum ac perſpicuum,neque enim omnes homines rudes idem notius habent,& magis perſpectum,ſicuti patet. Reliquum eſt igitur,vt definitio conficiatur ex iis, quæ ſimul naturæ,& nobis perſpecta ſunt; huiuſmodi .n. ſunt genera,& differentiæ; Genus.n. notius naturæ,quia prius; patet verò ita eſſe,quia perimit ſpeciem;ſi ipſum tollatur: ſed ipſum nõ perimitur,ſi ſpecies tollatur.Ideò inquit Alexã. lib. VI.TOP. συναναιρεῖ ἀλλ'οὐδὲναναιρεῖται. Nobis quoque genus ideò notius eſt; quoniã ſi cognoſcimus ſpeciem ſtatim cognoſcimus etiam genus; Sed cognito genere, non cognoſcimus ſpeciem. quod ita declarat Alexan. eodem loco. πολλοὺς γοῦν ὁρῶντες τ̃ οὐ συνήθων ἰχθύων, καὶ ὀρνίθων, ᾔδη μὲν ἕκαστον ὄρνις, καὶ ἰχθῦς ὀΐδημα, τὶ δὲ οὐχ οἵοντε ἐσμὲν λέγειν. Sed cognoſcere ea, quę priora ſunt,& notiora naturæ; hominis eſt tantũ docti,& ingenioſi,non autem cuiuſuis. Ideò Alex. Ariſtot. verba exponens ait. τὰ ὑ πρῶτα τ̃ῇ φύσῃ, ἀκριβοῦσι, καὶ ἐπιστήμονες εἰσὶ διανοίᾳ γνῶναι, καὶ περιτῆναι, ἤγουν δυναμένης καὶ τὰ μὴ ῥάδια καταλαβεῖν. Paulopoſt. ἐπεὶ τῷ αὐτῷ καὶ ἑνὶ ἄλλοτε ἄλλα εἰσὶ γνώριμα, ἐξαρχῆς μὲν γὰρ μάρακίῳ ὄντι τινὶ τὰ μὲν αἰσθητὰ ἄγνωστα δοκεῖ εἶναι, κ̀ οὐ συνεχ̃ῶς ῥύσῃ. τὰ ὑ νοητὰ κ̀ λίαν γνώριμα, ὡς ἐσῶτα, κ̀ μόνιμα. Non autem ſemper ordiẽdum eſt à prioribus,& notioribus naturę,ſed tũc ſolũmodo,cum eos alloquimur,aut iis ſcribimus; qui ingenio bene conſtituti ſunt;quod facit Ari. in hoc libro Poëtices, tum etiam in Elenchis fortaſſe eadem ratione; nam ordo doctrinæ huiuſmodi eſſe debet,niſi forte commodiore aliqua de cauſa immutetur. Verum de his hactenus; nam locus hic,niſi fallor iam ſatis apertus eſt. Satius enim fuerit, vt relictis his, quæ ſpinoſiora alicui videri poſsint; conſideremus ſignificatum,antiquitatem, & conſuetudinem. Epopœię. Dithyrambicæ. Auleticæ, & Citharisticæpoëſeos. nam de Tragica,& Comica,quoniam notiſsimę ſunt,nihil nunc eſt dicendum.

Ἐποποιία δὴ, κ̀ ἡ τ̃ης τραγῳδίας ποίησις: ἔτι δὲ κωμῳδία, κ̀ ἡ διθυραμβοποιητικὴ, κ̀ τ̃ης αὐλητικ̃ης ἡ πολλὴ, κ̀ κιθαριστικ̃ης, πᾶσαι τυγχάνουσιν οὖσαι μίμησις τὸ ζυνόλον.

Epopœia ſane, Tragœdiæque poëſis, Comedia inſuper, ac Dithyrambica; tum pleræque illarum, quas ad tibias, citharaſue accommodamus; omnes prorſus in hoc uno conueniunt, ut imitatio ſint.

Epopœia eſt illa pars.poëſeos,quæ in Heróum rebus geſtis tractãdis verſatur. Euſtathius Homeri interpres in proœmio Iliados ait ἔπος,& ſi verbum propriè ſignificat, tamen ἰδιάζεσθαι ἔοικε τ̃ ῥαψῳδούντων κατὰ τὶ ἐξαίρετον. Sed homines componentes ἔπος cum verbo, ποιεῖν, ὀνομάσαι ἐποποιοὺς, τοὺς οἱ ἐξαμέτρῳ τόνῳ ᾠδίζοντας. Idem teſtatur Hexametrum inuentum primum à Phemonoẽ, quæ Apollinis ſacerdos fuit,& προφῆτις, ἐφευροῦσα πρώτη τὸ ἔπος κληθὲν οὕτω κατὰ τοὺς παλαιούς. Apud veteres autem ποιεῖν erat ἐμμέτρως ᾄδειν, quod idem Euſtathius cõprobat eo verſu ἐποίησας ποτὲ ὦ Εὐριπίδη. i. ἔγραψας. vnde poetarum nomen eſt deductum. Huiuſmodi poëtas, qui Heroum res geſtas ſcribunt, Cicero Epicos vocat in libello de Optimo genere oratorum. de hac re poſſent alia multa dici; ſed hæc ſatis rem totam declarant. Nvnc dicamus de Dithyrambice. Dithyrambice eſt illa poëſeos pars,qua veteres vtebantur in laudando Bacho;qui ab antiquis Διθύραμβος vocabatur,quòd ſit in antro enutritus Διθυρίτῃ. uel quòd temulentorum hominum efficiat os patens, loquax & διθύρων. quo nomine etiam vinum aliquando apud Græcos cognominatur. vel ab ea voce, quæ iactari conſueuerat in Bacchi natali die λῦθι ῥάμμα. aſſutus enim fœmori fertur Iouis, cum Semele immaturum edidiſſet fœtum.de his copioſè legere eſt apud Lycophronis interpretem.legere quoque eſt apud Athenæ. Lib. XIIII. διθυραμβεῖν pro eo,quod eſt furere. ibi citantur verba Philochori, οἱ παλαιοὶ τοὺς διθυράμβους οὐκ ἀεὶ διθυραμβοῦσιν, ἀλλ'ὅταν τοὺς διθύρσοις τῷ Διονύσῳ οἰνίθῃ, ἀλλὰ καὶ μεθ'ἡσυχίας. Archilochi quoque extat verſus hic ὡς Διονύσου ἄνακτος καλὸν

© SCD - Université de Poitiers

ἐξάρξαι μέλος οἷόν λυθύραμβον οἶνῳ συγκεχωνωδέις φέναις. Vtebantur olim Dithyrambici poëtę verbis longis, compoſitis, & ornatis, qualia verba Horatius in Poëtice vocat ſes quipedalia. legere eſt apud Ariſtophanem in Nebulis. νεφέλαι βροντησικέραυνοι. πόντου καρύδρομον. itidem in Ranis. κομποφασκελορήμονα. itidem & illud πομφολυγοπαφλάγματα hinc apud veteres dici ſolitum, Dithyrambice loqui. Ariſtoteles in Rhetoricis. lib. III. ait, διὸ χρησιμώτατον ἡ λιπλῆ λέξις τοῖς λιθυραμβοποιοῖς. Horat. in Odis audaces vocat dithyrambos ob id ſanè, quod innouarent, & complicarent multas dictiones. Ariſtot. in Problematibus ait debere dithyrambos concini Phrygiis modis; nec poſſe accõmo dari ad aliud harmoniæ genus. Vnde Philoxenus. cum Doricè tentaſſet nihil profecit. Verum de dithyrambis hæc ſatis dicta ſint. Nunc conſequitur, vt dicamus de Auletice, & Citharistice. Antiquiſsima vtraque, & vſitatiſsima apud veteres. Adagium celebre eſt apud antiquos, Aulœdus ſit, qui Citharœdus eſſe non poſsit. ex quo cognoſcere licet præſtãtiores habitos olim fuiſſe Citharœdos Aulœdis. Vtitur Cic. eo adagio in oratione pro Muræna, ſicuti ſatis notum eſt. Poëſis alia ſcenica, alia lyrica; hæc habet ſpecies tres: Pyrrhicã. Hyporchematicã. Gymnopædicẽ. quod declaratur ab Athenæo lib. XIIII. Pyrrhica, quæ & χειρονομία appellabatur, vt idem affirmat. Hyporchematice eſt in qua ὁ χορὸς ἅδων χορεῖται. Gymnopædice eſt in qua pueri exercebantur, antequàm ad Pyrrhicam venirent. Auletice & ipſa pars poëſeos eſt eiuſmodi, nam imitabatur, & ſonabat ſaltationem. Ea dicta eſt ἀπὸ τῶν αὐλῶν id eſt à tibiis. Inſtrumenta muſica duplici ſub genere ſunt, vt declarat Pollux lib. IIII. alia ſunt ἔμπνευστα, alia ſunt κρουόμενα: ἔμπνευστα ſunt αὐλοὶ, σύριγγες. Tibiæ olim fiebant ex calamo, ære, loto, buxo cornu, oſsibus ceruorum, ἐκ λίχνης καλαμίνου, ramo exerta medulla. Hæc apud Pollucem ibidem legũtur. Hor. in Poëtice aſſerit fieri ſolitas etiã ex orichalco. Tibiarũ verò multa erãt genera, & diuerſę appellationes: nã alia erat prędętoria, alia Vaſca. alia lydia. alia Gingrina. de qua quia quæri uideo apud Latinos, pauca dico. Habebant veteres in Auletice imitationem multorum affectuum (ut teſtatur ibidem Iul. Poll.) nam canebant παροξυντικὸν, πομπικὸν, ἐνόπλιον, πυρρίχιον. σατυρικὸν, γαμήλιον, παροίνιον. Athenæ. quoque idem aſſerit lib. XIIII. ſic: διόπερ ἦσαν ἴδιοι καθ' ἑκάστῳ ἁρμονίαν αὐλοὶ, καὶ ἑκάστου αὐλητοῦ ὑπῆρχον αὐλοὶ ἑκάστῃ ἁρμονίᾳ πρόσφοροι αὐτοῖς ἀγῶσι. Erat autem γίγγρας; vt Pollux declarat, ſpecies αὐλίσκου qui vocem emittebat γοώδη, καὶ θρηνητικὴν: genus autem hoc tibiæ in Phœnicia primũ inuentũ. nam Phœnicũ lingua γίγγρας vocabatur ὁ ἄδωνις. Hinc dicta tibia, Gingrina qua veteres vtebãtur in feſto Adonidis. primus pronomus Theban. ἠύλησεν ἀπὸ τῶν αὐλῶν τὰς ἁρμονίας, vt Athen. ibidẽ explicat. De tibiis à Pallade abiectis, & falſis ſuper ea re dicteriis, vide eundem Athen. lib. xiiii. Item Ariſto telem lib. VIII. Politicorum. Tibiarum harmoniæ erant diuerſæ ἁδρισὶ, φρυγισὶ, λύδιοις, ἰωνικὴ. Earum ſono veteres Lacedæmonii in prælijs vtebantur, vt ſcriptum reliquit. A. Gell. & alii quàmplurimi, et illud μέλος, caſtorium vocabant. Tibiarũ ſono vtebantur Romani in Comœdiis, vt patet ex inſcriptioribus Comœd. Ter. vbi legas tibias pares, impares. dextras, & ſiniſtras quæ quales eſſent explicat Donatus Terentij interpres. Idem refert olim veteres ita aſſuefactas habuiſſe aures harmoniis, vt ex concentu tibiarum ante prologum cognoſcerent, quale eſſet futurum genus Comędiæ, aut graue, aut iocoſum. Cicero in Lucullo hoc ipſum ait: Quàm multa quę nos fugiunt in cantu exaudiunt in eo genere exercitati, qui primo inflatu tibicinis Antiopã eſſe aiunt, aut Andromachen; cum id nos ne ſuſpicemur quidem. Iulius Pollux. lib. iiii. ait Tibiarum concentum adhiberi conſueuiſſe in nuptialibus Epithalamiis; & appellat γαμήλιον αὔλημα. idem refert nuptiales tibias duas fuiſſe, alterã maiorẽ altera. & quoniam etiam cõpotationibus & cõuiuiis adhibebãtur tibiæ: recenſet eas fuiſſe ęquales, quoniam æqualitas maxime apta conuiuiis videbatur. verba ipſius hæc ſunt. παροίνιοι δ' αὐλοὶ μικροὶ μὲν, ἴσοι δ' ἄμφω, τὼ γὰρ ἰσότητα τῷ συμποσίῳ πρέπει, huc ego putauerim reſpexiſſe doctiſsimũ poëtam Horatium in Odis; cum ad cõuiuia iocoſa poſtulat tibiarum ſonum cum ait. Cur Berecynthiæ ceſſant flamina tibiæ. De auletice nimis fortaſſe multa videri alicui poſſum dixiſſe, ſed vnum addo, quod maxime dignum eſt cognitu, præterea nihil. Recenſet Iulius Pollux. ibidem. fuiſſe apud veteres, πυθικὸν νόμον αὐλητικὸν. Nam νόμους vocabant Græci prę-

ſcriptas

© SCD - Université de Poitiers

ſcriptas quaſdã formulas canendi diuerſa cantilenarũ genera: leges opinor à Lat. rectè dici poſsint; & Horat. forſan hoc ſignificauit in Odis; vbi de Pind. loquitur cum ait:
» numeriſque fertur lege ſolutis. Verũ redeo ad rẽ. Eius Pythici certaminis erãt partes quinque πεῖρα. κατακελευσμὸς, ἰαμβικὸν, στασιλεῖον, καταχόρευσις ſignificabant aũt hac quinq; partita cantilena pugnã ab Apolline cõmiſſam cũ Pithone ſerpente οἱ πείρας, ὁ θεὸς ἵνα πορᾷ ἐς τόπος ἐς ὃν ἄξιος τοῦ ἀγῶνος. οἱ κατακελευσμῷ. προκαλεῖται τὸ δράκοντα. οἱ τῷ ἰαμβικῷ. μάχεται ὁ ἀπόλλων. in iambico admiſcebant etiã σάλπιγγα, & cantilenã tibicinum vocatã ὀρθιασμόν quæ omnia, quoniã politiſsima ſunt, diligenter ſunt conſideranda. οἱ στασιλείῳ ſignificatur ἡ νίκη τοῦ θεοῦ. οἱ καταχορεύσει Deus Apollo victor τῷ ἐπινίκια χορεύει atque hoc modo ſeſe habebat olim poëſis Auletica; ſicque imitabatur; vt iam cognoſcamus, non temere ab Ariſtot. poni inter genera poëtices. Hinc quoque licet perſpicere quanto artificio veteres hanc poëtices facultatem tractarent: & nos noſtra ætate (Dii boni) tunc poëtas eſſe appellandos credimus, cum unum, aut alterum verſum, malè, vt ille ait, tornatum facimus. Hactenus de Auletice: nunc de Citharistice dicendum. Citharistice eadem eſt, quæ & lyrice. nam Iulius Poll. ait. λυρῳδοῦσι, κιθαρῳδοῦσι, κιθαρισάσι idem ſignificare, & verba inde deduci λυρίζειν, κιθαρίζειν, ἁρμονίζειν. Athenæus quoque lib. XIII. κιθαρίζειν retulit ad lyram. cum ait; Clinias Pythagoreus, ἔποτε ἐκ αλείπαινε δὲ τὸν ὀργανῶ, ἐκιθάριζε τῇ λύρᾳ Ad citharam canere antiquiſs. fuit mos. Hinc Phemius apud Homer. Iopas apud Verg. & Horat. in Odis ab Apolline precatur: Nec Cithara carentem ſenectam. Quinetiam conuiuiis Græcorum cithara, & lyra adhibericonſueuerat ſicuti ſatis eſt notum. Quòd autem in poëſi cytharistica caneretur ad Citharam, patet ex eo loco,
» quem citat Iulius Pollux ex Platone. cum aſſerit τὰς πρὸς κιθάραν ᾠδὰς vocatas olim » προσῳδίας: itidem ex Ariſtophane qui citharistam vocat, μελῳδὸν, & προσῳδὸν. Eos, ni fallor Cicero vocat Melicos in libro de Optimo genere oratorum. citharæ vox quædam erat ficta apud veteres, qua ſignificabatur cãtilena θρεττανηλό. de qua Sudas, & Ariſtophanes in Pluto. eiuſque interpres. Philoxenus, ſicuti teſtatur Athenæus, plurimum citharisticen exercuit. Ea Cretenſes in bello vtebantur. Idem Atheneus libro
» XIIII. refert ex Theopompo Getas barbaros τὰς ἐπικυρηκείας edere ſolitos πρὸς κιθάραν, » & αὐλοὺς, vt emollirent animos audiẽtium, & præpararent, ad legem æquo animo ac » cipiendam. In citharistice inſignis fuit Terpander, à quo νόμος τερπάνδρειος. Cuius hæ » partes recẽſentur fuiſſe à Iulio Poll. ἔπαρχα. ἐπαρχεῖα, μέταρχα, κατάτροπα, μετακατάτροπα; » ὀμφαλὸς, σφραγὶς, ἐπίλογος; quas ego libenter hic appoſui, vt vnuſquiſq. perſpiciat, quãto veteres in hoc genere poëſis artificio vterẽtur. Canebantur ad citharam, vt ait Iulius Poll. hymni, pæanes παροίνια amatoria, & iocoſa quædam. huc opinor, reſpiciens Horatius ait, Deſine magna modis attenuare paruis; idem alibi, Non hæc iocoſæ conueniunt lyræ.

» Διαφέρουσιν δὲ ἀλλήλων τρισίν· ἢ γὰρ τῷ γένει ἑτέροις μιμεῖσθαι, ἢ τῷ ἕτερα, ἢ τῷ ἑτέρως, » ἢ μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον.

» Tribus autem differunt inter ſe; Aut quòd genere diuerſis, aut quòd » res diuerſas, aut quòd modo diuerſo imitantur. 1447. 3

Poſtquam Ariſtoteles inuenit genus commune omnium partium Poëticę, inueſtigat vniuſcuiuſque differentias. per eas enim quelibet definiri poteſt, nam, non, niſi appoſita propria differentia, conficitur definitio. Differentias tres in omni genere poëſeos Ariſtot. inuenit; Inuenit autem per inductionem. Sic; Epopœia, Dithyrambice, Tragœdia, Comœdia, Legum poëſis, Auletice, Citharistice ſunt Poëtices partes, neque præter has vlla eſt. Epopœia imitatur ſermone, Dithyrambice, legum poëſis, Tragœdia, Com. imitantur ſermone, rhythmo, & harmonia. Citharistice, Auletice imitãtur harmonia & numero. Ergo tres in ſingulis diuerſæ apparẽt differentiæ. Hoc autem magis explicari ita poteſt. Omnis ars, quæ imitatur, repreſentat & agit aliquid, actio illa ad cogitationem noſtram tranſmittit id, quod agitur; non poteſt autem aliter tranſmitti, quàm per ſenſus. Duo autem ſunt ſenſus,

© SCD - Université de Poitiers

qui traſmittunt omnem repræſentationem & actionem ad phantaſiam; Viſus, & auditus. prior tranſmittit repreſentationem quantitatis, & qualitatis, quæ ad materiem attinet; poſterior trãſmittit repræſentationem qualitatis, quę attinet ad formam: Sed repræſentatio & actio aut fit per idem ab alio, aut per aliud ab alio. per idem ab alio; vt hiſtrionica ars per ſermonem hiſtrionis agit, ac repræſentat alterius mores. per aliud ab alio: vt harmonica per harmoniam, Saltatio per geſticulationem, agunt & repræſentant mores, & ſermones hominum. Hoc etiam patere poteſt ex hac ratione. Actio ſeu repræſentatio alia muta eſt, alia adhibet ſermonẽ. Muta eſt, quæ fit per harmoniam, & geſticulationem; nam tacitè repreſentat mores animi ſine ſermone. Quæ adhibet ſermonem; fit per orationem, quæ repreſentat, & mores animi, & ſermonem ipſum. Tertia ratio accommodata ad id probandum huiuſmodi eſt. Actio ſeu repræſentatio, alia eſt morum animi tantum; alia eſt ſermonis, & morum. prior fit per harmoniam, & ſaltatoriam geſticulationem. poſterior fit per ſermonẽ. Quarta etiam ratio huiuſmodi excogitari poteſt ad id ipſum confirmandum: In imitatione poëtica quatuor ſunt. Id quod agitur: SPECTATOR ſiue auditor: per quod agitur: agens. Id quod agitur, tria cõtinet: mores, actiones, ſermones. In ſpectatore vnum ineſt, phantaſia ſcilicet ipſa; & cogitatio, qua percipit ea, quæ recitantur & aguntur. Id per quod agitur, duo continet, viſum, & auditũ. Agens tria in ſe habet: ſermonem, harmoniam, rhythmum. Sermonẽ, & harmoniam auribus attribuimus: Rhythmum oculis. Eſt autem duplex agendi ratio, primaria & ſecũdaria: primaria ea eſt, quæ proximè agit: ſecundaria ea eſt, quæ non proximè agit, nam actio per ſermonem repræſentat proximè auditoribus mores animi; actio autem quæ fit per harmoniam, & rhythmũ agit quidẽ, ſed nõ proximè eoſdem; nã repræſentat primũ ſermonem, à quo repræſentãtur mores animi. Tres igitur ita inueſtigauit, atque expoſuit Ariſt. differentias per quas ſingulæ partes poëticæ poterunt commode definiri, non enim alia de cauſa inuentæ ſunt differentiæ hæ. Videtur autem Ariſt. eas inueniſſe, dum videret, quid eſſet vnicuiuſque proprium; Exempli cauſa, videbat in Epopœia nihil aliud eſſe præter ſermonem. in Tragœdia ſermonem eſſe, harmoniam, & rhythmum: & ſic in cæteris, non ſecus ac in animantibus. nam in aliis ineſt vegetatio tantum. in aliis, vegetatio motus, & ſenſus. in aliis autem præter illa, etiam ratiocinandi vis.

ὥσπερ γὰρ καὶ χρώμασι, καὶ σχήμασι πολλὰ μιμοῦνταί τινες ἀπεικάζοντες, οἱ μὲν ἀφὲ τέχνης, οἱ δὲ, ἀφὲ συνηθείας· ἕτεροι δὲ, ἀφὲ τῆς φωνῆς, οὕτω καὶ ταῖς εἰρημέναις τέχναις, ἅπασαι μὲν ποιοῦνται τὴν μίμησιν ἐν ῥυθμῷ, καὶ λόγῳ. καὶ ἁρμονίᾳ. τούτοις δὲ χωρὶς, ἢ μεμιγμένοις, οἷον, ἁρμονίᾳ μὲν, καὶ ῥυθμοῖς χρῶνται μόνον ἥ τε αὐλητικὴ, καὶ ἡ κιθαριστικὴ, καὶ εἴ τινες ἕτεραι τυγχάνουσιν οὖσαι τοιαῦται τὴν δύναμιν, οἷον ἡ τῶν συρίγγων.

„ Vt enim coloribus, atque figuris pleráque quidam æmulantes imitan
„ tur, hi quidem arte, conſuetudine illi, nonnulli etiam voce: ita quoque
„ & in dictis artibus accidit. etenim omnes imitationem exercent nume
„ ro dico, ſermone, harmonia, hísque vel ſeparatim, vel promiſcue: ver
„ bi gratia: harmonia ſimul & numero tantum vtuntur illæ, quæ ad ti-
„ bias quæ ue ad citharas pertinent: tum ſi quæ aliæ ſint, quæ facultatem huiuſmodi ſortiantur, vt eſt illa fiſtularum.

Sequitur ſimilitudo quædam ducta à pictura, ſculptura, & hiſtrionica, ſicuti declarabimus poſtea, per quam vult probare id quod antè expoſitum fuit. Hic locus, & ſi primò legentibus facilis videri poteſt, eſt tamen perplicitus, & difficilis; me quidem certè multum, diúque torſit, neque adhuc ex verbis potui certum, qui mihi ſatisfaciat, ſenſum elicere. Similitudo huc ſpectat, vt probet, ſicut in aliis artibus imitantibus partim nonnulla eſſe, quæ conueniunt, partim aliqua, quæ non conueniunt; quia excedunt vno, aut pluribus: ſic in ſingulis poëtices partibus (quod eſt ſuperius declaratum

tum) Aliquando plures, aliquando pauciores cerni ex illis tribus differentiis, quę expoſitæ fuerunt. Coloribus & figuris imitatur, & repræſentat pictura, figuris tantum ideſt σχήμασι ſculptura; nam figuras exprimit, & perſonas, ſine coloribus. Hiſtrionica figuris, ſeu habitu perſonarum; coloribus; & voce imitatur: Illa vno, altera duobus, tertia tribus, imitationem conficit ſuam, nam hęc loquendo imitationem facit: illę imitationem habent mutam. differunt igitur inter ſe, quia illæ paucioribus, hæc pluribus inſtructa eſt ad imitationem exprimendam. Iam verò colligi poteſt quomodo inter ſe diſsimiles ſint, & qua in re conueniant. Prima differentia tria complectitur illa: colorem. figuram ſeu habitum. & vocem. Secunda differentia modum ſignificat. nam alii per artem, alii per conſuetudinem idem efficiunt. Conueniunt autem ſic. pictura conuenit cum ſculptura, quia repræſentat habitum, ſeu figuram. hoc habet plus pictura, quia adhibet colores. Conuenit hiſtrionica cũ vtraque, quia imitatur, figura, ſeu habitu; cum pictura ſeparatim conuenit, coloribus: ipſa verò, quod cæteris duabus non ineſt, hoc habet; quia imitatur voce. nam illæ mutę ſunt, vt dictum eſt antè. Quare colligendum eſt has artes, etiam ſi conueniunt, quòd eandem rem imitentur: differre tamen inter ſe. vel quòd hæc plura, illa pauciora habeat. vel etiam quoniã diuerſa ratione idipſum efficiant. Notanda verba in contextu græco ὥσπερ γὰρ τῇ χρώμασι, καὶ σχήμασι πολλὰ μιμεῖσθαι ἔνιοι δυνάμενοι. (οἱ μὲν διὰ τέχνης, οἱ δὲ διὰ συνηθείας) ἕτεροι ἢ διὰ φωνῆς. Verterunt interpretes ſic, ea verba, quæ in medio ſunt. alii ex arte, alii ex conſuetudine, nonnulli ex voce: Si ita legas non video, quomodo concinnari poſsit vox cum arte, & conſuetudine. nam ars, & cõſuetudo perbellè ſibi reſpondent, & opponuntur. Ego igitur concluſis his verb. intra parentheſis ſigna ſic, (οἱ μὲν διὰ τέχνης, οἱ δὲ διὰ συνηθείας) legerem poſtea ſeparatim ἕτεροι δὲ τῇ φωνῇ. vt referantur ad priora illa. χρώμασι, καὶ σχήμασι quaſi ſenſus ſit. nonnulli imitantur coloribus & figuris, ἕτεροι δ' καὶ τῇ φωνῇ; alteri autem horum adhibent præter illa duo etiam vocem, Et hoc modo hiſtriones ſignificet. Sic etiam Plato de imitatione quæ per vocem fit locutus eſt. libro tertio de Legibus. ἐκὰν τόγε ὁμοιῶν ἑαυτὸν ἄλλῳ, ἢ καθ' φωνὴν, ἢ καθ' σχῆμα μιμεῖσθαι ἐσὶν ἐκεῖνον, ᾧ ἄνθρ ὁμοιοῖ. Huic meæ explicationi ſi ſuffragaretur aliquis codex antiquus manuſcriptus; qui haberet τῇ φωνῇ, nihil eſſet hoc loco apertius, nam quin id ſignificare velit Ariſtoteles nihil prorſus eſt dubitandum: quod patêre poteſt ex iis, quæ conſequuntur. nam adaptat ea ad ſimilitudinem prius expoſitam. ſic. quemadmodum in tribus his artibus, pictura, ſculptura, & hiſtrionica quædam ſunt omnibus communia, quædam peculiaria; quia plura continent; ita contingit in partibus poëticæ; nam ex his tribus numero, ſermone, harmonia, aliæ vnum, aliæ duo, aliæ tria arripiunt, quibus ſuam imitationem conficiant. probat autem exemplo; cum ait. Harmonia & numero vtuntur auletice, & cithariſtice, & lyrice: itidem, & quæ fiſtulis vtitur. De omnibus his quoniam antè copioſè expoſuimus; quæcunque ad ipſarum ſpectabant antiquitatem, & vſum: par eſt, vt de ea poëſi aliquid dicamus, quæ fiſtulis vtitur. Fiſtula, quæ à Græcis vocatur σύριγξ, eſt inſtrumentũ ἔμπνευσον. dicas autem ex ore in ipſam διαπνεῖσθαι τὸ πνεῦμα vt ait politè Iulius Pollux lib. iiii. deſcribitur autem ibidem. ſic. ἡ μὲν δὴ καλάμων ἐσὶ συνθήκη λίνῳ, ἢ κηρῷ συνδεθεῖσα. ἤγε αὐτοσχέδιος. αὐλοὶ πολλοὶ ἔκασος κατὰ μικρὸν ὑφ' ἑκάσῳ ὑπολήγοντες εἰς τὸν ἐλάχιστον ἀπὸ τοῦ μεγάλου, ἀνισότητα ἔχοντες, ὡς ὄρνιθος πτέρυγι ἐοικότα. Eam politiſsime effinxit Theocritus verſibus tum longioribus, tum breuioribus. ſed de ea Iulius Pollux paulò poſt etiam ita ſcribit. ἡ δὲ σύριγξ ἐκ καλάμων τοῖς κηλτοῖς προσήκει, καὶ τοῖς νησιώταις οὐ ὠκεανῷ; quaſi ipſorum fuerit inuentum. Vergilius Fiſtulam ait in Bucol. Septem compactam cicutis. obſeruare eſt apud Homerum in Iliade libro xx. mentionem de ſyringe fieri; vbi Agamemnonem inducit ἀκόην αὐλῶν συρίγγων τ' ἠδὲ πόθων. Illum locum declarat Athenæus libro primo, vbi ait, αὐλοῖς, καὶ σύριγξιν ἐχρῶντο πρῶτοι. τοῖς γε βαρβάροις ταῦτ' ἀποδίδωσι. παρὰ φησὶν δὴν ἦν αὐλῶν συρίγγων τ' ἠδὲ πόθων.

Αὐτῷ δὲ τῷ ῥυθμῷ μιμοῦνται χωρὶς ἁρμονίας οἱ τῶν ὀρχηστῶν: καὶ γὰρ οὗτοι διὰ τῶν σχημάτων τὰ ἐθη τὰ τε τῶν ἀνδρείων καὶ τὰ τῶν σωφρόνων μιμοῦνται καὶ ἃ ἔστι ποιητὰ ἢ πρακτὰ, καὶ πάθη, καὶ πράξεις. Par. 5.

Numero verò ipſo ſeorſum ab harmonia imitari, ſaltantium eſt:

© SCD - Université de Poitiers

quandoquidem hi gesticulationis numerosa varietate mores, perturbationes, actionésque imitantur.

Postquàm de iis dixit poëtices partibus, quæ simul harmonia, & numero imitantur; nunc de iis loquitur, quæ numero tantũ imitantur; hæ sunt autem saltationes omnes. Saltationes partim poëticę sunt, partim gymnasticę. hæ carent repræsentatione. poëticæ autem eę sunt, quę à poëtis institutę fuerunt ad repræsentandum, & imitandum mores animi. has verò saltationes vocabant olim ὑπορχήματα. declarat hoc Athenæus
» libro xiiii. cum ait. ὠρχοῦντο σωφρονέστερον οἱ ποιηταὶ τοῖς ἐλευθέροις τοὺς ὀρχησταὶ, καὶ ἐχρῶντο τοῖς
» σχήμασι σημείοις μόνον τῆς ἀσελγείας, τηροῦντες ἀεὶ τὸ ἀνεληρωδὲς καὶ αὐθαδες, καὶ τὸ δύσγνωστον· ὅθεν καὶ ὑπορ-
» χήματα ταῦτα ἐκάλουν. Saltationes autem hę magno habebantur in honore, quòd erant veluti exercitationes quædam, quę bellicas motiones aptè imitabantur; Vnde Socrates αὐτὸ ποιήμασι, quod ibidem narrat Athenæus, dixit. τὸ κάλλιστα χορεύονται ἔστιν ἀρίστους τὰς
» πολεμίας οἱ δὲ χορεῖς κάλλιστα θεὸν ἱμῶσιν ἄριστοι. αὐτὸ πολέμῳ. Ostendebat enim saltatio hæc non tantum εὐταξίαν, sed etiam τὴν τῶν σωμάτων ἐπιμέλειαν. Testatur idem eodem loco statuas à veteribus statui consueuisse peritis saltatoribus, eiusmodi, vt expressas præ se ferrent motiones corporis aptas, & diuersas. Vnde ait obseruatione quadam deductam τὴν χερονομίαν. Erat autem χερονομία (quod declarat verbi etymologia) ars, quę docebat aptè, & decorè manus mouere, idest gesticulari; itidem & reliquum totum corpus in saltatione, adeò vt sub muta illa motione manuum, & corporis subesset tacita significatio morum, & affectuum animi. Saltationes hæ poëticę primum per se fieri ceptæ; mox in choros trasiatæ; demum in palęstras deductæ. quod idem Athenæus testatur. Differebant inter se saltationes hę, quòd alię erant σασιμώτεροι. aliæ ποικιλώτεροι. Varia autem erant ipsarum nomina. περσικὴ. φρύγιος, νικαῖος μὸς. θρᾴκιος. καλαθρισμὸς. μακεδονικὴ. μολοσσικὴ. μορφασμὸς. γλαῦξ. κριῶν ἀποκοπὴ. ἀλφίτων ἐκχύσεις. ἐπαγκωνισμὸς. Formas omnium saltationum videre est apud Iulium Pollucem libro quarto. γέρανος saltatio erat in qua κατὰ πλῆθος ὠρχοῦντο ἕκαστοι ἐφ' ἑκάστῳ κατὰ στίχον, τὰ ἄκρα ἑκατέρωθεν ἡγεμόνων ἐχόντων. Exprimebatur per hanc exodus Thesei ex Labyrintho. quod testatur Iulius Pollux lib. quarto. Erat & saltatio quædam dicta ἄνθεμα. Sed fiebat, addito sermone: πᾶ μοι τὰ ῥόδα, ποῦ μοι τὰ ἴα. ποῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα. Illud quoque pulchrum scitu; Vtra motio, an pedum, an manuum in saltatione prius inuenta fuerit. Et pedum sanè. nam antiqui magis exercebant pedes in venationibus. Vnde Homerus Achillem vocat ποδώκην. Habebant veteres ὀρχηστοδιδάσκαλον. de quo Iulius Pollux lib. septimo. Verum de hac saltationum antiqua consuetudine satis dictum est. Nunc videtur considerandum,
» cur Aristoteles in contextu tria dixerit exprimi in saltatione. ἤθη. πάθη. πράξεις. Ratio aut paret, aut imperat, si imperat; parent cupiditates. Si paret, imperant cupiditates. Ex priore habitu, existunt ἤθη. Ex altero existunt πάθη. quæ tria etiam leguntur apud Clementem Alexandrinum, nam ab his librum suum qui Pædagogus inscribitur, auspicatur: φῶν ὄντων τοῦ ἀνθρώπου· ἡδέων, πράξεων, παθῶν. Cicero vocat libro quarto Tusc. quęst. perturbationes, quę oriuntur aut ex opinatis bonis, aut ex opinatis malis. aut præsentium, aut futurorum. si præsentium bonorum, lætitia; si futurorum, libido. si præsentium malorum ægritudo. si futurorum, metus. Ex vtroque autem habitu existunt πράξεις. si ex priore, bonæ. si ex posteriore, malæ. Hactenus de saltatoria poësi, quę vtitur numero, seu rhythmo separatim.

» ἡ δὲ ἐκ τοῦ ποίᾳ μόνον τοῖς λόγοις μέλεσι, ἢ τοῖς μέτροις, καὶ τούτοις, εἴτε μεγνῦσα μετ' ἄλλή-
» λων, εἴθ' ἑνί τινι γένει χρωμένη τῶν μέτρων τυγχάνουσα μέχρι τοῦ νῦν· οὐδὲν γὰρ ἔχομεν ὀνομά-
» σαι κοινὸν τῷ Σώφρονος, καὶ ξεναρχου μίμους, καὶ τοὺς Σωκρατικοὺς λόγους, οὐ δὲ εἴτις ἅψαιτο
» μέτρων, ἢ ἐλεγείων ἢ τῶν ἄλλων τινῶν τοιούτων ποιοῖτο τὴν μίμησιν. ὥλιω οἱ ἄνθρωποι γε
» συναπτοντες τῷ μέτρῳ τὸ ποιεῖν, τοὺς μὲν ἐλεγειοποιοὺς, τοὺς δὲ ἑξαμετροποιοὺς ὀνομάζουσιν,
» οὐχ ὡς τῷ κατὰ μίμησιν ποιητὰς, ἀλλὰ κοινῇ κατὰ μέτρον προσαγορεύοντες· καὶ γὰρ ἂν ἰα-
» τρικὸν, ἢ μουσικόν τι ὄντα τῶν μέτρων ἐκφέρουσιν οὕτω καλεῖν εἰώθασιν. οὐδὲν δὲ κοινὸν ὅτιν ὁ-

μήρῳ

» μέρῳ, καὶ ἐμμετροδυκλεῖ πολλῷ τὸ μέτρον, διὸ τὸν μὲν ποιητὴν δίκαιον καλεῖν, τὸν δὲ Φυσιολό-
» γον μᾶλλον, ἢ ποιητὴν, ὁμοίως δὲ κἂν εἴπῃς ἅπαντα τὰ μέτρα μιγνύων ποιοῖτο τὴν μίμη-
» σιν, καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησεν ἱππροκένταυρον, μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέ-
» τρων, οὐκ ἤδη καὶ ποιητὴν προσαγορευτέον.

» Nudis autem ſermonibus, ſiue metris ſolummodo epopœia vtitur,
» metrorum quidem hactenus ſiue mixtis aliquibus inter ſe, ſiue gene-
» ris eiuſdem alicuius. Nam quod Sophronis, & Xenarchi Mimis com
» mune dicamus, ſermonibúsque Socraticis, aliud prorſus habemus ni-
» hil: nec item, ſiquis trimetris, elegis, aliis'ue talibus aliquibus imitatio-
» nem fecerit. Quanquam homines, ipſi metro fingere adiungentes, ele
» gorum fictores hos, hexametrorum illos nominant, non quidem ſe-
» cundum imitationem, ſed communiter ſecundum metrū poëtas ipſos
» appellantes. Etenim ſiquid medicum, harmonicum'ue numeris effe-
» runt, hac ſanè ratione appellare conſueuerunt. Homero quoque, atq.
» Empedocli nihil planè præter metrum commune eſt. quamobrem le
» gitimus quidem ille poëta, hic phyſicus potius quàm poëta, merito
» vocandus eſt. Similiter quoq. ſi quis metra permiſcens vniuerſa, imi-
» tationem tamen minime fecerit, vt ipſe Chæremon, qui Hippocentau
» rum omnifariam numerorum mixtum centonem edidit, non iam poë
» ta appellandus.

Nudis autem ſermonibus vtitur epopœia tantum, uel metris, atque ex his, ſeu miſcens aliqua inter ſe, ſeu generis eiuſdem, λόγοις ψιλοῖς. Ego verterem in Latinum, ſoluta oratione. non ſicuti interpres. nudis ſermonibus. quod patebit apertius poſtea. Legi apud Euſtathium Homeri interpretē, conſueuiſſe recitari epopœica poëmata Homeri Odyſs. quidem οἱ ἀληργοῖσ' ἐσθήμασιν, Iliadem verò οἱ φοινικοῦσι. Eius vero rei cauſam ipſe ibidem exponit in procemio Iliados. Metris miſtis) quod reprehen
» dit Horatius in Poët. nam ait res geſtas regum heroico debere ſcribi verſu; quod pri
mum fecit Homerus. Sed Ariſtoteles animaduerterat nonnullos miſcuiſſe; id hoc lo
co neque reprehendit, neque laudat. Sed explicemus locum hunc commodius. Verba
» Græca ſunt. ἡδὲ ἐποποιία μόνον τοῖς λόγοις ψιλοῖς, ἢ μέτροισ, καὶ τούτοις εἴτε μιγνῦσα μετ' ἀλλή-
» λων, εἴθ' ἑνὶ γένει χρωμένη τῷ μέτρων τυγχάνουσα μέχρι τοῦ νῦν. οὐδὲν γὰρ ἂν ἔχοιμεν ὀνομάσαι
» κοινὸν τῷ σώφρονοσ, καὶ ξυναγάγοι μίμουσ καὶ τοὺσ σωκρατικοὺσ λόγουσ. Alexander Paccius ita
» vertit. Nudis autem ſermonibus; ſiue metris ſolummodo epopœia vtitur, metro-
» rum quidem hactenus ſiue miſtis aliquibus. & quæ ſequuntur. Valla ſic. Tenui-
» bus orationibus epopœia vtitur, & metris. Ego primum quid Paccius per nudos
ſermones voluerit, non ſatis intelligo: niſi talem eliciat ſenſum. Nudis ſermonibus.
quaſi epopœia ſimplici quadam ratione imitetur; per ſermonem, ſeu metra tantum-
modo, excluſis & rhythmo, & harmonia. Sed quomodo concinnabuntur cum his
ea quæ ſequuntur; cum ait Ariſtoteles. Nam quòd Sophronis, & Xenarchi mimis,
& Socraticis ſermonibus commune dicamus, non habemus quicquàm. Nullo planè
modo. Conſiderandus igitur hic eſt locus diligenter. Multo minus intelligo, quid ſibi
voluerit Valla, cum dixit tenues ſermones, quî enim tenues heroici dici poſſunt?
Declaremus igitur nos ſic. Poſtquàm Ariſtoteles tria dixit eſſe in omni poëſi, ſermo-
nem, rhythmum, harmoniam: & hæc aut ſeparatim, aut coniunctè; probabat paulatim
id quod dixerat. ſic. Harmonia & rhythmo ſimul vtuntur auletice, & cithariſtice poë
ſis. Numero, ſeu rhythmo tantum vtitur ſaltatoria poëſis. Reliquum erat, vt proba-

© SCD - Université de Poitiers

» ret etiam, quę nam vteretur tantummodo ſermone; dicit igitur ἡ δὲ ἐποποιία μόνον ἢ τοῖς » ψιλοῖς λόγοις ἢ μέτρῳ χρωμένη. hæc ita ſunt vertenda. Epopœia autem vtitur ſolummodo aut ſoluta oratione, aut metro, & hoc quidem aut miſto, aut vnius tantum generis. Id quod ſequitur, talem habet ſenſum, & coniungitur cum illis. nam nihil aliud habemus, quod commune dicamus Sophronis, & Xenarchi mimis, ſermonibúsque Socraticis. in his verbis eſt alter error interpretis. nam illa verba. οὐδὲν γὰρ ἔχομεν debebant ita verti, nihil enim haberemus nominare commune. Eſt enim ſenſus; ſi epopœica imitatio non fieret tum per ſolutam orationem, tum per metra; atque ſi Socratici ſermones; hoc eſt, dialogi, non eſſent ſub genere imitationis poëticæ, non poſſemus dicere, quidpiam commune eſſe dialogis ſolutæ orationis, & Mimis Sophronis, & Xenarchi cum epopœia, (nam hi ſuas comœdias ſoluta oratione conſcripſerunt) metro enim cum non conueniant; nulla in re conuenirent; ſi in dialogis Socraticis, & mimis illorum non ineſſet imitatio: ſed cum inſit; hoc quidem cum epopœia habent commune, quòd imitantur; hoc differunt, quòd hi ſoluta oratione. illa metro ſcripta eſt. Quòd autem Sophron mimos ſcripſerit oratione ſoluta; patet ex Suida, qui id ipſum aperte teſtatur. ait enim illum ſcripſiſſe Mimos mares, & fœmi» nas. PERturbat etiam ſenſum illa interpretis conuerſio, cum ait. ſic. NVdis ſermonibus, ſiue metro ſolummodo epopœia vtitur; nam illud verbum μόνον transpoſitum » eſt. adeò, vt alium faciat ſenſum. debet autem verti ſic. ἡ δὲ ἐποποιία μόνον ψιλοῖς λόγοις ἢ » μέτρῳ, Epopœia autem ſolum (nam hoc non faciunt reliquæ poëſeis) vtitur, aut ſoluta oratione, aut metro. Quòd autem per ψιλοὺς λόγους Græci intelligant orationem ſolutam; id quidem etſi ſatis apertum eſt; apponam tamen hic exempla ex Ariſto» telis libro Rhet. tertio, vbi ait; ὡδὶ μὲν δὴ τῶν μέτρων. πολλά τε ποιεῖ τοῦτο, καὶ ἁρμόττει ἐκεῖ, » πλέον γὰρ ὀρθύθμου. τοῦδε ἄ, καὶ τοῦδε οὐσ' ὁ λόγος, οὐ δὲ τοῖς ψιλοῖς λόγοις πολλῷ ἐλάττοσι. Licet intueri in his verbis, quomodo Ariſtoteles ψιλοῖς λόγοις opponat μέτρα. id quod facit etiam in hoc loco poëtices. Idem Ariſto. paulò poſt eodem lib. iii. Rhet. ita ait. τὸ δὲ κύριον, καὶ » τὸ οἰκεῖον, καὶ μεταφορὰ μόναι χρήσιμοι πρὸς τὸν τῶν ψιλῶν λόγων λέξιν, σημεῖον δ' ὅτι τοῦτοις μόνοις » πάντες χρῶνται. Aliquando Ariſto. ſolutam orationem λόγους vocat, vt lib. iii. Rhet. » ad Theod. his verbis πόθεν εἴδη μεταφορᾶς. καὶ ὅτι τοῦτο πλεῖστον διαφέρει καὶ οὐ ποιήσει, καὶ οὐ λόγοις αἱ » μεταφοραὶ εἴρηται καθάπερ ἐλέγομεν οὐ τοῖς τοῦδε ποιητικῆς. Idem paulò poſt. οὐ μὲν γὰρ ποιήσει πρέπει » γάλα λευκὸν εἰπεῖν, οὐ δ' τῷ λόγῳ τῷ μὲν ἁρμόττει ῥᾳ. verum quoniam iam locus hic ſatis patet; reliquũ eſt, vt veluti per epilogũ eliciamus ex hoc loco aliquot concluſa. Primum eſt, epopœiam vti tantũ ſermone. Alterum eſt. epopœiam vti ſermone, aut ſoluto; aut metris incluſo. Tertium cõcluſum eſt. ſub ſolutæ orationis epopœia contineri dialogos omnes. ſub metrica, heroicos trimetros, elegos verſus, et ſi qui eiuſmodi ſunt; modo in iis inſit imitatio. Vulgi quidem opinio alia eſt; nam vulgus nihil putat ſub poëſeos nomine contineri, quod non proferatur metris. Vnde epicos poëtas vocat, qui hexame trovtuntur; elegos, qui elegis. Sed falsò id opinatur. nam ex metris, non ex imitatione eos putat poëtas eſſe appellandos. Ex quo elicimus quartum concluſum. Poëtas appellari ab imitatione. non à metro. Vnde patet vulgi error; quia eos appellat poëtas, qui metris ſcribunt aliquid ἰατρικὸν, aut μουσικὸν, aut ἱστορικὸν, ſimplici vtentes narratione, & explicatione rerum. nam ii poëtæ non ſunt appellandi, quia non imitantur. Idem probat Ariſt. alio exemplo. Homerus imitatur. ergo poëta. Empedocles non imitatur, quàmuis verſu ſcripſerit res phyſicas. Ergo non eſt poëta. Empedoclem verſu ſcripſiſſe ſatis patet ex Laërtio, præterquàm quòd Ariſtoteles multis in locis citat ipſius verſus. Vrget iterum alia ratione, quaſi ſic dicat. Quid multis? non modo vna ſpecies metrorum ſatis eſſe videtur ad efficiendum; vt quiſpiam poëta vocetur. verum ne omnes quidem ſimul miſtæ, cuiuſmodi miſtionem fecit Chæremon in ſuo Hippocentauro. Sed adhuc ab initio hunc contextum percurrentes eliciamus nonnulla, quę ſpectant ad ſecundum concluſum apertius explicandum. nam per Socraticos ſermones cum Ariſtoteles intelligat ſermones eos, qui vocantur Dialogi; explicandus eſt eorum vſus, & antiquitas omnis. Profert Athenæus hæc verba libro vndecimo. vbi » reprehendit Platonem, quòd in ſua Politia. ἐκβάλλει τὸν ὅμηρον, καὶ τὴν μιμητικὴν ποίησιν, αὐ-

τὸν

© SCD - Université de Poitiers

τὸσ ὑ μιμητικῶσ γράφι διαλόγουσ, ὧν τῆσ ἰδέασ οὐδὲ αὐτὸσ δύρετὴσ ἐστὶ. Ex quibus verbis patet dialogos imitationis poëticæ nomine contineri. Plutarchus etiam libro VII. cap. VIII. Sympoſiac. ſcribit olim à pueris recitari ſolitos Platonis dialogos, ſicuti ab hiſtrionibus in ſcena tragœdias. his verbis. ἴσε γὰρ ὅλω τῶ πλάτωνοσ διαλόγων διηγηματικαίμενσ εἰσὶν, οἱ ὑ θεαματικοὶ. τούτων δὲν τῶ θεαματικῶν τὸσ ἐλαφροτάτουσ ἐκδιδάσκονται παῖδασ, ὥσε ἀπὸ σόματοσ λέγειν. πρόσεσι δὲ ὑπόκρισισ πρέπουσα τῶ ἤθι τῶ ὑποκειμένων προσώπων, καὶ φωνῆσ πλάσμα, καὶ σχῆμα, καὶ διαθέσισ ἐπόμενα τοῖσ λεγομένοισ. ταῦθ' οἱ μὲν αὐσηροὶ, καὶ σχαρίεντεσ ἠγάπησαν ὑπερφυῶσ, οἱ δὲ ἀγανοτεροι, καὶ διατεθρυμμένοι τὰ ὦτα διὰ μεσίαν, ὅσ φησὶν ἀριστόξενοσ σχολὴν ἐμεῖν, ὅταν ἀναρμονίου ἀκούσωσιν, ὑβριζόμενον. patet quoque non ipſum Platonem primum fuiſſe inuentorem imitationis, quæ per dialogos fit. quis autem ille fuerit, declarat ibidem Athenæus. πρὸ γὰρ αὐτοῦ τοῦτ' οὗρε τὸ εἶδοσ τῶ λόγων ὁ τήϊοσ ἀλεξαμενόσ. atque id probat teſtimonio. Nicię Niceęi. Soterionis, & Ariſtotelis. citat autem Ariſtotelem in libro περὶ ποιητῶν. qui non extat. ille verò locus quia egregius eſt, & accommodatus ad huius, quem præ manibus habemus, declarationem; à me tranſcriptus fuit, vti ſeſe habet: Ἀριστοτέλησ αὐ τῶ περὶ ποιητῶν. οὕτωσ γράφει. ἀκεῖνοσ δὲ ἐμμέτρωσ τὸσ καλουμένουσ Σώφρονοσ μίμουσ μὴ φῶμεν εἶναι λόγουσ, καὶ μιμήσεισ; ἢ τοὺσ ἀλεξαμένουσ τὸσ τήϊου τοὺσ πρώτουσ γραφαῖσ τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων. in his verbis perſpici poteſt, idem quod in hoc loco poëtices. nam & Sophronis Mimos nominat, & affirmat, cum in his ſit imitatio; eſſe appellandos nomine poëſis. ex eo loco declarantur etiam illa verba. „ Socratici ſermones. nam teſtatur Socratis ſermones primum deſcriptos fuiſſe ſub dialogi forma ab Alexamene; nequis putaret eſſe intelligendum de Platone tantum, qui & ipſe, ſed aliquantò pòſt Socraticos ſermones expreſsit per dialogum. Patet igitur multò magis dialogos quodammodo contineri ſub ſpecie poëſis, & ſimul patet, à quo primum ea ratio ſcribendi fuerit excogitata. Imitatus eſt apud nos hanc rationem ſcribendi M. Cicero in Tuſc. quæſt. in Lucullo. in libro de Amicitia, & reliquis omnibus, qui dialogi ſpeciem expreſſam habent. in libro de Senectute etiam; de qua inducit diſſerentem Catonem; & ait; ſe ideò talem induxiſſe imitationem, quia maximè conueniebat perſonæ Catonis. neque verò ibidem probat Ariſtonem Chium, qui de ſenectute induxerat loquentem Tithonum. id enim nimis fabuloſum eſt. Verba Ciceronis hæc ſunt. omnem autem ſermonem tribuimus non Tithono, vt Ariſto Chius, ſed M. Catoni ſeni, quo maiorẽ authoritatem haberet oratio, apud quem Læl. & Scipionem facimus admirantes. notandum illud verbum, FACimus, nam poëticum eſt; & denotat illam, de qua loquimur, imitationem. Idem Cicero paulò poſt. Quòd ſi eruditius videbitur diſputare, quàm conſueuit ipſe in ſuis libris; attribuito Græcis literis, quarũ conſtat ipſum perſtudioſum fuiſſe in ſenectute. Hęc adiecit, quoniã verebatur, nequis putaret à Cicerone parum eſſe ſeruatũ τὸ πρέπον in imitatione illa. Eſt enim in primis in omni imitatione poëtica ſeruandum τὸ πρέπον; in dialogis itidem, nam habent ſpeciem poëſis. Eſt & alter Ciceronis locus adnotandus in epiſtolis ad Att. Cum enim Cicero in libris de Orat. induxiſſet loquentem cum Craſſo, Antonio, & reliquis Scæuolam in libro primo. Eiuſdem Scæuolæ perſona non apparet vſpiam in libro ſecundo & tertio. declarat igitur, qua id à ſe ſit ratione factum. his verbis, libro quarto Epiſt. ad Att. Erat primi libri ſermo non alienus à Scæuolæ ſtudiis, reliqui libri τεχνολογίαν habent (vt ſcis) Huic ioculatorem illum ſenem, vt noras, intereſſe ſanè nolui. Id vero ait ſe feciſſe exemplo Platonis; qui alicubi ſummouet perſonam Socratis. Cicero igitur. Plato. item Lucianus in Dialogis mirifici quidam ſunt poëtæ, quia imitantur: & dialogus, quatenus imitatur ſermone tantum, continetur ſub poëſi epopœica. Lucianus in eo ſermone, qui habetur πρὸσ τὸν εἰπόντα, προμηθεὺσ εἶ σὺ λόγοισ. videtur ſe excuſare, quòd dialogorum imitationem commutaſſet. & traduxiſſet ad comicam, ideſt iocularem, & mordacem imitationem. Cum ante dialogi inſeruirent graui cuidam imitationi, inter ſeſe diſputantium philoſophorum. Vide locum, vbi ſunt hæc verba. ὃ πάνυ γοῦν σωιθὲν ἐξ ἀρχῆσ ἦν ὁ διάλογοσ, ἢ κωμῳδία. Et quæ ſequuntur. Hunc ego Ariſtotelis locum ita interpretatus ſum, nec ſanè defuturos puto, qui mirentur voluiſſe me dialogos redigere ad poëticẽn, ex Ariſtotelis his verbis, cum Socratem ſatis conſtet etiam poëmata ſcripſiſſe. Id quidem

© SCD - Université de Poitiers

me nõ latebat, nam & paulò ante ex Athenæo retuli verſum ipſius. Sophronem quoque ſciebam Mimos verſu ſcripſiſſe; ſed vti planè ſentiebam locum hunc intelligendum; ita libere ſententiam meam protuli, iis rationibus confirmatum, quibus vnuſquiſque videre poteſt. nec ſanè ego poſthac pugnax fuero in mea ſententia, ſiquis veriora excogitarit ad verba Ariſtotelis explicanda. Quantum verò attinet ad Sophronem. Teſtatur Quintilianus Platonem huius Mimographi poëmata ſemper in manibus habuiſſe, adeò vt etiam moriens; ſuppoſitum eum librum capiti haberet; Eiuſino di enim perhibentur fuiſſe Sophronis Mimi, vt maximè legentes inflammarent ad virtutem. Dem. Phalereus (ſi modo eius liber eſt qui circumfertur) vna hac in re eum reprehendit, quod immodicus eſſet in proferendis prouerbiis. De Xenarcho nihil habeo dicere, præter hoc vnum, quòd Mimorum ſcriptor fuit, & ſæpe eius poëmata citantur ab Athenæo. Chæremon & ipſe poëta comicus fuit. de eo mentionem facit Theaphraſtus libro quinto de Plantis, vbi de fumoſis loquitur arboribus, & palma in primis, quæ à Chæremone fuerat appellata fumoſa. ſcripſit hic rhapſodias. Declarat Euſtathius. quid ſit ῥαψῳδία his verbis, ῥαψῳδίαι καλοῦνται διὰ τὸ κατὰ σωρηδὸν τεχνικῶς ῥαπτεσθαι οἷον τῷ ᾠδικῷ. Paulò poſt οὐ γὰρ παρὰ τὸν ῥάβδον ἡ ῥαψῳδία εἴρηται οἱονεὶ ῥαβδῳδία τισὶ δέ φασι καὶ τοῦτο οἱ παλαιοὶ ἀκολουθοῦντες τῷ καλλιμάχῳ εἰπόντι.

τὸν Σῶπι ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον.

διαφέρει δὲ ἡ ῥάβδος, ἣν κατέχοντες ἐποιοῦντο τοιαύτας τὰς ᾠδάς. Paulò poſt. πυνθάνῃ δὲ ἀρίσκει οὐκ ἀπὸ ῥάβδου ἀλλ' ἐκ τῆς ῥάπτειν τοὺς ῥαψῳδοὺς λέγεσθαι, περιφράζων γὰρ τοὺς ῥαψῳδοὺς ῥαπτῶν ἐπέων ἀοιδοὺς αὐτοὺς λέγει. Itidem Athenæus libro XIIII. cum ait. οὐκ ἀπελίποντο δὲ ἡμῶν τῆς συμποσίων οὐδὲ ῥαψῳδοί, ἔχ αιρε γὰρ τοῖς ὁμήρου ὁ λαρήσιος. οὗ καὶ ἐκαλοῦντο οἱ ῥαψῳδοὶ καὶ ὁμηρισταὶ Ἀρίσταρχος εἰρηκὼς οὐ τῷ τοῦ χ ὁρῶν: τὸ δὲ νῦν ὁμηριστὰς καλεμένους πρῶτος εἰσ ἄγε θέαρα προήγαγε δημήτριος ὁ φαληρεύς. χ αμαιλέων δ' οὐ τῷ τοῦ σωσιχ όρου καὶ μιλησιωθῆναι φησὶν, οὐ μόνον τὰ ὁμήρου, ἀλλὰ καὶ τὰ ἡσιόδου, καὶ ἀρχιλόχου καὶ μιμνέρμου. καὶ φωκυλίδου. κλέαρχος δὲ οὐ τῷ προτέρῳ παραγράφων τὰ ἀνιλόχου φησὶν, ὁ σιμωνίδης ὁ ζακύνθιος οὐ τοῖς θεάτροις ᾖδε σίφρου καθήμενος ἐῤῥαψῴδει. λυκόφρων δ' οὐ τῷ πρώτῳ τοῦ ἰαμβοποιῶν μνασίωνα τὸν ῥαψῳδὸν λέγων οὐ τοῖς διείξεσι τῆς σιμωνίδου ζωνὰς ἰάμβων ὑποκρίνεσθαι, τοὺς δ' ἐμπεδοκλέους καθαρμοὺς ἐῤῥαψῴδησεν ὀλυμπιάσι κλειομένης ὁ ῥαψῳδός: ἠγωνίσαντο γὰρ κωμῳδὸν οὐ Αλεξανδρείᾳ οὐ τῷ μεγάλῳ θεάτρῳ ὑποκρίνασθαι τὰ ἡροδότου.

τοῦτο μὲν δὴ τούτων διωρίσθω τὸν τρόπον. εἰσὶ δέ τινες, αἳ πᾶσι χρῶνται τοῖς εἰρημένοις. λέγω δὲ οἷον ῥυθμῷ, καὶ μέλει, καὶ μέτρῳ ὥσπερ ἥ τε τῶν διθυραμβικῶν ποίησις, καὶ ἡ τῶν νόμων, καὶ ἡ τραγῳδία, καὶ ἡ κωμῳδία. διαφέρουσι δὲ, ὅτι αἱ μὲν ἅμα πᾶσιν, αἱ δὲ κατὰ μέρος.

De his igitur hunc in modum determinatum ſit. Sunt verò, qui his omnibus promiſcuè vtantur, numero harmonia; metro. vt Dithyramborum, Mimorúmue poëſis, tragœdia inſuper atq. comœdia: quæ tamen hoc differunt, quòd illæ quidem ſimul omnibus; hæ verò particulatim vtuntur.

Ex hoc contextu eliciuntur duo concluſa. Sed prius connectenda hæc ſunt cum ſuperioribus. Poſtquàm Ariſtoteles declarauit alias partes poëticæ vti, ex illis tribus, aut ſeparatim vno, aut duobus, vti dictum eſt; nunc declarat vltimum quiddam: quod eſt primum concluſum; huiuſmodi. Tribus illis ſimul vti, Dithyrambicen, LEgum poëſin, Comœdiam, & Tragœdiam. Alterum concluſum eſt; Cum tribus hæ vtantur omnes; alias ex his, vt dithyrambicen & legum poëſin, (nam ſic eſt legendum) ſicuti poſtea declarabimus vti omnibus ſimul. Alias autem, Tragœdiam ſcilicet & Comœdiam vti illis, particulatim, nec eodem tempore, aut ſimul. Sunt igitur nobis explicanda duo hæc concluſa. in primo. Corrigendus contextus, & demonſtrandus error Alexandri Paccii in vertendo. Quòd dithyrambice vteretur his, dictum eſt antè, vbi antiquitatem eius omnem expoſuimus. Mimorum poëſis, quomodo ſpectet ad hunc locum, ſicuti ſenſiſſe videtur interpres, non video, cum Mimus comœdiæ ſit ſpecies, &

© SCD - Université de Poitiers

& debeat contineri ſub altera parte diuiſionis, vbi etiam comœdia collocatur. ſed dicendum breuiter aliquid de Mimis. vt ſciamus quale hoc fuerit comœdiæ genus, & perſpiciamus de ea voluiſſe hoc loco ſignificare Ariſtotelem. Mimus (ut ait Donatus) imitabatur leuiſsimas quaſque perſonas exactiſsimè in omnibus dictis, motionibus, & actionibus, etiam cum laſciuia. Planipedes huiuſmodi fabulæ à veteribus appellabantur. Eiúsque rei rationem explicat Sextus Pompeius. M. Cicero libro ſecundo de Oratore, vbi loquitur de ſalibus, monet mimicos iocos debere vitari ab oratore, quòd laſciuiæ eſſent pleniſsimi. Plutarchus libro ſeptimo, cap. octauo Sympoſiac.

„ μίμοι γάρ εἰσιν ὧν τοὺς μὲν, ὑποθέσεις, τοὺς δὲ, παίγνια καλοῦσι, ἁρμόζει δ' οὐδέτερον τῷ συμποσίῳ, εἰ
„ μὲν ὑποθέσεσι δεῖ τοῖς μίμοις τῶν δραμάτων, μὴ τὸ παρὸν ὀρθῶς τοῦτο· τὰ δὲ παίγνια πολλῆς γέμουσι βωμολοχίας,
„ καὶ ἀστειολογίας, οἱ δὲ πολλοὶ τῆς γυναικῶν συγκαλοῦσι μεμιγμένων. καὶ παίδων ἀνήβων ἐπιδείκνυσθαι μιμήματα.

Mimorum comœdiarum, nominat aliquot Athenæus; & Pollux. ἱλαρῳδοί. hi vtebantur veſtibus albis; & coronis. σιμῳδοί, κιναιδολόγοι, μαγῳδοί. hi muliebribus vtebantur veſtibus. Tanta verò fuit hiſtrionum fœditas in his turpibus rebus repræſentandis; vt infames ſint habiti; & ideò Ariſtoteles cauſam explicet, Cur omnes fermè hiſtriones improbis ſint moribus. etſi apud Rom. Aeſopus, & Roſcius magno in honore

„ fuerunt habiti. Verum de Mimis hactenus, quas fuiſſe quaſdam Comœdias conſtat.
Nunc demonſtro errorem interpretis; eſt in contextu Græco. νόμων ποίησις. Sed interpres videtur legiſſe μίμων. Si ita legeres, bis idem dixiſſet Ariſtoteles. nam cum Mimus ſpecies vna ſit Comœdiæ; continetur procul dubio & ipſa ſub genere Comœdiæ; de qua meminit in altera diuiſionis parte. Deinde cum tradat differentiam hanc inter Dithyrambicen, Legum poëſin, & Tragœdiam, atque Comœdiam; quod illę ſimul, & eodem tempore vtuntur harmonia; ſermone; numero: Hæ verò, Comœdia ſcilicet & Tragœdia, vtuntur quidem, ſed ſeparatim, & diuerſo tempore; confunderentur ea, quæ dicit, nam connumeraret Mimos ſeparatim à Comœdia: cũ ſint ipſius ſpecies vna. Eſt igitur legendum νόμων. Sed conſiderandum; quæ, qualísque fuerit legum poëſis. Antiqui legum latores leges ſuas verſibus deſcripſerunt. de Solone quidem id pro vero accepimus. nam elegis ſcripſit ſuas leges. Eorum elegorum multos citat Laërtius in eius vita. recitat etiam Demoſthenes in oratione περὶ παραπρεσβείας. Ariſt. in probl. ſectione. xix. probl. xxviii. quærit cur multæ leges cantilenæ vocantur? reſpondétque homines priuſquàm literas perciperent, leges decantare conſueuiſſe, ne ex animo effluerent. id quod ab Agathyrſis factitatum recenſet. Athenæus libro. xiiii. vbi recenſet cantilenarum appellationes, ait, ἦσαν τοῦ Ἀθήνησι καὶ χαρὼν
ἅπαν νόμοι πρὸς οἶνον, ὡς ἔρμιππος φησὶν ἐν τῷ τῶν νομοθετῶν. Sequitur alterum concluſum, quod ex contextu eliciebatur. Tragœdiam ſcilicet & Comœdiam tribus vti. harmonia, rhythmo, ſermone, ſed diuerſo tempore, nec ſimul. ſed ſeparatim. Athenæus libro primo, multiſque aliis in locis ait, tres olim fuiſſe ſaltationes: Tragicam, Comicam, Satyricam, quæ Sicinnis vocabatur. Saltatio Comica appellabatur κόρδαξ. Tragica vocabatur ἐμμέλεια. Dithyrambica τυρβασία, vt legere eſt apud Iulium Poll. lib. iiii. Tragicæ ſaltationis primus εἰσηγητὴς fuit Bathyllus Alexandrinus; fuit autem egregius ſaltator Bathyllus: itidem & Pylades; ſaltatio Bathylli erat ἱλαροτέρα. Pyladis autem ὀγκώδης, παθητική, καὶ πολύκοπος. Hæc aſſerit Athenęus libro primo. Plutarchus quoq. lib. VI. Sympoſia. cap. viii ἀποπίμπω δὲ τῆς ὀρχήσεως τὴν πυλάδειον ὀγκώδη,
„ καὶ παθητικὴν καὶ πολυπρόσωπον οὖσαν. Idem eodẽ loco meminit de Bathyllo & eius ſaltatione. ἥκουσα τοῦ βαθύλλου αὐτόθεν πάλαι τὸ κόρδακος, ἀπτομένην ἢ χοῦς ἢ ἰωνὸς πανοῦργος, ἢ σατύρου
„ συνειρωνικωμάζοντος ὑπορχήματος ἀναπεμπόμενον. Idem quoque affirmat Aeſchylum poëtam
„ Tragicum: πολλὰ χρήματα ὀρχήσεικὰ εὑρεῖν, & ipſum primũ χρήσασθαι τὸν χορευτὴν ὀρχήσει
„ διδασκάλοις ἐχρήσαμένην. nã mos erat eos adhibere, quod notat etiã Pollux in eadẽ voce.
„ in choris autem erat χοροδιδάσκαλος, ἑξιοστάτης. ἀριστοστάτης. λειποστάτης φυτοστάτης. vt, idem Iullius Poll. explicat. nominat Athenæus libro primo τελέστην ὀρχήστην διδάσκαλον,
„ inuenisse πολλὰ χρήματα, ἄκρως τοῖς χερσὶ τὰ λεγόμενα δεικνύντα. Erat autem Teleſtes adeò peritus ſaltandi, vt in ſaltatione cantum apertiſsimè exprimeret. Oppugnationem illam inſignem Thebarum factam à ſeptem ducibus, Olim etiam quidam

© SCD - Université de Poitiers

poëtæ fuerunt ὀρχηστικοὶ appellati: Thespias, Cratinus. Phrynichus, nō solum quia sua Poëmata scribebant apta ad recitationem saltatoriam; Sed etiam quoniam præter peritiā scribēdi poëmatis, docebant etiā ipsimet, & profitebantur artem saltandi. Vsque adeo se exhilarabant, & profundebant in omnes affectus poëtæ. Hęc volui pauca hoc loco exponere de more saltationum poëticarum; vt quæ dicturus sum postea, apertius intelligantur. Verum quoniam Aristot. ait Comœdiam, Tragœdiam, & legum poësin, vti cō sueuisse separatim, & vt ipsius vtar verbis, κατὰ μέρος, sermone, rhythmo, & harmonia, nō ab re fuerit breuiter explicare veterē totā illam rationē recitandorū huiusmodi poëmatū, vt quomodo imitatio per sermonē, harmoniā, & rhythmū fieret vnusquisq. perspicere possit. In Scena Comica, & Tragica cum triplici modo fieret repræsentatio, necesse est quoq; fuisse triplex hominum genus, qui repręsentarent. Erant autem hi. histriones, qui sermone imitabantur. Saltatores, qui saltatione. Cantores, & harmonici, qui cantu, & harmonia. Talem fuisse morem apertè demonstrabo postea ex veterum scriptis. Sed antequàm de his dico, sciendum. Cum veteres variis quibusdam modis nonnulla in Tragœd. & Comœd. repræsentarent, & inducerēt quæ erant supra captum humanū; necesse fuit, vt ad ea exprimenda varias etiam res excogitarent. Atque vt hoc facilius intelligatur, explico. Exprimebant tonitrua. inducebant Deos ἐκ μηχανῆς. imitabātur fulmina. habebāt igitur sub scena ἐξώστραν. in altiore scenę parte περιωπτικὸν τόπον. Supra scenā θεολογεῖον. itidē, & γέρανον, quo aliquē in sublime rapiebant; vt de Memnone ab Aurora; & Endymione à Luna accepimus. ἐκκύκλημα quoq; quod circumuolutū ostentabat, quæ intus agerētur, vt puta dilacerationem, & cædō filiorum à Medea patratam: fœdos concubitus, & eiusmodi quædam, quæ spectari ob fœditatem non possunt, neque debent. sicuti pręclare monuit in Poët. Horatius. De instrumentis autem his, & machinis copiosè qui volet, legat apud Iulium Pollu. lib. IIII. & Vitruuium. Quoniam autem Græci triplici ratione, sicuti dictum est, imitabantur; ampliorem quoque scenam eos habuisse par est. habebant (vt scribit Pollux) ὄρχηστραν in qua erat θυμέλη, seu pulpitum, & ara. hinc comicorum histrionum alii Thymelici, alii scenici appellati. In scena recitari, mos erat, per sermonem. In pulpito, & orchestra saltabant saltatorem; idémque ipsum saltatione exprimebant, quod fuerat expressum sermone ab Histrionibus. In remotiore scena, fiebat harmonia, per quā etiā illa eadē exprimebātur. Omnia autē hæc tria agebātur separatim, & vt inquit Arist. κατὰ μέρος. Pulcherrimè, & aptissimè declarat hoc Lucian. in libello περὶ ὀρχήσεως. ait. n. olim eosdē fuisse, qui cantarēt, & saltarent; Sed quoniā anhelitu, qui ciebatur ex motu saltantiū, interrūpebatur vox cātantiū; vsum obtinuisse, vt separatim canerēt & saltarent. Ea maxima erat saltatorum laus, vt se aptè conformarent ad personas,
» quas expressuri erant. Luciani verba sunt hæc. πάλαι μὲν γὰρ αὐτοὶ καὶ ἤδειν, καὶ ὠρχοῦν-
» το, εἶτ' ἐπειδὴ κινουμένων τὸ ἄσθματι ὠδὴν ἐπετάραττεν, ἅμα μὲν ἔδοξεν ἄλλους αὐτοῖς ὑποᾴδειν. αἱ δὲ ὑπο-
» θέσεις καὶ ἀμφοτέροις ἦν οὐδὲν ἧττον διακεκριμέναι τῶν τραγικῶν καὶ ὀρχηστικαί; πλὴν ὅτι ποικιλώτεραι αἱ τῶν
» πολυμαθεστέραι, ἢ μυρίας ἔχουσι μεταβολάς. Idem Lucianus in eodem libello paulò ante; vbi alterum inducit reprehēdentem quendam; qui ante ponebat Tragœdiam, & Comœ
» diam, saltationibus, ita ait. δοκεῖς ἢ μοι, ὅταν κωμῳδίαν, καὶ τραγῳδίαν ἐπαινῇς ἐπιλελῆσθαι, ὅτι καὶ
» αὐ ἑκατέρα ἐκείνων ὀρχήσεως ἴδιον τι εἶδος ἐστίν. οἷον τραγικὴ μὲν ἡ ἐμμέλεια, κωμῳδικὴ δ' ὁ κόρδαξ, εἰ δ' ὅτε ἢ
» σίκιννις προσλαμβανομένη. Exquo loco cognoscimus, qualis fuerit saltatio in Trag. & Com. Exprimebant aūt saltationes hæ singulas animi affectiones, adeo vt loqui viderentur. hinc illud apud eundem Lucianum legere est, quod quia videtur perlepidum subscripsi. Demetrius (de quo Lucianus) saltationem appellabat quiddam πάρεργον, quod cum audisset egregius quidam saltator, qui Neroni erat charis, dicitur illum rogasse. vt se saltantem spectaret sine tibiis, & cantu; ipse verò saltauit Martis & Veneris concubitum, qualem describit Homerus. ita verò Solem qui dolos patefecerat, Martem coeuntem, Venerem cum eo irretitam opera Vulcani, Deos inspe-
» ctantes, & ridentes expressit; vt Demetrius admirans dixerit ἀκούω σου, ὦ ἄνθρωπε, ἃ ποι-
» εῖς, οὐ μόνον ὁρῶ, καὶ μοι δοκεῖς αὐταῖς χερσὶν λαλεῖν. Multa huiusmodi præclara apud Lucianum legi possunt; quæ ego breuitatis causa prætermisi. Sicuti autem erant olim

olim ſaltatores periti; ita etiam cantores erant, qui diuerſis modulationibus omnia exprimerent. Earum autem modulationum cum eſſent diuerſa genera; erant auditoribus quàmlibet rudibus notiſsima; Nam nullus olim ferè fuit, qui Muſicen non noſſet. Muſicen enim ignorare probro dabatur: ex quo indocti vulgò ἄμουσοι, vocabantur. Hinc eſt à nobis dictum, ante recitationem fabularum, conſueuiſſe Harmoniam fieri, ex qua cognoſcerent auditores, quale eſſet futurum fabulæ genus. Poſſem alia quàmplurima dicere de choricis cantilenis, & ſaltationibus. Sed hæc ſuo loco aptius dicentur; cum ſcilicet de Choro, & eius vſu loquemur. Nũc vt opinor, ſatis declarata fuerunt ea Ariſtotelis verba, quibus ſignificat olim Comœdiam, & Tragœdiam particulatim, ſeu, vt ipſius apponam verba, κατὰ μέρος, vti conſueuiſſe ſermone, harmonia, ſaltatione: Sed nõ eſt omittendus Plato. locus, qui eſt libro .iii. de Repub. vbi hoc apertè declarat his verbis. τὸ μέλος ἐκ τριῶν ἐστὶ συγκείμενον. λόγου τε καὶ ἁρμονίας, καὶ ῥυθμοῦ. Paulò poſt. καὶ μὴν τῳδῆς γε ἁρμονίαν, καὶ ῥυθμὸν ἀκολουθεῖν δεῖ τῷ λόγῳ. πῶς δ' οὔ. ἀλλὰ μὴν τοῖς θρηνώδεσί τε καὶ ὀδυρμώδεσι λόγοις ἁρμὴ πρέπεσθαι. οὐ γάρ. τίνες οὖν θρηνώδεις ἁρμονίαι; λέγεμοι σὺ γὰρ μουσικὸς. μιξολυδιστὶ ἔφη. καὶ συντονολυδιστὶ. καὶ τοιαῦταί τινες. poteſt quiuis, opinor, in his verbis facilè perſpicere, Harmoniam, & Rhythmum accommodari conſueuiſſe ad Sermonem; qui prius recitatus fuiſſet ab Hiſtrionibus.

» Eandem rem adhuc apertius idem Plato paulò poſt, his verbis explicat: ἐπόμενον ταῖς
» ἁρμονίαις, ἔφη, ἡμῖν εἶη τὸ τοῖς ῥυθμοὺς μὴ ποικίλους αὐτοὺς διώκειν, μήτε παντοδαπὰς βάσεις, ἀλλὰ
» βίου ῥυθμοὺς ἰδεῖν κοσμίους τε καὶ ἀνδρείους, τίνες εἰσὶν, οὓς δίωκτα τὸν πόδα τῷ τοιούτῳ λόγῳ ἀναγκάζειν
» ἕπεσθαι, καὶ τὸ μέλος, ἀλλὰ μὴ λόγον ποδὶ τε, καὶ μέλει. Opportet igitur Harmoniã & Rhythmum ſermonem ſequi, non autem Sermonem accommodari ad Rhythmum. Volens verò Plato explicare in Rhythmo eſſe ſaltationem, ait, τῷ ποδὶ, ſicuti nos copioſè paulò poſt exponemus; cum opus fuerit, & locus poſtularit.

» ἐπεὶ δὲ μιμοῦνται οἱ μιμούμενοι πράττοντας, ἀνάγκη δὲ τούτους ἢ σπουδαίους, ἢ φαύλους
» εἶναι, τὰ δὲ ἢ ἦθη σχεδὸν ἀεὶ τούτοις ἀκολουθεῖ μόνοις, κακίᾳ γὰρ καὶ ἀρετῇ τὰ ἤθη διαφέρουσι
» πάντες, ἢ τοι βελτίονας, ἢ καθ' ἡμᾶς, ἢ χείρονας ἀνάγκη μιμεῖσθαι. ὥσπερ οἱ γραφεῖς, πολὺ
» γὰρ κρείττους μὲν Πολύγνωτος, Παύσωνος δὲ χείρους, Διονύσιος δὲ ὁμοίους εἴκαζε.

» Quoniam verò qui imitantur, agentes ipſos imitantur; hos autem
» vel improbos eſſe oportet, vt quos duntaxat ferè ſemper ipſi mores
» concomitentur, etenim per vitium, atque virtutem moribus omnes
» differunt, neceſſe eſt, quod etiam Pictores faciunt, vel meliores, vel
» deteriores imitari: Polygnotus quidem meliores, Pauſon deteriores,
» Dionyſius verò ſimiles effingebat.

Connectenda hæc ſunt cum ſuperioribus, poſtea declaranda. Cum vellet Ariſtoteles Poëticæ definitionem componere; & partium ipſius; fuit illi neceſſariò inuenien dum genus, deinde differentiæ; nam ex harum attributione ſpecies inter ſe poëtices diſtinctæ definiri poterunt. Inuenerat verò ante differentias tres οἷσ, ἃ, ὡσ. Ad primã differentiam accommodata ſunt illa tria, Sermo, Harmonia, Numerus, & ſimul expoſitum eſt, quomodo aut ſeparatim vna, aut duabus ſimul, aut tribus, tum ſeparatim, tũ ſimul, & hæc & illa poëſis ſpecies vteretur. Nunc aggreditur explicandam ſecundam differentiam, quæ materiem demonſtrat, aut quaſi materiem quãdam, ex qua poëtice ſuum opus ideſt imitationem conficit. hanc nos ditferentiam ſuperius vocabamus. Repraesentatvm ſiue quod agitur. Placet mihi magnoperè ea, quæ hoc loco ab Auerroe dicuntur; & ſi fortaſſe alicui rudia videri poſſunt, id aũt vitio interpretis factum eſt. Ego qualiacunque illa ſunt; ita ſubſcribam, vti ſeſe habent; Satis enim fuerit ſententiam percipere. Imitatio, ſeu (vt illius vtar verbo) aſsimilatio eſt, per quam intenditur conuenientia aſsimilati cum ſuo aſsimilabili propter oſtenſionem decentis, aut turpis, id eſt virtutis, & vitii. Ex quo conſequitur, neceſſe eſſe, vt imi-

© SCD - Université de Poitiers

tentur aut bonos, aut malos. Idem paulopoſt ſic ait. Omnes repræſentatores, & aſſi
» milatores habent hoc ſibi propoſitum, vt incitent ad quaſdam actiones, quæ circa vo
» luntaria conſiſtunt, & retrahant à quibuſdam. Erunt igitur neceſſariò ea, quæ inten
» dunt per ſuas repræſentationes aut virtutes, aut vitia. Omnis enim actio, & omnis
mos non verſatur, niſi circa alterum iſtorũ, videlicet virtutem, & vitium, Hoc ipſum
ait Atiſtoteles in contextu. Omnis poëſis, quæ imitatur, imitatur agentes. hi au-
» tem ſunt (vt verba apponam Ariſtotelis.) aut σπεδαῖοι, aut φαῦλοι: ἢ γὰρ ἤθη ἀκολου-
» θεῖ ἀεὶ τούτοις ἀκολουθεῖ μόνοις; nam mores duplici hac differentia diſtinguntur. quod ita
probari poteſt, & apertiſsimè demonſtrari. Virtus medium obtinet locum inter duo
» extrema. quæ ſunt, alterum ex defectu, alterum ex abundantia; vt copiosè declarat in
» Ethicis Ariſtoteles. Vnde præclare eſt ab Horatio dictum. Vittutem eſſe medium
vitiorum vtrinque redactum. Virtus autem, & vitium in homine inſunt per habi-
tum; ex quo actiones exiſtunt omnes. A virtute verò boni; à vitio mali appellantur.
& quoniam qualitates hæ augentur, & imminuuntur. κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, ideo
in contextu ait Ariſt. imitationem fieri, aut meliorum, & præſtantiorũ, aut deteriorũ.
Eſt quiddam in contextu adnotandum cum ait; ἤτοι βελτίονας; ἢ καθ' ἡμᾶς, ἢ χείρονας
» ἀνάγκη μιμεῖσθαι; ὥσπερ οἱ γραφεῖς. nam alterum non ſatis expreſsè vertit Paccius.
» hoc ſcilicet, vel meliores, vel ſimiles, vel deteriores; quod Ariſt. ita profert, καθ' ἡμᾶς,
expreſsius eſt; nam ſenſus eſt huiuſmodi: imitamur aut præſtantiores, quàm ætate
noſtra viuant; aut eos, qui inſtar ſunt noſtri. & qui tales ſunt, quales qui noſtra
ætate viuunt. nam eſt inueterata opinio, fuiſſe olim quandam Heroum ætatem, qui
multò ſapientiores erant, & præſtantiores, quàm homines noſtræ ætatis. Cuiuſmodi,
Hercules, Achilles, Aeneas, Neſtor, & alii tam multi, de quibus veteres locuti ſunt. Al
» tero loco peccat Georg. Valla: nam vbi Ariſtot. habet hæc verba. ὥσπερ οἱ γραφεῖς. vertit
ille, vt ſcriptores. Cum γραφεῖς hoc loco dicantur pictores; patet, nam ii, quos nomi-
nat Ariſtot. Polygnotus, Pauſon; Dionyſius pictores fuerunt. Sumit igitur ſimilitu-
dinem à pictoribus Ariſtoteles, quod ſæpè facit. Sicut etiam Horat. in ſua Poëtice. Ea
verò ita ſeſe habet. Poëtæ id efficiunt, quod pictores: nam hi aut imitantur præſtantio
res, aut ſimiles hominibus noſtræ ætatis; aut deteriores. Polygnotus præſtantiores;
Dionyſius ſimiles ſuę ætatis hominibus, Pauſon deteriores imitabatur. Pictores effin
gunt præſtantiores cum aut Heroas, aut eos viros exprimunt, cuiuſmodi ætate noſtra
non reperiuntur. Sicuti adhuc his temporibus faciunt plerique pictores, qui maximè
excellunt in imaginibus ſanctorum hominum, qui è vita exceſſere, pingendis, qui ta-
men in aliis pingendis operam infeliciter ponunt ſuam. Alii rectè pingunt ea, quæ cõ
munis quidam ætatis ſuæ vſus fert: vt habitum perſonarum, Armaturam; Cin-
cturam, Equitationem. Alii politè deteriora pingunt, ea ſcilicet quæ ſpeciem habẽt
rerum malarum, & turpium. Cuiuſmodi ſunt pictores qui coëuntes homines pingũt.
aut diſtorquentes os & inflantes buccas. Per deteriores tamen poſſunt etiam viles,
& ignobiles intelligi: Aelianus lib. iiii. ſuæ variæ hiſtoriæ, ſcribit legem olim fuiſſe
» apud Thebanos τοῖς τειχωποιοῖς, μὴ γραφεῖν, μὴ πλάττειν, vt imitarentur, & effingerent εἰκόνας
» εἰς τὸ κρεῖττον. Erat autem pœna iis conſtituta τοῖς εἰς τὸ χεῖρον. ἢ πλάσασιν, ἢ γράψασιν: Ibi
dẽ Aelianus meminit Pauſonis pictoris. ait. n. Socratis ſermones eſſe perſimiles pictu
ræ Pauſonis. Nam is in exigua tabella equum currentem, & frenatũ expreſsit. Cum
que ille, cuius gratia opus fuerat confectum, indignaretur, quòd frenum addidiſſet,
reſpondit, anguſtiam tabellæ fuiſſe in cauſa, & ideo in paruo ſpatio equum frenare
oportuiſſe. Sic Socrates ſæpe ænigmaticè, & ſuboſcurè loquebatur; ac nimium angu
» ſtè; Idem Aelianus mentionem facit Polygnoti, & Dionyſii pictorum. πολύγνωτος ὁ
» Θάσιος, καὶ Διονύσιος ὁ κολοφώνιος γραφεῖς ἦσαν, ἀλλ' ὁ μὲν πολύγνωτος ἔγραφε τὰ μεγάλα, καὶ ἐν τοῖς τε-
» λείοις εἰργάζετο τὰ ἄθλα. ὁ δὲ τοῦ Διονυσίου πλὴν τὰ μεγέθους τῶν τοῦ πολυγνώτου τέχνων ἐμιμεῖτο εἰς
» τὸ ἀνειδέστατον πάθος, καὶ ἦθος καὶ ἁμαρτίας χρῆσιν, ἰμαλίων λεπτότητας, καὶ τὰ λοιπά.

» δῆλον δέ, ὅτι καὶ τῶν λεχθεισῶν εἰκάσει μιμήσεων ἔξει ταύτας τὰς διαφοράς. καὶ ἔστιν ἑ
» τέρα, τῷ ἑτέρα μιμήσασθαι ἔστιν ἢ τὸν τρόπον. ἢ γὰρ οἷα ὀρχήσει, καὶ αὐλήσει, καὶ κιθαρίσει
» δεῖ γενέσθαι ταύτας τὰς ἀνομοιότητας,

Ex

„ Ex quo liquidò apparet imitationum ſupradictarum vnamquánque
„ tales differentias ſortiri, planéque diuerſam euadere, quod res diuer
„ ſas ad hunc modum imitetur. Etenim tum in ſaltatione, tum in tibia-
„ rum, citharárúmue modulatione huiuſmodi diſſimilitudines fieri
„ contingit.

Quoniam omnis Poëſis imitatur,& imitatur agẽtes.hi vero aut boni, aut mali: nam his duobus differunt inter ſe hominũ mores; Neceſſe eſt, omnem poëſin vel hos, vel illos imitari; Sicuti etiam faciunt pictores,qui aut præſtantiores,aut viliores,aut eos, qui inſtar ſunt ſuæ ætatis hominum,imitantur. patet igitur hanc differentiam, quæ ſumitur ex materie, & rebus ſubiectis diſtinguere ſpecies poëſeon inter ſe. Id verò probatur ſingillatim per inductionẽ.Auletice,Cithariſtice,Dithyrambice,Epopœia. Saltatoria, Tragœdia, Comœdia differunt inter ſe pro diuerſitate rerum, hominum & actionum,quas imitantur: patet igitur concluſio. Debet autem hoc exemplis dilucidius oſtendi. Saltatoria primum,tum ipſa ab aliis, tum à ſemetipſa hac diſtinguitur differentia. Quandóque enim viles,quandóque præſtantes, quandóque honeſtas, aliquando turpes exprimebat ſaltatio hominum actiones, vt ex iis, quæ ante à me dicta fuerunt, intelligi potuit; Auletice quandoque; nam & ipſa viles ferè ſemper, aliquando tamen etiam graues imitabatur actiones,vt ſatis ex ſuperiore noſtra diſputatione colligi poteſt. Cithariſtice,ſeu lyrice,cum & ipſa adhiberetur,tũ ad hymnos& pæanas, tũ ad iocos,& amores; patet vtraq. eam differentia diſtingui. Dithyrãbice, Bacchi quæ cõtinebat laudationẽ,magna ex parte præſtãtiores exprimebat actiones.

„ καὶ τοῦτο τοῖς λόγοις δὲ ἢ τῷ ψιλομετρίαν, οἷον Ὁμηρος μὲν βελτίους, Κλεοφῶν δὲ ὁμοίους
„ ἡγήμωνα δὲ ὁ Θάσιος ὁ τὰς παῤῥῳδίας ποιήσας πρῶτος, καὶ Νικόχαρις ὁ τῇ Δηλιάδι, χείρους.

„ Similiter etiam, & quæ circa ſermones, & nuda carmina verſantur.
„ Exempli cauſa. Homerus præſtantes effingit. Cleophon ſimiles. He-
„ gemon verò ille Thaſius, qui primus Parodias ſcripſit; nec non Ni-
„ cocharis qui Deliadem, viles.

Hæc ita cum ſuperioribus connecti debent. Ariſto. adhuc inductione vtitur,enumerátque omnes poëſeos partes, atque demonſtrat,in Epopœia etiam eandem cerni differentiam,quæ ex materie,& genere rerum ſumitur. innuit autem Epopœiã,cum dixit,quæ verſantur τοῦτο λόγους καὶ ψιλομετρίαν. Poſtremam dictionẽ vertit Valla ineptiſsimè (vt multa ſolet) tenuitatem ſermonis. Paccius nuda carmina. Expreſsius dictum fuiſſet.Quæ verſibus tantũ,& metro imitationem ſuam conficiunt.nam hic eſt Ariſt. ſenſus. Sed redeo ad rem. Sub Epopœia collocantur Dialogi; quatenus imitantur. vt ante declaratum eſt; quod multò apertius ſignificauit Ariſtot. hoc loco. cum ait λόγους καὶ ψιλομετρίαν. nã cum ait λόγους,ipſos intelligit Dialogos,qui ſermone imitãtur ſoluto.Ariſtot. in Rhetoric. lib.iii.ita ſæpe appellat.cum verò,inquit ψιλομετρίαν,innuit Herroicum poëma, quale eſt Homericũ vtrunque & Vergilianum, nam in ſermone incluſo metris conficitur imitatio. Dialogis igitur accommodari poteſt eadem differentia. nam & præſtantes, & viles imitantur. Pulcherrimus eſt ille Luciani locus,quem etiam ſuperius citaui, ex eo opuſculo,quod inſcribitur. προμηθεὺς ἢ ἐν λόγοις. declarat enim quantum interſit inter Dialogum & Comœdiam: differebant autem materie rerum,quas tractabant. nam Comœdia viliores imitabatur,cum maledicentia. Dialogus vero diſputationes tantum philoſophorum exprimebat;Quare reprehendebatur Lucianus, quòd abuteretur Dialogis, & ad eos accommodaret materiem, quæ Comœdiæ erat propria. Verba ſunt hæc. καὶ ὅμως ἐτολμήσαμεν ἡμᾶς
„ τὰ ἔτως ἔχοντα πρὸς ἄλληλα ξυναγαγεῖν, καὶ ξυναρμόσαι ὰ πάνυ πρέποντα, ὰ δὲ εὐμαρῶς ἀνεχόμενα
„ τῇ κοινωνίᾳ. διέσυρε τοίνυν μὲν αὐθις ὅμοιόν τι τῷ προμηθεῖ τῷ σῷ πεποιηκὼς φαίνωμαι, τὸ θῆλυ τῷ
„ ἄῤῥενι ἐγκαταμίξας. καὶ διὰ τὸ δίκην ὑπόχω. Metrica Epopœia imitatur & præſtantes, &

© SCD - Université de Poitiers

τὸν καθ' ἡμᾶς, & χείρους. probat autem exemplis antiquorum poëtarum. Sic. Homerus præstantes, Cleophon similes, Hegemon viles, & Nicocharis imitantur. Homerus reges,& heroas effingit, Agamemnonem, Menelaum, Aiacem, Nestorem, Achillem,& Vlyssem in primis; hunc quidem in Iliade, illum verò in Odyssea. Quare Plutarchus vtriusque poëmatis dignitatem extollens ait. ἢ μὲν ἰλιὰς ἔχει τὸν οἷ ἰλίῳ προέδρου ἑλληνιστὶ μὴ βαρβάρων, ἡ δὲ ὀδύσσεια τῷ ὀδυσσεῖ ἀνακομιδὴν ἐκ τῆς πλάνης ὑφ' ὧν φίλος ἐστὶ παρεσκεύασε; δῆλον μὲν τῆς ἰλιάδος ἀνδρείαν σώματος, δῆλον δὲ τῆς ὀδυσσείας νοῦν καὶ γνωμοτύπιαν. de Cleophonte hoc; nusquam legi. Suidas quidem alterum Cleophontem nominat, quem & Athenienſem,& Tragicum vocat. sed non puto hunc esse. Exprimebat hic de quo loquitur Aristoteles, τὸν ὁμοίους. De Hegemone multa legi possunt apud Athenæum libro xv. vbi de Parodis agit. Is ab antiquis dictus fuit φακῆ cognomento, idest lenticula. Scripsit φίλιννιν Comœdiam veterem, de qua Athenæus ibidem meminit. primus hic parodias induxit in scenam,& pulpitum,nam ita habet Atheneus, εἰσ θυμέλην, vt recitarentur. Sed dicamus breuiter de hoc genere poëmatis. Quantum ego perspicere potui: Ii poëtæ vocabantur ab antiquis Parodi, qui vilissima tractabant argumenta,& maledicentiæ plenissima. Athenæus, vbi loquitur de Euboeo Parodo, qui vixit temporibus Philippi Regis Macedonum, ait, ἐνδοξότατος ἦν ἐν παρῳδίαις, καὶ ἀθηναίοις ἐλοιδόρησε, καὶ ἕλκει σώζεται αὐτοῦ παρῳδῶν βιβλία πέντε. Parodi iocis, & salibus vtebantur in suis Parodiis. declarat hoc ibidem Athenæus ex verbis Polemonis, qui scripsit librum περὶ τῶν τὰς παρῳδίας γεγραφότων Cuius hæc erant verba. τὰς δὲ τὰς παρῳδίας γράψαντας λογίους ἂν φήσαιμι διὰ τὸ παίζειν ἀμφιβλήδην. Inuentor autem Parodiarum primus fuit Hipponax Iamborum scriptor. Hegemonem hunc sæpe in recitatione parodiarum vicisse, ibidem testatur Athenæus: Eundemque scripsisse γιγαντομαχίαν: Ex illius verò Parodiis multos citat versus. Hesychius declarans verbum hoc παρῳδῆντισ, ait, παραφαγῳδῆντισ, χλευάζοντεσ: ex quo satis apparet, quale fuerit hoc poëmatis genus. Quod autem ait Aristoteles in contextu primum Hegemonem Thasium parodias scripsisse, non satis patet: nisi fortè ita sit intelligendum. primum illũ apud Athenienses, aut primum, quoniam πρῶτον εἰσῆλθεν εἰσ τὸν ἀγῶνα θυμελικόν. Patet verò satis ibidem in Parodiis fuisse tractationem rerum vilium. Est ibidem legere apud Athenæum in Parodiis fuisse tractatum περὶ τῆς τῶν βαλανείων μάχης; itidem de contentione κουρέων τῷ κειραμένῃ γυναικὸς χάριν. Nicocharis quoque Athenienſis Comicus viles est imitatus. Eius fabulas enumerat Suidas Galateam; Herculem Choragum; ἐγχειροτάσοραν, & alias multas: hoc in loco Aristot. Deliadem; Nominat δηλιάδα σήμου Atheneus libro. iii. vbi loquitur de pane tabarite. Eundem σῆμον citat in Deliade libro iiii. σῆμος δὲ ἐν τετάρτῳ δηλιάδος δηλοῖ φασὶ παραγωμιδοῦσι εἰσ δῆλον παρεῖχον δήλιοι ἅλας, καὶ ὄξος, καὶ ἔλαιον, καὶ ξύλα καὶ σκόμματα. Ex quo apparet Deliadem, fuisse opus à Semo conscriptum de rebus gestis, seu antiquitate,& moribus Deliorum.

Ομοίως δὲ καὶ περὶ τοὺς διθυράμβους, καὶ τοὺς νόμους, ὡς πέρσας, μὴ κύκλωπας τιμόθεος καὶ φιλόξενος μιμήσαιτο ἄν.

Pari ratione & qui per Dithyrambos, & Mimos vt fatuos, & Cyclopas, Timotheus, & Philoxenus vtique imitantur.

Hæc alia pars est inductionis, per quam probat singillatim in omni genere poëseos eam cerni differentiam, quæ à materie,& rebus sumitur. Sic, idem facit Dithyrambice; Idem faciunt Mimi. Errauit etiã hoc loco interpres Paccius, nam νόμους habet contextus Græcus:& de poëmate legum est intelligendum. quoniã Mimus est Comœdiæ species,& sub ea collocatur. Dithyrambice imitatur deos. Legum poësis magnos imitatur viros,& ciues,& legumlatores; ipsamq. legum sanctitatem, qua nil maius, nihil præstantius, nihil augustius, aut magis diuinum. Est in contextu, ὡς πέργασ, μὴ κύκλωπασ vt fatuos, vertit Paccius: Vt pergas, vertit Valla. nam in dictione μίμους agnouit erratum; viditque esse legendum νόμους. Sed quæ amentia est Dii boni? dicere; leges pergas, quis vnquam de his mentionem fecit? aut quæ sunt? aut quomodo ita potest

© SCD - Université de Poitiers

teſt cõcinnari hic contextus. πέργασ autem ſignificare fatuos homines, vti vertit Pacius, nuſquam legi apud Græcos, neque puto quẽpiam doctum agnoſcere hoc verbum Græcũ. quare legendũ eſt, vt eſt in manuſcripto codice. πέρξασ καὶ κύκλωπασ. Nam Cyclopas ab hoc ſcriptos teſtatur Athenæus libro primo, vbi de Philoxeno multa recenſet. ἐπεὶ δὲ τὴν ἐρωμένην γαλάτδαν ἐφωράθη διαφθείρων εἰσ τὰς λατομίασ ἐνεβλήθη, ἐν αἷσ ποιῶν τὸν κύκλωπα σωέθηκε τὸν μῦθον εἰσ τὸ ᾠδὴ αὐτὸν γενόμενον πάθοσ. τὸν μὲν διονύσιον κύκλωπα ὑποσησάμενοσ. τὴν δ' αὐλητρίδα γαλάτειαν, ἑαυτὸν δὲ ὀδυσσέα. de hac re quoque mentio fit ab Ariſtophanis interprete in Pluto; vbi ait. θρέψαν ἐλὸ τὸν κύκλωπα. Qui voluerit, videat locum diligenter ibi deſcriptum. Philoxenum Hymenæum cecinisſe in nuptiis teſtatur Athenæus. cuius erat tale exordium. γάμε θεῶν λαμπρότατε. Timotheum quoque muſicum fuiſſe, & dithyrambicũ ſatis patet; & nos de eo ſuperius multa diximus. Hunc verò ſcripſiſſe πέρξασ, non ſatis liquet. Verum fabulam hanc à multis aliis ſcriptam legi. & probabilem mihi eius inſcriptionis rationem afferre poſſe videor. Perſarum luxus adeò omnibus notus eſt; vt nihil ſit neceſſe de eo quidpiam recenſere. nam & apud eos ex lege præmiũ nouæ voluptatis inuentoribus propoſitum teſtatur Athæneus libro quarto his verbis, τοὺσ περσῶν βασιλεῖσ ὑπὸ ξυφῶσ προκηρύττειν τοῖσ ἐφευρίσκουσι ἕνα καινὴν ἡδονὴν ἀργυρίου πλῆθοσ, eoſdem ebrioſos fuiſſe, ac voluptatibus deditos, ſatis idẽ copioſe narrat vbi de illorum agit moribus, & apparatu cœnarum; de quibus etiam Horatius in Odis.

„ . Perſicos odi puer apparatus. Eoſdem inter pocula maximis de rebus conſultaſſe teſtatur Herodotus. Athenæus. Interpres quoque Ariſtophanis in eo verſu. „ ὄψον γὰρ εὕρουσ ἀνθρακικώτερον. Ideò factum puto, vt de iis iocoſas ſcriberent veteres „ poëtæ fabulas; quæ multum habebant ſalis in reprehendendis eorum vitiis, & luxu notando. Thurioperſas Metagenis Comici citat Athenæus. vbi loquitur libro ſexto „ ᾠδὴ τηγάνου. legendus eſt ille locus; nam ibi de Eſculentis loquitur Comicus poëta. „ itidem eodem libro citantur verſus Pherecratis οἱ περσῶν ἕνεκα δ' ἐσθῆτι τῆσ σῶν ἑρότων, ἢ ξυ„ γοποιῶν χρεία. ἢ ἁρπαστεργῶν, ἢ χαλκοτύπων, ἢ σαίρματοσ ἢ χαρακισμοῦ. αὐτόματοι γὰρ διὰ τῆσ ζμόδιον πόζαμοι λιπαροῖσ ἱππάσοισ ῥωμοῦ μέλανοσ. & quæ ſequuntur. Ab eodem Athenæo animaduertes citari de eſculentis in Perſis Metagenem. itidem Naucratem Comi„ cum. in Perſide, cuius ille narratur verſiculus. οἱ ἀττικὴ διαφυτᾷ δύρειν ἀκ ἐστὶ ῥᾴδιον. Ex his, & aliis multis locis apud eundem colligo Perſas fuiſſe comœdiæ nomen, ſeu poëmatis; in quo veteres, dum carpebant luxum Perſarum; de vilibus quibuſdam rebus, & culinariis loquebantur.

„ Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ διαφορᾷ καὶ ἡ τραγῳδία πρὸς τὴν κωμῳδίαν διέκκειν. ἡ μὲν γὰρ χείρους,

„ ἡ δὲ βελτίους μιμεῖσθαι βούλεται τῶν νῦν.

„ Qua etiam diſsimilitudine Tragœdiam à Comœdia differre dici„ mus: hæc enim humiliores, illa verò præſtantiores imitatur quàm qui „ modo ſunt.

Suſcipit etiam tragœdia, & comœdia differentiam eam, quæ eſt ex ſubiecta rerum materie deſumpta; nam tragœdia cum verſetur in imitatione, & repreſentatione calamitatum, & miſeriarum regis, aut heroïs alicuius; præſtantiores vtique imitatur. illorum verò potiſsimum miſeriam explicat, qui inſignes ſunt, quoniam ex horum perſona maior cietur commiſeratio, quàm ſi eorum recenſeatur calamitas, qui ignobiles ſunt, ac viles. Comœdia verò actiones imitatur hominum humiliores, & viliores, vt ſatis in ipſorum ſcriptis perſpici poteſt. & ex hac re inter ſeſe differunt, & comœdia, & tragœdia, non ex eo, quod paſsim expoſuerunt grammatici neſcio qui imperiti; quorum ſententia, quoniam perridicula eſt, præſertim in tragœdia, ideò à me prætermittitur.

„ Ἔτι δὲ τούτων τρίτη διαφορὰ τὸ, ὡς ἕκαστα τούτων μιμήσαιτο ἄν τισ. καὶ γὰρ ἐν ταῖς αὐτοῖς,

„ καὶ τὰ αὐτὰ μιμεῖσθαί ἐστιν, ὅτε μὲν ἀπαγγέλλοντα, ἢ ἕτερόν τι γιγνόμενον, ὥσπερ Ὅμη„ ρος ποιεῖ, ἢ ὡς τὸν αὐτὸν, καὶ μὴ μεταβάλλοντα ἢ πάντας ὡς πράττοντας, καὶ ἐνεργοῦν-

» τας τοὶς μιμουμένοις,

» Tertia præterea in his differentia eſt, quo quiſque modo ſingula imi
» tetur. fieri enim poteſt, vt eiſdem eadem, diuerſa tamen ratione imi-
» temur: aliquando quidem narrantes nos, ídque modo alienam per-
» ſonam induti (quod Homerus facit) modo vt iidem ipſi non mutati,
» aliquando verò quaſi negociantes omnes, & agentes introducentes.

» Hæc ita vertit Paccius. Valla autem ſic. Iſtorum tertia eſt differentia, vt horum ſin-
» gula quiſpiam ſit imitatus, nam in iiſdem eſt quoque éadem imitari; cum imitantur
» aununciantem; aut quidpiam aliud factum, veluti Homerus fecit, vel eundem, &
» non mutantem, aut omnes, vt agentes, & exercentes imitando. Si conſideres hanc
Vallæ verſionem; ea quidem optima eſt, ſed ex qua non facilè poſsis elicere ſenſum;
ſecutus eſt enim ipſa verba Græca. credo, quòd ei videretur lubricus locus, neq. per-
ſpiceret certam ſententiam. Paccius multum à verbis diſceſsit. non tantum mihi vbi-
que ſatisfacit; nam vbi ait; iisdem éadem, diuerſa tamen ratione imitamur, require
» bam, vt apponeret. IN. Sic in iiſdem. nam eſt ſenſus. Sæpe contingit, vt in iiſdem ho
minibus éadem imitemur, diuerſo tamen modo, quod declarat, cuiuſmodi ſit; nam
habet contextus hæc verba. ὅτε μὲν ἀπαγγέλλοντα, ἢ ἕτερον τι γινόμενον. Paccius ita vertit.
Aliquando quidem narrantes nos, ídque modo alienam perſonam induti. Hanc ver-
ſionem ſi diligenter conſideres; neque recta fortaſſe eſt, & eſt obſcura. Nam eſt Ari-
ſtotelis ſenſus. Licet imitari aliquem, tanquàm nunciantem, & alterius ſubinde perſo
nam ſuſcipientem, id quod facit Homerus. Nam Homerus imitatur Vlyſſem nun-
ciantem, & narrantem Alcinoo regi omnia; quæ dum narrat Vlyſſes, ſæpe alterius ſu
ſcipit perſonam. Exempli cauſa. Refert, ut adnauigarit ad Sirenum ſcopulos. Vt effu-
gerit periculum, quod ſibi à Polyphemo impendebat. Hæc dum narrat ſubinde ſu-
ſcipit perſonam Sirenum. ſuorum ſociorum. ipſius Polyphemi; & refert imitando
ipſius met perſonæ verba. Idem facit Vergilius apud nos libro ſecundo AEneidos, &
tertio, nam Vergilius AEneam imitatur nunciantem; ſeu narrantem Didoni reginæ
excidiũ Troianum; quod dum facit ſæpe ſe in alterius tranſmutat perſonam. Exempli
gratia. Vbi refert de Sinone. de Hectore. de Panthoo. de Anchiſe, Creuſa, & Hele-
no. Hæc dum narrat, ſuſcipit ipsémet nuncians, & narrans AEneas perſonam Sino-
nis. Hectoris. Anchiſæ. Creuſæ & reliquorum, quorum omnium ita verba refert,
ac ſi ipſi loquerentur. Hic eſt verus (vt opinor) Ariſtotelis ſenſus in illis verbis, ὡσ ἀ-
» παγγέλλοντα, ἢ ἕτερον τι γινόμενον, vt illam dictionem ἀπαγγέλλοντα, & reliquæ, referas ad
perſonam, quam imitatur poëta. non ad poëtam, ſicuti retulit Paccius, cum ait; Ali-
» quando quidem narrantes nos. Conſequuntur etiam illa verba, ἢ ὡσ τὸν αὐτὸν, καὶ μὴ μι-
» μούμενον. quorum hic eſt ſenſus. vel licet poëtæ imitari aliquem, vt ipſum tantum-
modo per ſe ſeparatum. cum illius met exprimit perſonam neque eundem tranſmu-
tat in alias perſonas. vt pũta in ſuperioribus narrationibus, de quibus dixi, Homeri-
cis, & Vergilianis, Vlyſſes, & AEneas dum referunt, & nunciant res geſtas; ſubinde
mutant ſeipſos in aliorum perſonas, vt patet. Sed alter etiam imitandi modus eſt, cum
poëta aliquem non inducat immutatum ſæpe in diuerſas perſonas, ſed vnius perſo-
nam perpetuò ordine eandem ſeruet. & alias itidem, quæ cum ipſo collocutæ fuerint;
quod facit Homerus in poſterioribus Odyſséæ libris. & tota Iliade. Vergilius vero li
bro quarto, quinto, ſexto; & reliquis deinceps, in quibus non narrantem acta, & di-
cta inducit AEneam; ſed re ipſa agentem, & colloquentem vnà cum aliis; quorum
inducit perſonas. inducit autem in hunc modum. Sic ait AEneas. ita reſpondit Si-
bylla. Sic locutus eſt Anchiſes. ita Latinus. Turnus. Aſcanius, vt quilibet ſeparatim
loquens inducatur à poëta; & huiuſmodi ſanè imitatio differt à priore ſicuti patet.
quia diuerſo fit modo. Hic eſt Ariſtotelis ſenſus, vt puto qui volet, conferat cum con
textu ſingula, quæ à nobis dicta ſunt, & perſpiciet omnia eſſe veriſsima. Conſequitur
» in illis verbis ἢ πάντας ὡσ πραττοντας, ἢ συναγοντας τοὺσ μιμουμένους. Senſus eſt. vel imita-

tur

itur poëta,dum inducit omnes tanquàm agentes & euidenter,ac perſpicue exprimentes eos,quorum imitantur ſermonem,aut actionem. nam ita debent verti illa verba, καὶ ἐναργοῦντας τοὺς μιμουμένους,nam ἐναργεῖν eſt reipſa, & euidenter aliquid exprimere;
» Vnde ἐνάργεια à Cicerone in Lucullo,perſpicuitas,& euidentia. Paccius,& Valla non expreſſerunt hunc ſenſum. videre eſt in ipſorum tranſlationibus. Sed optimum fuerit ſi quicquid eſt ante à nobis dictum,breuiter collegerimus. Modus imitandi, qui conſtituit differentiam inter poëmata,triplex eſt. primus modus eſt; cum poëta inducit vnius perſonã narrantis & explicantis alicui res actas,quaſi agantur,tunc enim neceſſe eſt, vt ille diuerſorum ſuſcipiat perſonas, & exactè illorum referat ſermonem, & collocutionem; atque, vti patet, in primo hoc modo ineſt vna tantum perſona ſubinde ſe mutans in aliam. Alter modus eſt,cum ipſe poëta intermiſcet pau-
» cula quædam ex ſua perſona; vt potè. Sic ait Aeneas. Talia verba refert. Sic inquit. In hoc ſecundo modo plures inſunt perſonæ; & ſingulæ ſuas, cum decoro,& venuſtate, exprimunt partes. Tertius modus eſt; cum poëta prorſus nihil ex ſua perſona profert,ſed exprimit,atque imitatur ipſas perſonas,non ſecus,ac ſi tunc agerent,& loquerentur. hoc verò obſeruant comici,& tragici poëtæ,qui ipſas ſtatim perſonas inducunt loquentes; ipſi autem nihil proferunt ex ſe. Priores illi duo modi ad epopœiã in primis,& alias aliquot ſpecies poëmatum pertinẽt; Hic poſtremus ad comœdiam, & tragœdiam, fortaſſe etiam ad aliquod aliud poëmatis genus. Hæc verò omnia deſumpſit Ariſtoteles ex Platone,nam ille quoque copioſe de his imitandi modis poëticis loquitur. Non eſt autem locus hic Platonis prætermittendus, tum vt facilius intelligantur ea,quæ ſunt ab Ariſtotele dicta breuiter fortaſſe nimis,& obſcurè; tùm vt vnuſquiſque perſpiciat,quàm ingeniosè è ſcriptis Platonis præceptoris ſui, ſicuti alia multa, ita & hæc tranſtulerit; Eſſet nimirum res admiratione digniſs. omnémq. ſuperaret fidem, ſi quis aſſereret Ariſtotelem omnia non ſolum in philoſophia, ſed etiam in rhetorice & poëtice deſcribenda ſuo ingenio excogitaſſe, támq. artificiosè literis mandaſſe; dormitaſſe enim planè,ac nihil in literis vidiſſe cæteri videntur,ſi illorum ſcripta cum Ariſtotelis ſcriptis de eadem re conferantur. ita ille noua quadam ratione,& ordine omnia collocauit,diſpoſuit,& cuncta complexus eſt. Sed facilè adducor aliquando,vt credam,ſummorum virorum ſcripta illum ſibi propoſuiſſe in omni diſciplinarum genere ſcribendo;atque illorum cogitationes amplificando,& ſuis locis collocando aptè illuſtrare conatum. Hæc pauca è re nata dicere volui, quia perſpexi,vt ea quæ oculis cerni ſolent, totam iſtam μέθοδον poëticæ facultatis deſumptam fuiſſe ab illo ex præceptoris ſui Platonis diſputationibus,quæ adhuc extant libro tertio de Legibus. Conatur ibi Plato; dum ciuitatem rectè inſtitutam nobis proponere vult; leges ſancire. de tollendis poëtarum recitationibus; quarum imitatione expreſſa in theatris corrumpi ciuium mores exiſtimabat. Enumerat igitur imitationes poë-
» ticas treis, atque poſt longam explicationem colligit his verbis ἄλλον δὴ ἄλλα τῆς ποιήσεως
» τε,καὶ μυθολογίας ἡ μὲν δὴ μιμήσεως ὅλη ἐστὶν ὥσπερ σὺ λέγεις,φαγωδία τε,καὶ κωμῳδία. Ἡ δὲ δι' ἁπαγ-
» γελίας αὖ τῷ ποιητῇ,οὗτος δ' ἂν αὐτὴν μάλιστα που οἰ διθυραμβοι. Ἡ δι' ἀμφοτέρων οἰ τε τῆδε
» ἐπῶν ποιησὶ. Primus imitandi modus eſt,qualis viſitur in tragœdia,& comœdia. Secundus eſt,qualis olim fuit in poëſi Dithyrambica,nam in ea,omnia narrabat ipſe poëta, neque alios faciebat loquentes. Tertius modus eſt qui conflatur ex ſuperioribus duobus,qualis in epico,ſeu heroico poëmate cernitur. Hæc ſi ita ſe habent, poterunt ſimpliciore etiam quadam ratione ſuperiora Ariſtotelis verba explicari. vt illa verba ὅτε
» μὲν ἀπαγγέλλοντα ἢ ἕτερον γιγνόμενον,referantur ad poëtam, qui narrat ipſe,& mox induit alienam perſonam; atque hic ſit Primus modus epopœiæ proprius; illa autem verba,
» ἢ ὡσ τὸν αὐτὸν, καὶ μὴ μεταβάλλοντα. referantur itidem ad ipſum poëtam, qui aliquando ipſe ſemper narrat,neque alios facit loquentes. ſicuti de dithyrambice ſcriptum reliquit Plato,qui etiam eiuſmodi poëmatum genus potiſsimum probat, quòd multiplicem non habeant imitationem, qua putabat ille corrumpi hominum mores. Et ſic erit appellandus hic Secundus modus imitandi, ſeu potius ſcribendi poëmata. &
» hanc ideo Plato vocat libro de Legibus tertio ἁπλῆν διήγησιν his verbis. Ἆρα δῦ ὀχὶ ἥτα

C

ἁπλῇ διηγήσει, ἢ δι' μιμήσεως γινομένῃ ἢ διὰμφοτέρων περαίνουσι, in quibus tres simul explicat imitandi modos. Nam tertius est δι' μιμήσεως. Aristoteles verò post multis in locis epopœiam vocat διηγηματικὴν ποίησιν. Sed idem in definitione tragœdiæ, vt paulò post explicabimus, ait, ἄνευ ἀπαγγελίας. quæ propria est epopœiæ. declarat rem totam copiosè
» Plato libro tertio de Legibus his verbis. καὶ μοι εἰπέ, ἐπίσασθαι τῶν ἰλιάδων τὰ πρῶτα: οὐ ὅτι
» ὁ ποιητὴς φησὶ τὸν μὲν χρύσην δεῖσθαι τῶν μὲν ἀγαμέμνονος ἀπολῦσαι τὴν θυγατέρα, τὸν δὲ χαλεπαίνειν,
» τὸν δὲ, ἐπιδημῆ ἂν ἐν τύχαις, κατεύχεσθαι τοῖς ἀχαιοῖς πρὸς τὸν θεὸν. ἐγώγε. οἶσθα δὴ ὅτι μέχρι μὲν
» τούτων ἐπῶν. » καὶ ἐλίσσετο πάντας ἀχαιούς
» Αἰδοίους δὲ μάλιστα Ἀτρείδας δύο κοσμήτορε λαῶν,
» λέγει τι αὐτὸς ὁ ποιητὴς, καὶ οὐδὲν ἐπιχειρεῖ ἡμῶν τὴν διάνοιαν ἄλλοσε στρέφειν, ὡς ἄλλος ὢν ὁ λέγων, ἢ αὐ
» τὸς, ἀλλ' αὐτὸς ταῦτα, ὥσπερ αὐτὸς ὢν ὁ χρύσης λέγει, καὶ πειρᾶται ἡμᾶς οἷς μάλιστα ποιῆσαι, μὴ ὀμικρὸν
» δοκεῖν εἶναι τὸν λέγοντα, ἀλλὰ τὸν ἱερέα πρεσβύτην. κἀν τῷ ἄλλῳ δὴ πᾶσαν αἰτίαν ἔχει λέγειν, ὅτι πεποίηται τὴν
» διήγησιν τοῦδέ τε τοῦ ἐπὶ Ἰλίῳ, καὶ οἰθάκης. ἀκούσῃ δὲ διηγησιν μὲν ἐν, καὶ ὅταν τὰς ῥήσεις ἑκάστοτε λέγει, καὶ
» ὅταν τὰ μεταξὺ τῶν ῥήσεων. Ἀλλ' ὅταν μέλλῃ λέγειν ῥῆσιν, ὥσπερ ἄλλος ἂν, ἀρ' οὐ τότε ὁμοιοῖ αὐτὸν φύσε-
» μεν, ὅτι μάλιστα τῶν αὐτοῦ λέξιν ἑκάστῳ, ὃν ἂν προείπῃ ὡς ἐρεῖ τι. Hæc verba mirificè explicant totum Aristotelis locum, nam cum ait Aristoteles. μεταβάλλοντα αὐτὸν. Plato idem significauit, cum inquit. ὡς ἴσος ἄλλος ὤν. Reliqua breuitatis causa prætermitto, legat, qui uolet, & conferat cum Aristotele: & animaduertet inde, quod ab initio diximus, totam hanc explicationis partem ab Aristotele fuisse desumptam.

» Ὥς τε τῇ μὲν ὁ αὐτὸς ἂν εἴη μιμητὴς Ὁμήρῳ Σοφοκλῆς, μιμοῦνται γὰρ ἄμφω σπουδαίους. τῇ δὲ Ἀριστοφάνει, πράττοντας γὰρ μιμοῦνται, καὶ δρῶντας ἄμφω: ὅθεν καὶ δράματα καλεῖσθαί τινες αὐτά φασιν, ὅτι μιμοῦνται δρῶντας.

» Quo sanè fit, vt ab Homero Sophocles aliquo pacto imitatione non
» discrepet, quòd vterque præstantes imitetur; nec item ab Aristopha-
» ne, quòd vterque negociantes & agentes: vnde dramata, id est actus
» ipsos, nonnulli ab agentium imitatione appellari dicunt.

Postquam Aristoteles declarauit tres differentias, quibus distingui possunt omnes poëseos species; demonstrat conuenientiam etiam reperiri posse aliquam, & similitudinem inter duo poëmata; rursus & discrepantiam perspici. nam si differunt aliqua modo; conueniunt. MAterie, si differunt materie; conueniunt modo; & sic facile fuerit vnicuique perspicere ex his differentiis, quid inter hanc, & illam poëseos speciem differat. Ego hoc loco collegissem conuenientiam & discrepantiam, sicuti facit Porphyrius inter quinque illas voces generales, sed necessarium non est mihi magnopere visum. potest enim quilibet per se hoc ipsum efficere. Habet in contextu Aristoteles exempla, & collationem trium poëtarum, Homeri, Sophoclis, Aristophanis. Homerus conuenit cum Sophocle materie, nam vterque præstantes imitatur. Sophocles cum Aristophane conuenit modo, nam vterque negociantes, & agentes imitatur. verba Græca sunt πράττοντας, καὶ δρῶντας; à quo verbo δρᾶν nonnulli putant esse vocata δράματα, id est actus, seu fabulas. ii verò, qui in hoc genere versantur, Dramatici à veteribus appellabantur. Hæc probatio deducta est ab etymo dictionis; atque eò spectat, vt probet eos poëtas imitari agentes, & negociantes. nam δράματα, & δραματικοὶ dicuntur ἀπὸ τοῦ δρᾶν.

» Διὸ καὶ αὐτιποιοῦνται τῆς τε τραγῳδίας, καὶ τῆς κωμῳδίας οἱ Δωριεῖς. τῆς μὲν κωμῳδίας
» οἱ Μεγαρεῖς, οἵτε ἐνταῦθα, ὡς ὄντι τῆς παρ' αὐτοῖς δημοκρατείας γενομένης, καὶ οἱ ἐν Σικε-
» λίᾳ. ἐκεῖθεν γὰρ ἦν Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς, πολλῷ πρότερος ὢν Χωνίδου, καὶ Μάγνητος, καὶ
» τῆς τραγῳδίας ἔνιοι τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ποιοῦνται τὰ ὀνόματα σημεῖον. οὗτοι μὲν γὰρ κώ-
» μας τὰς περιοικίδας καλεῖν φασὶν, Ἀθηναῖοι δὲ δήμους, ὡς κωμῳδοὺς, οὐκ ἀπὸ κωμάζειν
» λεχθέντας, ἀλλὰ τῆς κατὰ κώμας πλάνης ἀτιμαζομένους ἐκ τῆς ἄστεως. καὶ τὸ ποιεῖν, αὐτοὶ μὲν

» μὲν δρᾶν, Ἀθηναίους δὲ πρᾶξιν προσαγορεύειν. τῶδε μὲν οὖν τῇ διαφορᾷ, τῇ πόλει, τῇ πί-
» νες τῆς μιμήσεως, εἰρήσθω ταῦτα.

» Quamobrem tragœdiam, atque comœdiam Dorienſes ſibi vendi-
» cant, Comœdiam quidem Megarenſes, tam hi qui hic ſunt, vt eo tem-
» pore inuentam, quo populari adminiſtratione eorum reſpublica rege
» batur; quàm qui ex Sicilia: ſiquidem ab his poëta Epicharmus pro-
» diit, multo ſanè prior Chonnida, atque Magnete: Tragœdiam verò
» quidem in Peloponneſo, eiúsque rei indicium illi vocabula eſſe vo-
» lunt; cum ipſi quidem κώμας vicos appellari dicant: Athenienſes ve-
» rò δήμους quaſi comœdos, non à κωμάζειν hoc eſt à comeſſando, ſed tan
» quàm errantes per comas, id eſt vicos, in vrbe deſpectui habitos, di-
» ctos exiſtimant. rurſus hi quidem facere δρᾶν, Athenienſes verò πράττειν
» dicunt. Ac de imitationis hactenus differentiis, quod videlicet, & qua-
» les, hæc dicta ſint.

Senſus horum omnium eſt hic. Dorienſes aſſerere ſe comœdiæ, & tragœdiæ inuentores fuiſſe. Comœdiam quidem inuenerunt Megarenſes, qui in Doride habitabant. hi autem aſſerebant eo tempore apud ſe inuentam, quo eorum florebat reſp. & adminiſtratio popularis, atque id ſanè non ab re dictum videtur. nam tunc excitantur, & inueniuntur omnes quidem artes, at ingenuæ præſertim, & liberales; cum libertate, & ocio fruuntur ciuitates: nam liberæ vrbes alunt homines neſcio quo modo ingenioſiores, & cupidiores honoris, ac virtutis. Athenienſes olim in primis libertate diu potiti ſunt; atq. hoc in cauſa fuit, vt perpetuò apud ipſos bonæ vigerent artes, & eorũ ciuitas omnium diſciplinarũ mater, & altrix fuerit. de Megarenſibus legere eſt apud Strabonem. alios in Doride fuiſſe, alios in Sicilia; atque eos quidem, qui Doridem incolebant, è Sicilia veniſſe. nam olim in Græcia ob frequentiam hominum, cogebantur ſæpè aliò tranſmigrare, & nouas quærere ſedes. hoc copioſè declarat Thucydides libro primo. aſſerítque in Atticam non fuiſſe vnquam commigratum; quia erat λιπαρόγειον. atque id fortaſſe in cauſa fuit, quòd ſe αὐτόχθονας appellarent. Sed (vt redeam vnde digreſſus ſum) Megarenſes, tam hi, quàm illi comœdiam ſibi vendicabant; nam apud Megarenſes Siculos extitit poëta comicus Epicharmus; qui multò ante Chioni dem, & Magnetem vixit, nam hos duos antiquiſsimos apud ſe affirmabãt fuiſſe, Athenienſes. Tota igitur argumentatio ducitur à vetuſtate poëtarum. Sic. Epicharmus prior Chionide fuit, & Magnete; Epicharmus fuit, vt alii tradiderunt Syracuſanus; vt nonnulli autem putarunt Megarenſis. Cicero in Tuſc. eum Siculum vocat, itidem & Horatius. Citat eius verſiculos Cicero. Alterum in Epiſt. ad Q. fratrem, νῆφε καὶ μὴ μύνῳ ἀπιστεῖν. altero verò, quem Latine profert, in Tuſc. quæſt. prima. Emori nolo, ſed me mortuum eſſe nihil æſtimo. de eo, qui volet, plura leget apud Suidam. Magnes adhuc iuuenis conferebatur iam cum Epicharmo ſene; nam nonaginta ſeptem totos annos eum vixiſſe teſtatur Lucianus in libro περὶ μακροβίων. Auium voces præclarè imitatus fuit in ſuis Comœdiis Magnes, ſicuti etiam Ariſtophanes. de eo plura Suidas. Athenæus. & alii. Chionides (non Chonnidas) ſic enim ſcribit Suidas, Athenienſis fuit, & ſcriptor veteris comœdiæ. de eo etiam Athenæus meminit. Secunda ratio, qua probat Ariſtoteles Megarenſes comœdiæ inuentores fuiſſe, eſt ab ipſa proprietate, & vſu dictionis ducta. Megarenſes, vicos vocant κώμους. Athenienſes δήμους. Sed comœdiam patet eſſe dictam ἀπὸ τῶν κώμων. Rationem hanc ita refellebant Athenienſes, vt gloriam eam inuentæ comœdiæ præriperent Megarenſibus, non ἀπὸ τῶν κώμων, Sed à verbo κωμάζειν, quod eſt laſciuire; & procliuem eſſe in libidinem. Sic vtitur Theocri-
» tus, cum ait. κωμάσδω ποτὶ τὰν ἀμαρυλλίδα. Megarenſes verò ἀπὸ τῶν κώμων volebant deductam appellationem comœdię. vel quòd primùm in vicis & compitis, inter ruſticanos

© SCD - Université de Poitiers

homines agi cœpit. vel quòd comici eiecti ab vrbe errabant per vicos,& pagos. quam ſententiam etiam ipſe Varro confirmat. Athenienſes autem ἀφὶ κωμάζειν; quia obſcena, & laſciua magna ex parte continebat comicum poëma. Notanda quædam in contextu verba; Tragœdiam verò quidam in Peloponeſo; nam etiam tragœdiam,ſicuti comœdiam vendicabant ſibi Dorienſes; qui in Peloponeſo habitabant. Sed ea vnde dicta,& quomodo, & à quo primùm fuerit inuenta, fortaſſe poſtea copioſius explicabimus, ſi opus fuerit. Tertia ratio, qua idem probat Ariſtot. etiam eſt ab Etymo. ducta. Megarenſes dicunt ὁρᾶν, Athenienſes πράττειν. patet igitur res tota. Notanda illa verba hoc loco. καὶ τὸ ποιεῖν αὐτοὶ μὲν ὁρᾶν. nam interpreets τὸ ποιεῖν verterũt ſimplici quadam prolatione, Facere. at ego vertiſſem libentius, Scribere verſus, & poëmata pangere. nam hoc ſignificat quandoque ποιεῖν. Ariſtoteles libro Rhetor. tertio. σημαινόντως δὲ μᾶλλε ποιεῖν. Vnde poëtæ dicti; & hoc ſanè ſuperius declarauit ipsémet Ariſtoteles, vbi ἐλεγοποιοὺς ait ob id vulgo appellatos.

» Εἰ̓οίκασι δὲ γεννῆσαι μὲν ὅλως τὴν ποιητικὴν αἰτίαι δύο τινὲς, καὶ αὗται φυσικαί· τό, τε
» γὰρ μιμεῖσθαι σύμφυτον τοῖς ἀνθρώποις ἐκ παίδων ὄντι, καὶ ἔστιν διαφέρουσι τῶν ἄλλων ζώων,
» ὅτι μιμητικώτατον ὄντι, καὶ τὰς μαθήσεις ποιεῖται διὰ μιμήσεως τὰς πρώτας, καὶ τὸ χαίρειν
» τοῖς μιμήμασι πάντας· σημεῖον δὲ τοῦτου συμβαίνον ἔστι τῶν ἔργων. ἃ γὰρ αὐτὰ λυπηρῶς ὁρῶμεν, τούτων τὰς εἰκόνας τὰς μάλιστα ἠκριβωμένας χαίρομεν θεωροῦντες, οἷον θηρίων
» τε μορφὰς τῶν ἀγριωτάτων, καὶ νεκρῶν. αἴτιον δὲ καὶ τοῦτου, ὅτι μανθάνειν οὐ μόνον τοῖς φιλοσόφοις ἥδιστον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως. ἀλλ' ἔστι βραχὺ κοινωνοῦσιν αὐτοῦ. διὰ γὰρ
» ἔστιν χαίρουσι τὰς εἰκόνας ὁρῶντες, ὅτι συμβαίνῃ θεωροῦντας μανθάνειν, καὶ συλλογίζεσθαι, τί
» ἕκαστον. οἷον, ὅτι οὗτος ἐκεῖνος. ἐπεὶ, ἐὰν μὴ τύχῃ προεωρακώς, οὐ διὰ μίμημα ποιήσει τὴν
» ἡδονὴν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπεργασίαν, ἢ τὴν χροιὰν, ἢ διὰ τοιαύτην τινὰ ἄλλην αἰτίαν.

» Cæterum à duabus cauſis, & quidem naturalibus videtur poëtica
» habuiſſe originem. Nam & inſitum eſt à natura hominibus à pueris
» imitari: & differunt à cæteris animantibus, tum quòd aptiſsimi ad imi
» tationem ſunt, tum quòd primas diſciplinas imitando acquirunt, &
» vnuſquiſque iuxtà imitationibus gaudet. Cuius rei, quod in operibus
» accidit, argumentum ſit. Etenim quæ ipſi cum moleſtia aſpicimus, eo-
» rum imagines affabre factas gaudentes intuemur: vt ferarum formas
» truculentarum, cadauerúmue. Huius verò ratio ſit, quòd non ſolùm
» philoſophis, ſed etiam cæteris mortalibus addiſcere iucundiſsimum
» eſt: quanquàm modicè in hoc hi communicent: ideóque huiuſmodi
» imagines inſpicientes gaudent, quoniam ex illarum contemplatione
» accidit, vt & diſcant vnumquodque, & in eis, quòd hoc ipſum ſit illud,
» probè ratiocinentur, alioqui ſi veras formas neutiquàm inſpexiſſent,
» nullam omnino voluptatem præberet imitatio, præterquàm vel opi-
» ficio, vel colore, vel tali aliqua ratione.

Poſtquàm differẽtias illas treis inuenit, expoſuit,& accommodauit ad ſingulas poẽtices partes; vt ex iis intelligere poſsimus, quid quælibet proprium habeat, quidque ſit, quo ab aliis differat; agit de origine poëtices; perquiritque cauſas ex quibus enata ſit hæc facultas; cauſas, inquam perquirit, Alteram quidem, & priorem efficien-
» tem. Alteram verò, quæ ducitur à fine; patet verò: hocnam ait in contextu εἰ̓οίκασι δὲ
» γεννῆσαι μὲν ὅλως τὴν ποιητικὴν αἰτίαι δύο τινες, καὶ αὗται φυσικαί. hæc, vt facilius intelligantur, repeto breuiter quædam, ad quæ mihi videtur reſpexiſſe Ariſt. In hominibus vis

quædam

quædam eſt, quam Græci φαντασίαν vocant;eam nos cogitandi vim appellare poſſumus, hæc imagines à ſenſibus ad ſe peruenientes recipit, retinétque;atque ad ſimplicem mentem, quã intellectum vocant, tranſmittit; quas cum ſimplex illa, ac pura mens receperit, ac diſtinxerit, vocantur ἔννοιαι ſeu ἐννοήματα, à noſtris notiones. differt autem phantaſia à ſenſu vt declarat Alexãder Aphr.in libris de Anima, tum quoniam ſenſus excitatur; dum res ipſæ adſunt,illa autem cùm abſunt,tum quia ſenſus vigilantibus.ineſt.Phantaſia etiam dormiẽtibus,poſtremò,quia ſenſus in noſtra poteſtate non eſt;phantaſia autem eſt,hęc in omnib.quidem;ineſt animantibus,at in homine maior, magisque diſtincta;nam homines poſt multum etiam temporis rem aliquam animo et cogitatione comprehendunt,cum exacta quadam iudicatione temporis;horę,& puncti temporis;et quoniam in homine uehemens eſt, & apte diſtincta,ideò memoriam, et reminiſcentiam in eo gignit;quod præclare eſt ab Ariſtotele traditum in lib. περὶ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν. nam aliter,hoc eſt magis confuſa, ac perturbata gignitur memoria in brutis. Homines igitur cum hac phantaſia maximè efficaci ſint præditi; apti ſunt ad imitandum quicquid voluerint;nam retinentes animo,& cogitatione ea,quę viderunt,& audierunt,omnia facilè imitari poſſunt;hinc fit ut pueri etiam ipſi imagines,& ſimulacra quædam effingant ex cera,& limo, cuiuſmodi à ſe puero effictas
» narrat Lucianus in prima Narratione ἀποξέων ἀν τοὺ κηρὸν, ἢ βόας, ἢ ἵππους καὶ νὴ Δί' ἀνθρώπους
» ἀνάπλαττον εἰκότως, ὡς ἐδόκει τῷ παιδὶ; καὶ ἐπαινοῦσι ἦν εἰσ τὸ ἐυφυὴς. Satis verò patet ex illa tàm apta & vehementi phantaſię vi homines impelli ad imitandũ,imitantur pueri uoces, & actiones;cantus auium;& quadrupedum voces: omniaque redigunt ad quandam σκιαμαχίαν, nullum verò ex animantibus hòc facit, præter hominem & ideo differt à cæteris brutis:& propterea Ariſtoteles ait in contextu differre homines ab aliis animantibus;quoniam aptiſsimi ſunt ad imitandum, velut referam Græca verba ipſius,
» ὅτι ζῶον ἐστὶ μιμητικώτατον. cuius rei cauſam explicat doctiſsime ipſemet Ariſtoteles in
» Probl. Sect.xxx. probl.vii. his verbis. διὰ τὶ ἀνθρώπῳ πλεῖόν μᾶλλον, ἢ ἄλλῳ ζώῳ: πότερον,
» ὥσπερ πλάττων ποκλεῖ ἀπεκρίναντο ὅτι ἀριθμεῖν μόνος ἐπίσταται, ἢ ὅτι θεοὺς νομίζει μόνος, ἢ ὅτι μιμητικώτατον, μανθάνει γὰρ διὰ τούτου. Ad illud confirmandũ Ariſtoteles adducit hanc ratio-
» nem quia homo τὰς μαθήσεις παιεῖται διὰ μιμήσεως τὰς πρώτας, ideſt diſciplinas ſibi efficit primas ex imitatione,nam non placet mihi illa verſio Paccii, qui ait homines acquirere primas diſciplinas imitando,nam etiam ſi aliquo modo probari poteſt, non ta-
» men exprimit Ariſtotelis ſententiam,cũ enim ait Ariſtoteles πρώτας μαθήσεις,ſignificat ni fallor,Mathematicas ſcientias,quas primas matheſeis appellare poſſumus, eò quòd in iis primum exercebantur olim puerorum ingenia,priuſquàm ad philoſophiã accederent has verò primas diſciplinas confecerunt homines per imitationem; nam cernentes oculis triangulum, circulum,ſemicirculum;& reliquas huiuſmodi figuras, in materie aliqua poſitas,& incluſas;ſublatasque ex oculis,cum animo earum formam retinuiſſent,in tabella rurſus deſcribebant & oratione apta exprimebant:exempli cauſa;ſi quis dicat omnis triangulus habet tres: quem mox deſcribat:iſta autem declaratio,ſimul & deſcriptio fit ex imitatione illius trianguli, quẽ antea viderat incluſum auri,aut æris materie.Poteſt etiam iſte locus ita exponi, vt idem ſignificet, quod de-
» claratum eſt lib.pri.ἀναλυτικῶν ὑστέρων, ſic.omnis qui alterum docet, habet aliquid ante
» cognitum,animoquè comprehenſum,itaque docet vt ab vniuerſali aliqua re progrediatur,quam ex multis ſingularibus paulatim collegerit,ac perſpexerit,vtpote ſi quis doceat Leonem eſſe animal quadrupes, magnum,fuluum, iubatum,paruis auriculis; cauda oblonga,vnguibus curuis,breuibus cruribus,agile,& velox:nõ poſſet talia docere, niſi antea Leonem vidiſſet,& poſtea retẽta cogitatione,& animo eius formam, & magnitudinẽ non expreſsiſſet oratione,quę imitatur ipſum Leonẽ;docet igitur ille per imitationem ſicuti patet;Qui verò diſcit,& audit docentem;aut ante leonẽ inſpexit,aut inſpiciet poſtea.Si ante inſpexerit:in illius oratione imitationem agnoſcit, & diſcit. Si poſtea viderit,quam ab illo audierit; memor illius deſcriptionis;cernit ſingula in leone eſſe,quæ audierat;ac perſpicit in eius verbis quandã illius animantis imitationem;atque ea ratione diſcit:patet iam igitur,quomo ſit ab Ariſtotele dictum

© SCD - Université de Poitiers

homines discere per imitationem. Habet quiddam scitu dignum Auerroes in sua enarratione huius loci. Ait enim homines per imitationem discere; ideò nos in nostro sermone vti exemplis, vt citius, & facilius intelligant auditores id, de quo loquimur. Exempla verò nihil aliud esse, quàm similitudines quasdam rerum; quę iam multò ante ceciderint sub sensũ, hinc illud est, quod Aristoteles ait lib. pri. Rh. ad Theod.

» Oratorum alios esse ἀνδυμηματικοὺς, alios autem παραδειγματώδεις; illorum sermonem turbulentiorem esse, ac maiore cum impetu ferri. Horum, quoniam vtuntur exemplis, quæ suapte natura planissima sunt, quietiorem, & rẽ magis explicare, atque ob oculos ponere. Ideò quoque putarim, quoniã homines per imitationẽ discunt, factum, vt poëtæ trasslationibus vtantur; similitudine, ac comparatione, quæ sumuntur ex notioribus, vt cum audio illud Vergilianum in Georg. Vndantem segetem.

statim cadit mihi sub sẽsum id, unde sumpta est imitatio, & similitudo, et ita facilius, maioreque cum voluptate illud percipio. Secunda causa exprimitur illis verbis, καὶ τὸ χαίρειν τοῖς μιμήμασι πάντας, nam quamuis homines essent μιμητικώτατοι, nisi tamen perciperent quoque ex tali imitatione uoluptatem nonnulli; frustra homines imitarentur. Est autem & hæc posterior causa quam affert Aristoteles, naturalis; ad ostendendam poëtices originem; sumpta à fine; nam homines imitatione delectãtur. Finem. n. duplicem habet sibi propositum poëtice, alterum altero priorem: Prior est imitari. Alter vero est, oblectare. Vterque sanè naturalis; nam homines apti nati sunt ad imitandum, & omnibus à natura insitum est, voluptatem percipere ex imitatione, seu ex rebus expressis per imitationem. Auerroes in suis enarrationibus, aliter partitur duas has causas: nam priorem collocat in primis verbis, & in iis, quæ deinceps consequuntur. Alteram constituit in iis, quæ aliquanto post proferentur. Cum verò natura nobis insita sint; imitatio, numerus, harmonia. Ego illius partitionem ideò non sum secutus, tum quòd mihi expressior, ac probabilior videbatur ea, quam attuli; tum quòd in illis verbis videtur potius epilogus esse superiorum. Quòd si quis obiiciat. At quomodo in epilogum colligit harmoniam, & numerum, cum ante de his mentionem non fecisset? Respondeo duo illa contineri sub nomine vno imitationis; nam etiam per illa imitamur, ideò satis erat dixisse vno verbo, ipsam imitationem. In epilogo verò explicauit partes omnes ipsius, cum addidit harmoniam, & numerum; itidem & metrum. Nam si uoluisset asserere Aristoteles, secundam causam sumi ex harmonia, & metro; reddidisset rei huius rationem; & attulisset in medium signa aliquot, ex quibus id possit cognosci, esse verum; sicuti facit in hac causa: quæ ex mea partitione, secunda erit. Ait enim καὶ τὸ χαίρειν τοῖς μιμήμασι πάντας, hæc est causa, quę vna communi continetur propositione; huiusmodi autem est, omnes homines gaudent, & delectantur imitationibus, quamuis μιμήματα res dicantur ipsæ, expressæ per imitationem. Affert signum, ideſt quidpiam notissimum nobis, ex quo probat id, quod non erat satis notum. Est autem signum hoc. Homines in imaginibus, quas aut sculptores, aut pictores expresserint intueri etiam horribilia cũ voluptate; illa vero μιμήματα esse, sicuti & poëtica. Argumentatur autem Aristoteles à maiori, in hunc modum: si homines in pictis, & sculptis figuris cum voluptate intuentur, etiam ipsa horribilia, quantò maiore cum oblectatione intuebuntur poëticam actionem, in quo imitatio quidem est, at non horribilium rerũ: nam poëtica non exprimit aut ponit ob oculos ipsas cædes, vulnera, dilacerationes fœdas membrorum, sicuti præclare monuit Horatius in sua

» Poëtica cum ait Neu Medea ferox, & quæ sequũtur. Quòd siquis rationem exquirat, cur formidabilia, & horribilia illę imitatrices artes duæ imitãtur; vna hæc imitatrix; poëtice scilicet, & histrionũ ars, non exprimit? ita responderi ad id facilè potest, in illis mutam quandam, & emortuam esse imitationem; quæ in eadem non exprimit natura & substantia id, quod est exprimendum. sed in poëtica, et histrionica; et si imitatio est, sicuti in illis; est tamen viua, & eadem ferè; hoc vno excepto, quòd non ab iisdẽ fit, nã si ab iisdem fieret, non esset imitatio; sicuti satis patet; Plutarchus lib. v. Sympos. cap. 1. copiosè disserit, Cur horribilia imitatione expressa oblectent tantopere homines. καὶ

» τὰ τῶν θηρίων ὅμοια πεπόνθαμεν, ἀνθρώπους μὲν γὰρ ἀποθνήσκοντας. καὶ νοσοῦντας ἀφιέμεθα, ὁρῶμεν, τοὺς δὲ

γεγραμ-

» γεγραμμένον φιλοκτήτην, ἢ τὼ πεπλασμένην ἰοκάστην ἡδόμεθα, καὶ θαυμάζομεν. Idem paulò post ἀλε-
» κτορίσ γὰρ ϛοῦσα συνεχῶς, καὶ κορώνη λυπηρὸν ἄκουσμα καὶ ἀηδὲς ἐστὶν. ὁ ἢ μιμούμενος ἀλεκτορίδα βοῶσαν
» καὶ κορώνην οὐ φαύλη, καὶ φθισικοὺς μὲν ὁρῶντες δυσχεραίνομεν, ἀνδριάντας δὲ καὶ γραφὰς φθισικῶν ἡδέως
» θεώμεθα τῷ τὸ ἀπαύστιον ὑπὸ τῶν μιμημάτων ἄγεσθαι. Sed redeo ad communem illam propoſitionem,& ſignum, quod attulit Ariſtoteles,hoc idem ſolet ab Ariſtotele fieri multis in
» locis,vnum ego proferam,qui eſt libro primo Metaph. Omnes homines ſcire deſiderant,ſignum eſt,quia ſenſus amant. Poſtquam ſignum expoſuit;affert rationem, ſeu,
» vt græci aiunt αἰτιολογίαν, ſigni,eſt autem hæc. Quia non ſolum philoſophis;ſed etiam
» cęteris mortalibus iucundiſsimum eſt diſcere; quanquam parum cum his conueniunt; Tria innuit hoc loco Ariſtoteles,Primum quomodo diſcunt philoſophi. Deinde quomodo diſcunt cæteri mortales. Tertio quid hi cum illis habeant commune. Diſcunt philoſophi eo,quo docet ipſe,modo,libro primo ὑστέρων ἀναλυτικῶν aut ſimul omnia;aut alia quidem prius ſcientes, alia verò ignorantes. ſcientes quidem communia & generalia;ignorantes autẽ ſingularia. Recognoſcendi,ſeu (vt vtatur verbo Grẹco) τὸ γνωρίζειν ſicuti ait Philoponus;modi duo ſunt;vnus,cum in præcognitum quidpiam rurſus relabimur:obliuione aut intercedente, aut non intercedẽte. Si enim interceſſerit obliuio;vocatur Reminiſcẽtia. ſi autem non interceſſerit;vocatur Cognitio ſeu inuentio,vt cum percepi commune aliquid, & generale à dicente, & poſtea incidi
» in ipſum ſingulare; nam hæc cognitio gignitur, dum applicatio fit communium, ad ſingularia,ut patere poteſt per exempla. Habent autem vulgares homines hunc
» in ſe addiſcendi modum, nam recognoſcunt rurſus in picta ſeu ſculpta imagine id quod per imitationem fuerit expreſſum. Et ſicuti dum generalia adaptat, & inflectit ad ſingularia; omnia in rebus ipſis recognoſcit: Sic etiam homo vulgaris in re per imitationem expreſſa ſingula recognoſcit,quę antè percepit ſenſu oculorũ. Et quẽad modum philoſophus conſungens generalia cum ſingularib. colligit ratiocinatione, quid ſit quidlibet. Sic quoque vulgaris aliquis,et rũdis homo, dum hoc et illud,quod antea ſenſu comprehenderat in re ipſa ad id accommodat;quod apparet per imitationem expreſſum:raciocinatur,hunc ce illum eſſe:qualem inducit Aeneæ perſonã Vergilius lib. pri. vbi intuentem facit in templo depictas res Troianas. Differt autem cognitio philoſophi à cognitione illa vulgari, quoniã philoſophus applicat vniuerſale ad ſingularia;& ſic colligit,ac recognoſcit res ipſas. differt etiam,quoniam in philoſopho ineſt vtraque cognitio,& quæ per reminiſcentiam, & ea ſimul, quæ per inuentionem paratur; in vulgari autem homine eſt tantum reminiſcentia,ſicuti patet; nam vt etiam in contextu ait Ariſtoteles,niſi veras rerum formas vidiſſent homines, nullam ex pictura caperent voluptatem; præterquàm ex colore,& artificio,quæ ſanè leuis eſt voluptas,ſi cum ea conferatur,quæ ex recognitione per imitationem paratur. Idem videtur aſſerere Ariſtoteles lib. Rhet. primo vbi de voluptate loquitur. his ver
» bis. ἐπεὶ δὲ τὸ μανθάνειν τε ἡδὺ, καὶ τὸ θαυμάζειν, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀνάγκη ἡδέα εἶναι. τότε μεμιμημένον,
» ὥσπερ γραφικὴ, καὶ ἀνδριαντοποιία, ἢ ποιητικὴ, ἢ πᾶν ὃ ἂν ἢ μεμιμημένον, ἢ ἐὰν μὴ ἢ ἡδὺ οὗ τὸ μίμημα, οὐ
» γὰρ ἐπὶ τούτῳ χαίρει, ἀλλὰ συλλογισμὸς ἐστὶν ὅτι τοῦτο ἐκεῖνο, ὥστε μανθάνειν τι συμβαίνει, ἢ αἱ περιπέ-
» τειαι, ἢ τὸ παρὰ μικρὸν σώζεσθαι ἐκ τῶν κινδύνων, πάντα γὰρ θωμαστὰ ταῦτα. Habet Græcus contextus huiuſmodi verba. ἐπεὶ ἐὰν μὴ τύχῃ τις προεωρακὼς οὐχὶ μίμημα ποιήσει τῷ ἡδονῷ. ea ſic Latinè verti poſſunt,ſi quis ante non præuiderit rem; ſimulacrum rei effictæ,aut pictæ non afferet illi vllam voluptatem.

» Κατὰ φύσιν δὲ ὄντος ἡμῖν τοῦ μιμεῖσθαι, καὶ τῆς ἁρμονίας. καὶ τοῦ ῥυθμοῦ, τὰ γὰρ μέτρα,
» ὅτι μόρια τῶν ῥυθμῶν ὄντι, φανερὸν, ἐξ ἀρχῆς οἱ πεφυκότες πρὸς αὐτὰ μάλιστα, κατὰ μι-
» κρὸν προάγοντες ἐγέννησαν τὴν ποίησιν ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων.

» Cum verò nobis natura inſita ſint imitatio, harmonia, numerus (metra enim numeri partes eſſe,ſatis apparet) ab initio ad hæc maximè facti,ea paulatim promouentes ex ipſis quidem extemporariis poëticam genuerunt.

© SCD - Université de Poitiers

Hic veluti Epilogus est superiorum omnium. patet igitur(inquit) cum imitari nobis à natura insitum sit,itidem,et harmonia,& numerus, ita ortam fuisse poëticen. Orium tur in his Epilogi verbis,si nostram sequaris partitionem,duæ dubitationes non contemnendæ.Prior est hæc. si duas causas esse superius dixit; tùm quòd hominibus insitum est à natura imitari,tùm quod omnes mortales delectantur simulacris exprimentibus,& imitantibus aliquid. Cur nunc in epilogo eas simul ambas non colligit, sed
» vnam tantum,priorem scilicet? ait enim.Cum igitur imitari nobis à natura sit insitum. ad hoc ita respondendum putarim. Cvm velit Aristoteles ostendere à quibus inuenta fuerit Poëtice,& veluti primum genita (nam in contextu eo vtitur verbo γενῆσθαι) & hoc mox sit facturus; Epilogóque hoc non ea ratione vtatur, vt colligat tantùm superius dicta; quod proprium est epilogi; sed, vt breuiter superiora,quæ magis ad disputationem sibi propositam pertinent,repetens, ex iis deduceret consequentem disputationem,& tractationem rerum; iure optimo vnam prætermittit causam,eam scilicet quæ à fine ducitur,& arripit tantum priorem, hoc est efficientem; Ea autem est hæc quoniam hominibus insitum est imitari; ideò genuerunt,& creauerunt quodammodo poëticen. Altera dubitatio enascitur ex verbis Aristotelis, cum ait. Cum igitur imitatio,præterea & harmonia,& rhythmus nobis à natura insita sint. Nam superius probauit quidem Aristoteles insitum esse hominibus imitari, & id multis,ac firmissimis signis, ac rationibus confirmauit. Sed non confirmatum est vlla ratione in hominib. insitam esse harmoniam,& rhythmum. Cur igitur in epilogo de iis facit mentionem vnà cum imitatione; non secus ac si de iis quoque firmam aliquam attulisset probationem? Respondeo omnia rectè,& summo cum consilio ab Aristotele esse facta; nam cum declaratum esset genus, non erat necesse declarare partes generis. probarat enim imitationem hominibus esse insitam; Sed cum harmonia,& numerus imitationes quædam sint, ex eo satis poterat intelligi, etiam de his satis firmam esse allatam prohationem; Atque ea ne videretur prætermisisse; in epilogo diducit,ac partitur ipsum genus in suas partes,& eas singillatim nominat. Vbi verò ait. METRA enim numeri partes esse satis apparet. videtur suspicari,nequis aliquando diceret, cum in omni fere poësi metra sint, ea esse à se prætermissa. ideo ipse ait, Metra sunt partes, seu, si sequaris contextum græcum. qui habet μόρια particulæ quædam rhythmi; Sed quomodo metra rhythmi partes sunt? Rhythmus saltatio ipsa est,quę differt à seipsa, tum propter tarditatem,tum propter celeritatem motus. Tarditatem,& celeritatem demonstrant ipsa metra; sicuti spondæus,trochæus,ex quo satis patet metra esse particulas quasdam rhythmi. Vtrunque verò apertissimè explicat Suidas: cuius verba,
» quoniam ad rem spectant; subscripsi. ῥυθμὸς ἐστὶ τάξις ἐμμελοῦς ἀκολούθου ἁρμονίας. διαφέρει δὲ
» ῥυθμὸς μέτρου τῷ τὸν μὲν γενικώτερον εἶναι, τὸ δὲ μέτρον ὑπάρχειν ἴδιόν τι τοῦ ῥυθμοῦ, θεωρεῖται γὰρ ὁ ῥυθμὸς, καὶ
» ἀπὸ κροτάντων ζώων χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶν, οἷον γὰρ ἡ ζωχεία, καὶ βραδυλεία τῆς ποδῶν ἄρσις, καὶ θέσις
» λόγον ἔχουσι πρὸς ἄλληλα, ῥυθμὸς γίνεται, καὶ εὐτάξιαν ἀπὸ μεταφορᾶς τούτων ἡ τοιάδε τῆς συλλαβῶν
» συμπλοκὴ ἣν παραλαμβάνομεν πρὸς τὸ τῆς μέτρων γένεσιν, πόθεν ἐκλήθησαν. Adhuc oritur alia dubitatio. Dicat enim aliquis.probatione sua Aristoteles complectitur harmoniam, & rhythmum; sed excludit, missúmque facit,sermonem; nam aliqua poësis (sicuti epopœia) simplici tantùm vtitur oratione. Respondeo tamen, sub nomine imitationis sermonem in primis contineri; nam per sermonem ea in primis fit; atque talis imitatio,vt ante à nobis declaratum fuit, primaria est; Aliæ autem secundariæ; nam sermo imitatur animi motiones,& affectiones,ideſt ea,quæ insunt in hominum animo. harmonia autem,& rhythmus imitantur ea,quæ insunt in voce,& sermone. Verùm de his hactenus. harmoniam,& numeros insitos esse in animis hominum declarat Cicero in Oratore ad Brutum, his verbis. Nihil est tam cognatum mentibus nostris,
» quàm numeri,& voces,quibus,& excitamur,& incendimur,& lenimur, & langue-
» scimus.

» Διεστάλθη δὲ καὶ τὰ οἰκεῖα ἤδη ἡ ποίησις. οἱ μὲν γὰρ σεμνότεροι τὰς καλὰς ἐμιμοῦντο
» πράξεις, καὶ τὰς τῶν τοιούτων, οἱ δὲ εὐτελέστεροι τὰς τῶν φαύλων, πρῶτον ψόγους ποιοῦντες
ὥσπερ

ὥσπερ ἕτεροι ὕμνους, καὶ ἐγκώμια.

In diuersa verò abiit pro vniuscuiusque natura, Vt enim actiones honestas digniores, taliúmque fortunas imitabantur, ita prauas humiliores, sanè primum conuitiis agentes, quemadmodum superiores hymnis laudationibúsue.

Poëtica, siue respicias ad imitationem, quæ fit per sermonem, aut ad eam, quæ fit per harmoniam, & rhythmum, originem ducit ex naturalibus causis; vti hactenus declaratum fuit. Sed si quæras quomodo genita sit, & à quibus; sciendum est, non ab omnibus, quidem eam potuisse gigni mortalibus; nam quàmuis omnibus insitum sit imitari; non tamen omnes aptè imitantur. Et alii aptius, quàm alii imitantur, differunt enim hominum ingenia, quòd alia acutiora, & perspicatiora sunt, alia hebetiora. homines quidem rudes parum imitantur. neque aptè. homines autem ingenioſi mul tò aptius, multóque plura imitantur. Aristoteles igitur ait poëticen inuentam ab iis, qui sunt apti nati ad ipsam; vel, vt ipsius vtar verbis, εἰσὶ πεφυκότι πρὸς αὐτὴν. Idem verò in Poëtice contigit, quod in aliis artibus, & facultatibus; nam omnes paulatim incrementum capiunt; cum ex tenui oriantur principio. Vnde præclarè est à Cicerone
» dictum, nihil simul inuentum, & perfectum. Id verò magis confirmat, cum ait illam esse ortam ἐξ αὐτοσχεδιασμάτων. Dicuntur verò αὐτοσχεδιάζειν; subitæ, & fortuitæ orationes, quæ ex tempore proferuntur; Consueuerant enim olim proferre versus quosdam rudes, ac parum expolitos, sine vlla meditatione, & cogitatione. Eo verbo vti-
» tur Cicero in Epist. ad Atticum. vbi ait. Te enim sequo αὐτοσχεδιάζοντα. Idem verò te-
» statur Quintilianus, in eo loco, quem & ante protulimus; poëticen extitisse ex impe
» rito quodam initio. Cum igitur ita inuenta fuerit, & genita olim poëtice; paulatim aucta fuit; ab extemporariis enim deuentum est ad elimatos, atque ex arte promptos versus. Sic etiam Cicero in proœmio Rhetoricorum, quæ vulgò de Inuentione inscribuntur. eloquentiæ originem, & incrementum. Hactenus, quomodo orta, & aucta fuerit poëtice declaratum fuit. nunc aliud explicandum aggreditur, quomodo scilicet diuersas formas susceperit; eiúsq. rei exponit causas; simul autem ostendit quomodo vnumquodque genus ipsius extiterit, ac fuerit inuentum; hoc enim vnum iure optimo videbatur consequi; diuersam, & dissimilem dicimus esse factam poëticen propter materiem rerum diuersarum, quas tractat, & imitatur. Sed & ista naturalis causa est; quia videtur in imitantibus posita. Nam homines pro captu sui quisque ingenii; sese vel ad harum, vel ad illarum rerum imitationem applicabant. Homines enim aut sunt σεμνότεροι. aut δυτελέστεροι. ii σεμνότεροι dicuntur, qui grauiori præditi sunt mente, & seueriore. δυτελέστεροι, qui aliquantò leuiores sunt, & tenuiores, proniq. ad res leues, & inanes. illi imitantur res graues, & actiones honestas, ac seueras. hi exprimunt actiones leues, humiles, ridiculas, & prauas. ita eodem tempore extiterunt duo poëmatum genera, alterum conuitiosum, alterum honestum, & graue. Verba in contextu hæc sunt πρῶτον λόγους ποιοῦντες, ὥσπερ ἕτεροι ὕμνους, καὶ ἐγκώμια, hæc ita vertit Paccius. Sanè primùm conuitiis agentes, quemadmodum superiores hymnis, & lauda-
» tionibus. Superiores græcè scribitur ἕτεροι, vt referas ad σεμνοτέρους. Sensus enim est; δυτελέστεροι illi, qui imitabantur actiones τῶν φαύλων, primùm imitari cœperunt λόγους ποιοῦντες. σεμνότεροι autem, qui imitabantur actiones præclaras; primùm cœperunt imitari ποιοῦντες ὕμνους, καὶ ἐγκώμια. cùm ὕμνους ait, in honorem deorum intelligit scripta fuisse eiusmodi poëmata; cum ἐγκώμια. in honorem hominum. Potest enim quispiam alia quadam ratione imitari τὰ φαῦλα; quàm ποιοῦν λόγους, itidem alia quædam ratio excogitari potest imitandi τὰ καλὰ, quàm per ὕμνους, & ἐγκώμια. media scilicet aliqua via; vt neque hæc laudet; neque reprehendat illa; sed exprimat tantum; qualia qualia illæ fuerint, vt fit in comœdiis, & tragœdiis, in quibus neque laudatio est, neque reprehensio vlla; sed tantum ipsa rerum, aut turpium, aut honestarum repræsentatio.
» Notanda illa verba; quæ sunt in Paccii contextu. Vt enim actiones honestas dignio-

© SCD - Université de Poitiers

res, taliúmque fortunas imitabantur; ita prauas humiliores. Nam præterquàm quòd obſcurius conuerſæ ſunt; Græcus quoque contextus non habet eas dictiones, quas ipſe inſeruit. TALIVM Q. FORTVNAS. Videre eſt in Ariſtotelis contextu ipſo, & rem totam diiudicare. Hymnorum poëſis tàm apud Græcos, quàm apud Romanos antiquiſsima fuit, declaratur hoc tum multis aliis rationibus; tum quia ſatis conſtat apud Romanos, multò antequàm exiſteret vllus poëta fuiſſe quoſdam verſus in vſu ſaliares dictos, qui à Saliis ſacerdotibus Martis inter ſacrificandum concinebantur; tum
» alios multorum generum. Cicero libro tertio de Orat. ait. Numerorum vis aptior
» eſt in carminibus, & cantibus, non neglecta à Numa Pompilio rege doctiſsimo; ma-
» ioribúsque noſtris. Vt epularum ſolennium fides, & tibiæ, ſaliorúmque verſus indicant. de his etiam Horatius meminit in Epiſtolis, cum ait;

» Diſceret vnde preces, vatem ni muſa dediſſet.

Docet autem Strabo libro primo, verſu multò ante ſcribi cœpiſſe; quàm ſoluta oratione. Illud vnum quoq. rem hanc ſatis demonſtrat, quòd veteres ſæpè vſurpant verbum hoc ἰαμβίζειν, & ἰαμβεῖον λαλεῖν. Hoc verò inde deductum eſt: quód olim mos erat apud Athenienſes in pagis; vt ruſticani homines de plauſtris mutuò conuitia in ſeipſos proferrent. Ad hunc morem reſpexit Horatius in Poëtice; cum ait.

Dicitur & plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis,

» Τῶν μὲν δὴ πρὸ Ὁμήρου οὐδενὸς ἔχομεν εἰπεῖν τοιοῦτον ποίημα. εἰκὸς δ' εἶναι πολλούς. ἀφ'
» Ὁμήρου δὲ ἀρξαμένοις ὅδ' ἐστίν, οἷον ἐκείνου ὁ Μαργείτης, καὶ τὰ τοιαῦτα. ἐν οἷς καὶ τὸ ἁρμόττον ἰαμ
» βεῖον ἦλθε μέτρον. διὸ καὶ ἰαμβεῖον καλεῖται ὅτι ἐν τούτῳ ἰάμβιζον ἀλλήλους.
» καὶ ἐγένοντο τῶν παλαιῶν οἱ μὲν ἡρωϊκῶν, οἱ δὲ ἰάμβων ποιηταί.

» Ante verò Homerum nullum omnino tale poëma habemus, tametſi plura extitiſſe credere par eſt. Extat autem ipſius Homeri (vt
» ab eo initium ſumamus) Margites, & huic conſimilia: quibus inſuper,
» quod maximè congrueret, iambicum metrum acceſsit: iambicúmq.
» propterea nunc appellatur, quòd his plerunq. numeris veteres ἰαμβίζειν
» id eſt conuiciari, inuicem ſoliti ſint. E veteribus aliqui heroici, aliqui
» iambici poëtæ extitêre.

Tùm in ſuperioribus, tùm in his, quæ conſequuntur, duo ſibi propoſuit declaranda Ariſtoteles. primum quis fuerit ortus poëtices generatim iuxtà naturæ præſcriptum. Deinde, quæ primùm apud veteres extiterit poëſis; atq. id iuxta naturæ ordinem. De primo ſatis multa ante dicta ſunt. nunc dicamus de altero. Neceſſariò demonſtrat duo primùm extitiſſe poëmatum genera. Laudatiuum. & Reprehenſiuum. Demonſtrat autem tum ex natura, & habitu hominum τῶν πεφυκότων πρὸς τὸ μιμεῖσθαι. qui apti nati ſunt ad imitandum. Tùm ex duplici materie ſubiecta, quæ itidem ſumitur ex natura, & moribus hominum; vt patet ex iis, quæ ſuperius declarata fuerunt. expoſitis verò iis omnibus, quoniam ſecundum naturam ſatis patebat iam rem ita ſeſe habere; ſequebatur iure optimo quæſtio hæc. ECQVANDO autem PRIMVM EXTITERUNT talia poemata LAVDATIVVM. & REPREHENSIVVM? Reſpondet igitur Ariſtoteles ex Homero id poſſe cognoſci. Sed dicat adhuc aliquis. Iam verò ſi ex natura homines imitantur, & Homerus tàm proximè abeſt à noſtris temporibus; Cum præſertim mundus, ex Ariſtotelis ſententia, ſemper fuerit, æternúsque ſit, nunquàm interiturus, abſurdum eſt, ſi initium ſumpſit poëtice primum ab Homero. Reſpondet Ariſtoteles; Credibile quidem eſſe ante Homerum multos extitiſſe alios poëtas, qui imitationis poëticæ ſtudioſi ita ſcripſerint; ſed non poſſe id pro certo afferri, quòd nullus iam extaret, qui prior Homero dici poſſet. Homerum accepimus vixiſſe, eodem tempore quo Heſiodus, dum Albæ regnarent Syluii poſt captam Troiam annos centum. ante Romam conditam CLX. hoc vero ſcriptum reliquit A. Gellius lib. XVII. & lib. ſecundo cap. XI.

Plutar

© SCD - Université de Poitiers

Plutarchus quoq. in Sympoſiacis videtur innuere Heſiodum, & Homerum eadem vixiſſe ætate, cum ait inter eos ortum certamen recitationis cuiuſdam poëticæ in funere Olyci Theſſali. Ante Homerũ fuiſſe duos recenſet Aelianus libro de Varia hiſtoria vndecimo, capite ſecundo. ὅτι ἦν ὁ ροιβανθίου τροιζηνίου ἔτι πρὸ ὁμήρου, ὡς φασὶν οἱ φοιζήναι λόγοι. καὶ τὸν φρύγα δὲ διόρηκτα ἔ φρυγίαν ἰλιάδα ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἴδασι πρὸ ὁμήρου καὶ τοῦτον γενέσθαι λέγουσι μελίσανδρος ὁ μιλήσιος λαπιθῶν, καὶ κενταύρων μάχην ἔγραψε. Sed quamuis ante Homerum, qui vixerit poëta, nullius extent ſcripta, ex ipſo tamen vno poteſt cognoſci, veriſſimum eſſe, quod dixit Ariſtoteles de duplici natura hominum; & duplici materie, ex qua duplex confectum eſt poëma. quod enim ſecundum naturam eſt, ſemper ſeſe neceſſariò ita habet; & aliter contingere non poteſt. De iis verò, qui à poëtis, quorum ſcripta interierunt, ante Homerum laudati fuerunt, illud Horatianum ex libro quarto Od. proferri poteſt.

Vixere fortes ante Agamemnona Multi, ſed omnes illacrymabiles
Vrgentur, ignotique longa Nocte, carent quia vate ſacro.
Paulùm ſepultæ diſtat inertiæ Coelata virtus.

Idem quoque de ipſis poëtis dici poteſt. Multos quidem ante Homerum extitiſſe credendum eſt: ſed eorum nomen obliuione obſcuratum interiit. EXTAT AVTEM IPSIVS HOMERI (vt ab eo initium ſumamus) MARGITES. Quoniam interierunt ſcripta ab iis, qui vixerunt ante Homerum; nullúmque ipſo antiquiorem habemus; neceſſe eſt; vt ex illius ſcriptis probetur duplex extitiſſe genus poëmatis; alterum conuitioſum, & humile; alterum laudatiuum, & graue. Et quoniam de laudatiuo, & graui ſatis cõſtabat, omnes enim norant Odyſſeam, & Iliada; quæ paſsim ab omnibus legebantur. Vnde accepimus à Plutarcho, Alcibiadem, cum Grammaticum aliquando acceſsiſſet; rogaſſetque, vt ſibi afferret Homeri Iliadem; & Grammaticus reſpondiſſet, ſe eam non habere; hominem percuſſiſſe pugno, & diſceſsiſſe, quòd putaret hominem nequam, & indoctum, qui Homeri libros non legiſſet, quoniam, inquam ſatis id conſtabat, ideò non probat; probat verò alterum; ait enim EXTAT HOMERI MARGITES, ET HVIC SIMILIA. Ideò illud addit, quia multa huiuſmodi leuia ſcripſit Homerus; vt dicere poſſimus Homerum fuiſſe, & σεμνότερον; & ἐντελέστερον; duplicique fuiſſe præditum natura; nam & viles, reprehendendo; & graues, laudando imitatus eſt actiones, quare non immeritò parens, & fons totius poëticę ab antiquis eſt appellatus: in ea vna re damnatum accepimus ab Athenienſibus, quòd belligerantes induxiſſet Deos. Et Cicero idipſum innuit in Tuſc. pri. cum ait. Homerus, qui humana ad Deos retulit, mallem diuina ad nos. Sed redeo ad rem. Quatenus Homerus naturam habuit hominis δὐτελεστέρου ſcripſit Margiten. Valerius Harpocration ait ab Homero ſcriptum Margiten; & Callimachum eum librum in delitiis habuiſſe. Addit Idem Margiten ſignificare fatuum, & ſtolidum: ideo Demoſthe. in Orationibus appellare Alexandrum Margiten. Ariſtoteles lib. Ethicorum ſexto vbi de ſapientia loquitur citat ex Homeri Margite verſus hos ſic. εἶναι ἐ τίνας σοφοὺς οἰόμεθα ὅλως, οὐ κατὰ μέρος, οἱ δὲ ἄλλό τι σοφοὺς ὥσπερ ὅμηρος φησὶν ἐν τῷ μαργείτῃ, τοὺς δ' οὔτ' ἄρ σκάπτῆρα θεοὶ θέσαν, οὔτ' ἀρότῆρα. οὔτ' ἄλλως τι σοφὸν. ὥστε δῆλον ὅτι ἡ ἀκριβεστάτη αὕτη τῶν ἐπιστημῶν εἴη ἡ σοφία. de Margite etiam meminit Plato in Alcibiade ſecundo. οὐ γάρ δήπου ὅμηρον γε τὸν σοφώτατον τε, καὶ θειότατον ποιητὼν ἀγνοεῖν οἰόμεθα, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ἂν ἐπίσασθαι κακῶς, ἐκεῖνος γὰρ ἐστὶν ὁ λέγων τὸν μαργείτην πολλὰ μὲν ἐπίσασθαι, ἀλλ' αἰνίττεται οἶμαι παράγων τὸ κακῶς μὲν ἀντὶτοῦ κακοῦ. τὸ δ' ἠπίστατο ἀντὶ τοῦ ἐπίσασθαι, ἐπὶ δ' ὅ βούλεται, ὡς πολλὰ μὲν ἠπίστατο ἔργα, κακὸν δ' ἦν αὐτῷ ἐπίσασθαι ταῦτα πάντα. δῆλον δὴ ὅτι, εἴπερ ἦν αὐτῷ κακὸν τὸ πολλὰ εἰδέναι, φαῦλος ἂν ὡς ἐτύγχανεν. ET HVIC SIMILIA) nam alia multa ſcripſit Homerus eiuſdem argumenti, quo continebantur res viles, & futiles. Athenæus libro ſecundo ait Homerum librum edidiſſe, qui inſcribebatur ἐπικερδίδης. ἔτυχε δ' ὁ τοιοῦτος τῆς προσηγορίας διὰ τὸ τὸν ὅμηρον ἄδολον τὰ αὐτὸ τοῖς παισὶ κίχλας ἄδρον λαμβάνειν. Scripſerit etiam Homerus βατραχομυομαχίαν, quæ nihil lepidius; & humilius; extat autẽ, & legi poteſt. Scripſit etiam γερανομαχίαν, quæ nõ extat; & alia multa, quæ recẽſet Suidas. Sed quærat Aliquis hoc loco, Cum Homerus Margiten conuitioſum poëma ſcripſerit; quo genere uerſuum vſus ſit? nam conuitio

ſa iambico ſcribuntur,reprehendendum igitur eſſe Homerum,qui iambico non ſit vſus metro.Reſpõdet Ariſtoteles in contextu non eo genere,ſed hexametris;iis enim tãtum vſus eſt Homerus.poſtea enim inuẽtum eſt iambicum metrum, neque ſanè ab initio ita appellatum;poſtea.n.hoc nomẽ inditum fuit,à verbo antiquiſsimo quod in frequente erat vſu,deductũ;veteres.n.dicebant ἰαμβίζειν maledicere,et conuitiari. Tunc enim primum fortaſſe aliis appellabatur nominibus illud genus metri.ſicuti aliquando ſcimus à numero pedum dictum διάμετρον ; & Archilochium poſtea ab Archilocho poëta;Paulopoſt cum unus duobus additus fuiſſet pes,τρίμετρον,inde τετράμετρον,σκάζον,& κωλίαμβον, quod etiam hipponactæum dictum eſt,quia eo potiſſimum eſſet vſus Hipponax.Eſt igitur iambus dictus παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, non autem,quod fortaſſe putaret aliquis ἰαμβίζειν παρὰ τὸ ἰάμβειν; ſæpè enim attendendum in nominum deductionibus, vtra prior. Ideò aliàs adnotauimus errorem Eraſmi non leuem in apophthegmatis Diogenis vertendis,& explicandis:ait enim illẽ ἀθλητὰς eſſe dictos παρὰ τὸ ἀθλοδιώκειν. infelices eſſe,ego vero τὸ ἀθλεύειν παρὰ τὸ ἀθλητῶν. Interpres Nicandri in Alexiphar. illepidum quiddam recenſet;unde dictum ſit iambicum metrum. Sic. ἰάμβῳ δούλῃ μεταγείρασα τὸν ἐπὶ ποθόωντος γυναικὸς, ἧ ἴσα τῷ διαμηδᾶ λυπουμένῳ ἐλοῦσα ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τοῦ περιφύντος αἴπε τίνα ἔμμετρα γελοιώδη ἐπὶ τῷ παραμυθήσασθαι, ἐξ ἐκείνης δὲ καὶ τὸ μέτρον ἰάμβειον. Ibidem apertius eadem res explicatur his verbis ἰάμβῳ δὲ δούλῃ ῥᾳθυμοῦσαν τὸν θεὸν ὁρῶσα γελοιώδεσι λόγοις καὶ σκώμμασι ἵνα πρὸς τὸ γελάσαι τὸν θεὸν ἔλεγεν. ἦσαν δὲ τῷ ῥηθέντι ὑπ' αὐτοῦ ἰάμβῳ μέτρῳ ῥυθμισθέντες, ὅπερ αὐτὴ πρῶτον εἶπεν, ὅθ' ἥσ καὶ τὸν προσηγορίαν ἔλαβον ἴαμβοι λέγεσθαι. ἰάμβῳ δὲ θυγάτηρ ἦν οὖσ, καὶ πανὸσ θρᾶσα τὸ γένοσ Conſequuntur in Contextu Ariſtotelis verba, quæ ſunt loco Epilogi. καὶ ἐγένοντο τῶν παλαιῶν οἱ μὲν ἡρωικῶν οἱ δὲ ἰάμβων ποιηταί. Non placet illud interpunctum,quo hæc ſeparat à prioribus,interpres PACcius.nam prætermiſit illam particulam ἤδη,qua coniunguntur hęc cum illis;eſt enim ſenſus,& Sic,Cum Homerus in Margite imitationem ſecerit rerum humilium, ac vilium; in Iliade verò & Odyſſea rerũ præſtantium,& magnarum,patet ex eo deriuata fuiſſe duo poëtarum genera; Heroicorum,& Iambicorum.

„ Ὡσπερ δὲ καὶ τὰ σπουδαῖα μάλιστα ποιητὴς Ὁμηρος ἦν. μόνος γὰρ οὐχ ὅτι δρᾷ, ἀλλ' ὅτι
„ ἦ μιμήσεις δραματικὰς ἐποίησεν, οὕτω καὶ τὰς κωμῳδίας σχήματα πρῶτος ὑπέδειξεν,
„ οὐ ψόγον, ἀλλὰ τὸ γελοῖον δραματοποιήσας.

„ At verò ipſe Homerus, quemadmodum præcipuè heroicus fuit (ſolus enim hic non modo rectè,ſed actionum imitationibus referta poë-
„ mata condidit).

„ Locum hunc ita vertit Paccius. AT verò ipſe Homerus quemadmodum præcipuè
„ Heroicus (ſolus enim hic non modo rectè,ſed actionum imitationibus referta poë-
„ mata condidit) ſic etiam comœdiæ primus normam tradidit;nõ quidem probris, ſed
„ ridiculis in actuum formam collatis. Conferat hæc cum Græco contextu qui volet, Nos contextum declarabimus.Homerum laudat Ariſtoteles, quas fuerit eius ingenium forma quædam,& exemplar ipſius met naturæ in effingenda,et generanda poë tice,nam cum ex ipſa natura neceſſariò probaſſet imitationem poëticam diuerſam fieri ex propriis,& genuinis hominum,qui ſcribunt, moribus;eos autem homines aut eſſe σεμνοτέρους, aut εὐτελεστέρους; inde enatum duplex poëma, alterum,quod in laude, alterum,quod in conuitio,& vituperatione alicuius verſatur;quoniam σεμνότεροι imitantur actiones honeſtas. εὐτελέστεροι autem viliores,& tenuiores. Patet verò in antiquiſſimo omnium poëtarum Homero;qui Typus eſt ipſius naturæ veluti quidam, quatenus ad poëticen ſpectat. Nam quòd Margiten ſcripſit,& alia ſimilia; conuitioſum enatum eſt poëma;Margiten enim imitati ſunt poſtea homines alii natura εὐτελέστεροι, & conuitioſa ſcripſerunt poëmata;quæ quoniam receperunt aliquantum poſt iambum verſum ita dictum ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν, quod eſt maledicere,effecerunt, vt ab eo genere verſus,poëtæ iambici vocarentur.Quòd autem Iliada ſcripſit,& Odyſſeam he-

roico

© SCD - Université de Poitiers

roico verſu,nam ita poſtea dictus fuit,ab eo genere verſuum Heroici poëtæ dicti fue rũt.et ſic patet hactenus, quomodo Homerus vtrunque pro diuerſa ,ac duplici ſui in genii natura , tractauit poëma . patet etiam quomodo ab eo primum effluxerint duo genera poëtarum ſecundum naturam,Heroicorum ſcilicet, & Iambicorum. His inuentis,& probatis adhuc perquirit,quomodo extiterint.alia poëſeos genera, & poëtarum ordinatè alterum poſt alterum,veluti vnum ex altero enaſcens . Id verò etiam ex Homero demonſtrat ſic.Quemadmodum Homerus in rebus grauioribus imitandis præcipuè poëta fuit; & eo nomine eſt in primis appellandus . Nam hic eſt ſenſus.cum
» ait ; μάλιστα ποιητὴς ἦν . Poëta is verè dicitur:qui ποιεῖ ideſt fingit, & imitatur;ſicuti declaratum eſt antè,ab imitatione eos vocari poëtas;probat verò propter duas cauſas,quæ explicantur in parentheſi; ſic . (μόνος γὰρ, ſubintelligendum poëta eſt hoc nomine verè
» dignus, οὐχ ὅτι εὖ, non quoniam tantum benè,decorè,& aptè ſcripſit; ἀλλ' ὅτι καὶ δραματικὰς μιμήσεις ἐποίησε . ſed quia dramaticas etiam imitationes fecit) Dramata vocari
» ſuperius diximus ipſa poëmata exprimentia res,non per narrationem; ſed vt geri ſolent,ab ipſis'met hominibus;ideò Homerum feciſſe ait dramaticas imitationes , quia homines in ſua poëmata inducit δρῶντας ideſt negociantes, vt in communi conuictu inter ſe ſolent . Hac de cauſa in primis ſolum Homerum aſſerit Ariſtoteles dignum fuiſſe,qui poëta diceretur, nam & decorum perſonarum,& mores expreſſit ; & καθ'
» τὸ εὖ (ut ipſe ait) verſus deſcripſit de multis rebus;imitationem præterea fecit dramaticam Homerus ante omnes.Atque ſic (ni fallor) declaratus locus, alioqui difficillimus,& valde obſcurus;quẽ neque aptè,neque uerè vertit Paccius;vt quilibet iam intueri per ſe poteſt .

Οὕτω καὶ τὴν τῶν κωμῳδίας σχήματα πρῶτος ὑπέδειξεν,οὐ ψόγον,ἀλλὰ τὸ γελοῖον δραματοποιήσας, ὁ γὰρ Μαργείτης ἀνάλογον ἔχει, ὥσπερ Ἰλιὰς καὶ ὁ Ὀδύσσεια πρὸς τὰς τραγῳδίας, οὕτω καὶ οὗτος πρὸς τὰς κωμῳδίας.οἱ δ' ἐφ' ἑκάτερον τιθὺ ποίησιν ὁρμῶντες,κατὰ τ' οἰκείαν φύσιν οἱ μὲν ἀντὶ τῶν ἰάμβων,κωμῳδοποιοὶ ἐγένοντο,οἱ δὲ ἀντὶ τῶν ἐπῶν, τραγῳδοδιδάσκαλοι,διὰ τὸ μείζω καὶ σεμνότερα τὰ σχήματα εἶναι ταῦτα ἐκείνων.τὸ μὲν οὖν ἐπισκοπεῖν,εἰ ἀρ' ἔχει ἤδη ἡ τραγῳδία τοῖς εἴδεσιν ἱκανῶς,ἢ οὔ,αὐτό,τε καθ' αὑτὸ κρινόμενον, καὶ πρὸς τὰ θέατρα,ἄλλος λόγος .

» Sic etiam comœdiæ normam primus tradidit,non quidem probris,
» ſed ridiculis in actuum formam collatis. Et ſanè ſimilis in Margite
» ratio . hic enim ita ſe ad comœdiam habet,vt ad tragœdiam Iliàs, atq.
» Odyſsea. Alii verò pro vniuſcuiuſque ingenio impulſi,ad alteram tã-
» tum poëticæ huius partem animum applicuerunt. ſicque nonnulli lo
» co iamborum comici, nonnulli loco exametrorum tragici,vt qui cir-
» ca ſublimiorem , honoratiorem'ue dicendi characterem verſati ſint,
» Tragœdiæ doctores extiterunt . An verò tragœdia , quatenus attinet
» ad ipſa genera,ſatis adhuc ſit abſoluta,nécne, cum id per ſe iudicãdo,
» tum ad theatra referendo,alia conſiderandi ratio eſt.

Sic etiam Homerus . primus comœdiæ figuras , & habitus oſtendit; ſeu ὑπέδειξε. quod eſt obiter , vti ita dicam , ſeu aliud agens clàm ſubdemonſtrauit . ſic etiam loquitur Lib. iii. Rhetor
» ὅπερ καὶ Ὁμηρικὸς ποιεῖ καὶ ὑπέδειξε πρῶτος. Huius dictionis vim, quæ magni ponderis eſt ad ſenſum Ariſtotelis declarandum non expreſsit Paccius . Hoc igitur eſt declarandum,quomodo Homerus normam ſubdemonſtrauit primus comœdiæ , & tragœdiæ. Homerus & quatenus ad formam ſpectat , & quatenus ad materiem,præſcripſit occulta quadam ratione comœdiæ & tragœdiæ modum:Quatenus ad formam , quia dramaticas fecit imitationes ; quæ in comœdia neceſſariò eſſe debent.Quatenus ad materiẽ,quia res iocoſas,& viles, ac ridiculas eſt imitatus,quod
» in Margite apparet . vtrunquẽ verò expreſsit iis verbis οὐ τὸν ψόγον, ἀλλὰ τὸ γελοῖον δρα-

© SCD - Université de Poitiers

ματοποιΐας. in quibus videtur Aristoteles clàm reprehendere morem veteris comœdiæ,quæ tota in maledicendo,& obtrectando versabatur; & approbare id, quod postea vsitatum fuit in noua comœdia; è qua omnis maledicentia sublata fuit. Posteri igitur animaduertentes in Homero vtrunque simul,inuenerunt comœdiæ normam; ideò autem dixi, vtrunque simul, scilicet materiem vilium, & ridiculorum; atq. formam dramaticæ imitationis,quia separatim antea obseruarant.Separatim autem sumpta materies vilium,& ridiculorum effecerat poëma iambicum & conuitiosum; vnde poëtę extiterunt dicti Iambici.Separatim quoque sumpta materies grauium,& honestorum, effecerat poëma heroicum, & laudatiuum: vnde Heroici poëtæ appellati. Coniunctè verò,& simul sumpta materies ridiculorum & forma dramaticæ imitationis,constituunt ipsam comœdiam.& sic patet quomodo primum comœdia fuerit inuenta. Coniunctè quoque sumpta materies grauium & honestorum & forma dramaticæ imitationis constituunt ipsam tragœdiam; & sic patet quomodo inuenta fuerit tragœdia. Analogia verò quædam, & proportio est inter poëmata Homerica, & comœdiam,& tragœdiam, quam sic demonstrat Aristoteles. Iliàs, & Odyss. analogiam habent cum tragœdia. Margites cum comœdia. Sumitur autem analogia ratione materiæ,& formæ.nam Iliàs & Odysséa res tractant graues, & heroicas; itidem &tragœdia; illæ quoque,& hæc dramaticè imitantur.declaratur verò analogia hæc iis verbis. ὁ γὰρ μαργείτης ἀνάλογον ἔχει, ὥσπερ ἰλιὰς, καὶ ὀδύσεια πρὸς τὰς τραγῳδίας· οὕτω καὶ οὗτος πρὸς τὰς κωμῳδίας. Facta est autem transmutatio quædam poëmatis in poëma κατὰ τὴν οἰκείαν scribentium naturam.qualis est superius declarata. οὗτοι δέ, qui imitabantur iocosa ac vilia facti erant iambographi; hi rursus transmutati sunt in comicos; & ex iambographis facti sunt comici. & pro materie quidem diuersa non est facta mutatio, nam eadem permansit apud comicos,quæ ante fuerat apud iambographos; quòd vterque in conuitiis versatur,& maledictis; Sed ex forma tantum,nam iambographi hoc differunt à comicis; quoniam comici dramaticam faciunt imitationem; iambographi non faciunt. Hoc declarat Aristoteles iis verbis. οἱ δὲ ἐφ' ἑκατέραν τὴν ποίησιν ὁρμῶντες, καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, οἱ μὲν ἀντὶ τῶν ἰάμβων κωμῳδοποιοὶ ἐγένοντο, Facta est etiam altera poëmatum mutatio. σεμνότεροι, qui imitabantur res graues, & serias, facti erant heroici,seu epopœici. hi rursus mutati sunt in tragicos. & ex heroicis facti sunt postea tragici. propter materiẽ quidẽ nequaquàm,nam éadẽ retinuerũt tragici, quæ ante erant apud heroicos, sed propter formam,nam heroici hoc differunt à tragicis,quoniam alia est imitatio tragica, alia epica,& heroica. Tragica enim fit per actionem, & repræsentationem rerum;vt vt geruntur:Epica autem;vt gestæ fuerunt,per narrationem enim multa inducit. sicuti patet,nam superius hæc à nobis copiosè declarata fuerunt. hoc explicat Aristoteles, cum ait. οἱ δὲ ἀντὶ τῶν ἐπῶν τραγῳδοδιδάσκαλοι διὰ τὸ μείζω, καὶ σεμνότερα τὰ σχήματα εἶναι ταῦτα ἐκείνων. Duas verò affert causas,cur talis sit facta mutatio. Prior est, quia dramata tragica,& σχήματα sunt maiora epicis, non quidem quòd epopœia non sit prolixior,quàm tragœdia. nam epopœia multarum rerum ac diuersarum repræsentationem,& imitationem continet. vt patet ex Homero. Sed vnam rem simplicem copiosius,& latius imitatur tragœdia,quàm epopœia. Altera est, quia dramata tragica & σχήματα sunt magis honorifica,quia imitantur res,vt vt geri solent. hoc autem non facit epopœia; nam inducit narrationem,per quam imitatur. hæc verò declarata sunt ante.Quærere potuisset hoc loco aliquis,an tragœdia adhuc sit absoluta id verò quęri duobus potest modis,vel ex ratione ipsius met tragœdiæ; vt sit veluti quoddam corpus integrum,& absolutum:vel ex ratione theatri,& apparatus,quæ duo extrinsecus posita sunt. Respondet Aristoteles, hoc non spectare ad præsentem disputationem, sed alterius esse & loci, & sermonis.in præsentia enim,cum sibi proposuerit quærere, qualis fuerit origo poëtices,& poëmatum singulorum,sat habet si demonstrarit,quo modo enata sit tragœdia,& aucta.

Γενομένης δὴ ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικῆς, καὶ αὐτῆς, καὶ ἡ κωμῳδία. καὶ ἡ μὲν ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων τὸν διθύραμβον. ἡ δὲ ἀπὸ τῶν τὰ φαλλικὰ, ἃ ἔτι καὶ νῦν εἰς πολλὰς τῶν πόλεων διαμένει

» μὲν νομιζόμενα, κατὰ μικρὸν αὐξήθη προαγόντων, ὅσον ἐγίγνετο φανερὸν αὐτῆς.

» Cùm igitur à principio rudes essent, planéque informes Tragœdia
» atque Comœdia, illa quidem ab iis qui Dithyrambum, hæc autem
» (quantum se ipsa aperiebat) ab iis qui Phallica produxerunt, quæ no-
» stra etiam tempestate in vrbibus non paucis in consuetudinem ex le-
» ge recepta sunt: paulatim auctæ fuêre.

Prima verba ita vertit Paccius. Cum igitur à principio rudis, informísque esset. Rectè quidem, si sensum respicias. sed verba sonant hoc. Cum ab initio extemporanea esset. nã hoc ipsum verbum αὐτοσχεδιάζω significat, sine meditatione vlla aliquid scribere. Sed de hac dictione superius satis multa dicta sunt. Qualis igitur fuit origo totius poëtices ἐξ αὐτοσχεδιασμάτων. i. subitis, & extemporaneis metris; talis fuit & singularũ partium ipsius origo; Ideò necesse est; vt tragœdia, & comœdia, sicuti cæteræ omnes partes, fuerint αὐτοσχεδιασικαὶ. Docet igitur; quomodo fuerint auctæ, & ex quibus poëmatis ad ipsas sit facta accesio. Tragœdia à dithyrambis incrementum sumpsit. Comœdia ex phallicis. sed cur ex his? Vtrunque poëma in honorem Bacchi institutum fuit; nam & dithyrambice tota primum in eo versabatur, & inde nomen accepit. Phallica quoque ad Bacchum respiciebant; sicuti declarabimus postea. Est quoque notissimum in recitatione tragœdiarum hircum mactari; seu præmium recitantibus dari consueuisse; itidem in comœdia. ideò apud Terentium mentio est aræ, cum ait. Ponito hic verbenas, quem locum apte exponit Donatus. Horat. quoque in Poëtice.

Carmine qui tragico vilem certauit ad hircum; Quare politissimè & veris-
» simè est ab Aristotele dictum tragœdiam, & comœdiam inde tanquàm duos amnes su
scepisse incrementum ex duobus riuis, & fontibus in ipsos influentibus. De dithy-
rambice dictum est ante. ideo nihil repeto. De phallis profero, quæ legi apud veteres.
Bacchi sacra tam apud Græcos, quàm apud Latinos legere est celebrata fuisse magna
» cum fœditate, & turpitudine, atque obscenitate. Vnde testatur Liuius ea de causa
» Romæ ex S. C. bacchanalia fuisse sublata. Celebrabantur etiam ἀσκώλια de quibus le-
» gere est apud Aristoph. & eius interpretem. nam inde deductum est verbum ἀσκωλιά-
» ζειν. quòd expresit Vergilius in Georg. cum ait.

» - Vncto s saliere per vtres. Celebrabantur & Phallica; de quibus memi-
» nit Pluta rchus in libro de Cupid. diuitiarum. cum ait. Patrium quoddam agi solitum
» festum Bacchanalium magna cum lætitia à toto populo; pompam fuisse: Amphoram
» vini. deinde hircum, qui trahabetur; eum sequebatur quidam cophinum magnum
» caricarum plenum gestans. Postremo loco erat Phallus. At ista, inquit, nunc negligun
tur; nam circunferuntur in pompa vasa aurea, & preciosæ vestes. Nominat Phallum
hoc loco Plutarchus, & ait festum fuisse in Bacchi honorem celebratum. nihil præte
rea, nam quid sit Phallus non explicat. Athenæus libro xiiii. vbi de Hilarodia loqui-
tur, & Magodia. illam παρὰ τὴν φαγωδίαν σιμνὴν εἶναι, hanc παρὰ τὴν κωμῳδίαν ἀσελγῆ. Mago
» dus enim repræsentabat μοιχοὺς, μαστροπούς, μεθύοντας, γυναῖκας, & habebat tympana. ex
» quibus omnibus satis patet, quanta in eo fuerit obscenitas. Erant autem hæc; & alii si
miles comici lusus, sic enim vocat Athenæus. κωμικαὶ παιδιαὶ; vt non immeritò dicat
Aristoteles ex his adauctam comœdiam. Narratur ibidem etiam aliud genus κωμικῆς
παιδιᾶς, apud Lacedæmonios; sed ego breuitatis causa prætermitto. Eos verò homi-
nes, qui agebant hos comicos lusus, ait vocatos à Lacedæmoniis δικηλισταί. seu μιμηταί. ab aliis αὐτοκαβδάλους. ab aliis ὀφισταί. ab Italis φλύακας. à Sicyoniis φαλλοφόρους; & ἰθυφάλλους. ab his phallica celebrabantur. describit Athenæus eorum repræsentationem,
» qualis erat; sic. προσωπεῖον μεθυόντων ἔχουσι; καὶ ἐσταφανωμένας χλιδικὰς ἀνθινὰς ἔχοντες, χιτῶσι
» ῥαδινοῖς μεμαλακισμένοις; καὶ περιέχονται ταραντίνων καλύπτρα μέχρι τῆς σφυρῶν. σιγῇ δὲ διὰ τὰ πυλωθέντα
» εἰσελθόντες, ὃ ζῶν κατὰ μέσον τὸν ὀρχηστραν γίνονται ἐπισφέρουσιν εἰς τὸ θέατρον. λέγοντός. ἀνάγετε,
» οὐρανοχωρίαν ποιεῖτε τῷ θεῷ. ἐθέλει γὰρ ὁ θεὸς ὀρθὸς εἰσφερομένων βαδίζειν διὰ μέσου. οἱ δὲ φαλλοφόροι προ-
» σωπεῖον μὲν οὐ λαμβάνουσι, προπόλου δὲ ἐρυθρὸν περιθέμενοι, καὶ παιδέρωτας ἐπάνω τούτου ἐπιθέ-

© SCD - Université de Poitiers

» θωΐζε, σέφανον τε ἀνασωΐζων, καὶ κιθαρῳδῶν παρέχοντας. οἱ ῥυθμῷ βαίνοντες, καὶ λέγοντες.
» Ἰὼ βάκχε ζάνεκε μᾶζον ἀγλαίζομεν.
» Deinde προσφέροντες ἑτοίμαζον ὅσα ἂν προέλωντο. ὁ δὲ φαλλοφόρος ἰθὺ βαλλίζων καζαπλησθεὶς αἰθάλῳ. & quæ sequuntur. Hæc habet Athenæus. sed apertius adhuc declarat Hesychius,
» quid esset Phallus. his verbis, φαλλὸς τὸ ξύλινον αἰδοῖον ἀνδρικόν. Declarat & Lucianus in libro de Syria Dea, fuisse quasdam imagunculas hominum ex ligno deformatas, magnis pudendis prominentibus, vocari autem ὑλυροκοπάσα. hûc respexit Collumella in hortis cum ait. Sed truncum forte dolatum
» Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli.
» Terribilis membri, medio qui semper in horto,
» Inguinibus puero, prædoni falce minatur.
Ad huiusmodi phallos puto respexisse Verg. libro secundo Georg. cum ait.
» Nec non Ausonii Troia gens missa coloni
» Versibus incomptis ludunt, risúque soluto,
» Oráque corticibus sumunt horrenda cauatis.
» Et te Bacche vocant per carmina læta, tibíque.
» Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu,
Super his versibus eam maximè probo sententiam, quam affert Seruius postremo loco. cum ait. Alii dicunt oscilla esse membra virilia de floribus facta, quæ suspendebantur per intercolumnia, ita, vt in ea homines acceptis clausis personis impingerentur. & ea ore cillerent, idest mouerent; ad risum populo mouendum. Iam satis, opinor, patet; quid nam sit phallus. & quæ fuerint poëmata phallica. Ab his igitur auctam comœdiam asserit Aristoteles; est enim quædam cognatio inter vtrunque poëma. Sed quærat aliquis. vtra prior, an phallice poësis, an comœdia extiterit. Videtur innuere Aristoteles in contextu, prius quidem extitisse comœdiam, sed cum postea è re nata, imò ex legibus instituta fuissent phalliça sacra, & ideò in lucem prodiissent phallici versus obscenitatis plenissimi, ex iis deriuatis, & deductis eò; adauctam comœdiam, ait enim. Cum comœdia, & tragœdia essent αὐτοσχεδιαστικαὶ. tragœdia quidem aucta fuit ex dithyrambice, quæ se cum illa coniunxit. postquàm è re nata prodiit, ad sacra Bacchi facienda. Sic etiam comœdia ἀπὸ τῶν τὰ φαλλικὰ, ἃ ἔτι καὶ νῦν ἐν πολλαῖς τῶν πόλεων νομιζόμενα κατὰ μικρὸν ηὐξήθη. προαγόντων ὅσον ἐγίνετο φανερὸν αὐτῶν. Notanda illa verba ἀπὸ τῶν προαγόντων τὰ φαλλικὰ, idest ab iis, qui primum produxerunt phallica. Notanda itidem illa verba. ὅσον ἐγίνετο φανερὸν αὐτῶν. hæc ita vertit Paccius. quantum sese ipsa aperiebat. Videtur tamen hic esse sensus. Comœdia paulatim aucta fuit ab iis, qui phallica tractabant, ad tantam vsque magnitudinem, quantam nunc cernere est; quasi innueret adhuc augeri posse, & expoliri; id quod factum est; cum comœdia ex vetere facta est noua; quæ multo probatior, & integrior fuit. Alii legunt ὅσον ἐγίνετο φανερὸν αὐτοῖσι. vt scribant αὐτοῖσι, & referant, sicuti patet, ad phallographos. Sed prior lectio magis placet. Georgius Valla sequitur posteriorem. De eo iamdudum nulla est à me mentio facta, nam adeò peruersa est eius conuersio hucusq. mihi visa; vt eam prorsus reiecerim. Quòd si in reliquis, quæ interpretaturi sumus, ita sese gesserit, reiiciemus prorsus; & tanquàm de re abiecta nihil cogitabimus.

» Καὶ πολλὰς μεταβολὰς μεταβαλοῦσα ἡ τραγῳδία ἐπαύσατο, ἐπεὶ ἔσχε τὴν ἑαυτῆς
» φύσιν. ἐκ τότε τῶν ὑποκριτῶν πλῆθος δὲ εἷς δύο πρῶτος Αἰσχύλος ἤγαγε, καὶ τοὺς τοῦ χοροῦ
» ἐλάττωσε, καὶ τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν παρεσκεύασε.

» Sicque tragœdia diuersis mutationibus variata, quoad proprios numeros impleret, tandem quieuit. Tunc enim histrionum numerum,
» ex vno videlicet in duos, Aeschylus primus auxit, & ea quæ circa chorum sunt, imminuit, sermonémque primarum partium instituit.

Postquàm est ab Aristotele declaratum comœdiam à phallicis, tragœdiam à dithy-

rambicis

rambicis auctam,eo,quo diximus ,modo . De tragœdia,ait . Post multas mutationes eam tandem ad propriam naturã deuenisse;ita,vt nihil in ea desiderari amplius possit. Exponit verò singillatim incrementum tragœdiæ;& à quibus fuerit aucta,& à quib. singula fuerint inuenta. Aeschylus insignis poëta. primus tria inuenit. τὸ ὑποκριτὴν πλῆθος. τὸ τὸ χοροῦ ἀλλ' ἓν ποιῆσαι. λόγον πρωταγωνιστὴν παρεσκεύασε. Is,vt testatur Pausanias, per somnium à Baccho monitus cœpit tragœdias scribere. De eo Quintil. hæc scribit. Tragœdias primus in lucem Aeschylus protulit,sublimis,& grauis, atque grandiloquus sæpè vsq. ad vitium;sed rudis in plerisque,& incõpositus;propter quod posterioribus concesserunt Athenienses,vt correctas eius fabulas recitarent,& coronarentur. Id vero ab Euphorione eius filio factum sæpè , accepimus . Philostratus in vita Apollonii sophistæ ait,Aeschylum tragœdiam,cum antea essent confusa; eam in ordinem redegisse. & cum esset immitis,& crudelitatis plenissima,ab eo fuisse mitigatam ; nam vetuit,ne cædes in conspectu spectatorum, fierent in theatro . & ab Athenien sibus honoris causa vocatum tragœdiæ parentem. Athenæus quoque libro primo ait . καὶ Αἰσχύλος δὲ οὐ μόνον ἐβδόμῳ τὸν τῶν σοφῶν συνέστησε, καὶ σεμνότητος. ἀλλὰ καὶ πολλὰ ἁμαρτάνοντα ὀρχήσεσι ἀνεσχίδωσε τοῖς χορευταῖς. χαμαιλέων γὰρ πρῶτον αὐτὸν φησὶν ἁμαξεύσαι τοὺς χορούς. ὀρχήσασκάλοις δ' χρησάμενον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τοῖς χορεύταις ἁμάξης ποιῆσαι τὴν ὀρχήσεων καὶ ὅλως πᾶσαν τὴν τραγῳδίας οἰκονομίαν εἰς αὐτὸν περιῆκεν. Aristoteles igitur ait, Aeschylum primum duos inuenisse histriones , cum ante adhiberetur tantum vnus; de qua re superius locuti fuimus ex Luciani loco,quem protulimus;vbi barbarus ille dicebatvnum histrionem plures habere animas . Imminuit etiam chori multitudinem ; nam olim in choro adhibebantur plurimi homines . In choro comico τεττάρων καὶ εἴκοσι χορευταί. In choro tragico πέντε καὶ δέκα. declarat hoc Iulius Pollux copiosè libro quarto his verbis . Μέρη δὲ χοροῦ (de tragico loquens) σοῖχος ζυγὸς, καὶ τραγικοῦ μὲν χοροῦ ζυγὰ πέντε ἐν ἑκάστῳ, κωμικοῦ δὲ σοῖχοι τρεῖς ἐν πέντε, πεντεκαίδεκα γὰρ ἦσαν ὁ χορός. Paulò post , ὁ δὲ κωμικὸς χορὸς τεττάρων, καὶ εἴκοσι. ζυγὰ ἓξ, ἑκάστου γὰρ ζυγὸν ἐκ τεττάρων, σοῖχοι δὲ τέτταρες ἓξ ἄνδρας ἓκαστος ἔχων ἑκάστου ζυγός. Inuenit etiam Aeschylus λόγον πρωταγωνιστὴν. Vertit Paccius sermonem primarum partium. Donatns Terentii interpres ait,primas partes in ea intelligi persona, quæ plurima loquitur;secundas,& tertias,& sic deinceps . Histriones,quantum ego obseruare potui,à veteribus appellabantur πρωταγωνισταὶ . δευτεραγωνισταὶ. τριταγωνισταὶ. πρωτοταγωνισταὶ histriones erant primi ordinis , quibus maximum onus fabulæ recitandæ committebatur . δευτεραγωνισταὶ , quibus secundæ partes . τριταγωνισταὶ,quibus tertiæ . Necesse autem erat, vt πρωταγωνισταὶ essent peritiores secundis ; & secundi tertiis. Ideò legere est apud Demosth. in oratione περὶ παραπρεσβ. Aeschinem ab eo sæpe vocari per probrum τριταγωνιστὴν . quasi innuat illum,tùm,quòd fuerit histrio , vilem fuisse . tùm quod histrio tertiarum partium,multò viliorem. Verba sunt hæc ἐβδελλύετε αὐτὸν, μὴ ἐβδυσωρίττετε ἐκ τῆς θεάτρου, μὴ μόνον οὐ κατελεύετε ἅττως ὥστε τελευτῶντα τὸν τριταγωνιστεῖν ἀποστῆναι. Appellat eundem Demosthenes προσλόγιον δευτεραγωνιστὴν, quasi secundarium . Cicero in Bruto per quandam similitudinem ait . Q. Arrius idem faciebat M. Crassi secundarius. De his,qui volet,legat copiosè etiam apud Budæum in Comm. Locus est alter apud Horatium in Epist. libro primo,epist. vltima ad Lollium.

Vt puerum sæuo credas dictata magistro
Reddere,vel partes mimum tractare secundas.

Eum locum exponens, quod ad mimum pertinet secundarum partium ; Porphyrion ait. Secundarum partium actores omnia summisse agunt. Declarat hoc Cicero apertissimè in Diuinatione in Verr. Vt in actoribus , inquit, Græcis fieri videmus , sæpè illum,qui est secundarum,aut tertiarum partium ; cum possit aliquando clarius dicere,quàm ipse primarum,multum summittere, vt ille princeps quàm maximè excellat. Sic faciet Hallienus, tibi seruiet,tibi lenocinabitur,minus aliquanto contendet,quàm potest. Innuit hoc ipsum etiam Plautus in prologo Amphitryonis,cùm ait.

Vt conquisitores fierent histrionibus .
Qui sibi mandassent delegati vt plauderent,
Quique quò placeret alter fecisset minus.

© SCD - Université de Poitiers

Hæc ante me animaduertit & explicauit doctiſs. vir ſuperioris ætatis Cælius Rhodiginus libro quinto ſuarum Antiquitatum.

» Τρεῖς δὲ, καὶ σκηνογραφίαν Σοφοκλῆς.

» Quos Sophocles ipſe cum ſcenæ ornatu ad tertias vſque producit.

Declarauit adiuméta, quę attulit tragœdię Aeſchylus; Nunc declarat, quæ attulerit Sophocles. Is duo inuenit; Vnum addidit hiſtrionem, effecitque, vt eſſent tres. Scenographiam quoque excogitauit. Cum tres hiſtriones adhiberẽtur factus eſt ſermo πρωταγωνιστικὸς. Nam hæc ſunt nomine πρὸς Ὑ. Cœpit appellari πρωταγωνιστικὸς, quo primum tempore Aeſchylus duos adhibuit hiſtriones ratione ſecundarii. vt ſit præclarè ab Ariſtot. ante dictum Aeſchylum inueniſſe ſermonem πρωταγωνιστικὸν, Per id enim denotat etiam δευτεραγωνιστικὸν. Sicuti patet. Fuit etiam conſuetudo hæc apud oratores in cauſis forenſibus agendis, vt aliquis primas ageret. alter ſecundas. tertius tertias. Declaratur hoc apud Demoſth. in oratione κατὰ λεπτίνου: Nam ait interpres, eam eſſe δευτερολογίαν. Aphepſioni autem ὡς πρεσβυτέρῳ conceſſam fuiſſe πρωτολογίαν. Reliqua illic vide copioſius. itidem apud Ciceronem in oratione pro Cor. Bal. in princip. vbi ait. ſuccedo ei orationi, quæ non eſt præteruecta aures veſtras; Habuit enim compatronos Cicẽ. in ea cauſa Craſſum, & Pompeium. Itidem hoc legere eſt apud eundem in oratione pro L. Muræna. Teſtatur Plutarchus totam noctem de ſudaſſe Ciceronem in ea oratione meditanda, & ſcribenda, quia in ea cauſa compatronũ habebat Hortenſium maximum oratorem, quo cum de laude in dicendo certa bat. Sed redeo ad rem. Treis hiſtriones adhibuit primus Sophocles. Fuit is in ſcribendis uerſibus grauis, ac prudens. rem rediculam, ſed ex qua percipias rem ſeriam narrat Lucianus. Solitum quendam expendere verſus Sophoclis & Euripidis libra. Et verſus Sophoclis ſurſum, Euripidis deorſum delatos. tanquam leuiores, & magis inanes. Idem à veteribus ob ſuauitatem ſermonis, Attica ſiren eſt appellatus. narrat Pauſanias, cum Lyſander Rex Lacedæm. Athenas obſideret, monitum in ſomnis à Libero patre, vt pateretur humari Atticam ſirenem delitias ſuas. Eum vero intellexit Lyſander poſtea Sophoclem fuiſſe, qui eo die erat humandus. Scenographiam quoque inuenit Sophocles. Scenarum triplex genus fuit; in quibus poëmata récitabãtur ſcenica. Triplex etiam igitur ſcenographia neceſſariò fuit, Tragica, Comica, Satyrica. Tragicã ſcenam Vitruuius ait, columnis, ſignis, regalibuſque ornamentis fuiſſe inſtructam. Comicam priuatorum ædificiorum, & domorum ſpeciem præferre conſueuiſſe. Satyricam verò arboribus, ſpeluncis, montibus & aliis agreſtibus rebus ex topiario opere ornari ſolitam. Tota verò ſcenographia architecture ratione deſcribitur, ac eius cognitione cõtinetur. Et ſic à Vitruuio definitur. Vt ſit frontis, ac laterum abſcedentium adumbratio, ad circinique centrum omnium linearum reſponſus.

» Ἔτι δὲ τὸ μέγεθος ἐκ μικρῶν μύθων καὶ λέξεως γελοίας, καὶ τὸ ἐκ σατυρικοῦ μεταβαλεῖν ὀκνηρὸν ἀπεσεμνύνθη.

» Ad hæc ad magnitudinem ab exiguis fabulis, & ab ridicula » dictione ſatyris excluſis ad grauem habitum prouecta, ſero tan» dem quieuit.

Hæc ita vertit paccius. Ad hæc ad magnitudinẽ peruenit ab exiguis fabulis, & ab ridicula dictione, excluſis ſatyris, ad grauem habitũ prouecta eſt, atque ita ſerò tandem quieuit. Duo explicat Ariſto. hoc loco primũ Tragœdiam paulatim ad iuſtã magnitudinem peruenisſe. Deinde, Tragœdiam ad quandam maieſtatẽm, & grauitatem ſerò euectam, reiecta omni ridicula oratione, quam ſumpſerat à ſatyris. Quatenus ad primum ſpectat, ſciendum eſt, olim, cum extemporaria eſſet poëſis, & nuper nata, recitari conſueuiſſe quędam πομμάτια ideſt, breuia poëmata, quæ breuẽ vnius rei admòdũ leuis imitationẽ continerent. Cuiuſcemodi nobis exemplo eſſe poſſunt æglogę. Bre-

© SCD - Université de Poitiers

uem enim illę imitationem habent alicuius rei de qua inter ſe ſermonem habent Ruſticani paſtores. Non pauci verò in eiuſmodi genere poëmatis verſati ſunt; atque inde Bucolici poëtæ dicti. Quales Theocritus, Bion, Moſchus. Apud Latinos Vergi. Tragœdia igitur, cum & ipſa ab initio breue quoddam eſſet poëma ad iuſtam demum magnitudinem paulatim pernenit. Quatenus ad ſecundum ſpectat, Sciendum eſt. Satyricum poëma apud veteres fuiſſe laſciuum, ridiculum, & mordax. Inducebantur autem perſonæ ſatyricę Dii agreſtes, petulci. Siluanus. Silenus. Satyrus. Sed de perſonis ſatyricis copioſe Pollux. Nos quoque alibi commodiore loco de ſatyris copioſius locuti ſuimus. Nunc breuiter repeto, quod facit ad rem. Poëſis antiquorũ partim erat ſcenica partim lyrica. Declarat hoc Athenęus Lib. xiiii. Scenica erat triplex. Tragica. Comica. Satyrica. Lyrice itidẽ triplex: gymnopædice hyporchematice. pyrrhice. Fuiſſe etiã ſatyricen poëſin ſcenicam per ſe, cognoſci poteſt ex ſuperiore loco, quẽ citaui ex Vitruuio. Sed labentibus aliquot annis, ſatyrice, etiam ſi, vt patet, per ſe recitabatur, & erat comica & tragica ſicuti alibi eſt à me probatum, antiquior; coniunxit tamen ſe cum tragœdia. In cauſa verò hoc fuit. Tragœdia atrocitate & ſeueritate rerum, quas tractabat, animos defatigabat ſpectatorum. Poëtę igitur optimũ eſſe exiſtimauerunt; ſi iocos ſatyricos intermiſcerent, quibus ſpectantium animi relaxarentur. Hoc ipſum ita fuiſſe factum declarat apertè Horat. in poëtice, cum ait.

» Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum.
» Mox etiam agreſtes ſatyros nudauit, & aſper
» Incolumi grauitate iocum tentauit, eò quod
» Illecebris erat, & grata nouitate morandus
» Spectator. Dat igitur ibidem præceptum Horat. dicacitatem & laſciuiam ſatyrorum, qui intermiſcebãtur tragicę recitationi; eſſe temperandam. Ne ridicularum nimis, & laſciuarum rerum eommiſtio fiat cum grauibus; & ſeueris. Cum ait.
» Verum ita riſores, ita commendare dicaces
» Conueniet ſatyros; ita vertere ſeria ludo
» Ne quicunque Deus. & quæ ſequuntur.

» Licet igitur coniicere ex his; olim & ab Aeſchylo, & à Sophocle intermiſtas in tragœdiis ſatyricas recitationes quæ adhibebantur veluti quiddam ἀπροσδιόνυσον, & aduentitium & ideò non extant cum ſcriptis tragicis coniuncta. Hæc omuia ita ſeſe habere, & veriſima eſſe; præterquàm quod ex Horatii verbis cognoſci poteſt, perſpicitur
» etiam ex iis, quæ dicit hoc loco Ariſto. διὰ τὸ μεταβαλεῖν ἐκ τραγικοῦ ἀπεσεμνώθη.
Senſus enim eſt hic. Tragœdia ſerò ad maieſtatem, & dignitatem peruenit ſuam, reiectis, è medio recitationis, ſatyris, qui intermiſcebantur relaxationis gratia. Id verò factũ ætate ipſius fortaſſe, nam ait, ὀλί.. ſero. quaſi innuat id ætate Sophoclis, & Aeſchyli non fuiſſe in uſu, nam inducebantur tunc ad relaxandos animos ſatyricę recitationes. Atque ſic patet, quomodo paulatim ad iuſtam magnitudinem, ac decorã dignitatem peruenerit tragœdia.

» Τό, τε μέτρον ἐκ τετραμέτρου ἰαμβεῖον ἐγένετο. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον τετραμέτρῳ ἐχρῶν
» το, διὰ δ' τὸ σατυρικὸν καὶ ὀρχηστικωτέραν εἶναι τὴν ποίησιν. λέξεως δὲ γενομένης, αὐτὴ ἡ φύσις δ'
» οἰκεῖον μέτρον εὗρε. μάλιστα γὰρ λεκτικὸν τῶν μέτρων τὸ ἰαμβεῖόν ἐστί. σημεῖον δὲ τούτου.
» πολλοῖς γὰρ ἰαμβεῖα λέγομεν ἐν τῇ διαλέκτῳ τῇ πρὸς ἀλλήλους, ἑξάμετρα δὲ ὀλιγάκις καὶ
» ἐκβαίνοντες τῆς λεκτικῆς ἁρμονίας.

» Senariumque metrum ex octonario adoptauit hoc enim antea me-
» tro vtebantur, quòd ſatyrica, magiſque ſaltatoria poëſis eſſet. Itaque
» elocutioni iam conſtitutæ natura ipſa proprium adinuenit metrum.
» Maximè enim ſermonibus aptum alternis iambicum eſſe, argumen
» to ſit, quòd in differendo plurimi ſanè iambici, rariſſima verò exame
» tra mutuo in ſermone à nobis proficiſcuntur. licet etiam colloqui

© SCD - Université de Poitiers

ipsius hàrmoniam excedentibus.

» Hęc ita vertit Paccius. Senariumque metrum ex octonario adoptauit, hoc enim
» antè metro vtebantur, quòd satyrica magis, ac saltatoria esset poesis. Adhuc explicat
Aristo. quomodo tragœdia paulatim aucta, exornata, atque expolita ad suum nitorẽ
peruenerit, agit autem de metrorum genere; quibus ante vtebantur; nam immutata
postea sunt. Quoniam tragœdia magis erat satyrica, & saltatoria, opus fuit quoque
adhibere numeros saltatorios. Cum verò ait tragædiam fuisse satyricam, intelligit,
fuisse magis lasciuam, minusque grauem, quàm tunc erat. Saltatoriam, quia cum sal-
tatione, & mobilitate repræsentabatur, similẽ satyricæ saltationi, Eam vero veteres
» σίκιννιν vocabant, vt declarat Athenęus. Postquam autem tragœdia depositi omnem
illam lasciuiam, & mobilitatem satyricam, necesse etiam fuit, ut immutarentur nume
ri metrorum: Ex tetrametris igitur iambica, ideſt trimetra, recepta sunt in usum. Te-
trametra dicuntur; quę octo constant pedibus. Trimetra, quę sex; nam singulæ iunctu
ræ binos habent pedes. Sed querat aliquis, cur tragici trimetra, & iambica assumpse-
runt sibi reiectis tetrametris. Respondet Aristo. Postquã omnia paulatim composita
fuerant & expolita in tragœdia; sicuti declaratum est ante. Suscepta quoque est cura
eius, quòd erat in poëmate aduentitium, metri scilicet & numeri. Octonarius est reie-
ctus; quia satyricus, & saltatorius; quòd esset prolixior; & numerosius ex eo saltare
possent saltatores magna & uaria cum mobilitate; quę requirebatur in lasciuo satyro
rum poëmate. Ex octonario igitur factus est senarius, & iambicus, breuior vt esset,
& aptior ad tragicum poëma. Ille autem numerus aptus est; qui imitatur communem
loquendi usum, quo inter nos utimur quotidianum. Eiusmodi uerò iambus est. Et
» ideo in contextu ait Aristo. γενομένην λέξεως αὐτὴ ἡ φύσις τὸ οἰκεῖον μέτρον εὗρε, μάλισα γὰρ λε-
» κτικὸν ἐστὶν ἰαμβεῖον. Quæ sic vertit Paccius. Elocutioni iam constitutæ proprium metrum
inuenit natura ipsa. Notandum quomodo dixit αὐτὴ φύσις. Ne quis fortasse crederet
industria hominum id tantummodo factum; quamuis id quidem effecerint homines
sua industria; sed sequentes naturæ ipsius vestigia. Omnes enim numeri ea ratione
constituti, & excogitati fuerunt. Significat igitur Aristo. cum etiam in hoc aduenti-
tio metro omnia sint referenda ad naturam, facilè posse cognosci totam poëticen
» ex causis naturalibus esse ortam. Illa verba μάλισα γὰρ λεκτικὸν ἐστὶν ἰαμβεῖον. Interpret Pac
cius. maxime enim sermonibus aptum alternis iambicum est. Recte quidem. Sed sen-
sus est; si ad verbum referas huiusmodi. Iambus est maximè dictionalis (ut ita dicam)
» ideſt maxime, & sępissimè cadit in nostras dictiones, quas communicantes inter nos
» familiariter proferimus. Vel sic. Vt plurimum in nostro sermone, qui à natura profici
» scitur, si quis attendat, animaduertet intermistos esse iambos, quia in eos sæpe exit no
» ster sermo quotidianus. Idem ait paulopost. οὐ τῇ πρὸς ἀλλήλους διαλεκτῳ πλεῖσα λέγομεν
» ἰαμβεῖα; ἐξάμετρα γὰρ ὀλιγάκις, καὶ ἐκβαίνοντες τῆς λεκτικῆς ἁρμονίας. Hęc ita vertit Paccius. In disse
rendo plurimi iambi: sed non video qualis hic sit sensus. apertior igitur fuerit, si dixe-
» ris. In mutua collocutione nostra familiari multos proferimus iambos. Reliqua ita
» vertit paccius, Hexametra autem rarò in mutuo sermone à nobis proficiscuntur. Li-
» cet etiam colloqui ipsius harmoniam excedentibus. Prior pars rectissimè est conuer-
sa. Posterior verò pessimè, ac longissimé abest à sensu Aristo. imò nullus ex ea sensus
» elicitur. quòd si elicitur, est tamen perobscurus. intueatur quilibet per se, & conferat
» cum Græco contextu. Ego ità explico. Hexametra rarò à nobis in mutua collocutio-
» ne proferuntur; quòd si tamen aliquando proferimus, id facimus præter naturam, &
harmoniã nostri quotidiani sermonis. Multò melius, et si rudioribus verbis, hunc locũ
vertit Georgius Valla, ait enim. nam prę cæteris metris iambeum sermocinationib. est
maximè accommodatum, hinc sanè exploratũ; quòd inter sermocinandum inter nos
iambea plurima proferimus; at rariusculè hexametra, sermocinalem quoque harmo-
niam excedentes. Verum omissis his. Quatenus spectat ad iambũ, quòdque eo frequẽ-
ter utamur in communi sermone, testatur Cice. in eo Lib. qui inscribitur Orator; cũ
ait. Sequitur ergo, vt, qui maxime cadant in orationem aptam numeri, videndum sit;
» sunt

© SCD - Université de Poitiers

» ſunt enim qui iambicum putent,quòd ſit orationi ſimillimus,qua de cauſa fieri, vt is
» potiſsimum propter ſimilitudinis veritatem adhibeatur in fabulis,quòd ille dactyli-
» cus numerus hexametrorum magniloquentiæ ſit accommodatior.Hic locus Cice.
planè refert adverbum locũ hunc Ariſt.ideò diligenter adnotandus.Idẽ Cice. in Ora
» tore.Magnam partem Iambos proferimus in ſermone.Quatenus ad hexametra ſpe-
ctat,quòd his in communi ſermone non vtamur;aut rarò,atque tunc excedentes na-
turam ſermonis communis:hoc idem probatur in vltimis verbis loci ſuperius citati,
» cum ait. Dactylicus ille numerus hexametrorum magniloquentię eſt accõmodatior
Idem paulòpoſt exprimit Cice.ex Ariſtote.Sed ex.III.Lib.Rhetoricorum his verbis,
» quod longè Ariſto.videtur ſecus,qui iudicat heroum numerum grandiorem,quàm
» deſideret ſoluta oratio.Iambum autem nimis è vulgari ſermone.Ita neque humilem,
» neque abiectam orationem, nec nimis altam, & exaggeratam probat;plenam tamen
» eam eſſe vult grauitatis;vt eos,qui audient,ad maiorem admirationem poſsit tradu-
cere.Ariſt.in iis,quæ citat Cice.eo loco,loquitur de Oratione oratoria.Sed differt ora
tio oratoria à poëtica,quantũ ad numeros ſpectat:oratoria,quoniam per ſe ſoluta eſt
debet exornari,& vinciri numeris quibuſdam,vt grandior appareat,& admirabilior.
Poëtica quoniam numeroſa eſt per ſe;debet aliquando ſeſe humilem reddere pro ra-
tione rerum,quas imitatur;vt in imitatione appareat magis ſimilitudo veritatis.Exẽ-
pli cauſa.In tragœdia,& comœdia collocutiones fiunt inter perſonas;debent illę col-
locutiones poëticæ imitari collocutiones quotidianas;at hę non fiunt turgido nume
ro,vtpote herôo;ſed humiliore;iambo ſcilicet.Herous igitur neque oratoriã, neque
poëticam orationem ingreditur,quoniam nimis elatus eſt,& inflatus.Vnde eſt à Rhe
toribus traditum,in oratione ſoluta maximũ eſſe vitiũ,ſi appareat metrũ. Id verò de
herôo præſertim debet intelligi.Eſt locus adnotandus qui huc ſpectat in Epiſto.ad
» Att.Lib.vii.Flabat ab Epiro leniſsimus auſter mitis,in his verbis; quia verſu præter
morẽ vſus erat,ſubiũgit;Hũc ὡσονεὶ πλάζοντα,ſi cui voles τῶ νεωτέρων.pro tuo vẽdito. Ex te
tametris vero timetra facta ſcribit idẽ Ariſt.lib.III. Rhet.his verbis.οὐ δὲ γὰρ οἱ τὰὸ φαγῳ
δίαν ποιοῦντες ἓν χρῶνται τὸν αὐτὸν τόπον ἀλλὰ ὥσ ἐκ τῶν τετραμέτρων εἰσ τὸν ἰαμβεῖον μετέβησαν.

» Επι δὲ ἐπεισοδίων πολλὰ ἦν, καὶ τὰ ἄλλα ὡς ἕκαστα κόσμει θῆναι λέγεται. πολὺ μὲν ἓν τοῦ
» τῶν τοσαῦτα ἔσω ἡμῖν εἰρημένα. πολὺ γὰρ αὖ ἴσως ὄργον εἴη διεξιέναι καθ ἕκαστον.

» Ad hæc Epiſodia quoque plura, cæteraque, vt ſingula exorna-
» ta fuiſſe dicuntur. De his igitur ſatis: nimis enim fortaſſe operoſum
» ſit, in ſingulis immorari.

Ad exornandam tragœdiã, ait Ariſtoteles, inuenta quoque fuiſſe epiſodia. Suidas ait epiſodium vocari πᾶν τὸ ἐξαγώνιον πρᾶγμα. Nam quicquid præter rem,modo cum re coniunctum ſit;affertur ad augendam fabulam,& amplificandum poëma;eo appellatur nomine. Exemplum ſumi poteſt ex Vergilio,nam quicquid de Didonis amore narratur;præter rem eſt;& tamen inſeritur,poëmatis ad augendi gratia.Epiſodia igitur in poëſi aſſumuntur ornatus, & amplificationis cauſa.Sicutiloci communes apud oratores.Verùm de Epiſodiis copioſius poſtea commodiore loco loquemur.His di-
» ctis,Ariſtoteles epilogum facit ſuperiorum omnium;ait enim.De his QVIDEM HACTE-
» NVS. Cum enim ſibi propoſuiſſet demonſtrare, ex cauſis naturalibus enatam poëti-
cen,& ſingulas ipſius partes; id ſingillatim demonſtrauit in Comœdia,& Tragœ dia
Atque quidem hactenus incrementum quomodo acceperit tragœdia, declarauit.
Explicare autem ſingula ſepa ratim magni eſſet laboris ; & longiore narratione
opus foret.

» Η δὲ κωμῳδία ἔστιν ὥσπερ εἴπομεν, μίμησις φαυλοτέρων μὲν, οὐ μέντοι κατὰ πᾶσαν κα-
» κίαν, ἀλλὰ τὸ αἰσχροῦ ἔστι γελοῖον μόριον. γελοῖον δέ ἐστιν ἁμάρτημά τι, καὶ αἶσχος ἀνω
»
» δυνον, καὶ οὐ φθαρτικὸν, οἷον, εὐθὺς γελοῖον πρόσωπον αἰσχρόν τι, καὶ διεστραμμένον ἄνευ
» ὀδύνης.

© SCD - Université de Poitiers

» Comœdia autem eſt (vt diximus) peiorum quidem imitatio, non
» tamen ſecundum omne vitii genus, quanquam ridiculum á turpi pro
» ficiſcitur. Ridiculum enim aliquo pacto peccatum eſt, & turpitudo
ſine dolore, minimeque noxia: perinde ac ridicula ſtatim appareat de
» formis facies, diſtorta ſine dolore. Hæc ita vertit Paccius.

Comœdia autem eſt, vt diximus, peiorum imitatio; non tamen ſecundum omne
» vitii genus; quanquam RIDICULUM à turpi profiſcitur. Hæc non ſatis aptè conuerſa
» ſunt; nam ita debebant verti, & connecti cum prioribus. Sed ſecundum ridiculum,
» quod eſt turpitudinis particula. Reliqua rectè ſe habent. Ridiculum enim aliqua pacto
» peccatum eſt, & turpitudo ſine dolore noxia; perinde ac ridicula ſtatim appareat de-
» formis facies diſtorta ſine dolore. Quod Paccius vertit. Noxia. Eſt in græco cõtextu,
» φθαρτικὸν. quod conſiderabimus poſtea, quale ſit. Connectuntur hæc cum ſuperiori-
» bus. Sic. Declarauerat Ariſtot. qualis fuiſſet origo tragœdię, & comœdię. Mox erat
» inquirendum quomodo auctæ. De incremento igitur, & abſolutione tragœdiæ ha-
» ctenus egit; Nunc verò erat agendum de incremento comœdiæ; Sed antequam agat,
» breuiter repetit ex ſuperioribus, qualis ſit comœdia. Ait igitur comœdiam eſſe imi-
tationem peiorum. Habet græcus contextus. φαυλοτέρων. homines mali appellantur
» ex vitiis. Vitia verò, & peccata non omnia paria ſunt; ſed alia leuiora; alia grauiora.
» Comœdia igitur et ſi ſubiectam ſibi materiem habet κακίαν; ideſt vitioſitatem hominũ;
non tamen omnem, ſed eam, quæ talis eſt; ac tàm fœda, vt riſum moueat potius, quàm
indignationem, aut commiſerationem. Hoc quale ſit declaro & breuiter; & facilè.
Turpe eſt aliud φθαρτικὸν, aliud non φθαρτικὸν. φθαρτικὰ. ut inquit Ariſtoteles Liber ſe-
cundo Rhetoricorum, ſunt; verbera, cædes, vulnera, cibi inopia, corporis afflictio-
nes; ſenectus, morbi. Quæ patienti dolorem afferunt; videnti autem commiſeratio-
» nem. Non φθαρτικὰ, ſunt illa, quæ patienti non dolorem, ſed ruborem, & pudorem
» afferunt. Ea qualia ſint; declarat Idem Ariſtoteles Lib. ſecundo. Rhetoricorum. Pu-
» dor inquit, eſt dolor, & móleſtia quædam animi, orta ex peccatis, per quæ ſubeunda
» ſit ignominiæ nota alicuius. Vt deſerere loc̃u in acie. Abiicere clypeũ. Nam hæc olim
magno dabãtur probro. Horat. Relicta non bene parmula. Demoſth. quoque ita ſe ex
» cuſauit vt refert Plut. ὁ φεύγων πάλιν μαχήσεται. Habet ibidem Ariſto. minimis quibuſq.
» lucris capi. ſordidas exercere artes. ſpoliare cadauera, repulſãm tuliſſe. De ſeipſo nimis
magnificè loqui. Coire cum quibus non licet. quod Cice. ſæpe Clodio obiicit; quòd
coiuiſſet cum ſororibus, quarum vna quadrantariâ dicebatur. Itidem ea, propter quę
veremur eos, quĩ aliena explorant vitia, cuiuſmodi ſunt, ſubſannatores, Satyri; comi-
ci; nam omnes hi maledicentiſsimi ſunt. Hoc verò perbellè conuenit cum hoc loco
poẽtices; ubi de Comœdiæ ſubiecta materie loquitur. Vt licet intueri. Nam comici
cum ſint deriſores, riſum captant ex alienis peccatis. Vt Ariſtoph. riſum captat in Ne-
bulis, ex Socratis perſona, cum ait illum docere; quomodo dimetiri oporteat pulicis
ſaltum. Itidem, quomodo infecta bombũ emittant. Quæ illic legi poſſunt. Hæc enim
turpia ſunt non φθαρτικά, & habent in ſe, vt Ariſto. ait; καὶ ἅμα ἀνώδυνον. Ideò ridicula.
» Affert verò ipſemet Ariſtoteles exemplum, cum ait; vt ſiquis rideat intuens faciem
» alicuius diſtortam, & deformem. Cuiuſmodi ridetur apud Homenum Libr. ſecundo.
» Iliados Therſites. Cuiuſmodi Cicero explicat Libr. ſecundo de Orato. Gallum illum.
» Cuiuſmodi erat Socrates naribus ſimis; de qua re Xenophon in Conuiuio: his verbis.
» τῶν δὲ ῥινῶν ποτέρα καλλίων ἢ σὺ, ἢ ἐμή. ἐγὼ μὲν, ἔφη, οἶμαι τῷ ἐμῷ, εἴπερ γε τὸ ὀσφραίνεσθαι νίκην ἐποίη-
» σεν ἡμῖν ῥῖνας οἱ θεοὶ, οἱ μὲν γὰρ σοὶ μυκτῆρας εἰσ' γλῶ ὁρῶσιν, οἱ δὲ ἐμοὶ ἀναπέπταται, ὥστε τῷ σ' πάντοθεν
ὀσμὰς προσδέχεσθαι. & quæ ſequuntur. Nam multa ibi lepide, ac ridiculè, de ea re
narrantur. Pulchra eſt, & facit ad rem Ciceronis illa diuiſio Lib. ſecundo de Orat vbi
de ſalibus oratoriis loquitur. Ait enim miſeriam non, mouere riſum; nam miſeros
commiſeramur potius, crudelitatis verò ſummæ eſt riſum ex aliena miſeria cap-
tare. Neque valde turpia, & nefaria; nam hæc mouent indignationem, & maiore
quadam

quadam vi vrgeri volunt. Ergo ſubturpicula riſum mouent; ſic enim appellat ea, quę vocat hoc loco Ariſtoteles peccata non φθαρτικά, & ſimul oſtendit ex turpitudine riſum enaſci. Spectat ad hunc locum Ariſtotelis, etiam illa diuiſio Cice. cũ ait. Ridiculorum, quæ ex ſubturpiculis naſcuntur, alia eſſe in re; alia in verbo. verùm de hac re ſatis; reliqua qui volet, petat ex eodem Cicer. & Quintiliano Libr. v. vbi de facetiis oratorũ agit. Narrat Atheneus Libr. xiiii. Olim Athenis fuiſſe ἐξήκοντα ſubſannatores, ac deriſores qui eadem vixerunt ætate. Videat ibi qui volet rem planè lepidam, ac dignam cognitu; ex huiuſmodi enim maledictis, & riſu enata eſt comœdia.

» Αἱ μὲν οὖν τῆς τραγῳδίας μεταβάσεις, καὶ δι' ὧν ἐγένοντο, οὐ λελήθασιν. ἡ δὲ κωμῳδία διὰ
» τὸ μὴ σπουδάζεσθαι ἐξ ἀρχῆς, ἔλαθεν. καὶ γὰρ χορὸν κωμῳδῶν ὀψὲ δὴ ποτε ὁ ἄρχων ἔδωκεν,
» ἀλλ' ἐθελονταὶ ἦσαν· ἤδη δὲ σχήματά τινα αὐτῆς ἐχούσης, οἱ λεγόμενοι αὐτῆς ποιηταὶ μνη-
» μονεύονται. τίς δὲ πρόσωπα ἢ προσέδωκεν, ἢ προλόγους, ἢ πλήθη ὑποκριτῶν, καὶ ὅσα τοιαῦτα
» ἠγνόηται.

» Igitur de promotione Tragœdiæ, & per quos, ſatis conſtat: ſecus
» verò de Comœdia: ſiquidem initio, quòd parum ſui ſtudioſos habue-
» rit, latuit: ſero enim ab Archonte comœdorum chorus, vt quiſque
» ſeſe obtuliſſet, inductus eſt. Eius verò profeſſores, vbi iam aliquam
» ſpeciem præſe tulit, memorantur. Quis autem perſonas, prologos,
» hiſtrionum multitudinem, cæteráque huiuſmodi protulerit, prorſus
» obſcurum.

» Hæc ita vertit Paccius. Igitur de promotione tragœdię; & per quos ſatis conſtat
» ſecus vero de comœdia; ſiquidem ab initio quòd parum ſui ſtudioſos habuit; latuit.
» Serò enim ab Archonte comœdorũ chorus, vt quiſque ſe obtuliſſet, eſt inductus. Eo
» libentius Paccii verba aſcripſi, quia maximus eſt mihi illius error demonſtrandus: cõ
iunguntur hæc cum ſuperioribus, ſic. Tragœdiæ origo, & incrementum iam ſatis patet; nam ſigillatim omnia declarata ſunt. Comœdiæ verò incrementum quale, quãdo, quomodóue factum ſit, prorſus ignoratur. Cuius rei cauſam hanc affert Ariſtot. διὰ τὸ μὴ σπουδάζεσθαι cum enim liuoris eſſet plena, & maledicentiæ, erat omnibus inui-
» ſa; & vnuſquiſq. ſibi ab ea metuebat, præter admodum paucos. Nam Diogenes Laer.
» de Socrate ait. ἔλεγε δὲ τῶν κωμικῶν δεῖν ἐπίστασθαι ἑαυτὸν διδόναι εἰ μὲν γάρ τι τῶν προσόντων
» λέξειν διορθώσονται· εἰ δ' οὐδέν, πρὸς ἡμᾶς. Hæc res etiam effecit fortaſſis, vt pauci poëtæ in
» ſcribendis operam ponerent ſuam, quòd ſatis populo non placere animaduerterent.
Id verò facilè perſpici poteſt, vel ex eo, quòd ſerò admodum Chorus dari Athenis cæpit à Magiſtratu; Cum enim viderent Athenienſes malum hoc latius indies ſerpere, neque alia ratione maledicentiam illam cohiberi poſſe, legem ſanxerunt, qua cauebatur, ne vllus comicus poëta Fabulam populo daret; niſi prius eam Magiſtratus, penes quem erat ſumma poteſtas omnium rerum in ciuitate, approbaſſet iudicaſſetque eiuſmodi eſſe; vt neque legibus aduerſaretur; neque mores corrumperet.
» Declarat hoc ipſum Plato Libr. de Legibus. vii. ναὶ δῆτ' ὦ παῖδες μαλακῶν μουσῶν ἔκγονοι
» ἐπιδείξαντες τοῖς ἄρχουσι πρῶτον τὸ ὑμέτερον παρὰ τὸ ἡμέτερον ὡς ἦλθε, ἂν μὲν τὰ αὐτὰ γε, ἢ καὶ
» βελτίω παρ' ὑμῶν φαίνηται λεγόμενα δώσομεν ὑμῖν χορόν, εἰ δὲ μή· ὦ φίλοι οὐκ ἂν ποτὲ δώσομεν.
Ideò Ariſtoteles in contextu ait, ὀψὲ γὰρ ὁ ἄρχων χορὸν ἔδωκε. Quæ verba quid ſibi vellẽt, cum non intelligeret Paccius; tàm ineptè vertit vt ſatis mirari non poſsim, virum alioqui doctum, rem adeo alienam à ſenſu Ariſtotelis protuliſſe. Sed omnino in hunc errorem lapſus eſt, quòd ignoraret veterem illam conſuetudinem Athenienſium. De qua etiam apud Stobæum in cap. xliii. legere eſt, ex Hierone. καὶ γὰρ ὅταν χορὸς βουλώμεθα ἡμῖν ἀγωνίζεσθαι, ἆθλα μὲν ὁ ἄρχων προτίθησιν, ἀθροίζειν δὲ αὐτοὺς προτέτακται χορηγοῖς, καὶ ἄλλους διδάσκειν. Conſequuntur autem hæc in contextu Ariſto. verba ἀλλ' ἐθελονταὶ ἦσαν.

© SCD - Université de Poitiers

» Quæ Paccius vertit. Vt quiſque ſe obtuliſſet. Sed quid ſibi velit per hæc verba non ſatis intelligo. Senſus Ariſtotelis eſt. Voluntarios fuiſſe choros, et vnum quemque pro ſuo arbitratu priuatim, ſed non in theatro, & ſcena; iocos comicos maledicentiæ plenos protuliſſe. Demoſth. in Midiam ita vtitur hac dictione » κἀγὼ μὲν ἐθελοντὴς ναῦν οὗτος δὲ κατασὰς ἀβ ἀνδιδόσιων τότε, οὐ χάριν οὐδεμίαν αὐτῷ ἀπου » δικαίως ἂν ἴσ' ἔχη. Hæc quidem ita ſeſe habent, ex quibus ſatis patet; Cur ea, quæ ad comœdiam pertinent, quomodo inuenta, & aucta ſint prorſus ignoretur. Nam comœdiæ ſcriptores, ſiq ui inſignes extiterunt, eo demum tempore extitére, quo omnia iam erant adaucta, & exornat a. Ignoratur etiam, quis primus in comœdiis perſonas, prologos; hiſtrionum multitudinem & cætera huiuſmodi protulerit. Lucianus in Menippo, ab initio oſtendit exiguum fuiſſe hiſtrionum numerum, his verbis. » ὁ μὲν δὲ καὶ τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς πολλάκις ἑωρακέναι τοὺς φαγικοὺς ὑποκριζομένους τούτους πρὸς τὰ χρείας τῶ » δραμάτων, ἄλλα μὲν Κρέοντας, ἐνίοτε δὲ Πριάμους γιγνομένους; ἢ Α γαμέμνονας, καὶ ἀυτὸς, εἰ τύχοι, μικρὸν » ἔμπροσθεν, μάλα σεμνῶς, ἐς τὸ κήκροπος, ἢ ἐρεχθέως, χῆμα μιμησάμενος, μετ' ὀλίγον οἰκέτης προῆλθεν » ὑπὸ τῆ ποιητῆ κεκιλδυσμένος, ἢ δὴ δὲ πέρας, ἴσχοντος τῆ δράματος, ἀποδυσάμενος ἕκαστος αὐτῶν τὰ » χρυσόπαστον ἐκεῖνα ἐῶθ' τα πανήνα, καὶ ταπεινὸς περιέρχεται. Perſonas intelligit, quas refert Iulius Pollux, hoc habitu in comicos actus induci ſolitas. Lib. quarto κωμικὴ δὲ ἐσθὴς » ἰδρωμένη, ἐσὶ δὲ χιτὼν λευκὸς, ἄσημος, κατὰ τὰ ἀριστερὰν πλευρὰν ῥαφὴν οὐκ ἔχων, γερόντων δὲ φόρημα » ἱμάτιον. καμπύλη φοινικὶς, ἢ μέλαινα. πορφυρᾶ ἱμάτιον φόρημα νεωτέρων. παράσιτοι δὲ μελαίνη, ἢ φαιᾶ » ἐχρῶντο. Aut perſonas, quibus obtecti ora recitabant hiſtriones. De quibus meminit Horat. in Poëti. cum ait.

» Quæ ca nerent, agerentque peruncti fecibus ora,
» Poſt h unc perſonæ, pallæque repertor honeſtæ
» AEſchylus: Et Lucianus in Menippo cum ait, loquens de hiſtrionibus. » καὶ τὸ προσωπεῖον ἀποθέμενος, καὶ καταβὰς ἀπὸ τῶν ἐμβατῶν. Prologus à Græcis nõ adhibetur in comœdiis, ſi eo modo accipias, quo Latini ſolent. Nam, vt ait Donatus, eſt antecedens veram fabulæ compoſitionem locutio. Et propriè quidem ait, prologum vocari, in quo poëta excuſatur, aut fabula. Prologium autem, in quo argumentum tantummodo deſcribitur. Sciendum igitur aliter ab Ariſto. accipi prologum. Na m aliquanto poſt, vbi diuidit tragœdiam in partes, quæ reſpiciunt quantitatem, has enumerat. Prologum, Epiſodium, Exodum, Choricum. Prologum verò eſſe ait eam tragœdiæ partem, quæ eſt ante chori ingreſſum. Ex quo loco ſatis pa tet, prologum partem eſſe ipſius fabulæ cum cæteris neceſſariò coniuncta m Fabulæ, ſi idipſum quod agitur, tantum modo reſpicias, breues ſunt; at longiores fiunt addito prologo, & epiſodiis. Innuit igitur Ariſtote l es ignorari à quo primum aucta fuerit comœdia addito prologo; cum ante breuis eſſet, & conciſa.

Τὸ δὲ μύθους ποιεῖν, Ἐπίχαρμος, καὶ Φόρμις ἦρξαν· τὸ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς, ἐκ σικελίας ἦλθε. » τῶν δὲ ἀθηνησιν Κράτης πρῶτος ἦρξεν, ἀφέμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας, καθόλου ποιεῖν λόγους, » καὶ μύθους.

» Cæterùm confingere fabulas, quod quidem à Sicilia primum manauit, Epicharmus, & Phormis cœperunt: ſicuti quoque ex Athenien » ſibus Crates iambica prorſus ratione omiſſa in vniuerſum ſermones, » vel fabulas confinxit.

» Omnia, quæ ad comœdiæ originem, & incrementum pertin ent, ignorantur præterquàm vnum; quis ſcilicet primus cõfinxerit fabulas. Id vero duplici explicat modo; nam & apud quos primũ, ex reliquis nationibus fuerint inuentæ fabulę, & apud Athenienſes præcipuè. Vt ſi dicam ego primum fabulas ſcripſiſſe Liuium Andronicum, id intelligi debet, apud Romanos tãtum, & ſic diuerſis in locis alii, & alii extiterunt, eiuſdem rei primi authores, & inuentores. Hoc, quod modò narrat, ſuperius quoque declaratum fuit; apud Siculos ſcilicet, qui è Græcia eò venerant habitatum, ab Epichar

mo

© SCD - Université de Poitiers

mo inuentam fabulam:de qua re ſuperius ſatis multa dicta ſunt; vbi de Epicharmo quoque plura locuti fuimus. PHORMIS. Vide,an ſit legendum PHORMVS.Nam ita appel
» lat Athenæus Lib.xiiii.καὶ φόρμος ὁ κωμικὸς οὐ ἀταλάντους.Itidē & Suidas. Fuit hic Syra
» cuſanus, & chariſsimus Geloni Siciliæ tyranno. Inueniſſe fertur primus talarem veſtem, qua veteres in ſcena vtebantur. Ad quam alluſit Horat.cum ait.Traxitque vagus per pulpita veſtem.Præterea contexuit,& ornauit totam ſcenam pellibus puni
» ceis. Diogenes Laërtius Protagorā ait cognomento fuiſſe appellatum φορμοφόρον.
» πρῶτος τὼ καλουμένω τύλλω,ἐφ' ἧς τὰ φορτία βαστάζουσιν εὗρεν,ὡς φησὶν Αριστοτέλης ἐν τῷ περὶ
» παιδείας, φορμοφόρος γὰρ ὢν, ὡς ἠξιώκουσός που φησὶ.καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἤρθη πρὸς Δημόκριτον,
» ξύλα σκάπτοντα ὀφθείς. Crates Athenienſis fuit de quo Laërtius..ſic. γεγόνασι δὲ κράτητες
» πέντε,ὧν ὁ πρῶτος ὁ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητής. Fuit etiam alter Crates Thebanus phi-
» loſophus,et poëta tragicus qui,vt teſtātur Suidas,et Laërtius,fabulas grauibus rebus, ac philoſophicis refertas ſcripſit;& multas quidē ſoluta oratiōe, quod eò libentius ad ſcripſi,quia de hac re etiā ſuperius locuti fuimus, Sed Comicum hoc loco intelligit Athenienſem Ariſtoteles,qui cū antè Iambographus eſſet,omiſsis iambis,ſe totū contulit ad ſcribendas comœdias. Hic verò locus adnotandus diligenter;nam declarat ea, quæ ſuperius dicta ſunt; ex Iambicis ſcilicet Comicos factos poëtas.Facile autem fuit,vt hi ex illis deriuarentur;quia maledicentia tam horum, quàm illorum propria eſt. Hoc vno differunt quòd Iambographi non imitantur; Comici vero imitantes maledicunt, ut patet.

» Ἡ μὲν οὖν ἐποποιία τῇ τραγῳδίᾳ μέχρι μόνου μέτρου μετὰ λόγου μίμησις ἐστὶν σπουδαίω-
» ν ἠκολούθησεν. Τῷ δὲ τὸ μέτρον ἁπλοῦν ἔχειν,καὶ ἀπαγγελίαν εἶναι,ταύτῃ διαφέρουσιν, ἔτι
» δὲ τῷ μήκει,ἡ μὲν ὅτι μάλιστα,πειρᾶται ὑπὸ μίαν περίοδον ἡλίου εἶναι, ἢ μικρὸν ἐξαλλάτ-
» τειν.ἡ δὲ ἐποποιία ἀόριστος τῷ χρόνῳ καὶ ταύτῳ διαφέρει.καίτοι ἐπ' ἀρχῆς ὁμοίως ἐν ταῖς
» τραγῳδίαις εἶχεν ἐποιοῦν,καὶ ἐν τοῖς ἔπεσι.

» Itaq.tragœdiæ epopœia dūtaxat ſimilis eſſe apparet, quòd metrico
» ſermone præſtātiū imitatio eſt,hoc differt,quod ſimplici vtitur metro,
» quodq.enarratio eſt,lōgitudine præterea,quoniā tragœdiæ quidē in-
» tra vnius potiſsimū Solis,vel paulò plus minúsue,periodum actio eſt:
» quandoquidem Epopœia temporis ſpatio non vrgetur, qua ſanè li-
» bertate in tragœdiis perinde ac in hexametris à principio vſi ſunt.

Hæc ita vertit Paccius. Itaque tragœdiæ epopœia duntaxat ſimilis eſſe apparet, quòd metrico ſermone præſtantium imitatio eſt. hoc differt, quòd ſimplici vtitur metro. quòdque enarratio eſt. longitudine præterea, quoniam tragœdiæ quidem intrà vnius potiſsimum Solis, vel paulò plus minus ue periodum actio eſt. Epopœia verò temporis ſpatio non vrgetur; qua ſanè libertate in tragœdiis,perinde ac in hexa
» metris à principio vſi ſunt. Vbi Græcus contextus habet ἐν τοῖσ ἔπεσι, vertit Paccius,
» in hexametris. Sed Ariſtoteles apertius intellexit epopœiam;ſæpè verò, & paulò poſt Paccius vertit hexametra; vbi Ariſtoteles ſcripſit epopœiam. Rectè ſanè, nam epopœia hexametris vtitur,ſed apertior erit ſenſus,ſi tu epopœiam dicas. Connectuntur hæc cum ſuperioribus,ſic. Poſtquàm Ariſtoteles expoſuit originem poëtices, & omnium ipſius partium; incrementum quoque tragœdiæ,& comœdiæ demonſtrauit; Colligit ex iis,quæ ſuperius dicta,& declarata fuerunt; quid commune habeat epopœia cum tragœdia;& quid diuerſum. Planè id ipſum facit,quod Porphyrius in ſuo illo libello de V. Vocibus.is enim poſtquàm explicauit ſingularum propriam vim,& definitionem;colligit poſtea quid commune, quídque diuerſum,ac diſcrepans ſit ſeparatim. hoc verò fit in omni methodo,optima ſanè ratione; vt in ſingulis rebus ſimilitudo, & differentia perſpiciatur. Quantum ego perſpicere potui in contextu. Ariſtoteles ſtatuit duo,quæ communia ſunt epopœiæ,cum tragœdia:treis verò diffe rentias explicat, quas ſigillatim declaro. Prima ſimilitudo eſt deſumpta ex materia. nam vtraque imitatur τὰ σπουδαῖα, ideſt præſtantia, grauia, & ſeria, ſicuti ſatis patet.

© SCD - Université de Poitiers

Secunda eſt ſumpta à ratione formæ; quia vtraque ſuam imitationem conficit per ſermonem metricum. ſicuti apertè videri poteſt. Prima autem differentia eſt, qua differt epopœia à tragœdia; quòd epopœia ſimplici vtitur metro; quod quidem ita eſt intelligendum; non quidem, quòd epopœia tantum vtatur hexametro; tragœdia verò iambo, & aliis breuioribus, vt videre eſt apud Sophoclem, & Euripidem, in choris præſertim; ſed quia præter metrum adhibet etiam harmoniam, & ſaltationem; ſeparatim tamen, vt eſt ante declaratum. Altera differentia eſt, quòd in epopœia narratio eſt. Græcus contextus habet, ἀπαγγελία, ideſt annunciatio. In tragœdia verò non eſt ἀπαγγελία. ſed imitatio eiuſmodi, ac ſi tum res ageretur. Hæc omnia ſuperius copiosè declarata à nobis fuerunt, ſed repeto paucis vnum hoc. epopœia habet ἀπαγγελίαν tùm quia poëta ipſe videtur ἀπαγγέλλειν ex ſua perſona, ſicuti ex Platone ſuperius eſt declaratum, tùm quia ſæpè inducuntur perſonæ nunciantes, & narrantes res aliquot geſtas, quibus interfuerint, ita, vt & ſermonem, & actionem referant ſingularum perſonarum, ac ſi ipſæ loquerentur; quod facit Aeneas apud Vergilium libro ſecundo, & tertio Aeneid. apud Didonem narrans res geſtas in expugnatione Iliaca; nam & Sinonis, & Laocoontis, & Priami, & Panthû & Creuſæ, & Anchiſæ ſermones refert; ipſorum omnium induens perſonam. Tertia differentia inter epopœiam, & tragœdiam conſtituitur ex ratione longitudinis, & ſpatii temporis; nam repræſentatio tragica non excedit imitationem rerum geſtarum ſpatio longiore, quàm circuitu vnius ſolis. verba Græca ſunt, μίαν περίοδον ἡλίου quæ etſi ambigua videri poſſunt; ſignificent'ne diem naturalem à mathematicis aſtronomis vulgò vocatum, an artificialem: putarim tamen ego ab Ariſtotele intelligi artificialem. quia cum tragœdia imitatio ſit actionis vnius, quæ quàmprimum producitur ad exitum; neque poëta quicquàm ſuæ narrationis intermiſceat, quod in epopœia longiſsimo poëmate fit, & ad ſpectatores tota eius referatur imitatio; maximè æquum eſt, vt actionis imitatio ſit, quæ vno die videatur abſoluta; noctu enim homines conquieſcunt, indulgéntq. ſomno; neque quidpiam agunt, aut vlla de re inter ſe colloquuntur. hæc verò, quæ à me dicuntur, veriſsima eſſe, obſeruare poterit vnuſquiſque in veterum ſcriptis. atque id vt facilius fiat, conabor ego ex Sophoclis OEdipode tyranno normâ præſcribere. Mane ſacrificantes inducit Thebanos ob auerruncandam Deorum iram, nam peſtilentia vrbem inuaſerat. Oedipus rex eos ſolatur; hortatúrque vt bono ſint animo; ſe enim omnia facturum, quare Dii placari poſsint, ideoque Creontem à ſe miſſum ad Apollinis oraculum & mirari magnopere, quod tam diu cunctaretur. Atq. hęc dum loquitur Oedipus; aduentantem vident Creontem. quo in loco obſeruare licet Sophoclis poëtæ induſtriam in ſcribendo eo poëmatis genere; cum enim intelligeret, vno die abſolui debere actionis tragicæ imitationem; ſemper ad exitum feſtinat; & quæ proxima vltimis ſunt, refert, nam ſi huius ratio non fuiſſet habita; quid erat, quòd tam opportunè aduentantem induceret Creontem, nullo interiecto temporis ſpatio? Paulo poſt videre eſt magno artificio properâtem ad exitum Sophoclem. nam cum Tireſia opus eſſet vate ad oraculum Apollinis explicandum; ſe iam miſiſſe ad illum Creontẽ, Oedipus refert; atque dum id ipſum loquitur; aduentantem facit Tireſiam. Aliquantò poſt, vbi Iocaſten loquentem facit cum Oedipode, referentémque quomodo Laius fuerit interfectus, & nonnulla indicia comprobatione egerent ſerui illius, qui incolumis effugerat; tunc autem in ſuburbano habitabat greges paſcens regios. accerſendus ille fuit; tantum igitur moræ interiicit, quantum ſit ſatis; dum enim cum ſuperueniente nuncio ab vrbe Corinthia loquitur Oedipus, aduentat Seruus, exquirénſq. ab eo omnia, quæ interim audierat à nuntio; rem totam ſtatim perſpicit. His omnibus in locis; cum aliqua mora iniici poſſet; videre eſt ſummo artificio feſtinantem poëtam; vt vno die actionis tragicæ illius abſolueret imitationem. Verùm de his iam ſatis multa diximus; Rem totam hanc poterit quilibet diligenter perſcrutari in antiquorum ſcriptis, quæ extant, tum Græcorum, tum Latinorum. quod verò de tragœdia dicitur, id etiam ad comœdiam eſt omnino referendum; nam non longiore ſpatio ſuam imitationem conficit comœdia, quàm tragœdia.

Μίαν

© SCD - Université de Poitiers

» Μέρη δὲ ὅσα τὰ μὲν πάντα, τὰ δὲ ἴδια τῆς τραγῳδίας. διὸ περ, οὗτος περὶ τραγῳδίας οἷ-
» δε καὶ οὐσίας, καὶ φαύλης, οἵδε καὶ περὶ ἐπῶν. αἱ μὲν γὰρ ἐποποιΐα ἔχει, ὑπαρχει τῇ τρα-
» γῳδίᾳ. αἱ δὲ αὐτὴ, οὐ πάντα αἱ τῇ ἐποποιΐᾳ.

» Circa verò partes, vt hæ ambæ in aliquibus inter ſe non diſcrepant:
» ita propriæ nonnullæ, atque peculiares huius ſunt. Quo fit, vt qui de
» Tragœdiæ virtute, ac vitio diiudicare nouerit, idem quoque & de he-
» xametris nouerit: ſiquidem quæ hexametrorum ſunt, in Tragœdia
» prorſus ineſſe apparet: quæ verò Tragœdiæ, in his non omnino.

» Hæc ita vertit Paccius. Circà verò partes; vt hæ ambæ inter ſe non diſcrepant; ita
» propriæ nonnullæ, at que peculiares huius ſunt. In Græco contextu verba ita ſeſe ha
» bent. Partes verò aliquæ quidem eædem ſunt, & communes epopœiæ, & tragœdiæ;
» Aliquæ verò peculiares: ac propriæ tantum ipſius tragœdiæ. Reliqua ſic vertit Pacc.
» Quo fit, vt qui de tragœdiæ virtute, ac vitio diiudicare nouerit, idem quoque etiam
» de hexametris nouerit. in Græco contextu ita ſcriptum eſt. Quamobrem quicunque
» ſcierit dignoſcere tragœdiam aptè, & ſeuerè ſcriptam, & tenuem, ac malè ſcriptam;
» idem quoque ſciet diiudicare epopœiam. Et illa, quæ ſequuntur ita vertit Pacc. Si-
» quidem quæ hexametrorum ſunt, in tragœdia prorſus ineſſe apparet, quæ verò tra-
» gœdiæ, in his non omnino. in Græco ita ſeſe habent. Quæcunque enim epopœia in
» ſe habet; inſunt tragœdiæ; Quæ autem tragœdia habet, non omnia quidem epopœiæ
» inſunt. Sed iam declarandus eſt contextus. Poſtquàm Ariſtoteles quid diuerſum,
quidque commune ſit inter tragœdiam, & epopœiam declarauit, adducit in medium
quædam concluſa, quæ tum ad epopœiam; tum ad tragœdiam pertinent. Primum
eſt. partes vtriuſque partim quidem eaſdem eſſe; partim verò non eſſe; nam quædam
ſunt propriæ ipſius tragœdiæ; quod ita debet intelligi. pauciora cum ſint in epopœia,
plura verò in tragœdia, non eſſe inter ſe æquales, ſed ſuperari epopœiam à tragœdia.
hoc modo. Partes, vt declarabimus poſtea, in poëmate aliæ ſunt eſſentiales (profert
enim hoc verbum Quintilianus) aliæ quæ quantitatis ſunt (vtar autem hoc verbo ali
quando rei explicandæ gratia): de iis quæ ad quantitatem ſpectant, nunc non loqui-
tur Ariſtoteles; nam maiorem longitudinem, ſicuti eſt antè dictum, habet epopœia;
ſed intelligit eſſentiales, quæ ſunt hæ, vt ipſe met poſtea enumerat. Fabula. Mores.
Dictio. Sententia. Apparatus. Melodia. Harum tres tantum habet epopœia. Fabu-
lam. Mores. Dictionem. tragœdia verò omnes; ſicuti ſatis patet. Secundum conclu
ſum eſt, quod ex priore deducitur. Sic. Quamobrem, quicunque nouit diiudicare tra
gœdiam, an ſit ϖουσδαία, an ſit φαύλη. Idem quoque nouit diiudicare epopœiam. Ratio
nem verò ipſe explicat; quia quæcunque in epopœia ſunt, inſunt etiam in tragœdia;
ſed non è contrario. vnde elici poteſt, Tertium concluſum, quod eſt, non poſſe ad-
æquari tragœdiam epopœiæ, quia non poſſunt adæquari plura paucioribus ab omni
parte; ſed adæquari epopœiam tragœdię tantum ab aliqua parte, nam pauciora adę-
quantur pluribus; non tantum vndequaque.

» περὶ μὲν οὖν τῆς ἑξαμέτρου μιμητικῆς, καὶ περὶ κωμῳδίας ὕστερον ἐροῦμεν. περὶ δὲ τραγῳ
» δίας λέγωμεν, ἀναλαβόντες αὐτῆς ἐκ τῶν εἰρημένων τὸν γινόμενον ὅρον τῆς οὐσίας.

» De hexametri igitur imitatiõe, atque Comœdiæ poſt dicemus. nũc
» autem de Tragœdia: cuius eſſentiæ definitionem, veluti iam enatã ex
» his quæ dicta ſunt iterum ſumentes, hanc eſſe dicimus.

Hæc ita vertit Paccius. De hexametri igitur imitatione, & comœdia poſtea dice-
mus. In græco contextu eſt. de hexametrica igitur imitatoria poëſi. epopœiam enim
his verbis deſcripſit. Reliqua continent propoſitionem eorum, quæ mox dictu-
rus eſt, in quibus ſimul tradendis, qualem ſeruaturus ſit ordinem demonſtrat. ſic.
Primum de tragœdia. Deinde de epopœia. Tertio loco de comœdia. In toto hoc

© SCD - Université de Poitiers

libello de tragœdia, & epopœia copiosè loquitur. De comœdia nihil, ex quo facilè licet cognoscere alium adiunctum huic (sicuti testatur Laërtius) fuisse librum ab Arist. scriptum de Poëtica facultate, quem omnino interiisse credendum est. Pollicetur autem Aristoteles se traditurum tragœdiæ definitionem essentialem. quę scilicet essentiam ipsius intimam penè declaret, & explicet; nam nonnullæ sunt descriptiones potius, quàm definitiones, quæ essentiam non explicant; sed per circunstantias quasdam rem demonstrant. Ex PRAEDICTIS. nam superius ideo perscrutatus est genus, & differentias poëseos; vt postea adaptans (id quod in præsentia facit) ad singulas species, eas definire facilius posset. Definit igitur sic.

» Ἐστιν οὖν τραγῳδία μίμησις πράξεως σπουδαίας, καὶ τελείας, μέγεθος ἐχούσης, ἡδυσμένῳ
» λόγῳ χωρὶς ἑκάστου τῶν εἰδῶν ἐν τοῖς μορίοις δρώντων, καὶ οὐ δι' ἀπαγγελίας, ἀλλὰ δι' ἐλέου,
» καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν.

» Tragœdia est imitato actionis illustris, absolutæ, magnitudinem ha
» bentis, sermone suaui, separatim singulis generibus in partibus agen-
» tibus, nõ per enarrationem, per misericordiam verò atque terrorem
» perturbationes huiusmodi purgans.

Omnes definitio constat ex genere, & differentiis. Genus in hac definitione est. Imitatio. Erat autem inuentum genus ab initio & comprobatum per inductionem; ideo ex prædictis repetit. ACTIONIS. Quoniam omnis poësis imitatur hominum actiones,
» quod ante fuit probatum. PRAESTANTIS. Ita vertit Paccius. In Græco est σπουδαίας quod tu commodius vertas Seriæ. SEVERÆ. GRAVIS. hoc quoque ex prædictis sumit, sicuti pa-
» tet & seiungit tragœdiam à comœdia, quæ imitatur res leues. PERFECTAE; τελείας ideſt integræ. Hoc duplici de causa additũ est, tũ quia cũ ante ex temporaria & subita essent poëmata; exi gua erant; neque integra. Tùm quia, per hoc vult segregare tragœdiam ab epopœia; in qua non vnius tantum, sed multarum actionum imitationem est cernere, per plurima Episodia; cũ tamen vnã sibi proponat tanquã scopum. Sicuti patet ex Homero; ex Vergi, & nos cõmodiore loco declarabimus; nam de hac loquitur aliquan to pòst Aristoteles: hoc igitur est in Epopœia; tragœdia verò è multis Epopœiæ imitationibus vnam imperfectam arripit; & perfectam facit; quia in ea vna versatur. PERFECTA verò tunc est, cum in ea apparet principium; medium, & finis; de quibus postea ipse Aristoteles. MAGNITVDINEM HABENTIS. Aliud est, si dicas PERFECTAE. Aliud, si dicas, MAGNITVDINEM HABENTIS. Nam aliquid potest esse perfectum, quod tamen magnitudinem non habeat; vt apparet etiam in rebus naturalibus. Pulex exiguus est, at perfectus & reliqua eiusmodi. Addidit igitur Aristoteles MAGNITUDINEM HAbentis, quia, vt antè docuit, cùm ageret de incremento tragœdiæ, paulatim ab extem pora riis, & breuibus quibusdam poëmatibus peruenit ad iustam magnitudinem, SERMONE SVAVI. ITA vertit Paccius, Græcus contextus habet, ἡδυσμένῳ λόγῳ quod expressius dicas. si Latinè possit referri. SVAVI FACTO SERMONE. Cũ enim imitatio fiat tri bus, sermone; rhythmo; harmonia: omnia hæc adhibet tragœdia; sed, vt ante dictũ est,
» καθ' ἕκαστα μέρος Ideò ἡδυσμένον λόγον dixit, & subiũxit ferè explicandi causa verba hęc. SEPARA
» TIM SINGVLIS GENERIBVS in partibus agẽtibus. χωρὶς ἑκάστου τῶν εἰδῶν ἐν τοῖς μορίοις δρώντων Quod tùm ea de causa dixit; tùm propter choros, in quibus aliâ proferebantur ore. alia concinebantur; sicuti postea suo loco copiosius exponemus. NON PER NARRATIO-
» NEM. Verba Græca sunt. δι' ἀπαγγελίας ideſt (si ad verbum reddas;) NON PER ANNVN-
» CIATIONEM. Hoc additum est, vt separaret tragœdiam ab epopœia. Nam hæc (vt ante declaratum est) à tragœdia differt, quia vtitur annuntiatione. Qualis autem sit, dictum est prius non semel, copiosè, & apertè. SED PER MISERICORDIAM, & TERROREM, conficiens talium perturbationum PVRGATIONEM. Cum enim tragœdia contineat res lugubres, & atroces; inde enascatur oportet commiseratio, & terror; sicuti risus & lætitiâ ex comœdia quoniam tractat res hilaritatis plenas. Aristoteles lib. octauo Politi-

corum

© SCD - Université de Poitiers

» corum, ſub finem, ait tribus de cauſis oportere muſice vti; de hac quoque loquitur
» purgatione; his verbis. πλείονων χάριν χρώμεθα μουσικῇ. παιδείας, καθάρσεως (λέγομεν δὲ τὸ
» κάθαρσιν, νῦν μὲν ἁπλῶς, πάλιν δὲ περὶ τῶν ποιητικῶν ἐρροθμενέστερον) τρίτον δὲ πρὸς διαγωγὴν,
» πρὸς ἄνεσιν τε, καὶ πρὸς τὸ τῆς συντονίας ἀνάπαυσιν. In quo loco licet perſpicere Ariſtotelem de purgatione hac copioſius voluiſſe loqui; At certè in hoc Libro, qui extat, ne verbum quidem vllum poſtea; niſi fortè in altero; quem nos ſuſpicamur interiiſſe; de ea, pluribus eſt locutus. Quomodo autem hæc purgatio fiat, qualiſque ſit ibidem
» declarat Ariſtoteles, ὅ γὰρ τοῦ ψυχὰς συμβαίνει πάθος ἰσχυρὰς, τοῦτο καὶ πάσχειν ὑπάρχει: τῷ δὲ ἧττον διαφέρει, καὶ τῷ μᾶλλον. οἷον ἔλεος, καὶ φόβος. ἕτερα δὲ ἐνθουσιασμός, καὶ γὰρ ὑπὸ τοιούτου τῶν
» κινήσεων καταλαμβάνει τινὰς εἰσὶν. ἐκ δὲ τῶν ἱερῶν μελῶν ὁρῶμεν τούτους, ὅταν χρήσωνται τοῖς ἐξοργιάζουσι
» τὴν ψυχὴν, μέλεσι καθισταμένους ὥσπερ ἰατρείας τυχόντας, καὶ καθάρσεως. ταὐτὸ δὴ τοῦτο ἀναγκαῖον
» πάσχειν καὶ τοὺς ἐλεήμονας, καὶ τοὺς φοβητικοὺς. καὶ τοὺς ὅλως παθητικοὺς, τοὺς δὲ ἄλλους καθόσον ἕπε-
» βάλλει τούτων ἑκάστῳ, καὶ πᾶσι γίνεσθαί τινα κάθαρσιν, καὶ κουφίζεσθαι μεθ' ἡδονῆς. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ
» μέλη καθαρτικὰ παρέχει χαρὰν ἀβλαβῆ τοῖς ἀνθρώποις. Planè enim idem contingit iis, qui commiſeratione, & metu detinentur grauiſsimis animi perturbationibus; vt leuentur, & purgentur cum voluptate; non ſecus ac deuoti, ac ſupplices homines, cum carminibus ſacris expiantibus animum vtuntur. Sed multò apertius hæc omnia declarat Ariſtoteles paulóante eodem Lib. vbi ait, Virtutem in nulla alia re conſiſtere, quàm vt homines diſcant lætari rectè, amare, odiſſe, nullaque in re magis oportere homines exerceri, quàm; vt aſſueſcant iudicare rectè; & lætari manſuetis, ac probis moribus, laudatiſque actionibus. Eſſe autem in rhythmis, & melodiis Similitudines maximè accedentes ad veram naturam iræ, manſuetudinis, fortitudinis, ac temperantiæ. Præterea aſſuetudinem dolendi, & lætandi, quæ ex ſimilibus fit; hanc vim habere, vt idem efficiat in veris; quod patet, nam ſi quis imaginem Socratis, aut Platonis intuens lætatur; neceſſe eſt, vt idem multum gaudeat intuitu veri Platonis, & Socratis. Verba, quibus hæc explicantur, putaui apponenda, vt magis vnicuique ſint in promptu. ἕτερα δὲ ἀκροώμενοι τῶν μιμήσεων γίνονται πάντως συμπαθεῖς, καὶ χωρὶς τῆς
ῥυθμοῦ, καὶ μελῶν αὐτῶν; ἐπεὶ δὲ συμβέβηκεν ἕν τῷ μουσικῷ τῆς ἡδέων, τῷ δ' ἀρετῷ πρὸς τὸ χαίρειν
» ὀρθῶς, καὶ τὸ χαίρειν τοῖς ἐπιεικέσιν ἤθεσιν, καὶ ταῖς καλαῖς πράξεσιν. εἰσὶ δὲ ὁμοιώματα παρὰ τοῖς ἀληθινὰς
» φύσεσι καὶ τοῖς ῥυθμοῖς, καὶ τοῖς μέλεσιν ὀργῆς, καὶ πραότητος. ἕτερα δὲ ἀνδρείας, καὶ σωφροσύνης, καὶ
» πάντων τῶν ἐναντίων τούτοις, καὶ τῶν ἄλλων ἠθικῶν, μεταβάλλομεν γὰρ τῷ ψυχῇ ἀκροώμενοι τῶν
» τοιούτων. ὁ δὲ ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις ἐθισμὸς τὸ λυπεῖσθαι, καὶ χαίρειν. Et quæ ſequuntur. Quòd ſi quis
» roget, qualis ſit Ariſtotelis ſententia de tragœdia. Reſpondeo, exiſtimare illum; eius recitatione, & inſpectione purgari perturbationes has duas, commiſerationem, & metum. Dum enim homines interſunt recitationibus; audiuntque & cernunt perſonas loquentes & agentes ea, quæ multum accedunt ad veritatem ipſam; aſſueſcunt dolere, timere; commiſerari; quo fit, vt cum aliquid ipſis humanitus acciderit, minus doleant, & timeant, neceſſe eſt enim prorſus, vt qui nunquam indoluerit ob aliquam calamitatem, vehementius poſteà doleat, ſiquid aduerſi præter ſpem acciderit. Adde quòd ſepè homines perperàm dolent, ac timent; dum autem poëtæ in recitationibus ſuarum tragœdiarum offerunt perſonas, ac res digniſsimas commiſeratione, quaſque iure vnuſquiſque, vel ſapiens, extimeſcat; diſcunt homines qualia ſint ea, quæ iure commiſerationem cieant, & luctum, quæque metum incutiant. Poſtremò auditores, & ſpectatores tragœdiarum hanc capiunt vtilitatem, quæ prorſus maxima eſt, cum enim communis ſit omnium mortalium fortuna, nulluſque ſit, qui calamitatibus nõ ſit ſubiectus; facilius ferunt homines, ſi quid aduerſi acciderit, eoque ſe ſolatio planè firmiſsimo ſuſtentant, quòd aliis etiam idem accidiſſe meminerint. De hac re Timocles pulcherimè diſſeruit, vt refert Athenæus Libr. quinto his verbis. Τιμοκλῆς δ' ὁ
κωμῳδοποιὸς κατὰ πολλὰ χρησίμως ἔχει λέγων τῷ βίῳ τὴν φαγῳδίαν, φησὶν οὖν διονυσιαζούσας

» ὧν ἕνεκ' ἀκούσῃ, κἂν ἃ μέλλω λέγειν.
» Ἄνθρωπος ἐστὶ ζῷον ἐπίπονον φύσει.
» καὶ πολλὰ λυπηρ' ὁ βίος αὐτῷ φέρει.
» παραψυχὰς δ' ἕν φρονίμοις ἐνεῦρεκτο

© SCD - Université de Poitiers

» ταὐτὸν. ὁ γὰρ νοῦς τῶν ἰδίων λήθῃ λαβὼν
» πρὸς ἄλλο δίῳ τε ψυχαγωγηθεὶς πάθει.
» Μεθ' ἡδονῆς ἀπολαβὲ παιδιᾷ δυθεὶς ἅμα
» τοὺς γὰρ φαγωδίᾳ τοὺς πρῶτον, εἰ βούλει, σκόπει,
» ὡς ὠφελοῦσι πάντας. ὁ μὲν γὰρ ὢν πονηρὸς
» πῶς ὁτέρου αὖ τὸ καταμαθὼν τὸν τήλεφον
» γενόμενον, ἥδιον τὸν πονηρὸν ῥᾷον φέρει
» ὁ δ' ὁσιῶν δὲ μανικῶς, Ἀλκμαίων' ἐσκέψατο
» τέθνηκε τῷ παῖδι, ἡ Νιόβη κεκούφικε.
» χαλεπὸς ἴσως ἐστὶ. τὸν φιλοκτήτην ὁρᾷς
» γέρων ἴσως ἀτυχεῖ, κατέμαθε τὸν οἰνέα
» ἅπαντα γὰρ τὰ μείζον' ἢ πέπονθε ἴσως
» ἀτυχήματ' ἄλλοις γιγνόθ' εὑρίσκοντα φέρειν.
» τὸν αὐτὸν αὖ τὸν συμφορὰν ῥᾷον φέρει.

Proclus doctissimus Philosophus in suis quæstionibus poëticis, excerptis ex libro tertio Platonis, de legibus. animaduertit de hæc re magnam esse dissensionem inter Aristotelem, & Platonem. & ideo ipse referens primo Aristotelis sententiam, mox conatur refellere. optimũ igitur fuerit, si verba ipsius adscribam; nam explicant locum hũc
» Aristotelis. διὰ φαγῳδίαν, καὶ κωμῳδίαν εἰσὶν ἐμμένουσαι ἀποπιμπλάναι τὰ πάθη, καὶ ἀποπλήρωσίς τις ἡδονῆς
» γὰρ τοῖς πολλοῖς παιδιὰν ἔχειν, τὸ ποτοποιητικὸν αὐτῆς θεραπεύοντας. τοῦτο δὴ πολλοῖς καὶ τῷ Ἀριστοτέλει
» παρακεῖσθαι ἀναγκαῖον ἀφορμὴν, καὶ τοῖς ἐναντίοις τῆς ποιήσεως τούτων ἀγωνιστὰς τῆς πρὸς πλάτωνα λόγου. Confutat autem Aristotelis sententiam Proclus his fermè rationibus. Omne (vt ipse ait) μιμητικὸν variorum morum facilè illabens in audientium animos, cum propter imitationem multiiugem ipsos magnoperè offendat, ac perturbet à recta virtutis via, & institutione, nam qualia fuerint ea, quæ imitatione exprimuntur, necesse quoque est talia effici ea quæ illorum vi impulsa huc & illuc permouentur. Alienissimũ autem est, quia virtus est quiddam simplex, & ipsi Deo maximè simile, propterea dicimus maximè excellere τὸ εὖ. Oportet igitur eum, qui assequi voluerit hoc (quod vocamus) simplex, fugere eam, quæ illi contraria est, ποικιλίαν quòd si insit in animis, expurgandi omnino fuerint. Tragœdia igitur, & comœdia, cum variarum rerum sint imitationes, fugiendæ; nam replent vitam iis malis, quæ ex varia imitatione proueniũt. καὶ ἀνὶ τῶν πρὸς τὰ πάθη μεθίασι ἀφοσιώσεως, ἕξιν πονηρὰν οὐτήκουσι ταῖς ψυχαῖς,
» καὶ ἀνοσιώτερον; τὸ εὖ, καὶ τὸ ἁπλῶν ἀφανίζουσιν. ἡ μὲν κωμῳδία τὸ φιλήδονον ἐρεθίζουσα, καὶ εἰς τελετὰς
» ἀτόπους ἐξάγουσα, ἡ δὲ φαγῳδία τὸ φιλόλυπον παιδαγωγοῦσα, καὶ εἰς θρήνους ἀγωνεῖς καθέλκουσα. ἑκάτερα δὲ ζέφουσι τὸ παθητικὸν ἡμῶν. Oportet autem τὸν πολιτικὸν ἀγαμιᾶν ἀνέχεσθαι ἴνας τῆς παθῶν τούτων ἀπεράντους, sed illæ recitationes, quæ immoderata habent affectuum permotionem, eas affectiones magis excitant, neque vtiles sunt ad purgationem. nam ἀφοσιώσεις (notanda vero hæc verba diligenter, nã ipsa sunt, quæ oppugnant Aristotelis sententiam) οὐκ εἰσὶν αἱ ὑπερβολαῖαι, ἀλλ' αἱ συνεκλείουσαι ἐνεργείαις σμικρὰν ὁμοιότητα ἔχουσαι πρὸς
» ἐκεῖναι ὧν εἰσὶν ἀφοσιώσεις. Si igitur non oportet reddere homines φιλοθρήνους, καὶ φιλογέλωτας, non oportet quoque admittere tragœdiarum, aut comœdiarum imitationem, & recitationem. Duæ autem causæ (vt summatim dicamus) impulerunt Platonẽ, vt eas reiiceret. Altera quidem διὰ τὸ ποικίλον. Altera verò quia plus nimio perturbationes concitant. debet enim vnusquisque pro virili affectiones animi contrahere. Illa autem, quam sæpe nominamus, ποικιλία intelligitur, cùm imitamur tàm bonos, quàm malos; & continentes, & incontinentes simul. nam Plato non probat ποικιλίαν, quia si poësis respicit ad vtilitatem, & institutionem hominum; nõ est necesse imitari vllum, præter bonos, & sapientes viros, nam (vt Proclus ait in quæstione prima) homines suaptè natura gaudent imitationibus; et ideò omnes sumus φιλόμυθοι; quod si assuefacti
» fuerimus συζῶ μιμήμασι ποικίλοις. καὶ παντοδαποῖς, ὁμοιούμεθα αὐτοῖς διὰ τὸ προσπάθειν, καὶ γινόμεθα ποικίλοι τὰ ἤθη, διὰ τὸ χαίρειν τοῖς ποικίλοις; Est quidem illa ποικίλη imitatio iucundissima; sed non est vtilis institutioni hominum. Sex. Empiricus quoque, vbi de poëtice
» differit, refert eam ab Epicureis improbatã; his verbis. ἀνωφελῆσι τῷ εἴδει, καὶ βλαβεραῖς τῇ,

ἐπιτεί

» ἐπιτείχισμα γὰρ ἀνθρωπίνων παθῶν ἡ ποιητικὴ καθέστηκε, καὶ ὡσ γέρων γέροντι γλῶσσαν ἡδίστην ἔχει, ἔτως
» εἰ μὲν ἐρωτομανεῖσ, ἢ μέθυσοι ταῖς Αἰκαίου, ἢ Ἀνακρέοντοσ ποιήσεσ ἀναγνόντασ προσεικαίουσι; οἱ δὲ ὀρ-
» γίλοι ἱππώνακτα, ἢ Ἀρχίλοχον ἀλείπασ ἔχουσι τῆσ τοῦ αὐτοῦσ κακίασ. Verùm idem Sex. Empiricus Epicureos refellens ita ait, ἡ ποιητικὴ πολλὰσ ἀφορμὰσ δίδωσι πρὸσ σοφίαν, καὶ εὐ-
» δαιμονίαν δήλον δὲ ἐκ τῶν ὄντων κρατίστων, ἢ ἠθοποιὸν φιλοσοφίαν ἀφ' ἧσ παρὰ τοῖσ ποιηταῖσ γνωμολο-
» γίασ τὰσ ἀρχαίασ ἐρανίζεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο τοὺσ φιλοσόφουσ, εἴποτε παραινετικῶσ τι λέγοιεν, ταῖσ ποιη-
» τικαῖσ φωναῖσ ὡσπερεὶ σφραγίζεσθαι τὸ ὑπ' αὐτῶν λεγόμενον. Hæc ita à veteribus philosophis in vtranque partem, dicta sunt; quæ diiudicare quidem qualia sint haud fuerit difficile;cum præsertim Plutarchus doctè, & sapienter decreuerit, qualis,quatenus, quandoúe sit poësis audienda;aut non audienda.

» Λέγω δὴ ἡδυσμένον μὲν λόγον ὃν ἔχοντα ῥυθμὸν, ἢ ἁρμονίαν, καὶ μέλος, τὸ δὲ χωρὶς τῶν
» εἰδῶν τὸ δι' μέτρων εἶναι μόνον περαίνεσθαι, ἢ πάλιν ἕτερα διὰ μέλουσ.

» Sermonem suauem appello, in quo numerus, harmonia,& melos
» ineſt:id verò separatim genere distinctum cum metro tantùm quædã
» absoluantur,quædam rursum melodia.

Vertit Paccius.dico autem sermonem suauem, in quo numerus, harmonia, & me-
» los ineſt. τὸ δὲ χωρὶς τῶν εἰδῶν. τὸ διὰ μέτρον εἶναι μόνον περαίνεσθαι καὶ πάλιν ἕτερα διὰ μέλουσ. Id verò separatim genere distinctum, cum metro quædam ahsoluantur, quædam rursus melodia.In hoc cõtextu Aristoteles facit id,quod sui moris est vbique, post definitionem declarat quasdam voces ignotas, ostenditque quomodo accipiẽdæ sunt ipsarum significationes. Duo autem declarat. Primum, quod apposuerat in definitione ἡδυσμένον λόγον; implicitè enim protulerat;explicat igitur; (nam sub eo latent tria.) harmoniam rbythmũ & melos. Quid per rhythmum intelligat satis notum est,itidem quid per harmoniã,melos verò distinguit hoc loco ab harmonia, quia per id intelligit cantilenas vocaleis. Ego eam dictionem verterem CANTICVM. Sic enim in comediis appellari docet Donatus. Hæc verò omnia adhibebantur in recitatione tragœdiarũ. Secundum,quod apposuerat in definitione, & videbatur egere declaratione aliqua,
» est τὸ χωρὶς ἑκάστου εἰδῶν Declarat igitur afferens distinctionem hanc. τὸ διὰ μέτρων εἶναι μό-
» νον περαίνεσθαι, ἕτερα δὲ διὰ μέλουσ, Hoc duplici de causa videtur dictum; primũ quidẽ propter recitationem totius tragœdiæ;seperatim enim fit;seu (vt ipsius vtar verbis) καθ' μέροσ, sermone, rhythmo, harmonia,vti paulò antè copiosè exposuimus. Deinde verô propter chorum tragicum;in quo nonnulla proferuntur voce, & sermone loquentium;nonnulla cantantur;sibuti cognosci potest ex Iulio Polluce,vbi differit τῶν χορικῶν ἀσμάτων,& nos suo loco apertè declarabimus.

» Επεὶ δὲ πράττοντες ποιοῦνται τὴν μίμησιν.

» Quoniam verò tota imitatio in actione versatur.

Paccius locum hunc non vertit aptè;cum ait.Quoniam verò tota imitatio in actione consistit.nam sensus est. QVONIAM verô agentes faciunt imitationem. per hos enim intelligit histriones,qui agendo imitationem faciunt in scena.

» Πρῶτον μὲν δὴ ἀνάγκης ἂν εἴη τί μόριον τραγῳδίασ ὁ τ' ὅλεωσ κόσμοσ, εἶτα μελοποιία,
» καὶ λέξισ. αὗται γὰρ ποιοῦνται τὴν μίμησιν. λέγω δὲ, λέξιν μὲν αὐτὴν τὴν τῶν μέτρων
» σύνθεσιν, μελοποιΐαν δὲ, ὃ τὴν δύναμιν φανερὰν ἔχει πᾶσιν· ἐπεὶ δὲ πρᾶξισ ἐστι μίμησισ,
» πράττεται δὲ ὑπό τινων πραττόντων οὓσ ἀνάγκη ποιούσ τινασ εἶναι κατά τε ἦθοσ, καὶ τὴν
» διάνοιαν· διὰ γὰρ τούτων καὶ τὰσ πράξεισ εἶναι φαμὲν ποιασί τινασ, πέφυκεν αἴτια δύο τῶν πρά-
» ξεων εἶναι, διάνοιαν, καὶ ἦθοσ. καὶ κατὰ ταύτασ καὶ τυγχάνουσι, καὶ ἀποτυγχάνουσι πάντεσ. ἔστι δὲ
» τῆσ μὲν πράξεωσ ὁ μῦθοσ μίμησισ. λέγω γὰρ μῦθον τοῦτον, τὴν σύνθεσιν τῶν πραγμάτων,
» τὰ δὲ ἤθη, καθ' ὃ ποιούσ τινασ εἶναι φαμὲν τοὺσ πράττοντασ, διάνοιαν δὲ ἐν ὅσοισ λέγοντεσ ἀ-

© SCD - Université de Poitiers

» ποδεικνύουσί τι, ἢ μὴ ἀποφαίνονται γνώμην. εὐάγκη δὲ πάσης τραγῳδίας μέρη εἶναι ἓξ, καθ'
» ἃ ποιά τις ἐστὶν ἡ τραγῳδία ταῦτα δ' ἐστὶν μῦθος, ἤθη, λέξις, διάνοια, ὄψις, μελο-
» ποιία· οἷς μὲν γὰρ μιμοῦνται δύο μέρη ἐστίν, ὡς δὲ μιμοῦνται ἕν, ἃ δὲ μιμοῦνται τρία. καὶ πα-
» ρὰ ταῦτα οὐδέν· τούτοις μὲν δὴ οὐκ ὀλίγοι αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, κέχρηνται τοῖς εἴδεσι, καὶ γὰρ
» ὄψις ἔχει πᾶν, καὶ ἦθος, καὶ μῦθον, καὶ λέξιν, καὶ μέλος, καὶ διάνοιαν ὡσαύτως.

» Primum quidem apparatum ipsum, partem Tragœdiæ ponere ne-
» cesse est, mox melodiam, & dictionem vtpote ex quibus imitationem
» conficiant: dictionem appello illam quidem metrorum compositionē:
» melodiam, cuius omnino vis per se ipsa satis apparet. Sed quoniā actio
» nis imitatio est, agiturque ab agentibus quibusdā, quos tum moribus,
» tum sententia tales esse omnino oportet, sicuti quoque & actiones ali-
» quos tales dicimus: manifestum est harum actionum duas esse causas,
» sentētiam, & mores: per quas planè vel voti compotes, vel minimè cō
» potes omnes fiunt. Ad hæc actionis imitatio fabula est. Fabulam verò
» rerum ipsam compositionem appello: mores, secundum quos agentes
» tales esse dicimus: sententiam ex quocunque dicētes vel aliquid decla-
» rant, vel mentem propriam aperiunt. Necesse est igitur cuiuslibet tra-
» gœdiæ sex esse partes, secundum quas talis esse nuncupetur. Hæ ve-
» rò sunt, fabula, mores, dictio, sententia, apparatus, melodia. Qua-
» rum duæ ad ea pertinent, quibus imitantur: vna tantùm ad id, quo pa
» cto imitantur: cæterà verò tres ad ea, quæ imitantur: præter has nulla.
» His itaque illorū non pauci partibus (vt sic dixerim) vtuntur. etenim
» & apparatum totum ipsum continet, mores videlicet, fabulam, dictio-
» nem, melodiam, sententiamque similiter.

Paccius vertit, APPARATVM ὄψεως κόσμον. omnino rectè. Sed si ad verbum referas,
» dicas; visionis ornatum. vel ornatum, qui oculis spectatorum inseruit. Idem Paccius
» vertit. ILLAM quidem metrorum compositionem. Rectius dixeris IPSAM. Vbi verò
» græcè scribitur. μελοποιΐαν. Vertit MELODIAM. Explicanda nobis est hoc loco Metho-
» dus, qua vtitur Aristoteles. videtur igitur vti primùm Methodo resoluente. Deindè
» verò componente. Tertio loco, definiente. Resoluens progreditur à notioribus, &
magis extrinsecis. Sunt autem APPARATVS, MELODIA. Deinceps verò DICTIO
SENTENTIA, MORES, FABVLA. Sicuti etiam in Rhetorice, si eodem ordine pro-
» grediaris. Sic erunt partes constituendæ, PRONVNCIATIO, MEMORIA, ELOCV-
» TIO, DISPOSITIO, INVENTIO. Singulas autem partes probans, demonstrat ita se-
se habere. Histriones agunt; & imitātur tribus his, harmonia, saltatione, sermone. Est
igitur opus primū apparatu ipso. Deinde MELODIA. Tertio loco. DICTIONE. Sed
id quod agunt imitando Histriones, refert veras actiones agentium hominum; hos ve
rò dissimiles inter se esse oportet; tū moribus, tum sententia; seu, vt græci aiunt, διανοίᾳ.
Ratio affertur hæc. διὰ γὰρ τούτων καὶ τὰς πράξεις ποίους τίνας ἔστιν φαμὲν. Quarè cum duo sint
causæ ex quibus omnes hominum actiones proficiscuntur. τὸ ἦθος. ἡ διάνοια. Necesse est
cuiusmodi fuerint mores, & διάνοια; eiusmodi etiam existere actiones; cum verò hi-
striones imitentur agentes; necesse est duas alias constitui partes tragœdiæ, ἦθος scili-
cet. & διάνοιαν. Et sic per hanc methodum resoluentem iam inuentæ sunt quinque par-
» tes. SEXTA est ipsa FABVLA; Cuius ratio ita se se habet. FABVLA cōtinet ipsas res, &
» actiones actas ab hominibus, quos imitantur histriones; at si illæ non constituantur;
imitatio fieri nulla prorsus potest ratione. Definit aūt Fabulā Aristoteles in cōtextu.
» sic. ἐστὶ δὲ τῆς μὲν πράξεως ὁ μῦθος μίμησις, Et quoniam Fabula multis modis accipi posse
videbatur;

© SCD - Université de Poitiers

videbatur,& aliter definiri;declarat per hæc verba,quomodo accipiat poëticæ fabulæ appellationem. λέγω γὰρ μῦθον τὴν τῶν πραγμάτων σύνθεσιν. Declarat etiam, quomodo accipiat διανοιαν his verbis. διάνοια δὲ οὗ ὅλον λέγοντός ἀποδείκνυσι τι, ἢ καὶ ἀποφαίνεται γνώμην ideſt.Verſatur autem διάνοια in omnibus iis, quæ homines loquentes demonſtrant aliquid, vel etiam quoquo modo aperiunt animi ſui ſententiam. Notandum in hac deſcriptione διάνοιαν duo eſſe dicta ab Ariſtotele.quia διανοια partim ineſt in prudentibus, & ſapientibus,partim in ſtultis,& inſipientibus. Sermo qui proficiſcitur ἐκ διανοίας ſapientum,demonſtrandi vim habet;græci ἀποδεικτικὸν vocant.Sermo autem, qui proficiſcitur ἐκ διανοίας ſtultorum aut non valde ſapientum;eſt quoquo modo ſignificans,et oſtendens ſententiam ipſorũ. Neque vero aliter accepit διάνοιαν libro primo Poſteriorum. Colligit verò, poſtquàm ſingula declarata ſunt & probata,neceſſariò tragœdiæ partes eſſe ſex. καθ' ἃ ποίας τινὰς ἐξ ἀνάγκης φαίνεται. nam cum ex his partibus ſex conficiatur tragœdia,& ex his ſumat eſſentiam naturamque ſuam, partes ipſius eſſentiales vocãtur, ſicuti antè dictum eſt.Sunt autem hæ. μῦθος, ἦθη, λέξις, διάνοια, ὄψις, μελοποιΐα, FABVLA, MORES, DICTIO, SENTENTIA, APPARATVS, MELODIA. Probat verò alia quadam ratione eſſe ſex,per tres videlicet notas illas differentias,quæ in principio libri appoſitæ fuerunt, & declaratæ.Sunt autem hæ ὅσα. ὡς. ἅ.. Per primam differentiã ſcilicet ὅσα. quæ inſtrumentum ſignificat velut quoddam.Per ſecundam differentiam ſcilicet ὡς;quæ modum ſignificat,ex quo imitatio diuerſitatem ſumit. Per tertiam differentiam ſcilicet ἅ quæ ſubiectam materiẽ ſignificat,in qua verſatur imitatio tragœdiæ.Ex prima differentia duæ exiſtunt partes. APPARATVS,MELODIA. Ex ſecunda vna pars tantũ. FABVLA. Ex tertia;tres partes. DICTIO, MORES, SENTENTIA. Sed quærat aliquis adhuc & obiiciat;aſſerẽs, ex his ſex partibus,duas eſſe præſertim, quæ non videntur neceſſariæ; APPARATVM, & MELODIAM, ſuapte enim natura tragœdia etiam ſine his conſtat;quia cum in ea inſit actionum imitatio,ſatis eſt apponere illas quatuor partes reliquas. Sed reſpondendum puto;duplici modo conſiderari imitationem tragicam;aut quatenus fit à Poëta ſcribente; aut quatenus fit ab hiſtrione recitante.Si priore modo cõſideretur,partes eſſe tantum quatuor;nàm ad ſcriptionem opus eſt FABVLA, MORIBVS, SENTENTIA, DICTIONE; nulla alia præterea. Si poſteriore modo,partes eſſe neceſſariò,aut quinque,aut ſex. Quinque quidem, ſi tollatur MELODIA; nam recitari ab hiſtrionibus poteſt per ſermonem;abſque MELODIA.Sex autem, ſi addatur MELODIA. additur verò,quia vſus ita poſtulat; ideo habet in contextu Ariſtoteles hæc verba. τούτων μὲν οὖν, οὐκ ὀλίγοι αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, οὐ χεῖρον τοῖς εἴδεσι. Quare colligi poteſt ex partibus tragœdiæ maximè eſſentiales eſſe quatuor, FABVLAM, MORES, SENTENTIAM, DICTIONEM. Duas minus eſſentiales, ſed ita vocari etiam ipſas;quia ab vſu receptæ ſunt APPARATVM, & MELODIAM. Sed Ariſtoteles ab initio,cũ partes tragœdiæ explicare vellet, dixerat.ἐπεὶ δὲ πράττουσι ποιοῦσι τὴν μίμησιν.Ex quibus verbis apparet intellexiſſe illum imitationem tragicam, quatenus ab hiſtrionibus exprimitur; & à poëtis efficta vlterius tendens,ad mimos deducitur pronunciãda. His in hunc modũm expoſitis,probat adhuc apertiore ratione, cur totidem,ideſt ſex partes ſint.ſed pendet ex priore. Quòd tragœdiæ partes ſint ſex, patet ex vſu;nam vſus obtinuit;vt ſcenica fieret imitatio ab hiſtrionibus quæ quidẽ fieri non poteſt ſine apparatu. Hoc vero dato, reliqua etiam dari neceſſe eſt; donec ad vnum deuentum ſit,vltrà quod progredi non eſt.ſic.Apparatus eſt ad quem,veluti ad finem deducitur imitatio tragica;ſed imitatio fit etiam per MELODIAM; Ergo ea ſecundo loco ponenda poſt apparatum. Sed éadem imitatio confici non poteſt, niſi exprimatur per ſermonem;ſermo autem ex dictionibus fit, Ergo tertium obtinet locum DICTIO. Sed & dictio inanis eſt, niſi exprimat animi ſententiam. ergo quarto loco ſtatuenda διάνοια,ſeu ſententia.Ipſa quoque nulla prorſus fuerit,niſi ex moribus effingatur.quinto igitur loco neceſſe eſt ponere, MORES. Sed ex moribus actiões proficiſcũtur. Ergo,ſexta pars neceſſariò FABVLA eſt, quæ nihil aliud eſt quàm actionis vnius,aut plurium conſtitutio quædam.Cum igitur,ſicuti patet omnia ad apparatum referãtur;dicimus apparatu contineri MELODIAM,DICTIONEM, SENTENTIAM,

© SCD - Université de Poitiers

MORES, FABVLAM. Hoc declarat Aristoteles, cum ait. καὶ γὰρ ὅλως ἔχ ἡ πᾶν, καὶ ἦθος, καὶ
» μῦθον, καὶ λέξιν, καὶ μέλος, καὶ διάνοιαν. Iam verò siquis adhuc quærat; cũ sint tragœdiæ par-
» tes sex. quæ nam omnium sit maxima; & in primis necessaria. Respondet Aristoteles facilè hoc posse cognosci. Sed notandum hoc loco Aristotelem iam redigere ad methodum componentem ea, quæ inuenit per methodum resoluẽtem; vt singula postea ex ordine naturæ definiat, & explicet. Verùm redeo ad priora. Ea secundum ordinem naturæ præcedunt, quæ maxima sunt, & valde necessaria. At eiusmodi est FABVLA Ea igitur inter partes maxima est, & omnium maximè necessaria. Quod autem FABVLA maxima sit, multis probat rationibus. Prima est à fine ducta. sic. Finis in omni re maximum quiddam est, vtpote ad quem omnia referuntur, & cuius gratia omnia fiunt. Finis in tragica imitatione est actio, nam tragœdia imitatur actiones; Fabula verò continet actiones, ergo Fabula finis est, & omnium maximum in tragœdia. Obiiciat se hoc loco aliquis, & dicat. Finem tragœdiæ non esse imitari actiones; sed homines ipsos; sicuti patet; sed respondendum putarim; tragœdiam quidem imitari homines, sed non, quatenus homines tantummodo sunt; sed quatenus homines agentes. Rursus dicat quispiam paulò acutior. Non videtur tragœdiæ finis esse, imitari actiones, sed vitam, felicitatem, & infelicitatem hominum potius exprimere. Huic quoque respondendum; Vitam, atque felicitatem hominum ex actionibus pendére; & vt vt aliquis, vel honesta, vel turpia egerit; vocari aut felicem, aut infelicem. Tertio loco alius occurat dicatque; Finem tragœdiæ non esse imitari actiones, sed mores hominum; eos enim vbique exprimere conatur, & huic ita respondsum velim, in tragœdia quidem exprimi mores, sed non per se; sed per actiones; nam ex his dignoscuntur posteà mores, quales sint. At non hoc inprimis conatur efficere tragœdia; vt mores exprimat, sed imitetur homines agentes; & ideò felices aut infelices, Finis enim (vt Aristoteles ait in contextu) ἐκ ἐστὶ ποιότης, ἀλλὰ πρᾶξις ideſt non est qualitas, sed actio, nam si finis in
» tragœdia esset ποιότης; exprimeret nihil aliud, præter habitum; nam habitus qualitas
» est. Sed habitus per se separatim exprimi non possunt; exprimuntur igitur per actiones; ex quo patet in tragœdia finem esse imitari actiones; non habitum, aut mores. Probatur verò huiusmodi conclusum, sic. In tragœdia habemus perspicere hominem aut felicem, aut infelicem; At felicitas, & infelicitas ex actione pendet; nam pro actionũ genere homines aut felices, aut infelices vocãtur; nõ autẽ ex moribus, nã hi faciũt, vt homines vel tales, vel tales appellentur; exempli causa; à iustitia iustus, à temperantia temperatus, à fortitudine fortis. Sed adhuc apertius locus hic declarari potest; volebat Aristoteles ex ordine primo, qui naturam sequitur, constituere ordinem inter sex tragœdiæ partes, vt eo constituto, de singulis deinceps loqueretur sicuti facit. Sed in constituendo ordine videbatur ambiguum; an primo loco essent collocandi mores, an Fabula; quæ ipsam actionem cõtinet. Sic enim potuisset aliquis insurgens in Arist. sentẽtiã dicere; Mores primũ locũ inter partes tragœdię obtinẽt, quia ex moribus actiones proficiscuntur. Vt igitur tolleret ambiguitatẽ hanc, ait, Finẽ in tragœdia, quod superius in definitione est declaratum, esse imitari actionẽ, vitã, felicitatẽ, seu infelicitatẽ hominũ. Notandũ verò, vt etiã ante diximus, tragœdiæ imitationẽ duplici modo cõsiderari; aut quatenus scenica est, & ab histrionibus agitur, aut quatenus à poëta fit scribente. Si quatenus à scribente poëta intelligas, dicimus primariũ in tragœdia finẽ esse imitari, habitũ animi, & mores hominum per orationẽ scriptam; ex qua descriptione homines cerni possunt an felices, an verò infelices sint. Si quatenus histrio agens eam refert, sumas. (nam sic semper, dum de ea loquitur Aristoteles, accipit.) dicimus maximum, ac potissimum finem esse ipsam actionem, ex qua homines diiudicantur aut felices, aut infelices. In scriptione & imitatione poëtarũ talis ordo constituitur, si naturam sequaris. MORES, ex quibus FELICITAS, aut INFELICITAS. In actione verò scenica recitãtiũ histrionũ, huiusmodi. ACTIO. ex qua FELICITAS. aut INFELICITAS. Sed ille est maximus finis in tragœdia, qui proximè, per se, & statim ac, vt vulgò aiunt, immediatè exprimit felicitatẽ, & infelicitatem; sed si tragœdię imitatio accipiatur, vt agitur in scena, sicuti semper Aristoteles accipit, proximè, & immediatè exprimi

exprimit felicitatem,ſeu infelicitatem ipſa actio. Colligitur ergo in hunc modum res tota. Finis tragœdiæ eſt exprimere homines aut felices,aut infelices;ergo in tragœdia finis eſt ipſa actio non mores,nam hi exprimũt homines,vel tales,vel tales nõ autẽ felices aut infelices; quod tragœdia ſibi proponit ſemper faciendũ in ſua imitatione. Ac ne quis iniiceret ſcrupulũ,quòd ſuperius diximus poëtam exprimere mores,nõ actionẽ;ita intelligi volumus;quod poëta,dum ſcribit,reſpicit ad mores,& homines vel ex horum,vel ex illorum morum formula deſcribit;Non enim me latet, poëtam tragicũ Dramaticè ſcribere, & homines inducere agentes,atque ideò poëtam dici poſſe, exprimere actiones,& res.Sed actio non cernitur in oratione muta tàm apertè, quàm in actione ſcenica;& ſi aliquis legens ſermonem à poëta ſcriptum ſub forma dramatica; videtur ſibi intueri quodammodo homines agentes, ex quo conſequitur ipſum poëtam imitari actionem; ſed occultiore quadã ratione;ſcriptione ſcilicet dramatica. Hæc quæ hactenus à me declarata ſunt, eliciuntur ex his verbis Ariſtotelis.

» Μέγιστον δὲ τούτων ὄϛιν ἡ τῶν πραγμάτων σύϛασις. ἡ γὰρ τραγῳδία μίμησίς ὄϛιν οὐκ ἀν-
» θρώπων ἀλλὰ πράξεων, καὶ βίου, καὶ εὐδαιμονίας, καὶ κακοδαιμονίας. καὶ γὰρ ἡ εὐδαιμονία
» ἐν πράξει ὄϛι. καὶ τὸ τέλος πρᾶξίς τίς ὄϛιν, οὐ ποιότης. εἰϛὶ δὲ κατὰ μὲν τὰ ἤθη, ποιοί τινες, κα-
» τὰ δὲ τὰς πράξεις. εὐδαίμονες, ἢ τοὐναντίον. οὐκοῦν ὅπως τὰ ἤθη μιμήσονται, πράττου-
» σιν· ἀλλὰ τὰ ἤθη συμπεριλαμβάνουσι διὰ τὰς πράξεις, ὥϛε τε τὰ πράγματα, καὶ ὁ μῦθος
» τέλος τῆς τραγῳδίας.

» Horum verò maximum eſt,rerum conſtitutio:cum non hominum
» imitatio ſit Tragœdia,ſed actionis,atque vitæ,tum felicitatis,infelici-
» tatiſue. Quippe felicitas ab actione pendet,finisque ipſe,actio quæ-
» dam eſt,non qualitas. Aliqui verò per mores fiunt tales, at per ipſas
» actiones, ſanè felices vel infelices. Non ergo vt imitentur mores,in
» actione verſantur: ſed per actiones mores complectuntur. Quapro
» pter actiones, & fabula, Tragœdiæ finis eſſe dicuntur.

Hæc ita vertit Paccius,vt nihil magnopere videatur eſſe immutaudum. Ego verò verba hæc Ariſtotelis interpretans poſtpoſui,ne.Orationis meæ curſum in tam artificioſa merhodo explicanda cogerer ſæpe interrumpere.

» Τὸ δὲ τέλος μέγιϛον ἁπάντων ὄϛιν· ἄνευ μὲν γὰρ πράξεως, οὐκ ἂν γένοιτο τραγῳδία.
» ἄνευ δὲ ἠθῶν, γένοιτ' ἄν. αἱ γὰρ τῶν νέων τραγῳδίαι εἰϛὶ, καὶ ὅλως ποιηταὶ
» πολλοὶ τοιοῦτοι. οἷον καὶ τῶν γραφέων ζεῦξις πρὸς πολύγνωτον τέτυπται. ὁ μὲν γὰρ πολύγνω-
» τος ἀγαθὸν ἠθογράφος· ἡ δὲ ζεύξιδος γραφὴ οὐδὲν ἔχει ἦθος.

» Omnium autem maximum,finis eſt,etenim ſine actione Tragœdia
» quidem fieri non poteſt: ſine moribus poteſt, ſiquidem iuniorum nu
» paucæ morũ expertes inueniuntur. Tum poëtarum pleriq.tales om-
» nino ſunt: vt etiam ex pictoribus Zeuxim à Polygnoto differre dici-
» mus.Polygnotus enim morũ optimus expreſſor fuit: cõtrà Zeuxidis
» pictura mores minimè referre videbatur.

Innuit Ariſtoteles eum indicandam eſſe verum,vltimũque finem.Ad quem omnia referantur alia.Eiuſmodi verò eſſe fabulam,ſeu actionem; nam cætera eò reſpiciunt, mores etiam ipſi;nam mores non exprimit tragœdia,niſi propter actionem, & fabulam.His declaratis.Conſequitur ſecunda ratio,per quam probat primo loco fabulam

© SCD - Université de Poitiers

» constitui debere, non autem mores. Est autem hæc. ILLVD. Maximum debet iudica-
» ri, & primariũ, sine quo cætera constare non possunt. At fabula, cum sit finis tragœ-
diæ, est eiusmodi censenda; non autem mores; est igitur omnium partium prima, ac
maxima. Quòd eiusmodi sit, probat hac ratione. Sine moribus tragœdia constare po-
test; sine fabula autem & actione non potest. Quod sinè moribus constet, (nam hoc
» erat probandum) probat adhuc. Sic. ἄνευ γὰρ πράξεως οὐκ ἂν γένοιτο τραγῳδία, ἄνευ δὲ ἠθῶν γένοι-
» το ἄν. αἱ γὰρ τῶν νέων τῶν πλείστων ἀήθεσι τραγῳδίαι εἰσὶ καὶ ὅλως ποιηταὶ πολλοὶ τοιοῦτοι. Proba-
tionis summa est. Recentiorum poëtarum tragœdiæ ferè omnes carent moribus; &
tamen tragœdiarum numero censentur. Nunc videndum breuiter, quid per MORES
Aristoteles intelligat in tragœdia, & quæ nam morata, quæ verò non morata dicatur.
MORES paulò antè ita definiuit Aristoteles. ἤθη sunt καθ' ἃ ποίους τινας εἶναι φαμὲν τοὺς
πράττοντας. Nec multò post his verbis, & apertius; ἔστι δὲ ἦθος μὲ τοιοῦτον, ὃ δηλοῖ τὴν
» προαίρεσιν, ὁπο ία τίς οὐ σαφὲς ἂν εἴη λόγος, ἡ προαιρεῖται, ἢ φεύγει ὁ λέγων· διόπερ οὐκ ἔχουσιν ἦθος ἔνιοι τῶν
» λόγων. Est autem προαίρεσις in hominibus electio à recentioribus vocata, quæ facit, vt
hoc eligant, vel illud fugiant. de hac sæpe mentio fit in Ethicis, & in ipso statim ini-
tio Libri primi, ab Aristotele. est enim veluti fundamentum quoddã, seu fons omniũ
humanarum actionum. πᾶσα προαίρεσις ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ, διὸ καλῶς ἀπεφήναντο
τἀγαθόν, ὅ πάντα ἐφίεται. Orationem igitur moratam intelligit Aristoteles, in qua appa-
ret expressa illa προαίρεσις. Aristoteles quoque Libro Rhetoricorum tertio, vbi de nar
ratione loquitur, ait. Narrationem debere esse valde moratam, & refertam affectio-
nibus animi diuersis, id autem esse facilè factu, quid sit illud, quod moratam efficiat
orationem. Patet verò Mathematicorum orationem non esse moratam, quia cum in
ea non insit τὸ ἕνεκα, nullam potest præse ferre προαίρεσιν. Oratio quoque demonstra-
toria (ἀποδεικτικὸν intelligo) & Enthymematibus contexta crebris, quali vtũtur ora-
tores. Morata autem oratio (vt eodem loco tradit Aristoteles) conficitur ex iis rebus,
» quæ hominum mores consequi solent, vt si dicas. Ille ambulans vociferatur. His enim
verbis significatur homo audax, & agrestis. Morata quoque oratio est, in qua aliquis
aut ratione, aut cupiditate ductus exprimitur; vt si dicas, aut potius exprimas aliquem
lucri causa omnia agentem; illum verò honestatis gratia. Morata præterea oratio est,
cum in narratione signa aliqua omnibus nota afferuntur; vt, ore personabat; intona-
bat, voce minitabatur, manus concutiebat, nam hoc exemplũ refert ex AEschine Ari
stoteles Lib. tertio Rhetor. Vel cum clàm aliquid significamus, exempli causa, si dicas
illum expalluisse, hunc rubore suffusum. Poëmata igitur, in quibus talis oratio est,
quæ mores exprimat diuersorum hominum, morata dicuntur; in quibus verò non in
est, ea non sunt morata dicenda. Mores in poëmate, vt aptè exprimantur, quatuor seru-
anda sunt. Sed de his postea suo loco copiosè. Dionysius Halicarnasseus in suis Rhet.
reprehendit tùm eos, qui orationem moratam non conficiunt; tùm eos, qui mores
non aptè miscent, & inspergunt orationi, his verbis. οἱ μὲν ἤθεσιν ἀμοίρους τοὺς λόγους ποι-
οῦσι, οἱ δὲ μιγνύουσι τῷ πράγματος εἶναι τὸν ἀγῶνα, τὸ δὲ ἦθος οὐ παρέργῳ μεθέμενοι. οἱ δὲ πᾶσι τοῖς μέρεσιν τῶν
» ἠθῶν ἀκριβολογοῦσιν ἔχουσι, & quæ sequuntur. Paulòpost Idem ait. ἀγωνιστὴς εἰσὶ τῷ ῥήτορι διττὸς ὁ
» τῶν πράγματος, καὶ ὁ τῶν ἤθους. πρωτεύτερος δὲ τῶν ἤθους, καὶ κυριώτερος, καὶ ὡς εἰπεῖν, τῷ ῥήτορι μόνος
» ὁ τῶν ἤθους ἀγωνιστής ἐστι, τὸ γὰρ πρᾶγμα οἰκείαν ὕλην εἰς χορηγίαν παρέχει. Hæc ille quamuis scripse-
rit de Rhetorica facultate loquens; possunt tamen etiam poëtis magno vsui esse, & si-
milia planè sunt iis, quæ ab Aristotele dicuntur hoc loco, quod verò prolatum est de
poëtis: quorum alii morata, alii non morata scribunt poëmata, probat exemplo picto-
rum Zeuxidis, & Polygnoti, ait enim πολύγνωτος ἀγαθῶν ἠθογράφος ἦν. Vertit Paccius.
Optimus morum fuit expressor. Sed est sensus. Exprimebat Polygnotus mores bono
rum virorum; nam pictores, & proborum, & improborum mores exprimunt. Zeuxi-
dis pictura ὀλίγον (inquit) ἔχει ἤθους, nam exprimebat quidẽ imagines hominum, sed nulla
in iis apparebat προαίρεσις. Aristoteles Libro octauo Politicorum Polygnotum vehe-
menter probat; eiusque tabulas spectari vult à bene institutis adolescentibus, quòd in
citarẽt ad virtutẽ. Pausonis verò imagines reprehẽdit; his verbis. δεῖ δὲ μὴ ὥσπερ τῶν παυσωνος
θεωρεῖν τοὺς νέους, ἀλλὰ τῶν πολυγνώτου, κἂν ἡ τις ἄλλος τῶν γραφέων, ἢ τῶν ἀγαλματοποιῶν ἐστὶν ἠθικός.

© SCD - Université de Poitiers

» Ἔτι ἐὰν τις ἐφεξῆς θῇ ῥήσεις ἠθικὰς, καὶ λέξεις, καὶ διανοίας εὖ πεποιημένας, οὐ ποιήσει, ὃ ἐστὶν
» τῆς τραγῳδίας ἔργον, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἡ κατασκευάσασα τούτοις κεχρημένη τραγῳδία,
» ἔχουσα δὲ μῦθον, καὶ σύστασιν πραγμάτων.

» Si quis prætera ordine moratos sermones, dictiones, sententiasque
» bene formatas afferat, non quidem penitus negocium, quod est ipsius
» Tragœdiæ proprium, assequitur. id quod illa tragœdia multò melius
» præstiterit, quæ talibus vtetur, perinde ac secundo loco necessariis:
» cùm iam fabulam rerumque contextum habuerit.

Consequitur alia ratio, per quam probat, neque mores, neque reliquas partes consti tuere posse tragœdiam, ex qua re quiuis cognoscere potest, illis in hac methodo nõ es se assignandum primũ locum. Hac, sicuti diximus, probatione videtur explicare Aristoteles, fabulam non modò anteponendam MORIBVS, sed etiam aliis partibns λέξει, καὶ διανοίᾳ, sic autem sese habet. Ea maiora sunt, priora, ac potiora censenda; quæ maiorem habent vim, ac facultatem conficiendi id, quod est proprium tragœdiæ. Fabula verò hoc magis potest efficere, quàm aut διάνοια, aut λέξις; hæc igitur primo loco iure est collocanda: quòd possit hoc efficere, adhuc tali argumentatione demonstratur. Quamuis aliquis vtatur oratione longa bene morata; intexatque τὰς διανοίας, & λέξεις valdè expolitas, atque exornatas; non tamen confecerit, quod est tragœdiæ proprium. Sed rursus, si quis diuersa vtens ratione, fabulam egregiè compo nat, & argumentum rerum, & actionum aptè constituat, etiam si aliæ partes abundè non fuerint completæ, magis hic videbitur confeciſſe, quàm prior ille, quod est tragœdiæ proprium munus. Ex his facilè perspici potest, quantum Aristoteles tribuat fabulæ, seu argumento,
» nõ dissimili ratione libro tertio Rhet. ad Theod. ait, λέξεως plus posse in oratione cõcin
» nas, ἄνευ διανοίας, quàm διάνοιαν bene composita, & aptam, sine dictione ornata, οἱ γὰρ λεγόμενοι λόγοι μεῖζον ἰσχύουσι διὰ τὴν λέξιν, ἢ διὰ τὴν διάνοιαν. ἤρξαντο μὲν οὖν κινῆσαι τὸ πρῶτον ὥσπερ πεφύκασιν, οἱ ποιηταί, τὰ γὰρ ὀνόματα μιμήματά ἐστιν. Verba illa. ἡ κατασκευάσασα τούτοις χρωμένη. ita ver
» tit Paccius, quæ talibus vtetur, perinde ac secũdo loco necessariis. Sed Aristotelis hæc
» est verborum sententia: ea tragœdia, quæ vtetur his magis aliquantò defectis; seu, in
» qua parcius appositæ fuerint reliquæ partes, modo habeat aptã σύστασιν τῶν πραγμάτων, erit tamen tragœdia. ex quo satis patet, potissimã, primariamque partem tragœdiæ es se fabulam. ῥῆσιν vocat Aristoteles longã narrationem alicuius rei. Lucianus in Menip
» po quoque cum ait. ῥῆσιν τινὰ μακρὰν ἐπιλέγων, ἵνα ὁ σφόδρα κατήκουον. διάνοιαν appellat Aristoteles, quam Aristides in libro περὶ λόγου πολιτικοῦ, & Hermogenes in libro περὶ ἰδεῶν ap
» pellát γνώμην. λέξιν verò ἀπαγγελίαν. his verbis autem vtitur Aristides: γνώμην λέγω τὸν νῦν,
» καὶ τὰ ἐπινοήματα, οἷ᾽ ὅσα δυρίσκεται τὰ πράγματα. ἀπαγγελία δὲ αὐτὴ ἡ λέξις, διὰ ταύτης γὰρ ἀπαγγέλλεται
» τὰ ἐπινοήματα. Rursus adnotandum, cum in contextu, ait; μῦθον, καὶ σύστασιν τῶν πραγμάτων nam. σύστασις τῶν πραγμάτων, est ipsa fabula, quæ complectitur res, de quibus agitur in tragœdia.

» Πρὸς δὲ τούτοις τὰ μέγιστα, οἷς ψυχαγωγεῖ ἡ τραγῳδία, τοῦ μύθου μόρια ὄντ᾽ ἐστὶν, αἵτε περι-
» πέτειαι, καὶ ἀναγνωρίσεις.

» Ad hæc, quibus maximè mortalium animos Tragœdia delectat,
» Fabulæ quidem partes peripetiæ, id est euentus in contrarium, & agni
» tiones sunt.

Hæc alia est ratio, qua idem probat, quod superius, sic autem sese habet. Ea maxima, & potissima sunt censenda; quibus tragœdia oblectat, voluptatemque affert audientibus, at hæc sunt, fabulæ partes peripetia, et agnitio; quare satis patet vel ex hoc ipso; fa-
» bulam primariam esse tragœdię partem: Omnia, quę insperatum habent euentum. aut
» cõmutationẽ, homines magnopere oblectant. quia, vt inquit Aristoteles libro Rhet.

© SCD - Université de Poitiers

primo ad Theod. καὶ τὸ μεταβάλλειν ἡδύ. ὅθεν εἴρηται, μεταβολὴ πάντων γλυκύ. Præterea discere
» & admirari magna cum voluptate homines solent.hæc verò insunt in agnitione.idem
» Aristoteles eodem loco ait. καὶ τὸ θαυμάζειν, καὶ τὸ μανθάνειν, ἡδὺ ὡσ ἐπιτοπολύ, οὐ μὲν γὰρ τῷ θαυ
» μάζειν τὸ ἐπιθυμεῖν ἐστὶ, ὥστε τὸ θαυμαστὸν ἐπιθυμητόν, οὐ δὲ τῷ μανθάνειν εἰσ τὸ κατὰ φύσιν καθίστασθαι. Paulò
» post Aristoteles ipse persequens sigillatim ea, quæ iucunda solent esse,etiam ipsas περι-
» πετείασ nominat inter iucunda.his verbis καὶ αἱ περιπέτειαι, καὶ τὸ παρὰ μικρὸν σώζεσθαι ἐκ τῆσ
» κινδύνων, πάντα γὰρ θαυμαστὰ ταῦτα. Qualis autem sit περιπέτεια copiosius etiam, quàm,nunc
» declarabimus postea suo loco.

» Ἔτι σημεῖον, ὅτι μὴ οἱ ἐγχειροῦντες ποιεῖν, πρότερον δύνανται τῇ λέξει, μὴ τοῖς ἤθεσιν ἀ-
» κριβοῦν ἢ τὰ πράγματα συνίστασθαι. οἷον, μὴ οἱ πρῶτοι ποιηταὶ σχεδὸν ἅπαντες.

» Eius præterea rei signum est, quòd qui conficere aggrediuntur,
» exactum illud non ante queunt dictione, atque moribus attingere,
» quàm actiones constituerint.id quod veteres poëtarum fermè omnes
» facere consueuerunt.

Sensum horum verborum Aristotelis neque intellexisse, neque expressisse satis videtur Paccius; nam ita sese habet. Illud est natura primùm, quod minus sese à principio offert nobis in omni re, sed postremum est,quod nos homines sensu statim percipimus, semper existimandum. Fabulæ verò eiusmodi est constitutio,vt nõ primũ sese nobis offerat, neque sit in promptù.probat verò hoc tali argumentatione, quæ valde probabilis est.primi illi poëtæ,qui ab initio poëmata scribere cœperunt,poterant quidem orationem effingere politam,et moratã,sed constitutionem rerum,hoc est ipsam fabulam,vt certo quædam esset ordine disposita:non tàm facilè effingere potuerunt. hoc igitur postremum fuit,quod homines effecerunt,paulatim perspicientes,quid rectum, aptumque esset.quo confecto, nihil iam reliquum fuit, quod desiderari ab vllo iure posset. Quod si postremum hoc fuit,quod homines perspicerent,efficerentque. Erit necessariò natura primũ.hunc verò ordinem ipse sequi se profitetur ab initio in methodo artis huius scribendæ.Non dissimili ratione vtitur Aristoteles.libro Rheto. tertio;primum natura extitisse ornatam dictionem in oratione, & poëticam; mox cætera inuenta paulatim ab hominibus. his verbis. ἐπιδὴ δὲ οἱ ποιηταὶ λέγονται δύνθη,
» δι᾽ τὴν λέξιν εὐδόκουν πορίζασθαι τὴν δὲ τὴν διάνοιαν, δι᾽ αὐτὸ τὸ ποιητικὴ πρώτη ἐγενέτο λέξισ, οἷον ἡ τοῦ γοργίου
καὶ ναῦν ἔχει οἱ πολλοὶ τῆσ ἀπαιδεύτων τοῦτο τοιοῦτον οἴονται διαλέγεσθαι κάλλιστα. Poëtæ inquit olim
» parũ graues res tractantes, ac ferè pueriles, excellere tamen videbãtur. quòd ornatis
vterẽtur verbis. Dictio illa in cõtextu ποιεῖν. significat poëma scribere, quod superius etiã est à me declaratũ. & Arist. libro Rhet.tertio ait. σιμωνίδησ οὐκ ἤθελε ποιεῖν, ὡσ διανοήσεωσ εἰσ ἡμοῦνουσ ποιεῖν. Ἀκριβῶσ est exactè aliquid efficere ; idẽ Arist.lib.Rhet.tertio. ὥστε φανερὸν ὅτι οὐκ ἄπαντα, οἷσ τοῦδε λέξεωσ ἐστὶν εἰπεῖν, ἀκριβολογητέον ἡμῖν.ideſt exactè dicere non est necesse.Paulò post. ἀλλ᾽ οἷσ τοιούτωσ, οἷον λέγομεν. τοῦδε δὲ ἐκείνησ εἴρηται οὐ τοῖσ τοῦδε ποιητικῆσ.Hec ego uerba apposui ,etiã si ad id,quod probare uolumus,nõ spectant,qua satis uenuste ostendit se de dictione locutum in libris his de Poëtica,quæ omnia extant, & à nobis paulo post suò loco copiosè explicantur. Aristoteles quoq. lib.primo de Anima,his uerbis disputationem suã exorditur. τῆσ καλῆσ, μὴ ὑμίαν τὴν εἰδήσιν ὑπολαμβάνοντεσ, μᾶλλον δὲ ἑτέραν ἑτέρασ, ἢ κατὰ ἀκρίβειαν, ἢ τῷ ἐλλιόνωτε, μὴ θαυμασιωτέρων ἔστ, ἢ ἀμφότερα ταῦτα τὴν τοῦδε ψυχῆσ ἰσορίαν δυλόγωσ ἂν οὖν πρώτοισ ὑθείημεν quæ dictio ἀκρίβεια magnas excitauit turbas inter Latinos(si modo Latini sunt appellãdi) seu recentiores potius barbaros Aristotelis interpretes; nam dum conantur tueri Aristotelem;quem putant dixisse,scientiã de anima, excellere ,quid certior sit. Frustra desudant,ac ridiculi sunt, sententia enim Aristotelis est,ideo præstare cæteris scientiam aliquã,tum quia à ueteribus omnibus exacte literis mandata fuerit, quòd in omnium ore uersatur, tum quia res graues, plurimique faciendas, ac præstanteis complectatur. Demosthenes in oratione Olynth:secunda εἰ δὲ ἦσ πάσησ, τότε ἀκριβῶσ αὐτὰ πάντα ἐξεταθήσεται.

ἀρχὴ

» Ἀρχὴ μὲν οὖν, καὶ οἷον ψυχὴ ὁ μῦθος τῆς τραγῳδίας, δεύτερον δὲ τὰ ἤθη. παραπλήσιον
» γάρ ἐστι καὶ ἐπὶ τῆς γραφικῆς. εἰ γάρ τις ἐναλείψειε, τοῖς καλλίστοις φαρμάκοις χύδην, οὐκ
» ἂν ὁμοίως εὐφράνειεν, καὶ λευκογραφήσας εἰκόνα.

» Est igitur principium, ac uelut anima Tragœdiæ, fabula: secundo
» verò loco mores: in quo etiã picturæ similis esse apparet, siquis enim
» fucis pulcherrimis tabulam fusim illinat, non æquè sanè delectabit, ac
» si imaginem albo tantum distinxerit.

Postquàm tàm multas rationes attulit, vt probaret Fabulam inter cæteras tragœdiæ partes primum obtinere locum; concludit demum; principium, ac veluti animam tragœdiæ esse Fabulam. Principium ideo dixit, quia, sicuti ex principiis cætera manant, atque existunt; sic ex Fabula tragœdia tota pendet. Non minus verò polita similitudine Fabulam tragœdiæ animã appellauit, nam sicuti anima forma est ipsa, & ἐντελέχεια corporis, ita Fabula forma est, & absolutio quædam ipsius tragœdiæ, & sicuti animal per animam mouetur, ac spirat; ita tragœdia per fabulam viget, spiratque quodam modo. Et sicuti sine anima corpus planè emortuum est, & cadauer fit, ea sublata, ita sine fabula prorsus emortua est, & instar cadaueris, tragœdia; Secundo loco statim post fabulam in methodo hac poëtica. MORES, sunt collocandi, hoc verò etiam probat aptissima similitudine, quæ magnam vim habet ad eam rem probandam; Duciturque à pictoribus, & pictura; quod iam sæpè est ab Aristotele factum, quia his duabus artibus nihil est inter se conuenientius. Ideò Horat. quoque ait.

» Vt pictura poësis erit, quæ si proprius stes,
» Te capiet magis, & quædam si longius abstes.
» Hæc amat obscurum, volet hæc sub luce videri,
» Iudicis argutum, quæ non formidat acumen.
» Hæc placuit semel, hæc decies repetita placebit;

εἰκόνα vertit Pa ccius, tabulã; Tu rectius dixeris imaginẽ. Sensus autem est, duplex esse picturæ genus; aliud, quod lineamentorũ conformatione tantùm constat. Aliud quod est variis coloribus dispersim distinctum; Media inter has pictura est laudanda, quæ neque simplici constat lineamentorum circumductione, neque nimium conspersa est coloribus; sed ita aptè distincta, vt mire spectantes possit oblectare. Primo generi picturę similis est ea tragœdia, quæ fabulam quidem tantum habet aptè compositam, sed reliquis partibus non est admodum ornata, mores enim & dictiones instar in oratione sunt colorum; Alterum genus picturæ comparari potest, cum ea tragœdia, quę moribus, orationisque coloribus sit mirificè conspersa; non tamen distinctè positis, sed dispersim fusis, nullo cum artificio; cum fabula non subsit reliquarum partiũ firmissimum fundamentum; elegans verò, perituſque pictarum imaginum spectator, ac iudex rudem illam lineamentis tantùm quibusdam descriptam alteri anteponet, quòd nimia illa colorum ac fortuita insperſio nullam venustatem habet, aut artificium. Sic quoque poëmatum diiudicandorum benè peritus tragicorum; illud existimabit esse laudabilius, quod fabulam habeat aptè constitutam, etiam si cæteris careat ornamentis. Atque sic patet iam, potissimum sibi locum vendicare in tragœdia fabulam; atque in methodo describenda reliquis partibus esse anteponendam. AD Notanda verò illa
» verba τοῖς καλλίστοις φαρμάκοις. Hæc Cicero vocat pigmenta Libro de Diuinatione
» secundo, cum ait; Aspersa temere pigmenta in tabula oris lineamenta effingere possunt. Hæc autem verba eò libentius adscripsi, quòd simillima sunt iis, quibus vtitur Aristoteles, & si Cicero de fortuita imagine, quæ existit ex colorum, seu pimentorum conspersione loquitur; Aristoteles verò, de conspersione parum artificiosa. λευκογραφεῖν verò (qua dictione vtitur hoc loco Aristoteles) est alba circunducere lineamenta atque iis, absque vllo pigmento, figuram aliquam effingere.
» Notandus verò Ciceronis locus in Bruto, vbi ait. Intelliges nihil illius lineamentis,
» nisi eorum pigmentorum, quæ inuenta nondum erant, florem, & colorem defuisse,

© SCD - Université de Poitiers

nam de oratione loquens eadem vsus est similitudine, qua vtitur hoc loco Aristoteles; mirificeque exprimit verbum illud λευκογραφεῖν. vt facilè videre quilibet potest per se. Neque verò prætermittendum etiã hoc. (& si de ea re superius satis locuti fuimus) videri mihi Aristotelem, cum vellet ostendere, omnem tragœdiæ vim esse in fabula positam; aptè vsum similitudine illa, οἷον ψυχὴ. Nam & Epicharmus olim (vt ait Cicero ad. Q. Frat. scribens) cupiens significare plurimum momenti esse οἱ τῷ ἀπιστεῖν protulit similitudinem ductam ab artubus, seu articulis in quibus magna vis, roburque corporis totius inest; sic: τοῦτο γὰρ ἄρθρα φρενῶν. Non dissimili ratione Cicero in oratione pro lege Man. (quod tamen est à Demosth. sumptum) dixit vectigalia, reip. ciui tatisque neruos esse. Et in Epistolis ad Att. cõqueritur ciues Romanos, amisisse omnẽ sanguinem succumque reip. similitudines hæ à corporis partibus ductæ ostendunt, quantum in ea re sit momenti; multò verò magis, cum ψυχὴ τοῦ τραγῳδίας in quit esse fabulam, nam (vt idem inquit Aristoteles lib. secundo de Anima) Est autem anima causa, principiumque corporis viuentis. Verba Græca sunt, αἰτία καὶ ἀρχὴ σώματος ζῴντος. Sic igitur, & fabula causa principiumque poëmatis est.

» Ἔτι τε μίμησις πράξεως, καὶ δι' αὐτὴν μάλιστα τῶν πραττόντων,

» Itaque actionis imitatio est tunc per hanc potissimum agentium.

Hæc ita vertit Paccius, sed apertius dicas sic. Estque imitatio actionis eorum qui agunt per hanc in primis. Alia ratione adhuc conatur probare Aristoteles Fabulam anteponendam esse Moribus, quæ est huiusmodi. Id in tragœdia primum videtur obtinere locum, quo continetur actio eorum qui agunt, quosque imitari studet poëta. Sed actio tota fabula ipsa continetur, non moribus; ii enim actionem distinguunt potius, atque exornant; Poëta autem in primis exprimere imitando conatur ipsam actionem, qualis fuerit vt intelligant auditores; patet igitur fabulam, quæ actionem complectitur primo loco statuendam esse Mores verò secundo loco.

» Τρίτον δὲ ἡ διάνοια τοῦτο δέ ἐστι τὸ λέγειν δύνασθαι τὰ ἐνόντα, καὶ τὰ ἁρμόττοντα, ὅπερ
» ἐστὶ τῶν λόγων τῆς πολιτικῆς καὶ ῥητορικῆς ὄργον ἐστίν. οἱ μὲν γὰρ ἀρχαῖοι πολιτικῶς ἐποίουν
» λέγοντας. οἱ δὲ νῦν ῥητορικῶς.

» Tertio sequitur sentẽtia. hæc autem est posse explicare quæ instant,
» atque quadrant: id quod in soluta oratione facultatis ciuilis, atquæ
» Rhetoricæ proprium munus est. sanè veteres ciuiliter dicentes cõfin-
» gebant, nostri verò rhetoricè.

Postquàm multis rationibus sententiam suam confirmans Aristoteles, decreuit fa-
» bulam moribus esse anteponendam, Mores verò secundum sibi vendicare loc um; tertium assignat τῇ διανοίᾳ nec dissimili ratione Dionysius Halic. & Hermogenes in suis rhetoricis describẽdis hanc ἔννοιαν, & διάνοιαν vocant Hermogenes Lib. primo περὶ ἰδεῶν
» ἅπασα τοίνυν λόγου ἔννοιαν ἔχει πάντως ἵνα, ἡ ἐννοίας, καὶ μέθοδον περὶ τὴν ἔννοιαν. paulò post ἔσω
» γὰρ βούλεσθαι ἡμᾶς ποιῆσαι γλυκύτητα. οὐκοῦν. ἔννοιαι μὲν γλυκύτητος αἵτε μυθικαὶ, καὶ αἱ ταύτῃ ὁμοιαι, καὶ ἄνευ ἕτεραι. Idem paulò post Cap. περὶ σεμνότητος. ἔννοιαι τοίνυν εἰσὶ σεμναὶ μάλιστα μὲν αἱ περὶ θεῶν λεγόμεναι. Et hæc est ratio, qua vsus est in tradẽdis præceptionibus ornatè scribendi Hermogenes, sicuti satis patet in eo Libro. Dionysius Halicarnass. in libr. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων ait. ἐπὶ τοίνυν πάσης λέξεως, ἣ σημαίνομεν τοῖς νοήμασι, ἡ μὲν ἐμμελὴς ἡδὲ ἄμεμπτος ὧν ἑκατέρα καλῶς μὲν ἁρμονίας τυγχάνει οὔσης καλῆς διαπερ ἐστὶ ποιεῖν τὸ μέτρον, καὶ τὸν λόγον, ἀνεπιτάκτως δὲ, καὶ ὡς ἔτυχε ῥηπτομένη προσπόλλυσι τὸ οἰκεῖον τῇ διανοίᾳ χρήσιμον, ex quibus satis patet omnem dictionem; & orationem accommodari πρὸς τὴν διάνοιαν, ea enim est tanquàm fundamentum quoddam totius orationis. Idem paulò post ὥσπερ γὰρ ἀδὲν ὄφελος διανοίας ἐπὶ χρησῶν, εἰμὴ ἔστι αὐτῇ κόσμον ἀποδιδόναι καλῶν ὀνομασίαν. Vtrumque enim requirit ornata oratio, & artificiosa, & διάνοιαν, vt ipse vocat, χρησὸν, & κάλλος ὀνομασίαν; De ea igitur agit in præsentia Aristoteles, mox acturus de dictione; quæ ipsam sequitur διάνοιαν;

officium illius eſt proferre (vt ait Ariſtoteles.) τὰ ὑπάρχοντα καὶ τὰ ἐνδεχόμενα ideſt ea quæ in rebus inſunt;& quę ipſis rebus conueniunt. Nam Paccius locum hunc non ſatis expreſsit,cũ vertit τὰ ὑπάρχοντα, ea,quæ inſtant.Omnes verò facultates quæ à Græcis vocantur διανοητικὴ et λογικαὶ,in eo verſantur, vt explicent id quod antè homines habẽt mente comprehenſum. Nam διάνοια vis eſt quædã mentis,quæ componit,diuidit,ratiocinatur,contemplatur,ſimplicia apprehendit,affirmat,negat, argumentatur,demonſtrat. Atq.hinc enaſcũtur facultates illę,ſiue artes,quę numero quinq.ſunt.à nobis in prooemio libri huius declaratę;& quoniam in oratione alia ſunt, quæ ſignificant, alia quæ ſignificantur,ideſt res,et verba,omnes hę.explicant τὰ ὑπάρχοντα,ſicuti patet,nam Demonſtratoria, & dialectice arripiunt ſuas argumẽtationes ab iis,quæ inſunt in ipſis rebus; illa quidẽ ab iis,quæ inſunt ſuapte natura , & cũ ipſa materie prorſus ſunt coniuncta, nec ab ea ſeparari poſſunt,Hæc verò ab iis, quæ inſunt quidem;& inhærent rebus,ſed non neceſſariò,ac euidenter, probabili verò tantum modo:declarat hoc copioſè Ariſtoteles libro primo ὑστέρων ἀναλυτικῶν, cum ait εἰ δὲ πᾶσα συλλογισμὸς διὰ τριῶν ὅρων, καὶ ὁ μὲν δεικνῦναι διωκάμενος, ὅτι ὑπάρχει τὸ α τῷ γ διὰ τὸ ὑπάρχειν τῷ β. καὶ τοῦτο τῷ γ. ὁ δὲ ἐρωτικὸς τὸν μὲν ἑτέραν πρότασιν ἔχων, ὅτι ὑπάρχει τὸ ἄλλο ἄλλῳ , τὸν δὲ ἑτέραν ὅτι οὐχ ὑπάρχει. φανερὸν δὴ ὅτι αἱ μὲν ἀρχαὶ, καὶ αἱ λεγόμεναι ὑποθέσεις αὗταί εἰσι. λαμβάνεται γὰρ ταῦτα ἅπασα ἀνάγκη δεικνύναι, οἷον ὅτι τὸ α τῷ γ ὑπάρχει διὰ τοῦ β. πάλιν δὲ ὅτι τὸ α τῷ β δεῖ ἄλλου μέσου. καὶ ὅτι τὸ β τῷ γ ὡσαύτως. καθάπερ μὲν οὖν δόξαν συλλογιζομένοις, καὶ μόνον διαλεκτικῶς, δῆλον ὅτι τοῦτο μόνον σκεπτέον, εἰ ἐξ ὧν οἴονται δεῖν ἔσεσθαι συλλογίζεσθαι γίνεται ὁ συλλογισμὸς, ὡσαύτως καὶ εἰ τῇ ἀληθείᾳ τοῖς α β μέσον, οἷον δὲ μὴ ἔστιν, ὁ διὰ τοῦτο συλλογιζόμενος συλλελόγισται διαλεκτικῶς, πρὸς δὲ ἀλήθειαν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων δεῖ σκοπεῖν: ἔχει δὲ ὅτως, ἐπιδὴ ἐστὶν ὃ αὐτὸ μὲν κατ' ἄλλου κατηγορεῖσθαι μὴ καθ' συμβεβηκὸς.& quæ ſequuntur.Hæc igitur ſunt,quæ inhærent quidem,ſed ita vt veritas ipſius non vlterius pertingat, quàm eò,vt prædicatum inhærere ipſi ſubiecto, verè aliquo modo, ſine reprehẽſione vlla dicere poſsimus. Ac planius vt locum hunc explicemus per verba illa τὰ ἐνδεχόμενα expreſsit Ariſtoteles tres illos modos τῷ ὑπάρχειν ſimul omnes vna generali voce complexus,de quibus loquitur lib.primo προτέρων ἀναλυτικῶν,his verbis. ἐπεὶ δὲ πᾶσα πρότασις ἐστὶν ἢ τοῦ ὑπάρχειν, ἢ τοῦ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν, ἢ τοῦ ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν. Primus modus continet τὰ ὑπάρχοντα. Secundus modus τὰ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχοντα; Tertius τὰ ἐνδεχόμενον ὑπάρχοντα. omnia verò ſimul dicũtur hoc loco ab Ariſtotele vno nomine ἐνδέχονται.neceſſe eſt enim,vt omnis noſtra oratio aliquid horum explicet, proferatque.& ideò eleganter , atque ingenioſe ait hoc loco Ariſtot. διάνοιαν explicare τὰ ἐνδέχονται. Quòd ſiquis quærat quæ nam ſint illa ὑπάρχοντα primi modi,reſpondeo me prorſus aſſentiri in hac re ſententiæ REMIGII Meliorati Philoſophi doctiſs.familiaris mei,qui vnus hac noſtra ætate dialecticen, quam ſuperiorũ hominum barbaries fædarat,expoliuit,enodauit,ac illuſtrauit; ſicuti omnes ſciũt qui illum Patauii, poſtea Piſis multos annos præclaram eam facultatem interpretantẽ audierunt.is igitur elegantiſsimè,reiectis aliorum ſententiis,oſtendit in ea diſputatione, quam edidit propoſitionem inhærentem hoc eſt τοῦτο τῷ ὑπάρχειν eam eſſe qua vtũtur dialectici. Tertiam vero illam, quæ dicitur τοῦτο ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν oratoriæ eſſe facultatis propriam;nam de ſecunda nemo ambigere poteſt. Hæc ille verè, & doctè , ſicuti cætera omnia explicaſſe mihi videtur; Ariſtoteles quoque libro primo. Top.vbi loquitur τοῦτο συμβεβηκότος.mox declaraturus,quæ,qualiaque ex eo exiſtant problemata ait;συμβεβηκὸς δὲ ἐστὶν ὃ μηδὲν μὲν τούτων ἐστὶ, μήτε ὅρος, μήτε ἴδιον, μήτε γένος. ὑπάρχει δὲ τῷ πράγματι, ἃ ὃ ἐνδέχεται ὑπάρχειν ὁτῳοῦν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ, καὶ μὴ ὑπάρχειν, οἷον τὸ καθῆσθαι ἐνδέχεται ὑπάρχειν τινὶ τῷ αὐτῷ, καὶ μὴ ὑπάρχειν, καὶ κινεῖσθαι καὶ μὴ κινεῖσθαι, ἀδύνατον γὰρ κωλύει ὅτε μὲν λευκὸν, ὅτε δὲ μὴ λευκὸν εἶναι. in his verbis ſatis patet ambas propoſitiones, & eam,quæ dicitur τῷ ὑπάρχειν,& eam,quæ dicitur τῷ ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν ex accidentibus deduci ; ſed priorem eſſe firmiorem;alteram vero imbecilliorem, vtpotè quæ ducitur ex accidentibus, quæ facilè & adeſſe & abeſſe poſſunt;vel quæ modò adſunt , modò abſunt.qualia ſunt.iacere.ſtare.ſedere.dormire. & quæ his ſunt ſimilia ; quòd ſi aliquis dicat poëtam , cum fabuloſa ſectetur , exprimere quidem τὰ ὑπάρχοντα ἐνδέχεσθαι. ſed non τὰ ὑπάρχοντα ſimpliciter, neque τὰ ὑπάρχοντα ἐξ ἀνάγκης, reſpondeo, ſi hoc verum eſſet,poëtam loqui tãtum fabuloſa.ne illa quidem, quæ dicuntur ἐνδέχεσθαι ὑπάρχοντα prolaturum fuiſſe.

© SCD - Université de Poitiers

Sed prorsus poëta res exponit accommodatè ad persuasionem hominum, & fidem, neque falsa vnquam profert, nisi eo, quo postea declarabimus modo patet igitur verè esse dictũ ab Arist. διάνοιαν in poëtica facultate esse eã, qua proferimus τὰ ὐόντα omnia, quæ triplici insunt modo, vt declaratum fuit & quoniã alia insunt rebus, alia insunt personis; vtpotè, Socrati, Platoni, Alcibiabi. Dialecticus quidẽ ea tantũ, quæ priore loco dicta sunt cõsiderat; Poëta verò, sicuti etiã orator, & quæ rebus insunt, & quæ personis explicat, ideo addidit Aristoteles καὶ τὰ ἀρμόζοντα. Idem Aristoteles quale hoc sit explicauit Lib. Rhetor. tertio his verbis. καὶ ἠθικὴ δὲ αὔτη ἡ ἐν τῆς σιμάτων δεῖξις, ὅτι ἀκολουθεῖ ἀρμόττουσα ἑκάστῳ γένει, καὶ ἔξει, λέγω δὲ γένος μὲν καθ' ἡλικίαν, οἷον παῖδι ἢ ἀνδρὶ, ἢ γέροντι, καὶ γυναικὶ, ἢ ἀνδρὶ, καὶ λάκωνι, ἢ θετταλῷ. ἕξιν δὲ καθ' ἅπασαν τοῖσι ἔχουσι τῷ βίῳ, ὃ γὰρ καθ' ἅπασαν ἕξιν οἱ βίοι ποιοῦσι ἔχειν verùm ex his verbis suspicionem aliquis ducens dicat fortasse, non ad διάνοιαν, sed ad alteram partẽ, hoc est τὰ ἤθη pertinere, exprimere τὰ ἀρμόζοντα, quod ipsum etiam affirmat Dionysius Halicar. in suis Rhet. cũ ait, τὰ ἤθη esse, καθ' ἃ τοὺς πράττοντας, καὶ προσήκοντας λόγους τοῖς ὑποκειμένων πραγμάτων ποιοῦμεν τῷ λέγοντι, τῷ ἀκούοντι, καὶ τοῖς οὗ ὁ λόγος, καὶ πρὸς οὓς ὁ λόγος. Respondendum putarim, verum quidem id esse; sed mores nihil exprimere per se, διάνοια enim est, quæ exprimit, & conficit orationem, mores igitur sunt qui diffusi per orationem eam moratam faciunt, & ἀρμόττουσαν, sed oratio exprimitur hæc morata; per ipsam διάνοιαν, & sic patet, quatenus moratam orationem profert διάνοια, loqui ipsam etiam τὰ ἀρμόζοντα. Colligo igitur. διάνοια duplicem conficit sermonem, alium, qui verus est, ac necessarius; alium qui verisimilis, & probabilis. τὰ ὐόντα cum exprimuntur priorem conficiunt. τὰ ἀρμόζοντα alterum. Et quoniam magnam habent affinitatem inter se duæ hæ facultates rhetorice, & poëtice, & vtraque διάνοιαν habet exprimentem τὰ ὐόντα καὶ τὰ ἀρμόζοντα, Aristoteles loquens τοῖς διανοίαις, quæ in poëtica est facultate, eam declarauit per διάνοιαν, quæ est in rhetorica, conueniunt enim fermè in omnibus rebus; hoc vno differunt, quod hæc vtitur metris, illa soluta oratione, ideò Aristoteles in contextu ait, ὅπερ ἔστι τῆς λόγων τῆς ῥητορικῆς, καὶ πολιτικῆς ἔργον ἐστί. Duo alia maximi momenti, ac dignissima scitu in paucis his verbis sunt cõsideranda. Primùm quidem quòd coniuncte protulit Politicen, & Rhetoricen, cum ait ἔστι τῆς πολιτικῆς καὶ ῥητορικῆς. Politice est ratio, & facultas administrandæ ciuitatis, ad hanc, tanquam ad finem referuntur aliæ multæ facultates, & artes; Declarat hoc Aristoteles Lib. primo Ethicorum, sicuti (inquit) ὑπὸ τὴν ἱππικὴν χαλινοποιικὴ, καὶ ὅσαι ἄλλαι τῆς ἱππικῆς ὀργάνων εἰσὶν, αὕτη δὲ, καὶ πᾶσα πολεμικὴ πρᾶξις ὑπὸ τὴν στρατηγικὴν, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἄλλαι ὑφ' ἑτέραις, αἱ ἁπάσαις δὲ τὰς ἀρχιτεκτονικῶν τέλη πάντων ἐστὶν αἱρετώτερα τῆς ὑφ' αὐτὰς τούτων γὰρ χάριν κἀκεῖνα διώκεται. Paulopost διοξέσθαι ἂν τῆς κυριωτάτης, καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονικῆς. τοιαύτη δὲ ἡ πολιτικὴ φαίνεται, τίνας γὰρ ἐὰν χρὴ τῆς ἐπιστήμης αὐτὰς πόλεσι, καὶ ποίας ἑκάστους μανθάνειν, καὶ μέχρι τίνος αὐτῆ διατάσσει, ὁρῶμεν δὲ καὶ τὰς εὐδοκιμωτάτας τῆς δυνάμεων ὑπὸ ταύτην οὔσας, οἷον στρατηγικὴν, οἰκονομικὴν, ῥητορικήν. Rhetorice igitur subseruit politicæ, hinc præclarè est ab Aristotele in Rhetoricis ad Theod. Libr. primo dictum, eam esse quoddam παραφυὲς τῆς πολιτικῆς, καὶ διαλεκτικῆς. Nec alia ratio adductus ait Cicer. Libr. primo de Inuent. Ciuilis quædam ratio est, quæ multis, & magnis rebus constat; eius magna pars est artificiosa eloquentia, quam Rhetoricen vocant; hinc factum, vt nonnulli, quod scribit Quintil. Libro secundo Capit. decimosexto, Rhetoricen, vocarent ciuilitatem. Ideò Hermogenes vbique profitetur se traditurum præceptiones λόγου πολιτικοῦ, quod etiam Aristides Rhetor apertius facit; nam talẽ ipsius liber præsefert inscripti onem, sicuti omnes sciunt. Alterum est in illis verbis, οἱ μὲν γὰρ ἀρχαῖοι πολιτικῶς ἐποίουν λέγοντας, οἱ δὲ νῦν ῥητορικῶς. Politicè loqui, est accommodatè ad verum, & ad id quod vtile est, æquum, & honestũ, ex legibus dicere; Rhetorice loqui est probabilia sectari sæpè obscurando ea quę vera sunt, & honesta. quasi innuat hoc loco Aristoteles corruptos fuisse mores antiquorum, optimos sua ætate; illi enim singula ita moderabantur, vt vellent in primis rationem haberi æquitatis, & honestatis; illorum igitur auribus inseruientes poëtæ politice personas faciebant loquentes, hoc est, grauiter, castè, verecundè. Sed posteà Rhetoricè magis loqui cœperunt, ridicula, & parum vera proferentes; hinc verò factum, vt tam malè postea audierint oratores, quod apertè

demonstrat

© SCD - Université de Poitiers

demonſtrat Ariſtophanes in Pluto, cum ait. ῥήτορες συκοφάνται, quaſi eodem ordine ſint cenſendi; idem quoque in Nebulis, vbi τοῦ δικαίου λόγου loquitur alterum enim appellat μηδὲν ἀποδιδόντος. Demoſthenes etiam ipſe in oratione in Midiam. diluit crimen oblatũ
» à Midia, quòd eſſet orator. his verbis. καὶ ῥήτωρ εἰσὶν ἅτοσ ὅσοι ἐμὲ φάσκειν λέγειν, ἐγὼ δίκαιόν μοὶ ὁ
» συμβαλλόμενοσ οἶμαι ἂν συμφέρειν ὑμῖν ἡγήσασθαι, μὴ τοῦτο ἄχρι τοῦ μηδὲν ὑμῖν ἐνοχλεῖν, μηδὲ βιάζεσθαι, ῥήτωρ εἰσὶν,
» ἢ τε φύγοιμ' ἄν, οὔτε ἀπαιτοῦμαι τοὔνομα, εἰ μόνον τοι ῥήτωρ εἰσὶν, οἵουσ οἰόμενοσ τοὺσ λεγόντων ἐγὼ, μὴ ὑμεῖσ
» δὲ ὁρᾶτε, ἀναισθήτουσ, μὴ δῆτα ὑμῶν πεπλουτηκότασ οὐκ ἂν εἰμὶ οὗτοσ ἐγὼ. Paulò poſt. καὶ τοι πᾶσ εἰσὶ δί-
» καιον τ' ἔνομα μὲν τοῦτο, ὡσ' ὄνησισ προσφέρειν ἐμοὶ, δίκῃ ῥητόρων δὲ ἀξίων σωθῆναι. Interpres Demoſthe,
» nis locum hunc explicans aptè in hanc ſententiam ait, εἰδόσ δὲ πολλὰσ ἐγὼ διαφορὰσ ῥητό
» ρων, καὶ τὸν μὲν ὄντωσ ἀληθῆ ῥήτορα, καὶ πολιτικὸν, τὸν δὲ ἐμπείρωσ, οἷον βούλεσθαι τὸν αὐχ ἁπλῶσ εἶναι, δίκῃ τοῦ-
» το ἐπισημασίασ οὐχ ἕνεκα, μὴ φησὶν, εἰ μὲν ἐκεῖνον λέγει ῥήτορα τὸν συμβουλεύοντα τὰ κράτιστα, τοῦτ' ἔστι τὸν
» πολιτικὸν σκόπει τὸ ὄνομα, εἰ δὲ ἕτερον λέγει τὸν πρὸσ χάριν δημηγορεῖν, ἐκ ἂν εἴη ἐκεῖνοσ ῥήτωρ. Sed redeo ad poëtas. ipſis quoque partim politicè, partim rhetoricè faciunt loquẽtes perſonas, Platonis locus eſt adnotandus lib. III. de Rep. vbi ait, poëtas eos eſſe reiiciẽdos, qui quidpiam loquuntur cõtra leges publicas. Illud Platonis dictum ego ita puto accipiendum. Cum in legibus habeatur ratio virtutum omnium, religionis, æquitatis, veritatis, fortitudinis, pietatis, & honeſtatis, ea poëmata non eſſe accipienda, aut probanda, quæ quidpiam referant, aut imitentur, quod ſit aduerſans legibus.

» Ἔστι δὲ ἦθοσ μὲν τὸ τοιοῦτον. ὃ δηλοῖ τὴν προαίρεσιν, ὁπόία τισ ἐστὶν ἐν οἷσ οὐκ ἔστι δῆλον ἢ
» προαιρεῖται, ἢ φεύγει ὁ λέγων. διόπερ οὐκ ἔχουσιν ἦθοσ οἱ τῶν λόγων.

» Mos verò talis eſt, quo videlicet qualis voluntas ſit in his rebus, in
» quibus non ſatis liquet, ſectetur ne quid, an fugiat ipſe dicens, declara
» tur: quo fit vt ſermones interdum moribus careant.

Sunt autem mores (inquit Ariſtoteles) qui ſignificant, qualis ſit προαίρεσισ ideſt electio. Coniungun tur hæc cum ſuperioribus ſic. Inter tragœdiæ partes primum locum obtinet fabula; Secundum mores; Tertium ſententia; Nũc his ita conſtitutis, videtur Ariſtoteles vælle apertius declarare, qui ſint MORES, quę ſit SENTENTIA, ſeu διάνοια; vt perſpiciamus quantũ hi ab illa diſtent, & quomodo ἐκ τῆσ διανοίασ ſermo conficiatur affirmans, & negans; ex moribus autem ſermo fiat moratus, qui diſſimilis priori videtur eſſe. In animis hominum (vt declarat Ariſtoteles libro ſexto Ethicorum, ſub initium ferè) inſunt appetitus, & electio; illam ὄρεξιν, hanc προαίρεσιν vocat; appetitus quidem electionis ipſius principium eſt. electio autem eſt principium actionis; nã nihil aliud eſt electio, quàm, vt idẽ ait eodẽ loco, ὄρεξισ βουλευτικὴ, vnde omnis actio emanat. Hinc Cicero lib. I. Offi. ait Animorum duplices ſunt motus, alteri cogitationis, alteri appetitus; cogitatio in vero exquirendo maximè verſatur, appetitus impellit ad agendum. Sed redeo ad rem. virtus, aut vitium ἠθικὸν eſt in electione poſitum, nã ſunt
» ἕξεισ προαιρετικαὶ. hæc ita refert etiã Cicero lib. I. Off. duplex eſt vis animorũ, & naturæ, vna pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμὴ græcę, quæ hominem hùc, & illùc rapit; altera in ratione, quæ docet, & explanat, quid faciendum; fugiendumque ſit. Si igitur mores, aut ex virtute boni, aut ex vitio mali proficiſcuntur, & virtus, ac vitium ſunt habitus τῆσ προαιρέσεωσ ideſt electionis. præclarè eſt hoc loco, & veriſimè ab Ariſto. dictum; Mores eos eſſe, in quib. ſignificatur qualis ſit electio. Conſequuntur illa verba οἷόν ἐστὶ δῆλον, ἢ προαιρεῖται, εἰ φεύγει ὁ λέγων. Duo in his verbis ſunt conſideranda. Primum, cum ait, ſectetur ne aliquid, an fugiat. nam προαίρεσισ, cum ſit (vt libro VI. ait Ethic. Ariſt.) ὄρεξισ βουλευτικὴ, appetit, decernitque ea, quæ expetit appetitus ipſe, deliberat autẽ, an ſequi, fugereue debeat; in appetitu enim duo inſunt hæc. Ideo Ariſtoteles lib. VI. Eth. ait, ἐστὶ δὲ οὐ ὀρεκτὰ δίωξισ, καὶ φυγή. Idem quoque lib. I. Topic. ait loquens
» de problemate dialectico. πρόβλημα δέ ἐστι διαλεκτικὸν θεώρημα τὸ συντεῖνον ἢ πρὸσ αἵρεσιν, ἢ φυ-
» γὴν, ἢ πρὸσ ἀλήθειαν, ἢ γνῶσιν. Dionyſius Halicar. in ſuis Rhet. ait; oportere in oratione extare, præter cæteros, vnum aliquod morum genus, cui reliqui ſubſeruiant, vt omnes cognoſcant qualis ſit qui loquitur, quid probet, quodue nõ probet: exempli cauſa. ſit.

© SCD - Université de Poitiers

graue,ac ſeuerum dicendi genus;quod in primis extet vrbanitatem, iracundiam, inuidentiam,lentitudinem, & cæteros mores ita primario illi generi cõmiſceri oportet, vt aptè inde omnes dependere videantur.Id verò fieri à Platone, et à Demoſthene idẽ declarat Halicar.Verba autem illius ſunt hæc. ὥσπερ γὰρ οὐ ψυχῆ δεῖ τὸν λογισμὸν κρατεῖν, θυμοῦ δὲ μὴ ἐπιθυμίαν τούτῳ ὑπακούειν, μὴ οἷός γε θυμῷ πρὸς πόλεμον μετὰ λογισμοῦ θυμοῦσθαι, οἷός δὲ ἐπιθυμίαις χαριζόμενος, μὴ ἄγαν ἀλογίστως χαρίζεσθαι, οὕτω δὲ δεῖ καὶ ἂν τῷ λόγῳ, οὐ μὲν ἦθος ἐκεῖνο τὸ μέγιστον ὥσπερ λογισμὸν ὑποκεῖσθαι τῷ λόγῳ, τὰ δὲ ἄλλα ἐπάγθ τὰ θυμικὰ λέγω, μὴ οἰκρὰ, μὴ τὰ ἀσεῖα, μὴ τὰ πικρὰ μὴ τὰ ἐπίφθονα, μὴ ἀλλήλοις συγκεκραμένα καὶ τὸν τῆς χρείας λόγον. τοῦτο δὲ ἦθος πλάτων ὑποθέμενος, μὴ τὰ τῆς Σοφιστῶν, καὶ τὰ τῆς πολιτικῶν, καὶ τὰ τῆς δημιουργῶν, καὶ τὰ τῆς μηχανικῶν, καὶ τὰ τῆς ἀνδρῶν, καὶ τὰ ἐλευθέρων ἤθη καὶ λόγον τούτῳ συνέπλεξε. τοῦτο καὶ δημοσθένης ὑποθέμενος διάλου μεγαλοπρεπὴς ἐστὶν οὐ τοῖς λόγοις; ὁμοίως τε οὐ τοῖς συμβουλευτικοῖς τὸ τῆ πολιτικοῦ ἦθος ὑποθέμενος, καὶ τὸ τῆ κολακεύοντος τούτῳ συμπλέκων συναγωνίζεται καὶ μίμησιν τῆ πλάτωνος; Idem Dionyſius Halicar.in diſputatione ὅλης λόγων ἁρμονίας. requirit vt in morata oratione extent veſtigia τῆς προαιρέσεως huius,de qua hoc loco loquitur Ariſtoteles. ait enim. ἀλλὰ γίνεται τὰ μὲν τῆ πρεσβυτέρων ἤθη μᾶλλον τὰ δὲ τῆ νεωτέρων ἀνειμένοτερα. ὡσαύτως καὶ εἰ ἀδελφὸν λέγοις, καὶ εἰ γυναῖκα λέγοις, καὶ εἰ ἄνδρα, καὶ εἰ ἰὸν σὺ ταῦθα τὸ οἰκεῖον πάθος τῆς προαιρέσεως ἁρμόττεται. φιλόσοφος, σκληρὸς, φιλάργυρος, ἀνήμερος, ἡ προαίρεσις γὰρ συνέχεται πᾶσι ἤθει. Alterum, quod conſiderandum videtur,eſt in illis verbis poſitum. οὐ δῆσι δὲ ἐστὶ δῆλον. nam inter hominum actiones aliæ ita honeſtæ,turpes ue ſunt;vtiles, inutiles ue, vt de iis ambigere nullus poſſit.vtpotè ſi dicas. Patrem alere.patrem perimere.propagare fines imperii.amicos habere. & quæ his contraria ſunt. Aliæ ſunt eiuſmodi, vt vel ratione ſui, vel ratione alterius ambiguitatem afferant;an ſint eligendæ, vel fugiendæ.an hæ magis,quàm illæ eligendæ,aut fugiendæ.vt;oppetere mortẽ pro patria.diuitem eſſe ſatius ſit;an doctũ. Hinc apud Ariſtotelem lib.1.Rhetor.dantur præceptiones περὶ αἱρετῶν, καὶ αἱρετωτέρων, Hùc igitur reſpiciens Ariſto.ait hoc in loco. In quibus nõ ſatis liquet, an quiſpiam aliquid fugiat,aut ſequatur.Verum,vt propius iam accedamus ad rem;breuiter colligo Ariſt. ſententiam.Facultas poëtica, quatenus verſatur in tragœdia (nam de ea in præſentia loquimur) arripit mores, & efficit orationem moratam,attribuitque diuerſis perſonis,quæ dum illam proferunt,hoc ſignificant,ſe vel aliquid ſequi,vel aliquid fugere;ſi cuti patere poteſt per exempla ex tragicis poëtis, quæ ego,quoniam in promptu omnibus eſſe poſſunt,ne longior ſim, prætermitto, ALIQVI ENIM SERMONES morati non ſunt; hoc quale ſit,quomodoque debeat intelligi,tum ex Ariſt. lib.III. Rhet. tum ex Dionyſ.Halicar.copiosè ſuperius declaratum eſt.

Διανοία δὲ, οὗ οἷς ἀποδεικνύουσί τι, ὡς ἔστιν, ἢ ὡς οὐκ ἔστιν, ἢ καθόλου τι ἀποφαίνονται.

Sententia in his verſatur,quæ quomodo aliquid eſt, vel nõ eſt,oſtendunt, vel vniuersè enunciant,

Hæc ita vertit Paccius; ſed omnino ita debebant verti.Sententia eſt in iis, in quibus homines demoſtrant aliquid eſſe, aut non eſſe;vel generaliter aliquid declarant, vt docet Ariſtot. quantum differret διάνοια à moribus, has attulit explicationes ambo rum,nequis fortaſſe putaret eandem eſſe διάνοιαν cũ moribus. Verbũ illud ἀποδεικνύουσιν non temerè profertur ab Ariſtotele,nam innuit ſermonem ab ipſo vocatum ἀποδεικτικὸν quo vtuntur Demonſtratores, eum ex veris,& neceſſariis conficientes, ſicuti ipſe docet in libris ἀναλυτικῶν ὑστέρων. Sciendum verò omnem ſermonem,quo homines vtuntur,vel neceſſarius ſit,vel probabilis,oriri ἀπὸ τῆς διανοίας, quatenus animæ vis eſt quædam, & ideò ita orditur librum ſuum Ariſto. πᾶσα μάθησις καὶ πᾶσα μάθησις διανοητική. cum verò dixit in contextu Ariſto. ἢ καθόλου τι ἀποφαίνονται, ſignificauit aliud quoduis genus ſermonis,qualis eſt probabilis,quo vtuntur dialectici,& Rhetores; qui cum ſit falſus,tamen videtur eſſe verus; & qui fabuloſus eſt, quo vtuntur ſophiſtæ,& poëtæ. hi enim omnes non ἀποδεικνύουσι quidem,ſed proferunt ſermonem ἀπὸ τῶν ἐνδόξων, & φαινομένων, ſicuti alibi copiosè declarat Ariſt. Verum de hac re ſatis etiã ſuperius dictum fuit.hùc redeo ad explicationem διανοίας,quam hoc loco profert Ariſt.ſciendum non diſsimili

© SCD - Université de Poitiers

disſimili quoque ratione eandem proferri ab eo libro ſexto Ethicorum, his verbis, » ἐστὶ δ' ὥσπερ ἐν διανοίᾳ κατάφασις, καὶ ἀπόφασις, τοῦτ' ἐν ὀρέξει διώξις, καὶ φυγή. Paulò poſt αὕτη » μὲν οὖν ἡ διάνοια καὶ ἡ ἀλήθεια πρακτικὴ; τοῦ δὲ θεωρητικῆς διανοίας, καὶ μὴ πρακτικῆς, μηδὲ ποιητικῆς τὸ » εὖ, καὶ κακῶς, τ' ἀληθὲς ἐστὶ, καὶ ψεῦδος, τοῦτο γὰρ ἐστὶ παντὸς διανοητικοῦ ἔργον, τοῦ δὲ πρακτικοῦ, καὶ » διανοητικοῦ ἡ ἀλήθεια ὁμολόγως ἔχ ουσα τῇ ὀρέξει τῇ ὀρθῇ. Nec verò me latet διάνοιαν duo ſignificare, tùm vim illam, ac facultatem animorũ noſtrorum, per quam ratiocinamur, ac colligimus verum, aut falſum; tùm ipſum ſenſum, ac ſententiam, quam proferimus in oratione. Sed hæc ſignificatio ab illa ducitur, itaque Rhetores, & poétæ vſurparunt. Sciendum verò Ariſtotelem hoc loco διάνοιαν ita definiiſſe, vt ſimplex tantum ipſius officium demonſtrarit, quod eſt affirmare, vel negare, aliquid eſſe, non quidem, quòd ornatior non ſit, etiam apud poétas, ſed vt ea ratione diſtingueret à moribus, altera parte tragœdiæ; Rhetores verò non ſimplici ſub hac tantum forma proferunt διάνοιαν, ſed (vt ipſi vocant) ἐχ ημαλισμένων. hinc apud illos circũferuntur σχήματα διανοίας, nõ enim ſatis eſt in Rhetorica facultate docere, quomodo aliquid vel negamus, vel affirmamus; ſed alia multa quoq. qua ratiõe ornatius proferri poſſint, tradi neceſſe eſt. hinc Alexan » der Rhetor Græcus in lib. περὶ σχημάτων ait, nihil aliud eſſe σχῆμα διανοίας, quàm μεταπλασιν » διανοήματος ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν πλάττουσαν πρὸς ὃ χρησιμώτερον τῇ ἀναγκαίαν διάνοιαν. Appellat neceſ ſariã διάνοιαν Rhetor hic doctiſsimus, quę tãtũ ſenſa animi effert, ſine vllo ornatu, queq. tantum affirmat, aut negat, quo prorſus modo hoc loco deſcripta fuit ab Ariſto. Hinc grauis extitit olim inter Rhetores quęſtio. artificiõ ne ipſorũ cõtinerẽtur τὰ σχήματα διανοίας an potius ab ipſa natura proficiſceretur omnis ſermo ἐχ ημαλισμένος, quæſtionem hanc totã aptè, breuiterq. ſoluit idẽ Alexander Rhetor, his verbis. εἰ μὲν ἦν διανοήματα, » τὸ μὲν κατὰ φύσιν τὸ δὲ ἐχ ημαλισμένον, οὐκ ἂν τῷ ἰδιώτῃ οἱ ῥήτορες διέφερον, ἀ' τ' ἀλλήλων. ἔστι γὰρ οἱ » ἁπλέστερον, καὶ ἄνευ κόσμου λιτὸς μετὰ λόγου λέγοντες, οἱ δὲ εὐαρχέστερον, ἢ οὐ μετ' ἀκοσμίας. δῆλον » γὰρ ὅτι τῷ ἰδιώτου ὁ ῥήτωρ τῷ, τὸ μὲν ἐπ' ὀλίγον, ἢ ἀναιρότερον, τὸ δὲ πλεῖον, ἢ κατὰ καιρὸν τοῖς σχή- » μασι χρῆσθαι. Ex his verbis quis facilè cognoſcere poteſt duplicem eſſe διάνοιαν, alteram (vt verbis ipſius vtar) κατὰ φύσιν, quam paulò ante vocarat ἀναγκαίαν; alteram ἐχ ημαλισμένων. Ariſtoteles igitur hoc loco de priore locutus eſt, non quidem quòd non maxime egeat altera etiam poẽtica ipſa facultas. vt pòſtea ſuo loco commodius dicemus; ſed quia aptius ea ratione viſus eſt ſibi poſſe oſtendere, quãtum inter mores, & διάνοιαν eſſet diſcrepantiæ; ſi definitionem ab ipſius primario, ac naturali officio deduxiſſet.

τέταρτον δὲ, τῶν μὲν λόγων ἡ λέξις. λέγω δὲ ὥσπερ πρότερον εἴρηται, λέξιν εἶναι, τὴν διὰ » τῆς ὀνομασίας ἑρμηνείαν. ὃ καὶ ἐπὶ τῶν ἐμμέτρων καὶ τῶν λόγων ἔχει τὴν αὐτὴν δύναμιν. »

Quarto ſermonum dictio, appello autem quemadmodum diximus à principio, Dictionem, per verba ſenſus explicationem, id quod in metris æquè ac in ſoluta oratione eandem vim habet.

Hæc ita vertit Paccius. Sed commodius, & apertius ita verti poſſunt, nam non ſatis expreſsit illa verba. διὰ τῆς ὀνομασίας. Quartum, quod attribuitur ſermoni, dictio eſt; appello autem dictionem, explicationem, ſeu interpretatiouem eam, quæ fit per prolationẽ nominis alicuius, ſeu appellationem rei per nomen. Coniunguntur hæc cũ ſuperioribus ſic. Poſtquàm Ariſto. tres explicauit partes tragœdiæ, ſeu totius poẽticę ex quibus ipſa ſuum opus conficit. FABVLAM MORES, SENTENTIAM, quarto loco enumerat dictionem; explicatque qualis ſit, qualeque ſit ipſius officium. Sic. Dictio eſt quarto loco ſtatuenda, quoniam, per eam explicantur priores tres partes, definitur autem hoc loco ab Ariſtotele dictio pulcherrimè, ac doctiſsimè, cum ait eſſe » ἑρμηνείαν διὰ τῶν ὀνομασίας. Hæc quæ vocatur ἑρμηνεία duplex eſt; aut enim fit per ſimplicia » ac diſiuncta verba, in quibus neque falſum, neque verum ineſt. Aut per coniuncta, in » quibus eſt illa, quam vocat Ariſtoteles in Lib. περὶ ἑρμηνείας, ἀπόφανσιν, ideſt Enunciationẽ, ſeu pronunciatum, & proloquium, in quo ineſt aut verum, aut falſum. Neque alia ratione librum ſuum inſcripſit περὶ ἑρμηνείας. Ideò verò dixit in contextu ὀνομασίαν, quia dictio eſt, per quam ſtatuitur appellatio vniuſcuiuſque rei propriæ; hunc lib.

© SCD - Université de Poitiers

» tertio Rhet. ait. τῆς δ' ὀνομάτων, μὴ ῥημάτων ἀφῆ μὲν ποιεῖ τὰ κύρια, μὴ ἀσαφῆ δὲ, ἀλλὰ κεκοσμη-
» μένα τἄλλα ὀνόματα, οἷα ἐξίστασι καὶ τοῖς τοῦδε ποιητικοῖς. Idem Aristoteles Libro primo Top.
» vbi loquitur de propria appellatione θέσεων, μὴ προβλημάτων, ait; ἀρεστὸν δὲ καὶ πάντα τὰ διαλε-
» κτικὰ προβλήματα, θέσιν καλεῖσθαι, διαφερέτω δὲ μηδὲν ὁπωσοῦν λεγόμενον, ὁ γὰρ ὀνοματοποιοῦντες βου-
» λόμενοι διείλομεν ὅτων αὐτὰ, ἀλλ' ἵνα μὴ λανθάνωσιν ἡμᾶς ἴνους αὐτῆς τυγχάνουσιν αἱ διαφοραί.
» Ait Aristoteles noluisse se nouam confingere appellationem, hoc enim est ὀνοματο
ποιῆσαι, reliqua patent. Aristides Rhetor in suis Libris τοῦδε λόγου πολιτικοῦ dictionem
» vocat ἀπαγγελίαν, de qua re etiam superius diximus, quia διαυτὰ ἀπαγγέλλεσθαι τὰ ἐπινοή-
» ματα. Cum verò Aristoteles in contextu ait, eandem esse vim dictionis in metro, &
» soluta oratione, ita intelligi debet; tantundem significare dictionem in metro, ac in
sermone soluto; nec minus vim suam hic, quàm illic exercere, nam in reliquis partibus dissimilem esse dictionem poëticam, ei, qua vtimur in pedestri oratione, nemo dubitat, & Aristoteles ipse lib. tertio Rhetoricorum declarat, cum ait. ποιητικὴ πρώ
τη ἐγένετο λέξις, οἷον ἡ Γοργίου, καὶ νῦν ἔτι οἱ πολλοὶ τῶν ἀπαιδεύτων τοῖς τοιούτοις οἴονται διαλέγεσθαι
» κάλλιστα, τοῦτο δὲ οὐκ ἐστὶν, ἀλλ' ἑτέρα λόγου, καὶ ποιήσεως λέξις ἐστί. Idem eodem libro. οὐ γὰρ λέξις
» ποιητικὴ ἴσως ἡ τοιαύτη ἀλλ' ἡ πρέπουσα τῷ λόγῳ, ideest solutae orationi. Idem paulò post; pro-
» prium dictionis esse significare rem aliquam, his verbis declarat. καὶ ὡρίσθω λέξεως ἀρε-
» τὴ σαφῆ εἶναι, σημεῖον γὰρ, ὅταν ὁ λόγος, ἐὰν μὴ διδῷ, ὁ ποιήσει τὸ ἑαυτοῦ ἔργον.

» τῶν δὲ λοιπῶν τούτων, ἡ μελοποιία μέγιστον τῶν ἡδυσμάτων. ἡ δὲ ὄψις, ψυχαγωγικὸν μὲν,
» ἀτεχνότατον δὲ, καὶ οἰκεῖον τῆς ἧττον τεχνικῆς. ἡ γὰρ τῆς τραγῳδίας δύναμις καὶ ἄνευ ἀγῶ
» νος, καὶ ὑποκριτῶν ἐστίν. ἔτι δὲ κυριωτέρα τοῦδε τὰ ἀπεργασίαν τῶν ὄψεων ἡ τῶν σκευοποιοῦ
» τέχνη τῆς τῶν ποιητῶν ἐστί.

» Reliquarum verò quinque partium sic Melodia suauissima est, vt
» spectaculum gratissimum. quod tamen nec artificiosum est, nec ipsius
» Poëticæ proprium, siquidem Tragœdiæ virtus extra quoque scenam
» ac sine histrionibus consistit. Ad hæc ars struendorum apparatuum
» propria magis chorago, quàm poëtis est.

Reliquæ duæ partes tragœdiæ sunt hæ; MELODIA. APPARATVS; quamuis Paccius hoc loco, nescio qua adductus ratione ὄψιν vertat, SPECTACVLVM. sed aptius est, vti etiam superius semper, apparatum vocare. Cum igitur de his duabus nunc loquatur partibus Aristoteles, affert, sicuti mihi videtur, quatuor concluſa. seu decreta. Primum est, quòd μελοποιία sit μέγιστον τῶν ἡδυσμάτων. Vertit Paccius, quòd Melodia
» suauiss. est. Sed notandum est, Aristotelem hic proferre μελοποιίαν, non μέλος, respexit enim (vt opinor) ad ipsam artem; nam μελοποιία est, quæ conficit μέλος, seu μελῳδίαν. Ea igitur est maxima τῶν ἡδυσμάτων ideest cætera omnia oblectamenta poëtica superat; respicit verò ad id, quod superius in definitione tragœdiæ dictũ est, λόγον ἡδυσμένον. Plato lib. III. de rep. ait. τὸ μέλος ἐκ τριῶν ἐστὶ συγκείμενον λόγου τε, καὶ ἁρμονίας, καὶ ῥυθμοῦ. & idẽ
» eodem libro rursus. μέλος ἐστὶ λόγος ᾠδόμενος. Secundum concluſum est. quòd ὄψις, seu
» apparatus est quiddam ψυχαγωγικὸν: nam ψυχαγωγεῖν est animos allicere, & oblectare; apparatus igitur etsi valde oblectat, non tamen est valde artificiosum quiddam dicendum in tragœdia, sed prorsus ἀτεχνότατον; nam sensus est eorum verborum; prorsus hanc partem artificio poëtæ non concludi; parùmque egere arte, nec spectare ferè ad officium poëtæ, minimeque omnium, poëticæ facultatis esse proprium. Paccii cõuersiones non admodum placent. Poëtica igitur facultas, etiam si requirit ὄψιν seu apparatum minimum tamen artis ponit in hoc efficiendo. Aristoteles lib. III. Rhetoricorũ.
» καὶ ἐστὶ φύσεως τὸ ὑποκριτικὸν εἶναι, καὶ ἀτεχνότερον; nam sicuti in poëtice facultate apparatus minime eget artificio; ita in Rhetorica, pronunciatio, & actio, quæ à natura proficiscitur, nec tradi vllis præceptionibus potest. Nõ dissimili ratione Aristoteles lib. I. Rhet. Argumenta quædã, quibus vtitur orator, vocat ἄτεχνα. atque sic explicat. ἄτεχ-
» να δὲ λέγω, ἃ μὴ διὰ ἡμῶν πεπόρισται, ἀλλὰ προϋπῆρχεν, οἷον μάρτυρες, βάσανοι, συγγραφαί. Rursus artifi-

© SCD - Université de Poitiers

» artificialia,quæ ipſe vocat ἀτεχνα qualia ſint,declarat,his verbis. ἀτεχνα δὲ οὖσα δι᾽ ὧν
» μεθόδου, μὴ δι᾽ ἡμῶν καταβεβλῆσθαι δοκεῖ τὴν, ὥστε δεῖ τούτων τοῖς μὲν χρήσασθαι, τὰ δὲ λύσειν.has ex-
» plicationes ſiquis referat ad partes tragœdiæ artificiales;& ad apparatũ,qui eſt inarti
ficialis,perbellè cum iis videbit cõuenire. Tertium cõcluſum eſt poſitum in ratione,
& confirmatione ſuperioris.eſt autem hoc.Quòd tragœdiæ vis tota perſpicitur, etia
ſi tollatur certamen poëtarum,& recitatio hiſtrionum,quæ fit in ſcena.Verba Græ-
» ca ſunt ἄνευ ἀγῶνος,καὶ ὑποκριτῶν. quo loco ſciendum veteres poëtas in Theatro glo-
riæ cauſa inter ſe certare conſueuiſſe recitatione poëmatum.de hac re loquitur Ari-
ſtophanis interpres in proœmio,his verbis. ἡ μὲν οὖν τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητὴς ὁ χορὸς ὑπο-
κρίσεως ἀληθοῦς,ἀλλὰ παιδείας δι᾽ ὑφαπέλου γινόμενος ζηλωτὴς ἦν ἀγῶνας ἐποίουν,Ariſtoteles quo-
que ipſe lib.111.Rhetoricorum ait, quatenus ſpectat ad hiſtriones. ſic. φαῦλον δὲ τούτων ὅ
διώκειν μὲν ἓν ἁμαρτάνει μέγιστον, οὕτω δὲ ἐπικέχρηται τὰ τοιαῦτα τῇ ὑπόκρισιν,καὶ γὰρ εἰς τὴν φαγικὴν,καὶ ἐκ-
λῳδίαν ὀλίγοι παρῆλθον,ὑπεκρίνοντο γὰρ αὐτὰ τὰ φαγῳδίας οἱ ποιηταὶ τοιαῦτα . δῆλον δὲ ὅτι μὴ τοῦτο
τὴν ῥητορικὴν ἐστὶ τὸ τοιοῦτον , ὥσπερ καὶ τοῦτο τὴν ποιητικήν. Idem paulò poſt de conſuetudine
certandi in Theatris.ita ſcribit . τὰ μὲν οὖν ἆθλα ἀγεννῆ ἐκ τῶν ἀγώνων ἔτοι λαμβάνουσι, καὶ καθά
» περ ἐκεῖ μείζον ἀνυχθῆναι τῶν ποιητῶν οἱ ὑποκρίται,καὶ καὶ τὸν πολιτικοὺς ἀγῶνας δεῖ τὴν μοχθηρίαν τῶν
» πολιτῶν. Ex quibus patet, poëtas ipſos ſua poëmata recitãtes inter ſe certaſſe de laude
ſcribẽdi poëmatis.mox adhibitos qui hiſtriones recitarent,qui multũ ſua peritia effi-
cere poterãt, vt laudabile videretur aliquod poëma. Hinc Demoſthenes in oratione
in Midiam cõqueritur à ſe calliditate Midiæ abductum Tibicinem, & magiſtrum ſal
tationis,cuius peritia plurimum nitebatur ſpes vincendi . his verbis.καὶ τὸν διδάσκαλον
» διέφθειρέμου τῷ χορεῦ , μὴ εἰ μὴ τηλικφάνης ὁ αὐλητὴς ἀνδρῶν βέλτιστος τοῦτ᾽ ἐμὲ τότε ἐγνώετο , καὶ τὸ
» πρᾶγμα αἰσθόμενος τὸν ἄνθρωπον ἀπελάσας αὐτὸν συγκροτεῖν, μὴ διδάσκειν ὥετο δεῖν τὸν χορὸν , ὅθ᾽ ἂν
» ἀγωνίσμεθα ὦ ἄνδρες ἆθλιοι,ἀλλ᾽ ἀδίδακτος ἂν εἰσῆλθεν ὁ χορὸς , μὴ πράγματα αἰ᾽ χισα ἂν ἐπάθομεν.
» Cum igitur ita res ſeſe habeat,vtitur tali probatione Ariſtoteles. Ea, ſine quibus tra-
gœdiæ vis, ac præſtantia qualis,quantaque ſit perſpicitur, inartificialia ſunt. Eiuſmo
di verò ſunt apparatus ſcenici,& melodia. Nec ſanè hoc ſecus eſt in Rhetorica facul-
tate,nam oratio ſcripta oratorum ſatis vim ſuam præſefert , etiam ſi non recitetur in
foro,ex quo patet artificiales non eſſe Rhetorices partes,memoriã, & pronunciatio-
nem . Quartum concluſum eſt. Quòd apparatus omnis potius ſpectat ad artem σκευο
ποιοῦ ideſt eius,qui apparatum ſcenicum cõficit,vtpotè veſtes,aulęa, cothurnos,et re
liqua eiuſmodi. Paccius nõ videtur ſatis aptè vertiſſe illam dictionem σκευοποιὸν, cùm
ait Choragum, nam Choragus.ideſt χορηγὸς appellabatur à Græcis is , qui ſumptum
faciebat in ludos.Domoſthenes in oratione in Midiam.ἐπειδὴ γὰρ οὐ καθεστηκότος χορηγοῦ
τῇ παντελονίδι φυλῇ φέρειν ἔτος τουῖ , παρούσης δὲ τῆς ἐκκλησίας , οὗ ἦ τὸν ἄρχοντα ἐπικληροῦν ὁ νόμος
» τοῖς χοροῖς ὃς αὐλητὰς κελεύει , λόγων καὶ λοιδορίας γιγνομένης,καὶ κατηγορουῦντος τῷ μὲν ἄρχον-
» τος τῆς ἐπιμελητῶν τῆς φυλῆς,τῆς δὲ ἐπιμελητῶν τὸ ἄρχοντος , παρελθὼν ὑπερόμιλω ἐγὼ χορηγήσειν
» ἐθελοντὴς. Erat igitur σκευοποιὸς is, qui apparatum ſcenæ conficiebat omnem. Qualem
» Demoſthenes nominat,ſed alia appellatione,χρυσοχόον in eadem oratione.his verbis.
» τὸν γὰρ ἐωῆ τὰ τὸν ἱερὸν (ἱερὸν γὰρ ἐγώγε νομίζω πᾶσιν , ὅσιω ἄνλιος οὕνεκα τῆς ἑορτῆς παρασκευάσηται,
» τέως ἂν χρυσθῇ) καὶ τὸς στεφάνους τὸς χρυσοῦς , οὓς ἐποιησάμιν ἐγὼ κόσμον τῷ χορῷ ἐπεβούλευσεν ὦ
» ἄνδρες ἀθλιωτοι διαφθεῖραι μου νύκτωρ ἐλθὼν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν τοῦ χρυσοχόου,καὶ διέφθειρεν, οὐ μὴν τοι
» πάντας γε, οὐ γὰρ ἐδυνήθη . His declaratis in hunc modum,hoc loco libet mihi apponere
quãdam explicationem excerptã ex cõmẽtario , ſeu paraphraſi Auerrois,quæ ſpectat
ad ſuperiorem locum,quem expoſuimus, vbi Ariſtoteles Mores,& Sententiam defi-
niebat,ac declarabat;poſſet enim iniicere ſcrupulum alicui Ariſtoteles, quòd bis ex-
» plicet MORES, & SENTENTIAM. referam aũt ipſius Auerrois verba qualiacũque
» ſunt,aut paulò ſecius,hoc eſt minus barbarè,quàm leguntur in paraphraſi, quam ha-
» bemus, in Latinam linguam conuerſam. Poſtea eliciã ſenſum.PARS tertia tragœdiæ
» eſt dianœa,& hæc.eſt potentia repreſentandi rem ſic eſſe, aut nõ ſic eſſe; hoc verò eſt
ſimile ei, quod conatur efficere Rhetorice per ſermonem ſuaſorium; nam idem ſtu-
det efficere poëtice per ſermonem repræſentantem , & imitantem. Et hæc repræſen-
tatio reperitur etiam in ſermonibus politicis ; nã veteres contenti fuerunt ad firmã-

© SCD - Université de Poitiers

» das ſuas rationes,& inducendas in animos auditorũ, ſermonibus politicis,quouſque
» poſteriores cœperunt inuenire vias Rhetoricas. Ac differentia inter ſermonem poẽ-
» ticum incitantem ad credendum, & ſermonem poéticum incitantem ad mores. ideſt
» moratum,hæc eſt; nam ille qui moratus eſt,incitat ad agendum aliquid,aut ad vitan-
» dum,aut ad fugiendum. Sermo verò qui incitat ad fidem,& perſuaſionẽ, incitat tan-
» tũmodo ad credendum,aliquid eſſe,vel non eſſe; non autem ad ſequendũ ipſum,aut
» fugiendum, & reſpuendum. Hæc ille totidem ferè verbis. Videtur autem poſteriorũ
verborum,nam prioꝛa ad ea, quæ ſuperius dicta ſunt,ſpectant, ſenſus hic eſſe; tãtun-
» dem inter ſe differre τὰ ἤθη, & διάνοιαν, vt ex MORIBVS fiat ſermo moratus,in quo ex-
primitur aliquis vel ſequens,vel fugiens aliquid;ex dianœa autem fiat ſermo, vel affir
mans,vel negans aliquid,quem nos audientes vel credimus,vel reiicimus.

» Διωρισμένων δὲ τούτων, λέγωμεν μετὰ ταῦτα, ποίαν τινὰ δεῖ τὴν σύστασιν εἶναι τῶν πρα-
» γμάτων, ἐπειδὴ τοῦτο πρῶτον, καὶ μέγιστον τῆς τραγῳδίας ὄν.

» His abſolutis, deinceps dicendum,qualem omnino eſſe deceat re-
» rum contextum. Hoc enim primum,maximumque in Tragœdia eſt.

» Vel ſic, & fortaſſe aptius,& apertius. His declaratis,dicamus, qualem oportet eſſe
» conſtitutionem rerum,ideſt fabulam. idem enim eſt dicere μῦθον, & σύστασιν τῶν πραγμά-
» των: nam,ſicuti dictum eſt antè. μῦθος eſt σύστασις τῶν πραγμάτων, & ſic ponit hoc loco
Ariſtoteles ipſam definitionem,pro eo,quod definitur. Cum hactenus dictum fue-
rit ab Ariſtotele,quid ſit tragœdia,& quot ſint ipſius partes,ex quibus conficitur; &
quæ illæ ſint,& quo ordine collocandæ,cumque declaratum,primo loco debere col-
locari fabulam,ab ea primùm exorditur,tanquam à primaria, & maxima parte. Has
partes omnes ait Auerroës appellari principia(vtar enim ipſius verbo)exiſtendi,quòd
videlicet ex iis tanquam principiis exiſtant tragœdiæ, libuit apponere verbum hoc,
quia frequens eſt apud recentiores noſtros philoſophos,qui barbarè, Auerroem ſe-
cuti,aut eius interpretes potius,loquuntur.

» Κεῖται δ' ἡμῖν, τὴν τραγῳδίαν, τελείαν, καὶ ὅλης πράξεως εἶναι μίμησιν, ἐχούσης τι μέ-
» γεθος. ἔστι γὰρ ὅλον, καὶ μηδὲν ἔχον μέγεθος. ὅλον δέ ἐστι τὸ ἔχον ἀρχὴν, καὶ μέσον, καὶ τελευτήν.
» ἀρχὴ δὲ ἔστιν, ὃ αὐτὸ μὲν ἐξ ἀνάγκης μὴ μετ' ἄλλο ἐστὶ, μετ' ἐκεῖνο δ' ἕτερον πέφυκεν εἶναι, ἢ
γίνεσθαι. τελευτὴ δὲ τοὐναντίον, ὃ αὐτὸ μετ' ἄλλο πέφυκεν εἶναι, ἢ ἐξ ἀνάγκης, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πο-
» λὺ, μετὰ δὲ τοῦτο ἄλλο οὐδέν. μέσον δὲ τὸ αὐτὸ μετ' ἄλλο· καὶ μετ' ἐκεῖνο ἕτερον.

» Propoſitumque ſemel nobis, Tragœdiam imitationem eſſe actio-
» nis perfectæ,totiusque, magnitudinem quidem aliquam habentis, ſi-
» quidem & totum datur magnitudine carens, totum verò eſt, quod
» principium, medium, atque finem habet. Principium illud eſſe dici-
» mus, quod non neceſſariò poſt aliud eſt: contrà poſterius aliquod
» eſſe,vel fieri natum eſt,Finem,huic cõtrarium,illud ipſum,quod poſt
» aliud natum eſt eſſe neceſſariò, vel plerunque; Medium, quod aliquo
» poſterius, aliquo prius eſt.

Diſputaturus Ariſtoteles de conſtitutione rerum,ideſt de fabula,repetit quædam
autè declarata in definitione ipſius tragœdiæ,quibus innititur,tanquam fundamen-
tis;Sunt autem hæc:primum quidem,tragœdiam actionis eſſe imitationem. Alterum
» verò. Actionem illam,quàm imitatur tragœdia,debere eſſe integram, & abſolutam.
Notandum hoc loco apponi dictionem hanc ὅλου, quæ in ſuperiore definitione non
fuerat appoſita;nam ibi tantummodo erat dictum τελείας;ſed hic altera ponitur, tùm
vt ea,quæ prior eſt,magis exponatur;tùm etiam,vt quæ dicenda poſtea ſunt,facilius
intelligantur. Totum illud,quod requiritur in tragœdia debet habere magnitudinẽ.

Nam,

© SCD - Université de Poitiers

Nam,ſicuti declarat in contextu Ariſtoteles,totum quoddam eſt, quod magnitudinem non habet;declarauimus ante hoc quale ſit,ſicuti pulex,formica,& eiuſmodi, vt igitur differat ab illo, additur rurſus hoc loco. MAGNITVDINEM Habentis. declarat totũ hunc locũ aptè,& ingeniosè Auer.in ſua paraph. Verba illius,qualia refert
» interpres,hæc fermè ſunt.Oportet vt tragœdia in aſsimilatione & repræſentatiõe per
» tingat ad finem,ad quem poteſt pertingere,ſecundũ ſuam naturam,& hoc erit per ali
» qua, quorum vnum eſt,vt ſit ei,quod habeat magnitudinem quandam determinatã,
» per quam fit totum,& completum : totum autem,& completum eſt id, quod habet principium,medium,atque vltimum.Hæc ille:Definit verò in contextu,quid ſit principium.ſic ;Ἀρχὴ δέ ἐστιν ὃ αὐτὸ μὲν ἐξ ἀνάγκης μὴ μετ' ἄλλο ἐστὶ, μετ' ἐκεῖνο δὲ ἕτερον πέφυκεν εἶναι. Hæc ita vertit Paccius.Principium illud eſſe dicimus,quod non neceſſariò poſt aliud eſt;
» contrà poſterius aliquod eſſe, vel fieri natum eſt.Sed aptius ſic, & apertius verti po-
» tuiſſent. Principium eſt, quod ipſum neceſſariò non eſt poſt aliud;poſt illud autem
» aliud eſſe contingit.Auerroes hæc ita retulit in ſua paraphraſi.Principium eſt, quod
» ante rem eſt,nec oportet; vt ſit cum iis,quibus eſt principium.Vltimum eſt cum eis,
» quibus eſt vltimũ:neque eſt ante.Mediũ autẽ eſt ante ea,& cũ illis. Ipſum ergo mediũ
» ineſt vtrique extremo;cũ ſit mediũ in loco,qui eſt inter id,quod eſt ante, & id quod eſt poſt.omnia hæc Auerrois verba volui adſcribere, tùm quia ingenioſe uidentur prolata,& valde exprimat Ariſtoteles ſententiam,tùm quia mihi propoſitum eſt velle omnia,quæ in mutila,ac deprauata conuerſione eius paraphraſis intelligi poſſunt,colligere,atque huic noſtræ interpretationi inſerere, vt videant homines cui vſui, & adiumento inſeruire illa poſsint,nec prorſus reiiciant.Verba Ariſtotelis,per quæ definit. VLTIMVM, ſiue FINEM, ſunt hæc. τελευτὴ δὲ τοὐναντίον, ὃ αὐτὸ μετ' ἄλλο πέφυκεν
» εἶναι, ἢ ἐξ ἀνάγκης, ἢ ὡς ἐπιτοπολύ. Hæc ita vertit Paccius. FINEM huic contrarium illud
» ipſum, quod poſt aliud natum eſt eſſe,vel neceſſariò,vel vt plurimum. Notanda illa
» verba,ἢ ἐξ ἀνάγκης,ἢ ὡς ἐπιτοπολύ. Duplex enim eſt finis;aut in re,aut in mente & cogi
» tatione noſtra,ſi in re fuerit,ſemper neceſſariò vltimus;ſi in cogitatione noſtra, ante quam aliquid agamus, non vltimus quidem eſt, ſed primus,qui appellatur τινὸς ἕνεκα ideſt cuius gratia,& quoniam plures ſunt res naturales,in quibus finis vltimum locum obtinet,quàm eę,in quibus ponitur primo loco,in cogitatione ſcilicet agẽtium hominum,ideò dictum eſt ab Ariſtotele ἐπιτοπολύ.Verba Ariſtotelis,per quæ explicat MEDIVM, ſunt hæc,μέσον δὲ καὶ αὐτὸ μετ' ἄλλο,καὶ μετ' ἐκεῖνο ἕτερον. quæ ita vertit Paccius,
» Medium eſt,quod aliquo poſterius,aliquo prius eſt.Poſſent etiam ſic aptè verti; Me-
» dium eſt, quod eſt poſt aliud, & poſt ipſum aliud Ariſtoteles libro primo Priorum
» ἀναλυτικῶν,non diſsimili ratione dixit.μέσον μὲν ἐστὶν, ὃ καὶ αὐτὸ ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλο ἐν τούτῳ ὄντι,
» ὃ καὶ τῇ θέσει πρότερον γίνεται.Nam medium eſt inter duo extrema,& ipſa vtrinque medii, alterum hinc,alterum illinc partem ſibi vendicant. His ita expoſitis,duo tradit præcepta Ariſtoteles,quorum alterum ad ordinem,alterum ad magnitudinem Fabulæ ſpectat.Vt enim optima ſit rerum conſtitutio in Tragœdia, duo hæc requiruntur, primum vt ordinatè omnia collocentur. Deinde, vt magnitudinem habeant decentem. Primum præceptum ineſt in vi dictionis illius τελείαν καὶ ὅλην poſitum, ſicuti patet; alterum in illis dictionibus.μέγεθος ἔχουσαν. Ariſtoteles libro Rhetoricorum tertio,vbi loquitur de periodo in oratione,habet quiddam,quod ſimilli mũ eſt his verbis, qui-
» bus vtitur nunc in declarando,quid ſit ὅλον.ait enim λέγω δὲ περίοδον λέξιν ἔχουσαν ἀρχὴν,
» καὶ τελευτὴν αὐτὴν καθ' αὑτήν ; καὶ μέγεθος εὐσυνόπτον.De principio autem loquitur Ariſtoteles,quod magnitudinis principium vocatur,de quo libro ſecundo de Cœlo; nã diſſimile eſt principio,quod appellatur temporis, Præterea principium hoc,quod quærimus in fabula eſt,quod ὅρος ab eo alibi vocatur;nam omne principium eſt terminus, quamuis non omnis terminus ſit principium,hæc & alia multa afferri in medium poſſent,ſed iam ſatis patet locus Ariſtotelis.

» Δεῖ ἄρα τοὺς συνεστῶτας εὖ μύθους,μήθ' ὁπόθεν ἔτυχεν, ἄρχεσθαι, μήθ' ὅπου ἔτυχε, τε-
» λευτᾶν. ἀλλὰ κεχρῆσθαι τοῖς εἰρημένοις ἰδέαις.

© SCD - Université de Poitiers

» Decet autem ritè contextas fabulas minimè temerè vndelibet ini-
» tium ſumere : nec item temerè vbilibet terminari : vti verò ſemper,
» ſupradictis partibus.

» Hæc ita vertit Paccius;ſed aptius fortaſſe. ſic .Decet igitur (nam ita debet verti lo-
» cus hic,quia Ariſto. habet in contextu ἄρχ, deducitque concluſionem ex prius dictis,
» huiuſmodi) benè conſtitutas fabulas ; minimè vnde ſors tulerit, incipere, neque vbi-
» libet finire, vti verò ſemper prædictis figuris. his verbis continetur prior illa, de qua
paulò antè diximus,præceptio,quæ ſpectat a d ordinem.Sic autem ſeſe habet.Quoniã
oportet tragœdiam eſſe abſolutam,& totam,ſeu integram,totum autẽ conſtat prin-
cipio,medio,& fine,oportet ipſam ita eſſe conſtitutam, vt tria illa ſuis locis diſpoſita
ac collocata aptè appareant,ex quo cõſequitur, neque vndelibet exordiẽdum, neque
vbilibet finiendum.ne media primis,vltima mediis anteponantur;quare maximè con
uenit ſeruare prædictas ἰδέας (ſic enim vocat) ideſt formas, ſeu malis dicere partes;
principium,ſcilicet;medium,& finem.Habet Auerroes in ſua paraphraſi verba quæ-
dam ingenioſè excogitata,& apte prolata ad locum hunc explicandum. Medium eſt,
quod componitur ex extremis,& ex quo non componuntur extrema; ex quo colligi
» poteſt neceſſariò talem in fabulis eſſe ſeruandum ordinem , qualem diximus ; nam ſi
» princi pium componeretur ex medio,liceret principio anteponere mediũ.& ſic,opi-
» nor,iam patet,tota ratio,& præceptio Ariſtotelis de ordine.de quo multa etiã præce-
» pta dat Horatius in ſua de Poëtice & poëtis epiſtola ad Piſones , ſic enim potius vo-
canda,quàm Ars poëtica.

» Ἔτι δ' ἐπεὶ καλὸν καὶ ζῷον, καὶ πᾶν πρᾶγμα, ὃ συνέστηκεν ἔκ τινων, οὐ μόνον τοῦτα
» τεταγμένα δεῖ ἔχειν, ἀλλὰ καὶ μέγεθος ὑπάρχειν μὴ τὸ τυχόν. τὸ γὰρ καλὸν, σὺν μεγέθει, καὶ
» τάξει ἐστί.

» Ad hæc pulchrum ſiue animal, ſiue quodcunque ex aliquibus cõ-
» poſitum, non ordine tantum, verumetiam congruenti magnitudine,
» conſtare debet,ſiquidem ex, magnitudineordineq.pulchrum oritur.

Altera præ ceptio (de qua ſuperius loquebamur) hæc eſt,quæ explicatur ab Ariſto
tele,& ſpectat ad magnitud inem;ita autem ſeſe habet. Pulchrum duobus conſtat,or
dine,& magnitudine; oportet igitur fabulam præter ordinem , habere etiam conue-
nientem magnitudinem , probatur hoc ſimilitudine ducta à pulchritudine animaliũ;
& omnium rerum, quæ corpore aliquo conſtant.ſic.Sicuti in animantibus decoram,
conuenientemque ineſſe oportet magnitudinem,vt pulchra ſint;ita quoque in poë-
mate;nam omnis pulchritudo eſt non ſolúm σὺν τάξει,ſed etiam σὺν μεγέθει. Ariſtoteles li-
bro tertio Rhet,aliis quidem,ac diuerſis verbis,ſed idem ſignificantibus pulchritudi-
» nem deſcripſit.κάλλος δὲ ἕτερον καθ' ἑκάστῳ ἡλικίαν. ὅστε νέου μὲν ἔστ κάλλος τὸ πρὸς ὃν πόνους χρή-
» σιμον ἔχειν τὸ σῶμα,τούτ τε πρὸς ἡδονὴν, καὶ πρὸς βίαιον,ἡδιστα ἂν τις ἰδεῖν πρὸς ἀπόλαυσιν.Plato quo-
» que in Sympoſio multis in locis corporis pulchritudinem ait eſſe quandam συμμετρίαν
coniunctam cum quadam colorum ſuauitate.Symmetria autem vtrumque habet &
μέγεθος,& τάξιν.Idem Plato in Sympoſio,vbi loquitur,de pulchritudine Cupidinis,ait
illum eſſe aptè compoſitum,& nitidum;quatenus enim aptè compoſitum dixit,ſigni-
ficauit ordinem,& magnitudinem;quatenus verò nitidum dixit, ſplendorem,& co-
lorem corporis ſignificauit.Quòd autem à pulchritudine corporum ad pulchritudi-
nem poëmatum ducatur aptè ſimilitudo, eiuſdem Platonis exemplo demonſtrari po
teſt,vbi ait in Phædro,oportere orationem omnem, tanquam animal quoddam con-
ſtitui,vt formam,& collocationem partium talem habeat;qualem corpus , quod ne-
que capite, neque pedibus careat; quodque habeat membra ſibimet ipſis , totiq ue
corpori conuenientia, & ſit diſsimulis ei epigrammati,quod de Mida ſcriptum olim
» fuit. Verba Platonis ſunt hæc.ἀλλὰ τόδε γε οἶμαί σε φάναι ἂν, δεῖν πάντα λόγον ὥσπερ ζῷον συν-
σάναι

© SCD - Université de Poitiers

» σὰν κὰι σώμαζε ἴχ ονζε αὐτὸν αὐτῆ, ὡσε μήτε ἀκίφαλον εἶν, μήτε ἄπουν, ἀλλὰ μέζε τε ἴχ ἀν; καὶ ἄκρε
» πρέπονζε ἀλλήλοις, καὶ τῷ ὅλῳ γεγραμμένα. φαῖ. πῶς γὰρ ἄ; σω. σκέψαι τοίνυν τὸν τῆ ἑταίρου ζου
» λόγον, εἴτε οὕτως, εἴτε ἄλλως ἴχ ἀ, καὶ δύρησὶς τῆ ἐπιγράμματος οὐδὲν διαφέρονζα ὁ μὴ ἔχ τῷ φρυγὶ ἐπι-
» γεγράφθαι. Hermogenes quoque lib. primo περὶ ἰδεῶν ait de pulchritudine sermonis lo-
» quens, Platonisque locum hunc referens, sic. κάλλος μὲν τοίνυν τὸ ἐν λόγῳ κυρίως μὲν ἔν ἀν
» τὸ ἐκ πάντων τῶν ποιούντων ζὰς ἰδέας αὐ τῆ πάζος, οἷον ὀνοιῶν, μεθόδων, λέξεων, καὶ τῶν λοιπῶν δυάρμο-
» σον, καὶ συμμέτρον μεζὰ ἡνὸς ἐμφανομένης δι' ὅλου τῆ λόγου ποιότητος ἤθους μιᾶς πρεπούσης τῆ ἰδέᾳ,
» καθάπερ ἐν σώματι χρῶμα. Paulò post. ἐπεὶδὴ γὰρ καθόλου τὸ κάλλος δύσι συμμετρία μελῶν, καὶ μεγῶν
» μετ' εὐχροίας, δι' ὧν λόγος ἦν γίνεζαι ἰδεῶν μεγνυμένων. ζᾶῖζα γὰρ οἷον μέλη, καὶ μέρη δύσιν αὐτῆ, δεῖ
» δὴ πουθεν, εἰ μέλοι καλὸς ἔσεσθαι, συμμετρίαν ἴχ ἡν τούτων, ὅ ἔζὶν δυάρμοσίαν, καὶ ἵνα ἐπαινθεῖν αὐτῷ οἷον
» δύχροιαν τῶν ἐμφανομένων δι' ὅλου μίαν τῆ ἤθους ποιότητα, ἣν δὴ καὶ φύσει ἡνὸς χρῶμα λόγου ὀνομά-
» ζουσιν. εἰ καὶ τῆτο (hæc verò in primis adnotanda) δύσὶ τὸ κάλλος, ὁ μοι δοκεῖ, καὶ ὁ πλάτων
» εἰπεῖν, φάσκων δεῖν ἴχ ἡν τὸν λόγον κεφαλιώτε, καὶ ἄκρα, καὶ μέζα πρέπονζα ἀλλήλοις τε καὶ ὅλῳ σώ-
» ματι, ἀλλὰ μὴ χυδαῖα ἕκασα ἐκβλαθῆναι, εἰ καὶ καλὰ εἴη καθ' αὑζά. ὁ γὰρ δυνασθαι ποτὲ ὄντω γενέσθαι
» καλὸν λόγον. Ac plane instar regiæ pulchritudinis, ac formæ debet esse poëma; qualem exprimit Porphyrius in libro de Quinque generalibus vocibus, vbi loquitur de spe-
cie. πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος. tunc enim accipi debet εἶδος ἀντὶ μορφῆς. quem locũ eò libentius adnotãdum putaui, quia versus ille à Porphyrio sumptus est ex Euripide. quod multi ignorantes, immutare, ac deprauare conati sunt, vt satis omnes sciunt.
» rem totam explicat Athenæus lib. decimotertio his verbis. ἡρακλείδης ὁ ἰσορεῖ ὅτι κατὰ τῶν
» ὡκρατῶν θωμάζεσθαι μάλισα ὁ κάλλισος, καὶ ἡ γυνὴ καλλίστη, διὸ φασὶ τοῦδε ἀρχιδάμου τῆ βασιλέως
» γυναικὸς αὐτῷ καλῆς φανομένης, ἑτέρας δὲ αἰχρᾶς, καὶ πλουσίας ὡς ἀπέκλινεν ζᾶῖ τῶν πλουσίαν,
» ζημιῶσαι ζὰς ἐφόρους αὐτὸν, ἐπιλέγοντας ὅτι βασιλισκοὺς ἀντὶ βασιλέων τοῖς ὡκρίβαζαι γεννᾶν προ-
» αιρεῖζαι. δυριπίδης τε ἔφη: πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος. In quibus verbis, præter lepidam consuetudinis Spartanorum recitationem, licet etiam perspicere iocum suauissimũ, atque ingeniosè prolatum, qui est in illis dictionibus. βασιλισκοὺς ἀντὶ βασιλέων. Ambigi enim potest, dicat ne reges paruos, an basiliscos, qui inter serpentes connumerantur. Verùm (vt redeam ad rem) pulchritudo eiusmodi debet inesse in poëmate, cuiusmodi est antè declarata. Nam alioqui existeret, quale declarat Horatius, monstro simile, cum ait.

» Humano capiti ceruicem pictor equinam
» Iungere si velit & varias inducere plumas Paulò post.
» Vt nec pes, nec caput vni
» Reddatur formæ. Nec verò prætermittendus est Aristotelis locus, qui est libro
» septimo Physicorum, vbi ait ὑγείαν, καὶ δύναμιν οἱ κράσι, καὶ συμμετρίαν θερμῶν, καὶ ψυχρῶν μι-
» θεμὲν ἢ αὖζε πρὸς αὖζε τῆ οὐτὸς, ἢ πρὸς τὸ περιέχον, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κάλλος, καὶ τῶν ἰσχύν καὶ ζᾶς
» ἄλλας ἀρεζᾶς, καὶ κακίας. Ecce quomodo Aristoteles ait se ponere pulchritudinem ἐν τῇ
» συμμετρίᾳ; quæ complectitur ζᾶξιν, & μέγεθος, cum sit proportio quædam inter membra media et extrema. Illi verò contraria est à Græcis appellata ἀσυμμετρία. ex qua omnis exi stit turpitudo, ac deformitas.

» Διὸ οὔτε πάμμικρον ἂν τι γένοιτο καλὸν ζῶον συγχεῖται γὰρ ἡ θεωρία ἐγγὺς, τῆ ἀναι-
» σθήτου χρόνου γινομένη. οὔτε παμμέγεθες. οὐ γὰρ ἅμα ἡ θεωρία γίνεται, ἀλλ' ὀίχεται τοῖς
» θεωροῦσι τὸ ἕν, καὶ ζ' ὅλον ἐκ τῆς θεωρίας. οἷον, εἰ μυρίων σαδίων εἴη ζῶον.

» Nam sicuti fieri non potest, vt perexiguum omnino animal, pul-
» chrũ appareat, quandoquidem quæ insensibili tempore speculatio fit,
» cõfunditur: pari ratione nec illud, quod omnino sit permagnum. ipsa
» enim speculatio simul fieri non potest: illúdque totũ, & vnum è con-
» templantium consideratione potius elabitur: ceu, si decem millium
» stadiorum esset animal.

Postquàm Aristoteles declarauit magnitudinem requiri in poëmate; eius rei affert

© SCD - Université de Poitiers

probationem ductam ex similitudine eadem, quæ spectat ad animantum corpora. Ac nequis immensam magnitudinem rursus putaret à se requiri; altera similitudine modum statuere conatur. Deducitur igitur ex his duplex conclusum. seu præceptū, quod ad artificium tragœdiæ spectat. Primum est huiusmodi. Rei valde exiguæ, vt potè animalis nullam esse pulchritudinem posse, quia inspectio eius momento temporis breuissimo fit; ac statim confunditur. Confunditur autem, tùm quia nulla interponitur mora in spectando, tùm quia res exiguæ non habent proportionem vllā,
» aut συμμετρίαν, quæ spectantibus contemplandi occasionem & singula cum singulis cō
» ferendi præbeat. Ἀναισθήτῳ καιρῷ cum ait, id esse videtur, quod ita profert Aristopha-
» nes in Pluto. οὐκ ἀκαρεῖ χρόνῳ. Alterum præceptum est. Neque valde magnas res, aut animalia, quæ nimis vasto, ac immenso sint corpore; pulchra esse existimanda. quia simul inspectio eorum fieri non potest, & simul arripi oculis intuentium res magnæ nequeunt. quia illud τὸ ὅλον, & τὸ οὐ subterlabitur intuentium oculos, ac mentem; dum singulis partibus, quæ per se valde magnæ sunt, inspiciendis sunt intenti. Ex his omnibus facilè colligere possumus ea pulchritudinem præseferre, in quibus intueri simul licet omnia. hoc est magnitudinem totius corporis, & symmetriam singulorū membrorum, ex quibus corpus est compactū. Hæc sicuti alia satis aptè explicat Auer roes in sua paraphrasi. Videat, qui cupit; ne ego cogar tàm multa interserere, cū præsertim barbarè in Latinum conuersa sint; quòd si aliquando interseram, id planè coactus faciam; vel aptioribus verbis proferre conabor doctissimi illius viri sententiam. Dionysius Halicar. in suis Rhetoricis. vbi dat præcepta τῆς ἀκολουθίας in oratione ser-
» uandæ ait. πρὸ ἀναγκαίας ἀκολουθίας ὀχ ὁρῶμεν, ὧν φησὶ δεῖν πλάτων προσθεῖναι τοῖς λόγοις, ὃ χ ὧ
» δλω ὡς ἔτυχε βεβλῆσθαι τὰ ὑθυμήματα, ἀλλ' ἔστ' τὸν λόγον ἐοικότα σώματι ἐκ κεφαλῆς ἔχοντι πόδας ἔχον
» τα τὰ μέρη, καὶ τὰ μέλη ἀλλήλοις τε πρέποντα, καὶ τῷ ὅλῳ συμμέτρῳ τὸ σῶμα τοῦ. Idem paulò post.
» τοῦτον δὲ τὸν ἔλεγχον τὸ μὴ ἐπίστασθαι πρὸ ἀναγκαίας ἀκολουθίαν μόνον ἁμαρτάνοντα ὀρέφυκε. Verba hæc ego apposui, tum quia mirifice explicant locum Aristotelis; tùm quia ex Platonis Phædro (vti nos superius diximus) videntur esse desumpta. Consideranda illa ver-
» ba, quibus Aristoteles vastum corpus significare voluit. οἷον εἰ μυρίων σταδίων εἴη ζῷον, respexit enim ad campum, seu planitiem, quam iacentia vasta corpora solent occupare. sicuti veteres in fabulis de Tityo narrarunt. ea verò dictio μυρίων apte posita ex vsu veterum. Demosthenes in orat in Midiam. μυριάκις τεθνᾶναι ἄξιος. Homerus quoque
» δὴ εἰ μυρία ἄλοιτο. Demosthenes quoque in oratione πρὸς στέφανον. ait. πρὸς τοῦτ' οὖν τῷ θεάτρῳ
» κηρύττεσθαι, τὸ μὲν μυριάκις μυρίου κεκηρύχθαι παραλείπω. Verùm ipse Aristoteles paulò post de hac loquendi forma loquitur, qualis igitur sit, suo loco copiosè dicemus. sed Paccius omisit ea verba, quod miror, debent igitur verti, vt si animal sit, quod innumerabilium stadiorum planitiem occupet.

» Ὥστε δεῖ καθάπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων, μὴ ἐπὶ τῶν ζώων ἔχειν μὲν μέγεθος, οὗτον δὲ εὐσύνοπτον
» εἶναι. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν μύθων ἔχειν μὲν μῆκος, τοῦτο δ' εὐμνημόνευτον εἶναι τῷ μήκει.

» Quapropter sicut tum in corporibus, tum animantibus magnitu-
» dinem inesse decet, eam dico, quam probè oculis vsurpemus: ita & in
» fabulis longitudo inerit, quam quidē memoria facile complectamur.

Colligit Aristoteles omnia ea; quæ superius dicta sunt, & similitudinem ductam ab animantibus, & rebus, quæ aut aliqua sunt magnitudine vasta, aut mediocri, accommodat ad magnitudinem; & pulchritudinem fabulæ tragicæ. ait enim, quemadmodum igitur in corporibus animantum non vastam quidem magnitudinem, sed tantam esse oportet; quanta oculis arripi simul commode, ac comprehendi facilé potest; atque (vt ipsius vtar verbo) quæ est εὐσύνοπτος, sic in fabulis tantam oportet esse longitudinem, quanta facilè memoria possit complecti, & (vt ipsius proferā dictionem) sit εὐμνημόνευτος. Vocamus verò εὐσύνοπτα ea, quæ simul eodem tempore oculis perlustrare possumus: Vtitur hac dictione Aristot., seu Theophrastus potius (eius enim esse

© SCD - Université de Poitiers

» esse opinor) in libro περὶ λεξεως. cum ait. ἔτι δ' ἄλλα ἐκ τούτων εὐσυνοπτα. Idem Aristoteles libro tertio Rhet. vbi loquitur de Periodo profert hęc verba, quæ, etiam si superius quoque alia de causa à me apposita fuerunt, rursus adscribentur; quia vtitur hac dictione, & loquitur de magnitudine, sicuti facit etiam hoc loco in Poëtice, ait igi-
» tur. λέγω δὲ περίοδον λέξιν ἔχουσαν ἀρχὴν καὶ τελευτὴν αὐτὴν καθ' αὑτὴν, καὶ μέγεθος εὐσυνόπτον.
» πλεῖα δὲ ἡ τοιαύτη, καὶ εὐμαθὴς, πλεῖα μὲν διὰ τὸ ἀναλίωσιν ἔχειν τῷ ἀπειράντῳ. Vocat ἀπείραντον infinitum Aristoteles, & quod habet immensam longitudinem, sicuti igitur infinitæ quæ sunt longitudinis prorsus iniucunda sunt; ita quoque valde oblectant ea, quæ mediocria sunt, hæc verò magnopere explicat locum hunc in Poët. sicuti patet. Vocamus autem εὐμνημόνευτα ea, quæ facilè animo complecti possunt, & in memoriam reuocari. Vtitur hac eadē dictione Aristo. in libro περὶ μνήμης, καὶ τῶ μνημονεύειν, vbi ait καὶ
» ἔστιν εὐμνημόνευτα οἷς τάξις ἵνα ἔχῃ ὥσπερ τὰ μαθήματα τάξιν φαύλως, καὶ χαλεπῶς. Ex quibus verbis licet etiam percipere quiddam, quod ad rem nostram spectat; nam si ea sunt εὐμνημόνευτα, quæ ordinem habent, vt Mathemata; nam alia ex aliis theoremata in illis deducuntur; fabula quoque ea facilius inhæret animis, quæ ordinem aptum habuerit; Idem Aristoteles libro tertio Rhetoricorum, vbi reddit rationem, quare perio-
» dus non admodum prolixa facilius percipiatur. ait. εὐμαθὴς δὲ, οἷον εὐμνημόνευτος, τοῦτο δὲ
» οἷον ἀριθμὸν ἔχει ἡ αὐ περίοδος λέξις ἡ πάντων εὐμνημονευτότατον, διὸ καὶ τοῖς μέτροις πάντες μνημο-
» νεύουσι μᾶλλον τοῦ χιλίων ἀριθμὸν γὰρ ἔχει, ᾧ μετρεῖται. Hæc verba siquis consideret, videat apertè, quantum lucis afferant huic loco, qui est in Poëtice. Sed vt redeam ad Aristotelis contextum; comparatur τὸ εὐσυνοπτον πρὸς τὸ εὐμνημόνευτον. sic. Sicuti εὐσυνοπτον oculis, ita εὐμνημόνευτον mente comprehenditur, & sicuti τὸ εὐσυνοπτον conuenienti oportet esse magnitudine, vt aptè perspiciatur, ita εὐμνημόνευτον conuenienti longitudine, vt facilius memoria comprehendatur.

ὁ δὲ μήκους ὅρος πρὸς μὲν τοὺς ἀγῶνας, καὶ τὴν αἴσθησιν οὐ τῆς τέχνης ἐστίν· εἰ γὰρ
» ἔδει ἑκατὸν τραγῳδίας ἀγωνίζεσθαι, πρὸς κλεψύδραν ἂν ἠγωνίζοντο: ὥσπερ ποτὲ καὶ
» ἄλλο τέ φασιν.

» Longitudinis autem præfinitio, quantum ad ipsos ludos, planéque
» ad sensum spectat, minimè artis est. Etenim, si in ludis haberi centum
» Tragœdias opus fuerit, vtiquæ ad Clepsydram, vt olim non semel
» factitatum dicunt, haberi poterunt.

Postquam similitudine apta in medium allata probauit Aristoteles oportere fabulam habere conuenientē magnitudinē, seu longitudinem, consequitur iure optimo, vt inquiratur, qualis debeat esse certus quidam terminus eius longitudinis, quæ requiritur in fabula. Et quoniam terminus tragicæ fabulæ alius est artificialis, alius inartificialis, dicendus est, qualis vterque sit; & de quo nobis in primis agendum. Terminus artificialis ille est, qui ipsius poēmatis naturam sequitur; ipsíque poëmati insitus est, atque ex ipso deducitur. Inartificialis verò est, qui extrinsecus sumitur à consuetudine certādi in theatricis recitationibus poēmatū. Non alio planè modo, quàm
» ἔντεχνοι, & ἄτεχνοι dicuntur πίστεις ab Aristo. lib. Rhet. 1. de qua re paulò antè alia de causa locuti fuimus. nam in Poëtice terminus inartificialis est, qui sumitur, non quidem ex natura fabulæ, sed extrinsecus, à concertationum, & ludorum cōsuetudine, tùm etiam à sensu eorum, qui audiunt recitationem poēmatum; hic verò non consideratur ab Aristotele, quia ad artem non spectat. Hoc loco adnotanda primùm est consuetudo, quæ olim fuit apud Athenienses, vt poëtæ in theatro inter se de laude certarēt recitationibus tragœdiarum, comœdiarum, aliorumque poēmatum, de qua re etiam si superius locuti fuimus; nonnulla tamen adiiciemus, vt res tota facilius intelligatur. A Eschylum accepimus in ludis, qui celebrabantur ab Athenienſibus, quo tempore Thesei ossa receperant, recitatione tragœdiarū certasse, & victum, præ pudore in Siciliam statim secessisse. vsque adeò magnam laudem in ea re sibi propone-

© SCD - Université de Poitiers

bant veteres poëtæ.de huiusmodi concertatione mentionem facit paulò post Aristo
» teles in hoc eodem libello,his verbis. ἀγωνίσματα γὰρ ποιοῦντες, ἢ παρὰ τὴν δύναμιν παρατείνα
» τες μῦθον, πολλάκις διασῴζειν ἀναγκάζονται τὸ ἐφεξῆς, qui locus etiam hũc declarat, nam an-
tiqui in concertationibus prolixiores efficere ſtudebant fabulas,quàm res ipſa poſtu
» labat,vt plura dixiſſe viderentur. Demoſthenes in oratione περὶ στεφάνου ait. καὶ ἀναγκα-
» ῥοῦμαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ διονυσίοις φαγῳδοῖς καινοῖς, in his verbis patet & nomen ludo-
rum, & genus poëmatis, quo erat concertandum. Idem in oratione in Midiam ait.
» λέγε τὸν νόμον. δύηγορος εἶπεν, ὅταν ἡ πομπὴ ᾖ τῷ διονύσῳ ἐν πλησίον, καὶ οἱ κωμῳδοὶ, καὶ οἱ φαγῳδοὶ, καὶ
» ἐὰν λίθον βάλῃ πομπῇ καὶ οἱ φαγῳδοὶ καὶ οἱ κωμῳδοὶ, καὶ τοῖς ἐν ἄστει διονυσίοις ἡ πομπὴ, καὶ οἱ παῖδες,
» καὶ ὁ κῶμος, καὶ οἱ κωμῳδοὶ, καὶ οἱ φαγῳδοὶ, καὶ ὁ θαργηλιὼν τῇ πομπῇ καὶ τῷ ἀγῶνι μήτε ὑφεῖναι
» ἐνέχυρά σου, μήτε λαμβάνειν ἕτερον ἑτέρου. Adnotandum etiam illud, cùm ait olim ad Cle-
psydram recitari conſueuiſſe poëmata tragica; pluresque vno die actas fuiſſe fabu-
las concertantium inter ſe poëtarum,Clepſydra vas erat in quo per inſtillationem
aquæ dinumerabãt veteres ſingulas horas; eo autem plurimum vſi fuerunt etiam in
iudiciis publicis,in quibus mos erat accuſatori,ac defenſori horas præſcribere;quod
declarat etiam Cic.in Bruto.& Aſconius in argumento orationis pro Milone: nam
lege Pompeia tres horæ defenſori,duæ accuſatori datæ fuerunt. Hanc conſuetudinẽ
ſæpe exprimit Demoſthenes in ſuis orationibus. locus eſt in primis adnotandus in
» oratione περὶ παραπρεσ.cum ait. ἀναξάσῳ ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι εἰπάτω; Plinius in ſuis epiſtolis to
tum hoc inſtitutum improbat.Martialis de eo ita meminit in Epigr. ad Cæcilianum.
» Septem Clepſydras magna tibi voce petenti.
» Arbiter inuitus Cæciliane dedit.
Apuleius, quàmuis contemnendus linguæ Latinæ author:aptè tamen ſatis Clepſy-
» dram nobis deſcriptam reliquit his verbis. Accuſator quidam ad dicẽdum aſſurgit,
» & ad dicendi ſpatium vaſculo quodam in uicem coli perforato, ac graciliter fiſtula-
» to,atque per hoc guttatim defluo infuſa aqua ad populũ ſic orat. Cic.quoque lib.11.
» Tuſcul.quæſt.ait. Cras ergo ad Clepſydram dicemus. Appellabatur autem à veteri-
» bus ἡμέρα διαμεμετρημένη, de qua Aeſchines in oratione in Cteſiphontem, his verbis lo
» quitur. εἰσὶ γάρ μέρη διαιρεῖσθαι ἡ ἡμέρα, ἐγχεῖται γὰρ τὸ μὲν πρῶτον ὕδωρ τῷ κατηγόρῳ, καὶ τοῖς νό-
» μοις καὶ τῇ δημοκρατίᾳ. τὸ δὲ δεύτερον ὕδωρ τῷ πλὴν γραφὴν φεύγοντι, τὸ δὲ τρίτον τῇ ἡμίσει. Demo
» ſthenes quoque in oratione περὶ παραπρεσ. ait. οὐ γὰρ ἀγῶνας καινοὺς ὥσπερ δράματα, καὶ
» τούτους ἁμαρτύρους πρὸς διαμεμετρημένῃ ἡμέραν ἀρθὰ δικάζων, qui locus mirificè declarat hũc
in poët.nam illudit Aeſchinem,qui ante,cum eſſet hiſtrio,in huiuſmodi ſe exercebat
certaminibus ſcenicis.Auerroës in ſua Paraphraſi locum hunc apertè, & doctè expli
» cat.ait enim:ſermones autem Rhetorici,quorum vſus in controuerſia eſt quæ ſuſcipi
» tur contra aduerſarios, non habent longitudinem præſcriptam ſecundum naturam;
» & propterea opus eſt,vt homines metiantur tempus controuerſiæ inter aduerſarios,
» per inſtrumentum, per quod paulatim aqua diſtillat, vt mos erat apud Græcos, cum
» ipſi in cauſis probandis inniterentur tantùm enthymematibus. Ideo ſi tragœdia eſſet
» in concertatione poſita;opus eſſet in ea ſpatium temporis eodem modo metiri per di
» ſtillationem aquæ,aut per aliud quoduis inſtrumentum ſed cum ſecus ſit,oportet ut
» non tragœdia ſolum, ſed omnia poëſis habeat terminum naturalem, qualis eſt in re-
» bus naturalibus,quæ ſunt ſecundum naturam,quemadmodum enim omnes res, quę
» gignuntur quando non impediuntur interuentu aliquo fortuito perueniunt ad ma-
» gnitudinem præſcriptam à natura,ſic oportet, vt ſeſe habeat in rebus poëticis:

» ὁ δὲ καθ' αὑτὸ τὸν φύσιν τοῦ πράγματος ὅρος, ἀεὶ μὲν ὁ μείζων, μέχρι τοῦ εὐσύνοπτος
» εἶναι, καλλίων ὅσῳ κατὰ τὸ μέγεθος. ὡς δὲ ἁπλῶς διορίζοντας εἰπεῖν, ἐν ὅσῳ μεγέθει κατὰ
» τὸ εἰκὸς, ἢ τὸ ἀναγκαῖον, ἐφεξῆς γιγνομένων συμβαίνῃ εἰς εὐτυχίαν ἐκ δυσυχίας, ἢ εἰς εὐτυ-
» χίας εἰς δυσυχίαν μεταβάλλειν, ἱκανὸς ὅρος ὅσῳ τοῦ μεγέθους.

» Quæ verò ſecũdum actionis naturam fuerit, illa quidem ſemper,
» quæ longius protrahetur, donec tota ſimul in aperto ſit,in magnitudi

ne

© SCD - Université de Poitiers

» ne quidem decentior erit. Vt autem ſimpliciter præfiniamus quan-
» tã eſſe fabulam vel deceat, vel neceſſe ſit:tunc ſanè dicimus legitimũ
» huic forè magnitudinis terminũ, cum ſiue ad cõmodã fortunã ex in-
» cõmoda,ſiue ex cõmoda ad incõmodã perpetua ſerie mutata fuerit.

Hæc ita vertit Paccius.quæ,ne ſigillatim reprehendam, partim enim obſcurè,partim malè conuerſa ſunt.apponam hic ego verſionem meam, quam multò aptiorem,
» verioremque eſſe puto. TERMINVS autem rei ſecundum ipſius met propriam na-
» tutam ſemper quidem maior,magisque excreſcens,donec appareat eſſe pulchrior;vt
» autem ſummatim dicam. In quanta magnitudine ſecundum id quod veriſimile, vel
» neceſſarium eſt in rebus, quæ deinceps fiunt,contingit in felicitatem ex infelicitate,
» vel ex felicitate,in infelicitatem tranſmutari;hic ipſe eſt idoneus aptusque terminus
» magnitudinis.Habet Auerroes in ſua Paraphraſi quiddam,quod ſpectat tùm ad hęc,
tùm ad ea, quæ ſuperius dicta ſunt,declaranda.eius autem verba paulò ſecius appo-
» nam, ac ſe in verſione habent Latina. IDEO SI conſiſteret tragœdia in collatione
» altercantium, egeret menſura temporis, aut per horas ex diſtillatione aquæ, aut ex
» alia re præſcriptas. ſed cum aliter ſeſe res habeat,oportuit, vt haberet ars poëtica ter-
» minum naturalem, ſicuti ſe habet in quantitate naturali rerum humanarum natura-
» lium;Quemadmodum enim omnia ea,quæ genita ſunt,ſi non impediantur interuẽ-
» tu rei alicuius cõtrariæ,ad magnitudinem iuſtam perueniunt à natura præſcriptam,
» ſic oportet,vt ſe habeat in ſermonibus poëticis, quouſque fiat repræſentatio ac mu-
» tatio cõtrarii in contrarium.Hæc ille. Nunc explico contextum Ariſtotelis. Reiecto
termino tragœdiæ inartificiali,duobus modis conatur Ariſtoteles præſcribere certũ
terminum tragœdiæ.Ac primo quidem modo.ſic. Poëma debet tragicum ſecundum
ſuam ipſius naturam protrahi,donec excreſcens in magnitudinem videbitur eſſe pul
chrius, ac venuſtius.demonſtrat enim veluti quoddam ſignum Ariſtoteles; ex quo
cognoſcere poſsimus, ſatis'ne ad iuſtam magnitudinem excreuerit poëma, nec'ne.
ſignum eſt huiuſmodi;cum magis, magisque venuſtum apparebit poëma,poteſt ad-
huc magis, ac magis augeri; at cum primum illa venuſtas, decorque deperire cœ-
perit, tunc etiam erit deſiſtendum à ſcribendo poëmate & finis debebit ſtatim im-
poni,vt deducatur ad exitum:altero modo,& apertiore multò præſcribit Ariſtoteles
» terminum tragœdiæ.ſic.Magnitudo in poëmate tragico tunc iuſta fuerit exiſtiman-
» da,cum traſmutatio rerum fieri uidebitur.Tranſmutatio autem in tragœdia duplex;
» aut ex felicitate in infelicitatem,aut ex infelicitate in felicitatem,qua Ariſtotelis ſen-
tentia ſatis refellitur(ſicuti patet)eorum opinio,qui tragœdiam ſemper rebus infeli-
cibus,atque aduerſis claudi,ad exitumque deduci debere aiunt.Exemplum mutatio
nis felicitatis in infelicitatem peti poteſt,etiam me tacente,ex OEdipode tyranno So
phoclis.Exemplum verò mutatę infelicitatis in felicitatem ex eiuſdem Sophoclis Ele
ctra;& Euripidis Electra quoque,quamuis melior multò,ac laudatior œconomia eſt
in Sophoclea.Conſideranda illa verba in contextu.κατὰ τὸ εἰκὸς, ἢ τὸ ἀναγκαῖον ἐφεξῆς γι-
» γνόμενον,nam progreſſus totius fabulæ fit aut ex iis,quæ vera ſunt,& ita narrantur,vti
» acta fuerunt,nam hęc appellabãtur ἀναγκαῖα in poëtice.aut ex iis,quæ acta quidem ita
non fuerunt, ſed probabile eſt vt dicantur eo modo acta. Verùm de his poſtea
copioſius.

» Μῦθος δ' ἐστὶν εἷς, οὐχ ὥσπερ τινὲς οἴονται. ἐπὶ πολλὰ γὰρ καὶ ἄπειρα τῷ
» γένει συμβαίνει, ἐξ ὧν ἐνίων οὐδέν ἐστιν ἕν, οὕτω δὲ, καὶ πράξεις ἑνὸς πολλαί εἰσιν. ἐξ ὧν μία
» οὐδεμία γίνεται πρᾶξις.

» Vna nanque eſt fabula;non autem (vt nõnulli putant) ſi circa vnũ
» aliquem ſit. Multa enim, miniméque determinata genere accidunt:
» ex quibus ſanè quædam nullum conſtituunt vnũ.ſimili ratione vnius
» multæ actiones ſunt:ex quibus una nunquam actio fiet.

© SCD - Université de Poitiers

Fabula antẽ eſt vna,& ſimplex,non quemadmodum nonnulli putant, ſi circa vnum hominem verſetur,multa enim & infinita genere accidunt,ex quibus aliquando nullum confici poteſt vnum, & ſimplex corpus,ſic etiam & actiones vnius multæ ſunt, ex quibus nulla vnquam,vna,& ſimplex actio fiet.Auerroes in ſua paraphraſi etiam locum hunc doctè videtur mihi interpretari ; apponam igitur verba illius . OPORTET, vt ars imitetur naturam , videlicet, vt omnia, quæ agit,agat ſecundum vnum ſibi propoſitum finem , & ad eum omnia referat. in tragœdia igitur efficiendum eſt, vt repræſentatio,& imitatio vnum reſpiciat finem,ideſt, vt per ea vnum tautummodo,quod ſibi ſit propoſitũ, efficere ſtudeat.Venuſta enim ea eſt poëmatis ſtructura, in qua multarum rerum,quæ ſuperuacaneæ ſint, narratione facta, res longius quàm oportet non trahitur,nam videntur nonnulli poëtæ ſæpe in ea re peccare , dum vna relicta,ad aliam tranſiliunt rem tractandam.Hæc illæ.Conſequitur nunc vt hæc quæ ſunt in contextu declaremus,connectamuſque cum ſuperioribus . Quoniam vti dictum eſt ſuperius tragœdia eſt imitatio actionis integræ,& magnitudinem habentis, conſtareque eam oportet princ ipio,medio,& fine,vnam quoque,ac ſimplicem,maximeque conſentaneam eſſe opus eſt.Et ſic(vt opinor) patet,quomodo ex ſuperioribus deducatur hoc præceptum, valdè enim attentè legenda ſunt,quæ ab Ariſtotele ſcribuntur,& conſideranda in primis eſt ſeries,contextus rerum,quem qui diligenter animaduertit,facilè diiudicare poteſt,an aliquid deſit, nec'ne; Hoc ideò à me dictum eſt in præſentia,quia multos eſſe ſcio,qui hactenus iactarunt nimis etiam fortaſsè liberè libellũ hũc eſſe mancũ,ac mutilũ multis in locis; Ego vt id magnopere nõ negem,valde equidem non affirmo verum eſſe, nam integer mihi ferè ſemper viſus eſt intuenti rerum contextum , in quo multum , ſemper laborare coniungendo ſcio Ariſtotelem ſolere'. Quòd ſi mancus fuerit , ipſi demonſtrabunt aliquando,ſi poterunt;ego interim ex ipſo rerum contextu inter ſe aptè cohærentium conabor ſemper legentibus oſtendere,vti hactenus feci,libellum hunc integrum eſſe ; quòd ſi aliquo loco interruptum videro contextum,non dubitabo etiam ego id affirmare; Hæc eſt igitur ratio ineunda ad totã hanc rem diudiicandam ; cum præſertim omnes manuſcripti libri,quos ego quidem legerim , quatenus ad contextum ſeriemque rerum ſpectat,nullo loco ſint interrupti; Quòd ſi poſthac aliquis extiterit manuſcriptus liber,ex quo cognoſcam aliquando me deceptum , non tàm dolebo de iudicio meo aliquid detractum,quàm lætabor ſtudioſos literarum bonarum tantum cœpiſſe fructus.Sin minus,perſpicient omnes rem aliter ſeſe non habere , multóque indies magis totum hunc laborem noſtrum probabunt,quem maximum planè ſuſcepi,vt quibus rebus poteram , ſtudioſos bonarum artium iuuarem . Verùm de his hactenus , Nunc redeo ad inſtitutum ſermonẽ noſtrum.Deducitur ex ſuperioribus eiuſmodi præceptum, cuiuſmodi paulò ante expoſuimus , fabulam vnam,ſimplicemque eſſe oportere.Sciendum verò aliquid vnum dici duplici modo;aut cum per ſe eſt ſolum quidpiam, ac ſeparatum à cæteris;aut cum compoſitum quidem eſt ex pluribus , ſed vnum iam confectum eſt ; cuiuſmodi ſunt omnia ea , quæ ex pluribus comiſcentur. Priore illo modo fabula dici non poteſt vna, quia ſi ex vna , ſolaque actione prorſus ab omnibus aliis ſeparata conſtaret ,nimium eſſet breuis, & conciſa ; atque hoc eſſet præter id,quod antè dictum eſt;oportere fabulam habere magnitudinem.Altero igitur modo,fabula dicitur vna,compoſita quidem ex pluribus actionibus,ſed tendentibus ad eundem finẽ,atque inter ſe ita quadrantibus,vt vna ex pluribus fiat ; Quod attinet ad compoſitionem actionum tragicarum;probatur ſimilitudine ducta à rebus naturalibus.ſic.Naturalium rerum alię ſunt,quæ componi inter ſe,& redigi in vnam poſſunt;aliæ,quæ non poſſunt,quia contrariæ ſunt,vel ſic.Res natulares &ſi infinitæ ſunt,redigi tamen poſſunt omnes ad unum genus;non omnes quidem ad vnum;ſed quæ eiuſdem generis ſunt,& inter ſe quadrant,quælibet ad ſeparatum ſuum genus. Hoc enim modo ab Ariſtotele generales illæ decem voces,quæ κατηγορίαι vocantur, conſtitutæ fuerunt;in quibus quidem ea,quæ qualitatis ſunt, ad quantitatem referri non poſſunt,quia ſunt diuerſa,ſic in aliis quoque eodem modo. Nec diſsimilis ratio

eſt

est in actionibus humanis,quas imitantur poëtæ,tàm diuersæ enim sæpè sunt, vt ex pluribus iis vna constitui non possit;Poëta quippè vnam arripit actionem, quam exprimat imitatione,sed non priore modo(vt est antè declaratum)dictam,verùm alterò modo,compositam scilicet ex partibus pluribus inter se conuenientibus,& aptis.

» Διὸ πάντες ἐοίκασιν ἁμαρτάνειν, ὅσοι τ' ποιητῶν ἡρακληίδα, καὶ θησηίδα, καὶ τὰ τοι
» αὔτα ποιήματα ἐποίησαν. οἴονται γὰρ, ἐπεὶ εἷς ἐστὶν ὁ ἡρακλῆς, οὕτω καὶ τὸν μῦθον εἶναι δεῖ
» σήκειν.

» Quapropter omnes hi peccasse videntur poëtæ, quicunque vel
» Hieracleida, vel Theseida, cæteraque id genus poëmata confinxêre:
» vt qui,vnus cum sit Hercules, vnam quoque ipsius debere esse fabu-
» lam, existimauerunt.

Cum igitur hæc ita sese habeant, patet maximus eorũ error poêtarum,qui putantes fabulam,non quæ vnam simplicemque actionem, sicuti diximus, contineret, sed quæ circa vnam personam versaretur, suum poëma conficiebant ex narratione omnium rerum gestarum,omniumque euentuum ipsius.Refelluntur autem.sic.Fabula vna & simplex vocatur,non quæ circa vnam personam versatur,sed quæ circa vnam vnius personæ actionem;Huius rei hæc est ratio.Ab vna enim persona,innumerabiles,ac diuersæ inter se actiones possunt proficisci,quæ, quia propter dissimilitudinẽ, quam habent,cohærere simul non possunt;vnam,simplicemque quam quærimns;nõ constituunt fabulam.Quarè poëtæ illi,qui sua poëmata vocarunt HERACLEIDEM, aut THESEIDEM, perperam ea sic videntur inscripsisse,eò quòd omnes res gestas & Herculis & Thesei illo poëmate complexi fuerunt,quæ cum diuersæ sint, neque simul coniungi possint;vna fabula,vnoque poëmate comprehendi quoque non possunt.Hercules et Theseus viri prestantissimi, ac fortissimi Herões fuerũt, multaque præclarè gesserunt,quæ à veteribus poëtis decantata fuisse credibile est;nam nullum huiusmodi nostra ætate extat poëma. Videtur hoc innuere Isocrates in sua institutione ad Demonicum his verbis φέρειν δὲ τοῦτο καταμαθεῖν ἔστι ἔκ τε τῆς ἡρακλέους ἄθλων καὶ τῆς
» θησέως ἔργων, οἷσ' ἡ τῆς φύσεως ἀρετὴ τηλικοῦτον διήνεγκε χαρακτῆρα τοῖσ' ἔργοις ἐπέθηκεν, ὥστε μηδὲ τ'
» ἄπαντα χρόνον ἀφανισθῆναι λήθῃ ἐμποιῆσαι τῆς ἐκείνοις πεπραγμένων. Citat Athenæus Ariani ἡρακλέαν libro tertio, Posset aliquis hoc loco ambigere, Cum Aristoteles veterum poëtarum inscriptiones has, HERacleidem, THeseidemque reprehendat, an Vergilius quoque recte,perperam'ue suum poëma Aeneida inscripserit? similis enim hęc inscriptio illis esse videtur. Sed ita breuiter respondendum puto.Quamuis inscriptio Vergiliana similiter desinat,& à nomine Aeneæ deducta sit,quoniam tamen in suo poëmate Vergilius vnam tantum, ac simplicem actionem, cuiusmodi superius exposuimus,sibi proposuit explicandam, non plures, inscriptionem illam non posse reprehendi;Non enim est quòd quisquam putet διὰ τὸ ὁμοιοτέλευτον debere improbari;huc enim non respexit Aristoteles,sed potius id quod diximus iam sæpè. Vnam autem esse actionem declarabimus postea,& si satis res tota per se cognosci potest.

» Ὁ Ὁμηρος, ὡς ἄρα καὶ τἆλλα διαφέρει, καὶ τοῦτ' ἔοικε καλῶς ἰδεῖν ἤτοι διὰ τέχνην, ἢ διὰ
» φύσιν. ὀδυσσέα γὰρ ποιῶν οὐκ ἐποίησεν ἅπαντα, ὅσα αὐτῷ συνέβη. οἷον μὴ φῆναι μὲν
» εἰς τρωάδα, μανῆναι δὲ προσποιήσασθαι εἰς τὴν ἀγορήν.

» Homerum verò, qui vt in aliis etiam excellit, ita in hoc quoque,
» siue id artis,siue naturæ fuerit,oculatissimum fuisse apparet: quando
» quidem Odysseam confingens,non sanè cuncta, quæ Vlyxi accide-
» runt, in eam compegit: verbi gratia: saucium fuisse in Parnaso,& in
» ducum collectione simulasse insaniam.

© SCD - Université de Poitiers

Postquam Aristoteles præceptionem dedit. Fabulam oportere vnam esse, non quę circa hominem vnum versetur, sed quæ circa vnam actionem tantùm. in quam & si aliæ multæ concurrunt, concurrunt tamen Episodice, sicuti declarabimus postea, & cum illa ita iunguntur, vt iam diuersæ non sint; sed appareat vna tantum, simplexque actio proponi in toto poëmate. Postquàm etiam Aristoteles nonnullos poëtas reprehendit, qui Heracleidem & Theseidem scripserant, res gestas Herculis, & Thesei sigillatim narrantes; Homerum laudat, qui optimè οἰκονομίαν, hoc est dispositionem, ordinemque sui poëmatis instituit; Homerus sanè nihil in poëmate pangendo prætermisit, quod vel necessariũ esset, vel decorum, nullusque vnquam post tot secula inuẽtus est, qui ipsum iure vlla in re potuerit reprehendere, adeò, vt norma rectè scribendi poẽmata ab eo vno fuerit desumpta à cæteris, qui aut scripserunt, aut artem tradiderunt rectè, aptèque scribendi. Hoc admiratur igitur in Homero Aristoteles, quomodo potuerit id efficere. sed effecit omnino aut per artem, aut per naturam. (nam sic ipse ait ἢ διὰ τέχνην, ἢ διὰ φύσιν) Si ante ipsum alii extiterunt (vt credere par est) poëtæ, fortasse διὰ τέχνην; nam cum ars ex obseruatione constituatur, longo eget tempore, ars enim nihil aliud est, quàm naturæ ipsius diligens quædam obseruatio, sic enim sese habent; ordineque sunt collocata. Natura, inuestigatio, obseruatio; ars. Si ante ipsum nullus extitit poëta, fortasse per naturam, quod multò magis est admirãdum; nihil enim (vt ait Cic.) simul inuentum, & perfectum. Homerus igitur Odysseam scribens non deduxit fabulam ab iis, quæ circa personam vnius versantur, ideſt Vlysſis; nam cùm multa, & diuersa inter se genere, acciderint Vlysſi, non potuisset vnius fabulæ ex tàm diuersis rebus compositio existere: sumpsit igitur ex tàm multis vnam tantùm actionem, sicuti postea dicemus, vbi de Epopœia loquemur. Quòd non omnia, quæ Vlysſi acciderunt, scripserit Homerus, patet. Nam, quòd plagam acceperit ab apro in Parnaso, quodq. insaniam simularit, ne cogeretur Troiam proficisci, alterum quidem vno tantum atq. altero versu exposuit, alterum prorsus siluit. De simu-

» latione insaniæ legitur apud Philostratum in Palamede, vbi ait. «τὸ δὲ λόγον, ὃν πολλοῖς
» τῶν ποιητῶν εἰρήκασι, ὡς σχετλιάζοι μὲν ἐπὶ τῷ ζεύγει ἡ ἕλλας, ὀδυσσεὺς δὲ ἰθάκης μανίαν πλάττοιτο, μὴ πρὸς ἀρότρῳ εἴη βοῦν ἵππῳ ξυμβαλών, παλαμήδης τε αὐτὸν ἐλέγξειε τῷ τηλεμάχῳ. οὐ φασὶν ὑγιᾶ εἶναι, προθυμούμενος
» γὰρ δὴ τὸ ὀδυσσέα ἐς αὐλίδα ἐλθεῖν. De hac eadem re Cic. lib. de Off. III. his verbis loquitur.
» Vtile videbatur Vlysſi, vt quidam poëtæ tragici prodiderunt; nam apud Homer. opti
» mum authorem, talis de Vlysſe nulla suspicio est; sed insimulant eum tragœdiæ simu
» latione insaniæ militiam subterfugere voluisse; non honestum Consilium; at vtile (vt
» aliquis fortasse dixerit) regnare, & Ithacæ ociosè viuere cum parentibus, cum vxo-
» re, cum filio. Plutarchus quoque in libro de Audiendis poëtis. his verbis. γράφουσι δὲ
» καὶ πρόξενοι τοὺς ὑποκρινομένους καθάπερ μιμόμαχον τὴν μηδείαν τεκνοκτονίαν, μὴ θεὸν τὴν ὁρᾶσαν μητροκτονίαν,
» μὴ παρρησίαν τὴν ὀδυσσέως προσποίητον μανίαν. Refert his verbis Plutarchus Parrhasium pin
xisse simulatam insaniam Vlysſis, quæ numeratur ab eodem Plutarrcho inter actiones absurdas; non mirum igitur, si de ea Homerus mentionem non fecit. de plaga verò, seu vulnere illato ab apro in monte Parnaso Vlysſi, dum venaretur, meminit Homerus in Odysseà lib. x i x. vbi agnitionem confingit ex cicatrice. sic.

» ὡς ἴλικα γὰρ καλὸν θυμὸν ὀίσατο, μὴ ἐ λαθέσθαι
» νίζε δ' ἄρ' ἆσσον ἰδέσθαι ἄνακτ' ἐῢν, αὐτίκα δ' ἔγνω
» ἀλλὰ, τὸν ποτέ μιν συὸς ἤλασε λευκῷ ὀδόντι,
» παρνησόνδ' ἐλθόντα, μετ' αὐτόλυκόν τε, καὶ υἱας.

» ἀλλὰ ἀνῳρώσαντο, καὶ ἀμφασίη ἔργα γένοιτο

Sed hoc Homerus non ita narrat, quasi proprium in suo poëmate, quodque sibi in primis esset propositum; posset enim vel ex ea vna re, actio vna integra constitui ad poëma scribendum.

» Ὧν οὐδὲν θατέρου γινομένου ἀναγκαῖον ἦν, ἢ εἰκὸς θάτερον γενέσθαι, ἀλλ' ἃ τοῦτ' μίαν
» πρᾶξιν, οἵαν λέγομεν τὴν ὀδύσσειαν, συνέστησαν, ὁμοίως δὲ, καὶ τὴν ἰλιάδα.

» Quorum cum alterum euenerit, minimè necessarium fuit, vel ve-
» risimile, euenisse alterum, quippe qui vnam dumtaxat actionẽ, qua-

lem

» lem dicimus, Odysseam videlicet, itemque Iliadem constituit.

Quæ paulò ante exposita sunt, Duo, quæ acciderunt Vlyssi, adeò diuersa sunt, ac dissimilia, vt cohærere non possint, neque ad talem ordinem redigi; vt secundum verisimile, & secundum necessarium alterum ex altero pendeat. Sed vt facilius intelligantur hæc, nonnulla breuiter mihi sunt explicanda. Aristo. in Rhetoricis ad Theod. lib. 1. quo loco agit de iis, ex quibus constant enthymemata, ait in rebus alia inesse ἐξ ἀνάγκης, alia esse συμβαίνοντα ὡς ἐπιτοπολύ. ex illis duci τὰ σημεῖα, ex his duci τὰ εἰκότα. à signis ideò ἀπὸ τῶν σημείων tunc argumentamur, cum necessario res illa signa consequitur, vt si dicas, lac habet, ergo peperit. A coniecturis (nam sic appello τὰ εἰκότα) tunc argumentamur, cum non necessariò quidem, sed probabiliter res consequitur, vt si dicas. pallet, ergo amat, comptus est, ergo adulter; nam possunt non tantùm ad id, sed etiã ad alia referri; verba Aristotelis sunt hæc lib. 1. Rhet. τῶν δὲ σημείων τὸ μὲν ὅτως ἔχει,
» ὡς τῶν καθέκαστον τι πρὸς τὸ καθόλου, τὸ δὲ ὡς τῶν καθόλου τι πρὸς τὸ κατά μέρος. τούτων δὲ τὸ μὲν ἀναγ
» καῖον τεκμήριον, τὸ δὲ μὴ ἀναγκαῖον ἀνώνυμον ἔστι καὶ τοῦτο τῷ διαφορὰν. ἀναγκαῖα μὲν οὖν τοῦτό. καὶ μὴ
» ἀναγκαῖα. Paulo post ἔστι δὲ τῶν συμείων τὸ μὲν ὡς ὅ καθ' ἕκαστον πρὸς τὸ καθόλου. οἷον. οἷον, εἰ τὶς
» εἴποι σημεῖον εἶναι, ὅτι σοφὸι δίκαιοι, σώκρατης γὰρ καὶ σοφὸς ἦν, καὶ δίκαιος. τὸ δὲ οἷον εἰ τὶς εἴποι σημεῖον
» ὅτι νοσεῖ, πυρέττει γὰρ, ἢ τέτοκεν, ὅτι γάλα ἔχει, ἀναγκαῖον, ὅπερ τῶν σημείων τεκμήριον μόνον ἔστιν. μόνον
» γὰρ, ἂν ἀληθὲς ᾖ, ἄλυτον ἔστι. τὸ δὲ ὡς τὸ καθόλου πρὸς τὸ κατά μέρος ἔχον, οἷον εἰ τὶς εἴποιεν, ὅτι πυρέτ
» τει, σημεῖον εἶναι, πυκνὸν γὰρ ἀναπνεῖ, λυτὸν δὲ καὶ τοῦτο κἂν ἀληθὲς ᾖ, οὐδὲν ἧττον γὰρ καὶ τὸν μὴ πυρέττοντα
» πνεῖν. Appellantur hæc consequentia naturæ à Boëtio in Topicis, quæ necessariò
» consequũtur, hæc verò de quibus in præsentia loquimur, sunt consequentia facti, de quibus idem Boëtius copiosè. Aristoteles igitur in hoc loco, cum loquitur de Vlysse, & iis, quę ipsi acciderunt in Parnaso, & congregatione Ducum, ait considerandum, consequantur ne actiones se mutuo vel secundum necessarium, vel secundum verisimile. Exempli causa. Vergilius actionem hanc, quæ vna est & simplex, sibi proposuit in Aeneide. Aeneas, expugnato Ilio, in Italiam venit ab oraculo monitus, nouam
» quę vrbem condidit. Iam verò æneas tempestate iactatur in Africam, vbi cum Dido
» ne multa colloquitur. Ardet ipsius amore Dido; nec desiderium absentis cum posset ferre, se ipsam perimit; Aeneas in Italiam properat. Actio hæc Africana (vt ita dicam) diuersa est, sed tàm aptè coniungitur cum primaria actione, secundum verisimile, vt videatur omnino ex ipsa pendere. Nam res aut cohærent, aut non cohærent; vel sibi met ipsis facta sunt ὑπάλληλα, vel non sunt. si cohærent, & sunt ὑπάλληλα, id quoque duplici contingit modo, aut necessariò, aut verisimiliter, necessariò quidem, cum ea actio ad eundem respicit finem; ad quem primaria illa; vt ne ad alium quidem detorquere ipsam possit aliquis, etiam si velit. Verisimiliter autem, cum actio aliqua ad aliũ quidem finem non respicit; sed facilè potest detorqueri; vel eiusmodi est, vt cum respiciat quidem aliò, ita tamen constitui potest, vt respiciat ad eundem finem, sicuti patet in superiore exemplo allato ex Vergilii Aeneide. Quòd igitur Vlysses plagam acceperit in Parnaso, insaniamque in collectione Ducum simularit, hæc sanè cohærent, neque sunt ὑπάλληλα. nam prior illa actio alterum respicit finem, posterior alterum, ac plane diuersum, quod cum ita se habeat, alterum ex altero, neque probabiliter, neque necessariò pendet; neque alterum alterum consequitur. Colligimus igitur, cum sint diuersi, ad vnam non posse redigi actionem, quod in Fabula requiritur. Atque hæc est, opinor, sententia Aristotelis, cum ait in contextu; ex his duobus si alterum concedas, ac sumas, non consequitur alterum. neque necessariò, neque probabiliter; ergo diuersa, disiunctaque sunt; si autem taliá fuerint, ex iis vna actio conflari non potest.

» Χρὴ δ' ὥσπερ, καθάπερ ἐν ταῖς ἄλλαις μιμητικαῖς ἡ μία μίμησις, οὕτως ἐστὶν, οὕτω καὶ τὸν μῦ-
» θον, ἐπεὶ πράξεως ἰμιτής ἔστι· μιᾶς τε εἶναι, καὶ ταύτης ὅλης· καὶ τὰ μέρη συνεστάναι τῶν
» πραγμάτων οὕτως, ὥστε μετατιθεμένου τινὸς μέρους, ἢ ἀφαιρουμένου διαφέρεσθαι, καὶ
» κινεῖσθαι τὸ ὅλον, ὃ γὰρ προσὸν, ἢ μὴ προσὸν μηδὲν ποιεῖ ἐμφανὲς, οὐδὲν μόριόν ἐστὶ τοῦτό ἔστι.

» Decet igitur quemadmodum vna vnius imitatio eſt in aliis imita-
» tricibus artibus: ita & fabulam, videlicet, quæ actionis imitatio ſit,
» vnius eiuſdemque integræ eſſe, ſicque rerum inter ſe partes cohære-
» re, vt ne vlla quidem vel transferri, vel ſubtrahi queat, quin totum
» illud varietur. planeque immutetur. Quod enim vel additum, vel ſub
» tractum, totum non immutare videtur, nulla quoque eius erit pars.

Elici poſſunt ex hoc contextu duo concluſa. Primum eſt. Fabulam, quoniam actionis eſt imitatio, vnam tantùm rem, atque actionem, & eam totam, ac integram debere complecti. Alterum eſt, non pertinere ad poëtam, narrare res geſtas, vti geſtæ ſunt, ſed quales fieri debuerint, & potuerint ſecundùm veriſimile, ac neceſſarium. Primum illud concluſum continet quatuor, vnam ſimilitudinem, primo loco poſitam, quæ id magis declarat, quod antè dictum fuit; Deindé præceptum, quod ſpectat ad conſtitutionem, & coniunctionem rerum, ac partium omnium ipſius fabulæ, tertio loco alterum præceptum, de non tranſponẽdis, & non auferendis partibus, ex quo colligitur quoque, qualis debeat eſſe partiũ fabulæ conſtitutio; Poſtremò quid requiratur in aliquo, vt vocetur pars, ſeu particula; Quatuor igitur hæc ſigillatim explicanda ſunt, ac primum ſimilitudo ita ſeſe habet; queadmodum in aliis artibus, quæ imitantur videmus exprimi vnam tantum, ac ſimplicem vnius rei imitationẽ; ſic in fabula ineſſe oportet vnius tantum rei, & integræ imitationem. Alias artes imitatrices, (ſic enim ait Ariſtoteles οἱ ἄλλαι μιμητικαῖαι.) puto intelligi, artem pingendi, ſculpendi, ſaltãdi, Figlinam quoque ipſam, & hiſtrionicam, & eam quæ per harmoniam imitatur; et ſi Saltatoria, Hiſtrionica, & Muſice, quæ harmoniam continet, poëticæ facultati ſubſeruiunt, Pictores ſuis in imaginibus vnam tantùm exprimunt actionem, quia imitationem facit ſuis coloribus, ſenſuſque prorſus omnis expertem. vtpotè. Aiacis ſeipſum perimentis. Antigones eiulantis, Herculis ferientis Cacum, aut hydram. Poëtę quoque in conſtitutione fabulę vnam tantùm imitari debent actionem, ſed obiiciat ſe hoc loco mihi aliquis, dicatque, ſimilitudinem hanc nõ ſatis eſſe aptã, quòd pictura, etiam in vna actione, non poteſt efficere id, quod efficit poëma. multò enim plura explicantur in poëmate, quàm in pictura; fatendum quidem eſt, hoc eſſe veriſimũ. nam pictura præſefert vnam tantum motionem, quæ eſt particula exigua totius actionis, in qua plures motiones neceſſariò inſint oportet; certamẽ Herculis cum Hydra varium eſt, & multiplex, multasque habet motiones vtriuſque; pictor tamen vnam tantum exprimit, vtpotè Herculem attollentem clauam, Hydram inſurgentem in Herculem; Sed hoc conueniunt ſimilitudines hæ inter picturam, & poëſin, quòd vtraque vnam exprimit actionem. quamuis exactius, & prolixius, hæc, imitetur ſingula; Verum & hoc aliquo modo fortaſſe efficere poſsit pictura, ſi ſingulæ actionis partes, ac ſingulæ motiones ſeparatim coloribus effingantur. De ſimilitudine autem hæc hactenus dicta ſint, Conſequitur præceptum, in quo agitur de conſtitutione, ſeu connexione rerum, ac partium omnium fabulæ; eſt autem huiuſmodi, pendetque ex ſuperioribus. Quoniam vna & integra oportet vt ſit fabula; debẽt quoque partes omnes inter ſe cohærere: Fabula eſt ὅλη ideſt tota. Totum autem eſt id, quod habet principium, medium, & finem; oportet igitur vt iis omnibus conſtet fabula, & quoniã illa tria mutuò inter ſe connexa ſunt (nam ex principio pendet finis, & ex vtroque medium) facilè vnuſquisque perſpicere poteſt; arctam quandam connexionem partium eſſe oportere: explicanda igitur paulò poſt eſt nobis neceſſariò tota hæc connexio, copulatioque qualis eſſe debeat. Alterũ præceptum agit de tranſpoſitione, & ablatione partium, ſic autem ſeſe habet. Ita omnes fabulæ partes cohærere oportet, vt nulla ipſarũ tranſponi, aut auferri poſsit, quin totam corrumpi, ſolui que, ac mutari fabulam ſtatim videamus. μετάθεσις, ſeu tranſpoſitio, fit quotieſcunque mutatur locus in collocatione, & ordine partium. Ablatio ſeu ἀφαίρεσις eſt, quotieſcunque aufertur pars, & totum illud, ablata parte, imminuitur, mancumque remanet,

© SCD - Université de Poitiers

manet. neque ſanè aliter vſurparunt has appellationes in ſuis figuris declarandis Grammatici, quæ ſunt in dictionibus poſitæ. Sciendum omne, quod totum eſt, quatenus tanquam cohærens, coniunctumque conſideratur, duobus his tantùm modis commutari, ac corrumpi poſſe, ita vt poſtea eandem non præſeferat formam; Fabula igitur, quoniam eſt quiddam totũ, atque integrum, vt ſæpè diximus, quod ſimul cohæret ex multis partibus compactum, non alio modo, quàm aut tranſpoſitione, aut ablatione immutari poteſt, variaque fieri; quamobrem cauendum eſt, ne talis ſit fabulæ conſtitutio, vt in ea poſsit aliquid tranſponi, atque auferri, ſine detrimento, & cõmutatione totius. Nam ſi fieri poterit, ſeu tranſpoſitio, ſeu ablatio partium, ſine detrimento totius, fabula illa non fuerit benè conſtituta; atque hæc eſt certa ratio fabularum conſtitutionis diiudicandæ. Si enim tranſponi, aut auferri pars vlla non poterit, quin tota labefactetur fabula; mancaque ſit; fuerit fabula tunc optimè conſtituta. Hoc igitur veluti ſignum quoddam eſto, ex quo rectè, vel perperàm conſtitutam fabulam cognoſcamus. Verùm oritur hoc loco dubitatio non leuis; quam paucis expono. Fabulas conſtat omnes, ſeu Tragicæ, ſeu Epicæ, ſeu Comicæ fuerint, recipere Epiſodia; at Epiſodia extrinſecus deſumuntur, nam ſunt (vt paulò poſt exponemus ex Suida) πράγματα ἐξαγώνια, ideſt præter rem, de qua agitur; patet igitur Epiſodia poſſe tolli ſine detrimẽto, & mutatione fabulæ. Epiſodia apud Vergilium in Aeneide hæc
» ſunt; Aeneam diuertere apud Didonem; Explicare Ilii expugnationem; Amore capi
» illius Didonem; & præ impatientia doloris ſeipſam perimere; loqui Aeneam cũ Heleno; ad Elyſios campos deſcendere per inferorum loca vt nepotes recenſeat, colloquens cum Anchiſe patre. Quòd ſi ex poëmate Vergilii, tollas vnum, aut alterum ex
» his, non imminuetur tamen totum. Totum appello actionem primariam, quæ propoſita eſt poëtæ. ea autem eſt hæc. Aeneas profugus poſt multas iactationes, ac
» naufragia in Italiam venit Oraculo monitus, nouamque vrbem condit. Quarè ſi hæc ita ſeſe habẽt, videntur omnino aduerſari ſententiæ Ariſtotelis, neque ipſa ſatis fuerit vera, aut firma. Sed ita prorſus reſpondendũ, omnisque dubitatio tollenda; Epiſodia quidẽ narrationes ſunt præter rem, de qua agitur, & ante quàm cum actione coniungantur primaria (coniunguntur aũt ſecundum veriſimile) aliò reſpiciũt; verùm, poſtquàm connexa fuerunt cum actione, neceſſe eſt, vt eódem reſpiciant, quò reſpicit ipſa actio primaria; & cum ea ita ſint coniuncta, vt iam ſeparari non poſsint, quin totus fabulæ ordo interrumpatur; ac perturbetur. Conſequitur quartum illud præceptum, quod priore concluſo continebatur; quid ſcilicet requiratur, vt aliquid debeat alterius appellari pars. requiruntur autem duo. vt additum cum fuerit, perſpiciant homines, rem illam, cui illud acceſſerit, magis auctam: deinde, vt ſublatum cum fuerit, cognoſcant, rem illam, vnde fuerit illud ſublatum, non eſſe integram. Hammonius in Cõm. ſuis εἰσ τὰς δέκα κατηγορίας Ariſtotelis, vbi differit, an Logice ſit pars, vel inſtrumentum philoſophiæ; hæc attribuit parti, quæ efficiunt, vt pars appelletur. τῷ μὲν γὰρ μέρει ὑπάρχει τὸ δι' ἑαυτὸ γεγονέναι, καὶ μὴ δι' ἄλλο. Idem paulò poſt. ἐπὶ δὲ τῶν μέρους τινὸς αὐτοῦ ὑλικοῦ ἔχει, καὶ τὸ αὐτὸ τέλος τῷ ὅλῳ. paulò poſt. ἓν τὸ μέρος σωζόμενον μετὰ τῶν ἄλλων
» μερῶν συμπληροῖ τὸ ὅλον, ἀφαιρούμενον δὲ κολοβοῖ. poſtremum hoc valde pertinet ad locũ hunc
» Ariſtotelis, ſicuti patet, explicandum; eadem ferè recitat Alexãder in Cõm. in libros προτέρων ἀναλυτικῶν. quæ ego prætermitto, ne longior ſim. Iàm verò ſi aliqua pars cohæreat, coniunctaque ſit cum toto, & eiuſdem ſit generis, patet, ea ſublata, totum illud imminui, mancũque apparere. Nec alia ratione adductus ab hinc aliquot annos Franciſcus Campanus Collenſis, verſus illos, in quibus Vergilius lib. II. Aeneid. facit iraſcẽtem Helenã, in priſtinam ſedem reduxit; ſi enim vti Critici leui de cauſa exiſtimarũt, amoti fuerint ſuo loco verſus illi, multa erunt manca in toto poëmate, ſicuti vir ille ſummus copioſè in ſua diſputatione, quam edidit, demõſtrat; ac niſi importuna morte nobis fuiſſet ereptus, multò ſanè plura haberemus, quibus doctè explicata fuiſſent omnia, quæ ad artificium tàm præclari poëtæ ſpectant, (nam multa reliquit, vt audio, inchoata) quicquid enim ocii illi, è maximis occupationibus ereptum, ſupererat, ad ſcribendum aliquid conferebat, cum eſſet Græcarum, Latinarumque literarum,

© SCD - Université de Poitiers

omniumque bonarum disciplinarũ peritissimus: nam à pueritia ipsa apud Principes Mediceæ familiæ (quam honoris causa nomino) altus, atque educatus; illis semper, in maximis rebus agendis, consilio, & opera præstò fuit; ac postremò ALEXANDRO, COSMOQVE illustrissimis, maximisque Florentinorum Ducibus, talem se præbuit in omnibus rebus agendis, vt cùm difficillimis temporibus, sæpè sapientissimis Ducibus virtutem, prudentiamque suam singularem probasset, iis charissimus semper vixerit; postremoque moriens COSMO maximum sui desiderium reliquerit. Verùm de his hactenus. non possum enim tàm breui spatio, præterque institutum sermonem, tanti viri laudes complecti, & illius summa plurimaque erga me beneficia prædicare; satis igitur erit in præsentia doctissimi viri disputatione sententiã, nostram in Aristotelis hoc loco explicando confirmasse. Alterum conclusum, seu præceptum, quod elicitur ab Aristotele ex superius dictis, est, quod consequentis contextus verbis explicatur.

» Φανερὸν δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων, μὴ ὅπου δ' τὰ γινόμενα λέγειν, ἔστιν ποιητὴν ὄντα ἢ οὐ. ἀλλ' οἷα ἂν γένοιτο, καὶ τὰ δυνατὰ κατὰ τὸ εἰκὸς, ἢ δ' ἀναγκαῖον.

» Sanè constat ex supradictis, non poëtæ esse, facta ipsa propria narra
» re: sed quemadmodum vel geri quiuerint, vel verisimile, vel omnino
» necessarium fuerit.

» Sed apertius sic potuissent verti. Et poëtæ non esse proprium narrare res gestas, sed
» quales fieri oportet, aut possibile est, secundum verisimile; vel necessarium. Præceptum hoc, quod secundum est, elicitur ex eo, quod est antè dictum; Poëtas qui Heracleida, & Theseida scripserunt, recensentes omnes res gestas Herculis, & Thesei, esse reprehendendos, quia poësis vnam tantum imitari debet actionem, non plures, ac diuersas inter se. Si igitur poëta non debet narrare res gestas eo modo; consequitur, debere illum narrare, vt geri debuerint, vel potuerint. Sed oritur hoc loco dubitatio huiusmodi. Dictum est paulò antè, oportere poëtam vnam tantum sumere actionem, ex qua totum suum conficiat poëma; nunc verò ait Aristoteles, poëtam non narrare res factas, vti factę sunt, sed vt debuerint, potuerintue fieri; hoc verò aduersatur priori præceptioni, & dicto Aristotelis; nam si poëta vnam arripit alicuius actionem, eam esse veram necesse est. Exempli gratia. Vlyssem decem annos post profectionem à Troia errasse, antequàm Ithacam appelleret, narrat Homerus. Vergilius quoq. illum imitatus; AEneam post multas iactationes in Italiam peruenisse. Iam verò si debet poëta rem narrare, nõ vt fuerit gesta, sed vt geri potuerit, aut debuerit, patet hæc esse repugnantia. Sed respondendum putarim, Poësin, cum sit multiplex; videlicet, Comica, Iambica, Tragica, Epica; aliquam harum, totum id, quod scribit, comminisci, & nomina personis omnibus imponere. Quòd si nomina confinguntur, quæ personis sunt imponenda; patet personas etiam ipsam confingi. Quòd si personæ confinguntur, etiam res, & actiones; faciunt autem hoc comica, & iambica poësis, nam ex verisimili nomina imponentes, personas faciunt loquentes in suis narrationibus. Aliqua verò harum non totum comminiscitur, sicuti poësis epica, & tragica, nam vtraque ex his veram retinet aliquam actionem; & nomina igitur vera vt consequantur necesse est, vt paulò antè diximus, & suo loco copiosius declarabimus, quamuis autem ipsam actionem non comminiscatur epopœia, neque tragœdia; reliqua tamen, idest episodia omnia pro arbitratu comminiscitur, secundum verisimile. Cum igitur in iambica, & comica poësi prorsus omnia fingantur; & cum in epica, & tragica quoque maxima pars fingatur, præclarè, vereque est ab Aristotele dictum, poëtam non narrare res gestas, vt gestæ sunt, sed vt geri debuerint. Hæc apertius declarat Aristoteles in iis, quæ consequuntur; innuit enim proprium esse poëtæ, vel arripere actionem veram; vel confingere, quòd si arripit veram actionem, non tamen narrat, vt fuerit gesta, sed vt geri potuerit, vel debuerit. Quòd si confingit ipse; debet confingere secundum possibile (sic enim libet appellare τὸ δυνατὸν) aut necessarium, aut probabile, & verisimile;

© SCD - Université de Poitiers

verisimile;quamuis fortasse ex necessario nihil fingatur,ex eo enim pendent actiones veræ. Est aliud quiddam diligenter considerandum in contextu, cum ait Aristoteles, καὶ τὸ δυνατὸν κατὰ τὸ εἰκὸς, ἢ τὸ ἀναγκαῖον. Poëta debet omnia narrare, sicuti fieri potuerint,vel debuerint,patet igitur poëtam non insistere veritati,nam si eo narrat modo, confingat ex se ipso necesse est;sicuti Xenophon olim in Cyro rege describendo,non qualis fuit,sed qualis esse potuit,vel debuit optimus Rex.quam rationem in suo Oratore describendo secutus est Cicero ; Platonem imitatus, qui & ipse eodem modo rempub.expressit suam.Elici igitur ex his potest,poëtam fingere præter id, quod est; verùm si poëta hoc facit;ea tamen lege facere debet,vt narret tantùm τὰ δυνατὰ idest quæ fieri possunt. Adnotandum igitur in primis præceptum illud,quod ex hoc loco elicitur;Poëtam mentiri quidem & fingere,sed κατὰ τὸ δυνατόν.Duplex est autem norma veluti quædam ,qua metimur,ac diiudicamus τὰ δυνατὰ. vel κατὰ τὸ εἰκὸς, vel κατὰ τὸ ἀναγκαῖον;nam possibilia, si sunt, aut sunt necessaria, aut probabilia;rursus quoque è contrario , Necessaria sunt possibilia;& probabilia quoque sunt possibilia, sicuti patere potest in his exemplis. Necesse est me semel mori , Ergo possibile est me mori . Probabile est aliquem pallescere propter amorem,ergo possibile est aliquem pallescere propter amorem , omne igitur probabile est possibile , & omne possibile est probabile. Sed hæc non ἀντιστρέφουσιν. nam omne necessarium est possibile, sed non omne possibile est necessarium. Hæc omnia optimè nosse, ac diiudicare oportet poëtas,siquid aliquando confingunt; non secus ac Dialectici,quibus inseruiens Aristoteles in libro τῶν ἑρμηνείας hæc omnia diligenter declarauit;vt aptius possent conclusiones conficere veras,falsasque internoscere. Sed oritur alia dubitatio hoc loco, Cum Aristoteles dicat poëtam à veritate discedere , hac tamen lege , vt nihil fingat, præter possibile , necessarium , & verisimile;videtur hoc Aristotelis dictum non esse verum;& ostendi potest multis rationibus,atque exemplis. Homerus,cæterique poëtæ scribunt Deos vesci ambrosia,et potare nectar.Deos vulnerari,vt Venerem.Deos inter homines versari . Patere ad inferos descensum,vt apud Vergilium. Esse Cyclópas,esse Sirenas.Loqui Nebulas,vt apud Aristophanẽ.Cerberũ esse tricipitẽ,vt apud Vergiliũ A Circe cõuerti,mutarique homines in varias formas ferarũ;vt apud Homerum.Respõdeo igitur duplici modo fingere,& mentiri poëtas,aut in rebus secundũ naturã,aut in rebus præter naturã.Si in rebus præter naturã,id quoq. duplici modo; aut in iis rebus,quæ receptæ iam sunt in opinionẽ vulgi , aut in rebus nõ antè vnquã auditis,aut narratis ab alio.Si id fiat secundũ naturã.hoc est in omniũ qui scribũt, voluntate,arbitrioque positum;modo seruetur illud τὸ εἰκὸς,& ἀναγκαῖον. Si præter naturam fiat,hoc nõ est cuiusuis;neque licet omnino,sed ex paralogismo tantùm figmenta deducere,Ex paralogismo autem in primis deducuntur , quotiescunque falsa pro veris sumuntur,quod declarabimus postea copiosè. Atque vt insistam superioribus exemplis . Si Dii vescuntur ambrosia , potantque nectar , hoc quidem est præter naturam,sed ex paralogismo ductum, quia ita receptum est in opinionem vulgi. Deos quoque vulnerari , & colloqui cum hominibus ; quoniam omnia humana diis fuerant olim attributa ; & ideo Cicero libr.primo Tusc. quæstionum , accusat Homerum,qui humana ad Deos transtulit : Mallem(inquit)diuina ad nos.Reliqua quoque
» eodem modo omnia sese habent.Quamuis tragœdia , & comœdia non admittant ea, quæ huiusmodi sunt , etiam si fuerint opinione hominum confirmata , ideo dictum est ab Horatio in Poëtic. Aut in auem Progne vertatur;Cadmus in anguem.;
» Quodcunque ostendis mihi sic ; incredulus odi;Ratio verò hæc afferri potest, quia
» in tragœdia , & comœdia imitatio est hominum agentium aliquid secundum naturam;Epopœia aliqua admittit, quale illud , quod narratur de Circe,de Sirenibus,de Cyclopibus;tragœdia hæc non recipit , quia non διὰ πραγματείαν idest annunciationem fit,sicuti Epopœia, in annũciatione autem,multa quàmlibet θαυμασὰ, & præter fidem hominum possunt narrari , quæ alioqui agi ab agentibus coràm spectantibus non possunt in scena. Eodem modo hæc se habent in comœdia , quamuis comœdia , nec ea quidem admittat,quæ admittit tragœdia;quales sunt,collocutiones cum Dijs, vel

© SCD - Université de Poitiers

ἐκ μηχανῆς vel alio modo habitas, loquor autem de comœdia, quæ noua appellata fuit; nam vetus recipiebat ea omnia; quòd si quis quærat, cur noua non admittat, respondendum putarim, comœdiam nouam reiecisse omnia figmenta, & exprimere cœpisse tantum viles hominum actiones. Epopœia igitur plura recipit, quàm tragœdia; & tragœdia plura, quàm comœdia, nam comœdia prorsus nullum recipit figmentum, præter τὸ ἀναγκαῖον & εἰκὸς. Sed vt redeam ad priora; loqui nebulas figmentum est quidem apud Aristophanem pręter naturam, receptum tamen, quia tanquàm Deas ipsas in Socratica comœdia loquentes facit; Dii enim Deęque loquentes visebantur in vetere comœdia; & sic non videri debet absurdum. Ex iis, quæ dicta sunt hactenus, patet Vergilium non satis posse excusari; quòd virgulta enasci, ac efflorescere dixit ex cadauere Polydori, quod sensu præditum nõ est. quodque narrauit nonnulla de ramo aureo, quæ veritati non sunt consentanea; Etsi allusisse volunt nonnulli Vergilium ad hastam Romuli, quę dicitur in Albano monte frondu isse & floruisse. De ramo aureo affert nonnulla ex veterum scientia Petrus Crinitus libro Decimo capite Sexto; sed satis mihi frigere videntur; neque poëtam possunt satis excusare. Multò minus videtur recipere excusationem posse, quod est dictum, de conuersione, ac mutatione nauium in nymphas. Seruius doctus interpres, tùm hæc, tùm illa errata poëtæ animaduertit aliquantum libro Tertio & Nono Aeneidos. sicuti videre quilibet potest. Iam patet opinor, quomodo confingant aliquid præter veritatem poëtæ, & quid cuique liceat, & non liceat, quomodoque singula sint diiudicanda. Vnum reliquum est, quod explicemus, quomodo aliqua ex figmentis habeantur pro receptis, vt ex iis possit fieri paralogismus. Cum dictum sit Epopœiam recipere figmenta poëtica præter τὸ ἀδύνατον, declaratumque fuerit id fieri per paralogismum, cum scilicet aliquid iam receptũ est in opinione vulgi; consequitur, vt etiã declaremus, quomodo hæc vulgi opinio confirmarit. Triplex fuit olim philosophandi; docendique ratio, qua veteres vsi fuerunt; Primùm enim nominibus Deorũ Dearũq. appellationibus omnia inuoluerunt; Affinitatemque inter ipsos constituerunt, qualis inter elementa ipsa, resque naturales cernitur; hinc Saturnus Iouis pater dictus, Hinc Rhea Saturni vxor. Iuno coniunx, sororque Iouis. Minerua è capite Iouis prognata; Saturnus vorare filios, Venus è mari orta dicta fuit; Sicque tota extitit illa veterum θεογονία, qualis explicatur ab Hesiodo. Philosophi quoque, cum perturbationes, affectionesque animi declarare vellẽt, Cocyti, Tartari; Phlegetontis, Letheſque nomina excogitarunt. Aristoteles in libro de Animalium motione versus Homeri recitans, in quibus Iupiter ait, se tantam habere firmitudinem, vt quamuis in ipsum omnes ruant Dii, & cœlo trudere conentur, non possint tameń; inquit, quod enim immobile est in nullo moueri potest, cœli igitur structuram dissolui non posse, quia ex immobili pendet principio. Idem Aristoteles libr. μετεώρων secundo reprehendit Socratis sententiam in Phædone, existimabat enim ille Tartarum locum sub imo positum, aquarum esse principium ac fontem omnium, sed contingeret, inquit Aristoteles, si id verum esset, ἀνωρεῖν τὸ ποτα μὸσ. Sed si diligenter, equoque animo consideres quale fuerit Socratis dictum, qualique vteretur philosophandi ratione, prorsus non reprehendendum putes, nam per Tartarum intimas terrę partes intellexit, è quibus scatent aquæ, atque emanant; Verũ planè Aristoteles studuit totum hoc philosophandi genus tollere; primusque cœpit proprietate nominum vti; vt ne metaphoram quidem vllam pati posit in sermone philosophorum; Idem Aristoteles eodem libro, vbi loquitur de tonitru, & coruscatione, ait à nonnullis Vulcani, Vestęque risum vocari; ab aliis vtriusque minas dici. Vsurpauit nimirum eo loco Aristoteles veterum philosophorum dictum ex eo philosophandi genere sumptum. Vulgus hominum itaque Deos Deasque innumerabiles colebat ea ratione introductas à philosophis; philosophi tamẽ, doctique viri, quid per ea nomina in disputationibus philosophiæ esset intelligendum, optimè callebant. Hinc Cicero libro primo Tusc. quæst. An tu hæc portenta inferorum esse credis? & alia quam plurima in libris de natura deorum explicat, ex quibus patet, quod volumus. Altera philosophandi ratio fuit numeris inuoluta; perque figuras geometri-

cas

eas tradita;quali vſus fuit Pythagoras,quiéque eum ſecuti ſunt;Eius philoſophiæ veſtigia extant apud Platonem in Timæo, & Proclum Platonis interpretem. Tertia ratio,moduſque philoſophandi fuit,quali vſus eſt Ariſtoteles,propriis verbis,apertiſque rem demonſtrantibus. Declarat hoc Simplicius in proœmio libri τῆς κατηγορίων. his verbis διτῶν δὲ ὄσων ἀναγέλασε εἰσ πίστιν, τῶν μὲν ἀρχὴ νοῦ, τῶν δὲ ἀρχὴ αἰσθήσεως, τοῖσ μετ' αἰσθήσεωσ ζῶσι διαλεγόμενοσ τὰς ἀρχὰς τῶν αἰσθήσεωσ προλαμβάνει. Paulò poſt. ὁ μὲν ὁδὲ μύθοισ ὁδὲ συμβολικοῖσ αἰνίγμασιν, ὡσ τῆς πρὸ αὐτοῦ λύσεωσ, Ἀριστέλησ ἐχρήσατο, ἀλλ' αὐτὴ παντὸσ ἄλλου περιπατήσματοσ τὴν ἀσάφειαν προελόμενοσ. Nec tamen crediderim veteres alia ratione, aut numeris, aut appellationibus Deorum Philoſophiam inuoluiſſe, quàm, vt ne paſsim, ea tanquam arcana, etiam rudibus, ac prophanis hominibus innoteſcerent; religionem enim ſibi maximã ac ſanctitatẽ in tractatione rerũ philoſophicarum proponebant: quod idem Simplicius ibidem declarat his verbis τῆς γὰρ παλαιοτέρων νομιζόντων μὴ δεῖν καὶ τοῖσ σκυτοτόμοισ τὴν ἑαυτῆς σοφίαν προβάλλειν εἰσ πάντεργον ἀναλίσκειν δεῖ τὴν προφασιμολίαν σοφιάσειαν, οἱ μὲν μύθοισ, οἱ δὲ συμβόλοισ αὐτὴν ἀπέκρυψαν ὡσ οὐ τοῖσ παρατυχοῦσι τὰ ἀπόρρητα τῆς ἱερᾶς. Cum igitur animis hominum vulgò inſita eſſet opinio de Diis, inferiſque ex appellatione nominum excogitata à philoſophis, vt commodius de quauis re differere poſſent; poëtæ narrationes ſuas inde ſumpſerunt; & ſic paralogiſmo vti cœperunt, poſtquam illa opinione hominum confirmata fuere; Verum de hac re ſatis; nunc perſequor reliqua.

„ ὁ γὰρ ἱστορικὸσ, καὶ ὁ ποιητὴσ οὐ τῷ ἢ ἔμμετρα λέγειν, ἢ ἄμετρα διαφέρουσιν· εἴη γὰρ ἂν
„ τὰ Ἡροδότου, εἰσ μέτρα τεθέντα, καὶ οὐδὲν ἧττον ἂν εἴη ἱστορία τισ μετὰ μέτρου, ἢ ἄνευ μέτρων.
„ ἀλλὰ τῷδε διαφέρει τῷ, τὸν μὲν τὰ γενόμενα λέγειν. τὸν δὲ, οἷα, ἂν γένοιτο. διὸ καὶ φιλοσοφώτερον, καὶ σπουδαιότερον ποίησισ ἱστορίασ ἐστίν.

„ Haud enim hiſtoricum, atque poëtam carmen, & ſoluta oratio
„ deſignant. Quippe (quod alioqui facilè factu ſit) ſi Herodoti hiſtoria
„ carminibus pangatur; æque nihilominus, ac prius ſine carmine, erit
„ hiſtoria: ſed hoc differunt, quòd hic quidẽ res geſtas, ille vt geri potue
„ runt, exponit. quo fit, vt ſapientius atq. præſtantius poëſis hiſtoria ſit:

Hæc ego ſic aptius, dilucidiusque verterem. Hiſtoricus enim, & poëta non propter
„ hoc inter ſe differunt, quòd vel metrica, vel non metrica proferant; liceret enim He-
„ rodoti ſcripta ad metrum redigere, & nihilò tamen minus hiſtoria fuerit metro in-
„ cluſa, quàm metro carens, quare fit, vt magis philoſophicum quiddam, & graue ſit
„ poëſis, quàm hiſtoria, quia illa circa vniuerſale plurimũ verſatur, hęc circa particulare Cõiunguntur hæc cũ ſuperioribus. ſic. Poëtæ nõ eſt propriũ narrare res geſtas, ſed vt fieri debuerint, atque poſsibilia fuerint ſecundum veriſimile, aut neceſſariũ. Duo enim (vt antè dictum eſt) efficere debet poëta, vel narrare actionem veram, nõ quidem, vt acta fuerit, ſed vt agi debuerit; vel eam confingere ſecundum poſsibile neceſſarium, aut poſsibile probabile. nam ſi proprium eſſet poëtæ narrare res geſtas, non ſatis perſpiceremus, quid differret hiſtoricus à poëta; quoniam etiam hiſtoricus narrat res geſtas. Explicatur igitur vtrumque, & quid ſit proprium poëtæ, quidque ſit proprium hiſtorici. ſic enim facilius cognoſci poteſt, quantum interſit inter officium poëtæ, & hiſtorici. Proprium Hiſtorici eſt narrare res geſtas, vt geſtæ fuerint. Proprium Poëtæ eſt narrare res, vt geri debuerint; ſi non confingit; quod ſi confingit; vt geri potuerint, ſecundum probabile, aut veriſimile. In altero prorſus Poëta eſt diſsimilis Hiſtorico; nam nihil confingit Hiſtoricus. In altero videtur poëta aliquantum ſimilis eſſe hiſtorico, nam quatenus poëta non confingit, ſed vnam explicat aliquam actionẽ veram, hoc habet commune cum hiſtorico. Quòd ſiquis obiiciat ſe mihi, dicatque hiſtoricum non vnam actionem narrare, ſed plures, vti antè declarauimus; reſpondeo, verum quidem id eſſe, ſed aliquando etiam aliquem hiſtoricum vnã explicare actionem; vt Saluſtius Catilinæ coniurationem; habet igitur hoc commune cum hiſtorico poëta, & ſi non prorſus (vt idem ait Ariſtoteles) nam in actione narranda, quæ vera ſit, nihil immutat hiſtoricus, ſed id tantùm narrat, quod factum eſt, Poëta autem

© SCD - Université de Poitiers

actionẽ mutat,auget,minuit,exornat,amplificat,narrat demum potius,vt agi debuerit,quàm vt acta fuerit. Sed oritur hoc loco maxima dubitatio. M. Cicero lib. II. de Orat.ostendit multis rationibus pertinere ad oratorẽ cõscribere historiã,quod quidem verum videtur esse,tùm propter ornatum dicendi genus,et elocutionem politã, ac nitidam;tùm propter probabilia,ac verisimilia,quæ historicus quoque,sicuti orator,arripit. Aristoteles autem hoc in loco ait,historicum narrare res gestas, vt gestæ fuerint; Poëtam verò,vt geri debuerint.repugnant igitur sibi Ciceronis,& Aristotelis sententiæ;aut si verum est, quod asserit Aristoteles tantùm; consequitur in Ciceronis dicto quiddam maximè absurdum:vt ad historicum pertineat probabiliter,non verè rem narrare.quod tamen est contra historiæ legem. Sin autem verum est,quod affirmat Cicero;Aristoteles non videbitur rectè distinxisse hoc loco historicum à poëta;nam si historicus quoque res narrat,vt debuerint geri (quod ait Aristo.proprium esse poëtæ) non video, quid reliquum habeat poëta, quod ipsius proprium dici possit,ac peculiare.Respondendum puto,Historicum duo in suis narrationibus explicare;res gestas,dictaque,& orationem,seu sermones hominum.In rebus gestis narrandis nihil debet immutare Historicus.sed prorsus ita narrare.vti gestæ fuerunt;Quatenus autem homines diuersorum morum,ac nationum facit loquentes,potest eos pro suo arbitratu effingere secundum probabile,ac verisimile;non quidem vt locuti fuerint,sed vt loqui debuerint. Hinc patet,totum fermè artificium historiæ in sermonibus exprimendis esse positum.neque profectò vlla in re magis desudarunt antiqui historici,quàm in sermonibus, concionibusque effingendis, quod licet intueri apud Thucydidem,Dionysium Halicar.Herodotũ; Liuium, Salu.eas quòd omisit Cæsar, ideò cõmentarios dixit se scribere,qui tamen Ciceroni adeò videntur vberes, vt non reliquerint locum aliis,si qui interpositis,oratorio more, concionibus,voluissent amplificare, & exornare, atque ex illis historiam describere.Cum igitur omne ferè artificium scribendæ historiæ in dictis,sermonibus hominum, concionibusque effingendis versetur;planè patet Ciceronem ingeniosè id protulisse, quod superius est dictũ; rursus Aristotelem,cum res gestas sentiret esse narrandas,vti gestæ sunt,neque de fictis concionibus loqueretur,rectè sensisse.Verúm redeo ad rem,Postquàm Aristoteles declarauit,quid sit poëtæ, & historici proprium;refellit vulgi opinionem; Existimant enim vulgò homines;id omne appellari poëma, quod metris est contextũ.probat verò Aristoteles secus esse, sic.Herodotus historicus censetur,quia res gestas scripsit,vti gestæ fuerunt,Si igitur Herodoti scripta redigas ad metrorum normam, nihilò minus erit historia,quia res non erunt immutatæ;neque vlla imitatio inerit,nec vlla poëtices facultatis vis ac proprietas.Superius quiddam simile de Empedocle dictũ fuit,qui,etiam si metro scripsit,quòd tamen sine imitatione,quæ propria est poëtarũ, scripsit,non est censendus poëta.Existit igitur hoc loco dubitatio,An metra efficiant, vt aliquis poëta dicatur,nec ne.respondeo breuiter; nequaquàm.nam metra non pertinent ad naturam,vim, et essentiam poëseos;sed imitatio potius ipsa,ex qua tota poëseos vis pendet; Rursus oritur alia dubitatio,nam quæri potest etiã;an imitatio sine metro efficiat poësin;declaratum est quidem antè Dialogos, quoniam imitantur censeri ab Aristotele nomine poëseos, eius,quæ vocatur Epopœia.& sanè maximam habet vim imitatio, cum metra ne tantillam quidem potestatem huius rei efficiendę habeant,Sciendum tamen poësin ex duobus propriè conflari debere;ex imitatione scilicet,& metro,Si dicas igitur, Metrum efficere poësin; refelli quidem, ac negari id potest;nam imitatio hoc efficit;si rursus asseras,imitationem efficere poësin, hoc quidẽ verum fuerit, nam est aliqua poësis,quæ caret metro , & imitatione tantum constat. Sed verius, magisque propriè appellatur poësis, quæ & imitatione,& metro conflata fuerit.Colligo igitur sic.poësis aliquando est tanquàm quoddam simplex;aliquando, tanquàm quoddam compositum,seu conflatum dicere malis (aggregatum vulgò vocant.) Si simplex, ex imitatione,non ex metro;nam imitatio separatim poësin constituit;sed non metrum.maxima enim vis ipsius est in imitatione. Si conflatum quiddã compositumque fuerit;ex vtroque, imitatione scilicet,& metro conflanda erit.Marcellinus

cellinus in Thucydide, vbi refellit nonnullos, qui Thucydidem ideò censebant debere poëtam vocari, quòd vsus esset multis dictionibus, ac metaphoris poëticis; ait poëtam non esse appellandum, quia metro non est vsus; Verba illius hæc sunt; δῆ γε δὴ τὸ ὑψηλὸν ὁ θουκυδίδης, καὶ ποιητικῶς πολλάκις ἐχρήσατο λέξεσι, καὶ μεταφοραῖς ἴσως. τοὺς δὲ πάσης συγγραφῆς ἐτόλμησεν ἴσως ἀποφήνασθαι, ὅτι αὐτὸ τὸ εἶδος τῆς συγγραφῆς, οὐκ ἔστι ῥητορικῆς, ἀλλὰ ποιητικῆς, καὶ ὅτι μὲν οὐκ ἔστι ποιητικῆς ἅπαν ἐξ ὧν ἐχρήσατο μέτρῳ ἴσως, εἰ δὲ ἴσον ἡμῖν ἀντείποι, ὅτι οὐ πάντως ὁ πεζὸς λόγος ῥητορικῆς ἔστιν, ὥσπερ οὐδὲ τὰ πλάτωνος, λεγόμενα ὅτι ἡ συγγραφὴ πεφαλαίοις διαιρεῖται. & quæ sequuntur; postrema hæc verba adnotanda, in quibus innuit Platonis dialogos, quòd imitarentur connumeratos inter poëmata, de qua re nos superius copiose. sed redeo ad rem. Ex superius autem omnibus, quæ hactenus exposita fuerunt deducitur ab Aristotele conclusio hæc, quæ continetur his verbis. διὸ καὶ φιλοσοφώτερον, καὶ σπουδαιότερον ποίησις ἱστορίας ἐστίν, ἡ μὲν γὰρ ποίησις μᾶλλον τὰ καθόλου, ἡ δὲ ἱστορία τὰ καθ' ἕκαστον λέγει. Quamobrem & magis philosophicum quiddam, ac graue poësis est, quàm sit historia; habet contextus Aristotelis. φιλοσοφώτερον. hanc dictionem vertit Paccius, sapientius, ego tamen, eo quo dictum est modo, verterem. nam Aristotelis sententia est hęc. Poësin Philosophicum quiddam magis in se habere, quàm historiam. hoc est, philosophiæ magis esse similem, quia poësis exprimit, ac sectatur vniuersalia; historia autē particularia. Oritur hoc loco dubitatio, quę est huiusmodi; Dictum est antè, poëtam, vel ex se fingere, vel arripere vnam actionē verā. Quatenus arripit actionē vnam alicuius personæ, ex qua suum conficit poëma, non videtur versari circa vniuersale, vt exemplo patere potest Homeri, qui in Odysséa circà vnam versatur Vlysis actionē. Vergilii quoque, qui circà vnam Aeneæ versatur actionem; idem quoque in fabulis Comicorum, ac Tragicorum perspici potest; Respōdeo igitur, vtrunque verum esse, & poëtam versari in vna vnius personę actione describenda; in ea tamen describenda versari circa vniuersale, quod nihil aliud est, quàm respicere ad generale quoddam, & cōmune. vt si sit effingendus prudens in rebus agendis Vlysses, non qualis ipse sit esse considerandum; sed, relicta circunstantia, transeundum ad vniuersale, & effingendum esse, qualis prudens, callidusque ab omni parte absolutus describi solet à philosophis. Hinc Plato in Sophista de pictoribus ait, oportere illos semper ad Ideam respicere, & pulchriora omnia pingere, quàm sint. Verè igitur dictum est, poëticen magis esse similem philosophiæ, quia versatur circa vniuersale ipsa Philosophia. Hinc refert Porphyrius Platonis dictum, qui iubebat quiescere, cum deuentum esset ad indiuidua, & singularia; cum enim sint innumerabilia, scientia non possunt complecti. Ideò Hammonius doctissimus Porphyrii interpres ait, cùm viderent philosophi singularia infinita esse, & assiduè corrumpi, ac gigni rursus, ideòque ignorari; scientiam autem complecti tantum res, quæ sempiternæ sunt, eodemque permanent statu, transtulisse se à singularibus ad vniuersalia, quæ semper eodem sunt statu; non enim omnes (inquit Hammonius) equos vult cognoscere philosophus, sed equum tantum, hoc est ipsam speciem, quæ generalis est; Verba ipsius Hammonii apponerē, sed quia omnibus sunt in promptu, prætermisi. Nulla igitur ars, aut scientia considerat particulare; vt medicina, nō quid Socrati, quid Alcibiadi; sed quid homini, vel sic, vel alio modo sese habenti sit conducibile cogitat. Declarat hoc doctè, & copiosè Aristoteles lib. primo Rhet. ad Theod. his verbis. οὐδεμία δὲ τέχνη σκοπεῖ τὸ καθέκαστον, οἷον ἰατρικὴ τί σωκράτει τὸ ὑγιεινὸν ἔστιν, ἢ καλλίᾳ, ἀλλὰ τί τῷ τοιῷδε. ἢ τοῖς τοιοῖσδε καθάπερ καὶ ἡ διαλεκτική. & quę sequūtur. Poëtice quoque, quoniā eiusmodi est, non considerat singularia, sed vniuersalia tantùm. Historia verò, quia nihil fingit, sed narrat tātùm, vti res gestæ fuerint, et quāuis effingat dicta, sermonesque, ita tamen fingit, vt non discedat à natura eorum hominum, quorum effingit sermones, & circa quos versatur; propterea particulare sectatur. Declarat autem Aristoteles quid sit vniuersale, quid singulare his verbis.

Η μὲν δὴ ποίησις μᾶλλον τὰ καθόλου, ἡ δ' ἱστορία τὰ καθ' ἕκαστον λέγει. ἔστι δὲ καθόλου μὲν τῷ ποίῳ τὰ ποῖα συμβαίνει λέγειν ἢ πράττειν κατὰ τὸ εἰκὸς, ἢ τὸ ἀναγκαῖον, οὗ στοχάζεται ἡ ποίησις ὀνόματα ἐπιτιθεμένη. τὰ δὲ καθ' ἕκαστον, τί Ἀλκιβιάδης ἔπραξεν, ἢ τί ἔπαθεν

© SCD - Université de Poitiers

» ἔστι μὲν δὴ τὰ κωμῳδίας ἤδη δῆλον γέγονεν, συνιστάντες γὰρ ἂν μῦθον ἐξ τῶν εἰκότων,
» οὕτω τὰ τυχόντα ὀνόματα ἐπιτιθέασι, καὶ οὐχ, ὥσπερ οἱ ἰαμβοποιοὶ περὶ τὸ καθ' ἕκαστον
» ποιοῦσιν.

» Siquidem illa circa ipſum vniuerſale plurimum verſatur: hæc verò
» ſingulare ſectatur. Eſt autem vniuerſale, quæ cui conueniat, dicere,
» vel facere, veriſimiliter quidem, ſeu neceſſariò, id quod ſpectat poë-
» ſis, cum nomina imponat. Contrà ſingulare, quid ipſe Alcibiades fe-
» cerit, tuleritue, Iam verò & apud comicos id manifeſtum, vt qui fa-
» bulas ex veriſimilibus conſtituentes, nomina interim pro arbitrio
» comminiſcantur, non quidem ipſa ſingularia quemadmodum iambo
» rum compoſitiones facere ſolent.

» Adnotanda illa verba κατὰ τὸ εἰκὸς καὶ τὸ ἀναγκαῖον, ἕνεκα γὰρ τούτου ποιοῦσι ὀνόματα ἐπιτιθέμενοι
» Ait enim Ariſtoteles; Poëticen reſpicere ad veriſimile, & neceſſarium, quia nomina
» imponit. Hic locus autem ita videtur intelligi debere. Poëtice conſiderat vniuerſale,
quod vel ex eo patet, quia nomina imponit ſecũdum veriſimile, aut neceſſariũ. impo
nit nomina poëtice ipſis perſonis, quas facit loquentes; Eas enim cum effingat, quæ
nunquàm fuerunt, nomina imponit ex ſe, ac ſi fuiſſent: quòd ſi fuerunt, quàmuis no-
mina non imponat (ea enim quæ ſunt, fuerunt'ue, per ſe ſua habent nomina) præter
id tamen, quod eſt, fingit ſecundum probabile, et neceſſarium. probatur hoc exemplo
comicorum, nam hi fabulas conſtituunt, & confingunt ex ſe ſecundum veriſimile; &
& ideò nomina etiam imponunt; qualia ſunt apud Terentium in Adelphis. MITIO,
DEMEA: PHAEDRIA quoque, & THRASO in Eunucho. Iambici præterea poëtæ
nomina imponunt, ſed non eo modo, quo comici; nam comici ex veriſimili nomina
imponunt; & effingunt ſimul fabulam, ac perſonas, quibus nomina imponunt ſecun
dum veriſimile, quod deducitur, ex ea re, de qua agunt. Iambici verò poëtæ, cum ma
ledicta proferant, habent quidem ſibi propoſitam certam perſonã, in quam ſcribant:
ſed ne nomine vero compellent (id enim lex aliquando vetat) nomen verum perſonæ
mutant; aliudque confingunt, quod ei perſonæ ſit accommodatum. differunt igitur,
quoniam illi perſonas confingunt in comœdia, hi non confingunt in iambis; ſed ea-
rum tantum mutant nomina; noua quædam imponentes, dum vniuerſale quiddam
intuentur, ac conſiderant, vt aptius conuenientiusque nomen imponatur; ad circun
ſtantiam tamen prius reſpicientes aliquam eius perſonæ, cuius nomen mutant; Exem
plo nobis ſit Callimachus antiquiſsimus poëta, qui (vt teſtatur Suidas) poëma male
dictis refertum conſcripſit in Apollonium Rhodium, & appellauit illum Ibin. Verba
» illius ſunt hæc: ἶβιν, ἥν δὲ ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν, καὶ λοιδορίαν εἰς τινα ἶβιν γενόμενον ἐ-
» χθρὸν τῷ καλλιμάχου, ὃν δέ φασιν ὁ Ἀπολλώνιος ὁ γράψας τὰ ἀργοναυτικά. De IBI multa Cicero
» narrat libro ſecundo de Natura Deorum; Auem enim ait eſſe vaſto corpore, quæ ſer-
» pentibus veſcatur. Ouidius apud Latinos Callimachi, opinor, exemplum ſecutus,
eodem modo ſuum poëma inſcripſit; & hominem, in quem profert conuitia, & exe-
crationes diras, appellauit IBIN, quem multi ſuſpicantur fuiſſe Mecœnatem. Mutatio-
nem nominis habet etiam Catullus in ſuis amoribus deſcribendis; nam LESBIAM ami
cam vocat, vt multi putant, pro CLODIA; Eandem mutationem nominis cernere eſt
apud Horatium, Tibullum. Propertium. Notandum verò, cum Ariſtoteles dixit in
Comœdia nomina perſonis imponi à poëta; id quidem verum eſſe in comœdia, quæ
appellatur νέα, ſicuti patet; nam quàmuis non extitiſſet adhuc temporibus Ariſtotelis
comœdia noua; eam tamen ipſe complectebatur animo, qualis eſſet, veterem enim
non probabat; in hac igitur quæ ἀρχαῖα dicta eſt, non prorſus verum eſt; cognoſci
autem hoc poteſt ex Ariſtophane, nam in Nebulis nominat Socratem ipſum, nomine
non mutato, & in Equitibus Euripidem. Et vno, aut altero retento reliqua impone-
bantur

© SCD - Université de Poitiers

bantur pro arbitratu; Cùm verò (ſi quis fortè rationem huius rei quærat) comœdia vetus maledictis eſſet referta, & conuitiis, neceſſe omninò fuit; vt verum perſonæ alicuius nomen retineretur, quam illudendam, vexandamque poëta ſibi propoſuiſſet.

» Ἐπὶ δὲ τῆς τραγῳδίας τὰ γενομένων ὀνομάτων ἀντέχονται, αἴτιον δ', ὅτι πιθανὸν ὃ τι ἂν
» δυνατὸν ἦν. τὰ μὲν οὖν μὴ γενόμενα οὔπω πιστεύομεν εἶναι δυνατά. τὰ δὲ γενόμενα φανερόν,
» ὅτι δυνατά. οὐ γὰρ ἂν ἐγένετο εἰ μὴ ἦν ἀδύνατα.

» In Tragœdia autem vera nomina retinentur: cuius ratio eſt, quo-
» niam credibile quidem illud eſt, quod fieri poteſt: quæ verò nondum
» facta fuiſſe ſcimus, fieri quidem poſſe parum credimus, quæ verò fa-
» cta, fieri certò potuiſſe ambigit nemo: nam ſi fieri nequiuiſſent, nun-
» quam profectò extitiſſent.

Poſſet aliquis ita ſeſe obiicere Ariſtoteli hoc loco. Dixit, cum vellet probare poëticẽ ſectari vniuerſalia, id exemplo Comicorum patere, qui cum fabulam, actionemque confingant, nomina etiam imponunt. Verum quidem hoc eſt in Comicis actionibus. Sed in Tragœdia ſecus; nam vera retinentur nomina; & ideo non ſatis fuiſſe probatum videtur ab Ariſtotele; Poëticẽ verſari circa vniuerſalia; quòd nomina imponat. Reſpondet ipſe'met Ariſtoteles veriſima quidem hæc eſſe omnia; ſed non temerè in Tragœdia vera retineri perſonarum nomina. quia cum in ea inſit imitatio, & repræſentatio agentium rẽ, vti acta fuit, veriſimilem, ac probabilem non modo eſſe oportet. ſed etiam veram exprimique vera nomina ipſarum perſonarum. à quibus actio illa primùm verè acta fuit; non eſt enim quòd aliquis credat fabulas tragicas eſſe à poëtis fictas, ſed planè deſumptas à maximis calamitatibus, quæ Heroibus, Regibusque acciderunt. Ideo pauca eſſe tragœdiarum argumenta paulò poſt ait Ariſtoteles, rarò enim eiuſmodi accidunt. Quòd ſiquis rationem quærat (vt in tragœdia vera retineantur nomina) hæc omninò eſt. Habet ſibi propoſitum tragœdia mouere duas maximas perturbationes animi cõmiſerationem, & metum; multò verò difficilius eſt, has mouere, quàm reliquas, quæ iucundius perturbant, qualis eſt ſpes, riſus, & huiuſmodi. ſunt enim ſuapte natura homines ad iucundas res proni; ab iniucundis autem alieni; non facilè igitur ad luctum poſſunt impelli. neceſſe eſt igitur, vt ſciant prius rẽ ita cecidiſſe; quod ſi fabula tragica actionem contineat, quæ non acta ſit, neque ſit vera; ſed ab ipſo poëta fuerit efficta ſecundum veriſimile; cõmouebit fortaſſe animos audientium, at minus certè. nam veriſimilia ſi nos oblectant, oblectatio omnis inde prouenit, quòd in veris ineſſe ea ſcimus; & omnino quatenus veriſimile veritatis eſt particeps vim hab et mouendi, ac perſuadendi. Argumentatione igitur vtitur Ariſtoteles, à maiori ſic. ſi nos veriſimilia mouent, multo magis vera mouebunt. Veriſimilia nos mouent, quia fieri potuiſſe credimus, ita rem accidiſſe. Vera nos mouent, quia ſcimus ita accidiſſe, quicquid igitur vis eſt in veriſimili, id totum arripit à vero. Habet
» Ariſtoteles in contextu has dictiones τὸ πιθανὸν. ideſt credibile, τὸ δυνατὸν. ideſt quod
» fieri poteſt. τὸ ἀδύνατον. ideſt impoſsibile. complicat igitur ex his ſuas rationes. ſic. om
» ne quod eſt poſsibile, eſt credibile, quia ſi eſt poſsibile, neceſſe eſt, vt aliquãdo acciderit, aut eiuſmodi ſit, vt videatur poſſe aliquando accidere, nam poſsibile eſt aliquid etiam, antequam factum ſit, quia exit ſemper in actum (vt vulgò loquuntur noſtrates philoſophi) poſsibile ab aliquo agente. & (vt iidem aiunt) poſſe præcedit ipſum facere; quod enim eſt impoſsibile, non fit vnquam. Poſsibile quidem aliquid ſi confingatur à Poëta tragico; non videri poterit impoſsibile, etiam ſi factũ non ſit vnquàm; falſum potius dicetur, quòd nõ factum ſit. Hinc Hammonius in librum περὶ ἑρμηνείας, in hanc ſententiam multa differit. quod poſsibile eſt eſſe, & contingit aliquando eſſe,
» ridiculum fuerit, ſiquis dicat eſſe impoſsibile; repugnantia enim loqueretur. quod au
» tem non poſsibile eſt eſſe, neque eſſe contingit, vt non poſsibile eſt, neque contingit
» Centauros eſſe, ergo impoſsibile eſt eſſe. Hæc ille. Impoſsibile non eſt πιθανὸν, quia nõ

© SCD - Université de Poitiers

modo factum est vnquam, sed ne fieri quidem potest. hoc igitur ad fabulam tragicam non spectat. Possibile est πιθανὸν quia fieri potest, vt ita factum sit, aut aliquando fiat. Hoc igitur spectat ad fabulam tragicam, quia poëtæ sæpè confingunt actiones, ex possibili, & verisimili: id si faciunt; nomina quoque personarum confingant est necesse. Ea quæ facta sunt, omnium maximè possibilia dici possunt, quia si possibilia non fuissent, non facta essent; Ergo eadem sunt πιθανώτατα, quis enim non credat id, quod factum esse scit? cum aliquando credat ea, quæ facta quidem non sunt, sed fieri posse videntur? Hæc si fuerint in fabula tragica, magis erũt credibilia magisque mouebũt; auditores quia ita facta esse scient; in veris igitur actionibus his nomina non cõfinguntur personarum; quid enim necesse est, si actæ ita sunt? sed proferuntur vera ipsarum nomina personarum.

» Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς τραγῳδίαις ἐνίαις μὲν ἕν, ἢ δύο τῶν γνωρίμων ἔστιν ὀνομάτων, τὰ
» δὲ ἄλλα πεποιημένα, ἐν ἐνίαις δὲ οὐθέν, οἷον ἐν τῷ Ἀγάθωνος ἄνθει. ὁμοίως γὰρ ἐν τούτῳ, τά
» τε πράγματα, καὶ τὰ ὀνόματα πεποίηται. καὶ οὐ δεῖν ἧττον εὐφραίνει

» Tùm tamen Tragœdiarum aliquæ sanè ex notis nominibus, vno
» vel duobus ad summum assumptis, reliqua deinceps confingant: ali-
» quæ rursus, quemadmodum Agathonis flos, planè omnia, in quo,
» tam etsi cum nominibus res ipsæ pariter confingantur, nihilominus
» delectant.

Dictum est in tragœdia nomina non confingi personarũ, sed vera retineri; eiusque rei ratio omnis diligenter explicata, quæ similis est, imò eadem, cum insigni illa topica propositione, propter quod vnumquodque tale, & illud magis (est enim in omniũ ore.) Si fabula tragica conficta ex possibili, & verisimili, fidem acquirit, etiam si ficta fuerint personarum nomina, cum credibile videatur, rem ita agi potuisse; quantò magis credibile fuerit, id quod verè actum sit; nam verisimile, quantamcumque vim habet persuadendi (vti ante dictum est) totã accipit à vero. Nunc exceptiões duas affert in medium Aristoteles, per quas omnino probat in tragica fabula confingi nomina personarum, vel si fictæ fuerint; vel si omnino veræ sint actiones illę. Nam esto, veram aliquã esse actionẽ, non tamen omnia nomina vera apponẽtur, quia cũ episodiis opus sit ad augendam fabulam, ea necesse est deduci ex verisimili; confingique personas alias quas, quas credibile sit potuisse simul actionẽ illam agere; Hinc in Electra Sophoclis ὁ παιδαγωγὸς. In Oedipode sacerdos. in omnibus ferè nuncii aliunde venientes; Patet igitur, cum hæc ita se habeant, atque in tragœdia, quamuis actionem veram contineat, aliquot personarum nomina tamen confingantur, verisimum esse, quod ante dictum est, in omni poësi respici solere ad vniuersalia: hacque re in primis differre poëtam ab historico. Exceptio prior est huiusmodi; in non nullis tragœdiis, posse nos intueri, à veteribus poëtis, vno vero nomine, aut duobus, tribusue ad summum retentis, cætera confingi. Altera exceptio est. Omnia nomina personarum in tragœdia aliquando confingi: hoc verò fit in eo genere tragœdiarum quæ actionem continent non veram, sed quæ ex verisimili fuerit conficta, quales sunt omnes actiones in comœdiis. probat verò Aristoteles hoc, exemplo Agathonis poëtæ, qui in tragœdia, quã inscripsit ἄνθος, omnia nomina confinxit. De Agathone tragico meminit Athenæus Libro Decimo, vbi eius lepidos recensẽt versiculos, in quibus homo quidam rudis, prorsus imperitus literarum inducitur exprimere literas, quæ sunt in nomine THESEVS, ex figuris rerum sibi notarum; sunt autem hi; sed refero primum verba Athenæi. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο πεποίηκε καὶ ἀγάθων ὁ τραγῳδοποιὸς ἐν τῷ τιλέφῳ. ἀγράμματος γὰρ ὢν ἀνζύθα ἀπολοῦ τὰ τῶ θησέως ἐπιγράφειν, φησίν.

» γράφης ὁ πρῶτος ὦ μεσόμφαλος κύκλος,
» ὀρθοί τε κανόνες, ἐζυγωμένοι δύο.
» σκυθικῷ τε τόξῳ ζίτον ὦ προσιμφερὲς,

ἐπεὶ γὰ

» ἔπειτα διάδουσα πλάγιον ὦ προκείμενος,
» ἐφ' οὗσα τε καινὸς ἦρξεν ἐζυγωμένοι δύο.
» ὅπερ δὲ ῥῆτον ὦ, καὶ τελευταῖον πάλιν.

Agathonis verò tragœdia hæc, quam ait Aristoteles fuisse appellatam ἄνθος, meminit Lucianus in eo libello, qui inscribitur ῥήτωρ. his verbis. » ἢ αὐτὸν ἀγάθωνα τὸν τῆς φα-
» γῳδίας ἐπέρασεν ἐκεῖνον ποιητὴν, λέγω δὲ ὡς ἀπὸ τούτων γνωρίζοις αὐτὸν, μηδέ σε ὄντω θεατὴν ὄντα χρῆμα,
» καὶ φίλον ἀφροδίτης καὶ χάρισι διαλάθοι. & quæ sequuntur. De eodem Agathone, eiusque tragœdiis Aelianus libro decimoquarto ita ait. πολλοῦ καὶ πολλάκις χρῆται τοῦ ἀν-
» θηρίου ὁ ἀγάθων ἐπεὶ δὲ ἅπαν οἷον ἐπανορθούμενος αὐτὸν ἐβούλετο περιαιρεῖν αὐτῷ τῆς ἐκείνου ἐκ τῆς ἀγά-
» θωνος ἀφανίζων, οὕτως ἐκόμα ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνος, καὶ ὤετο τῷ αὐτῷ φαγωδίαν ζῶντ' εἶναι. Quamuis autem in Agathonis tragœdia, quæ inscribitur, Flos; omnia nomina ficta sint, nihilò tamen minus, oblectat auditores, quàm cæteræ in quib. vera retinentur nomina; hæc asserit Aristoteles, vt ostendat huiusmodi tragœdias ex verisimili ductas, nõ esse omino reiiciendas.

» Ὥστ' οὐ πάντως εἴν ῥητητέον, παραδεδομένον μύθων, οὐδὲ οὓς αἱ τραγῳδίαι εἰσὶν, αὐτὲ
» κεῖσθαι, καὶ γὰρ γελοῖον ὄντως ῥητεῖν. ἐπεὶ μὴ τὰ γνώριμα ὀλίγοις γνώριμά ὄστιν, ἀλλ' ὅμως
» δὺ φαίνῃ πάντας. δῆλον δὲ ἐκ τούτων, ὅτι μὲν ποιητὴν μᾶλλον τῶν μύθων εἶν δεῖ ποιητὴν, ἢ
» τῶν μέτρων, ὅσῳ ποιητὴς κατὰ τὴν μίμησίν ὄστι. μιμεῖται δὲ τὰς πράξεις. κἂν ἄρα συμβῇ
» γενόμενα ποιεῖν, οὐθὲν ἧττον ποιητής ἐστι. τῶν γὰρ γενομένων εἴνια οὐδὲν κωλύει τοιαῦτα εἶν
» οἷα ἂν εἰκὸς γενέσθαι, καὶ δυνατὰ γενέσθαι, καθ' ὃ ἐκεῖνος αὐτῶν ποιητής ἐστι.

» Quare non omnino quærendum est, vt vulgatæ fabulæ, in quibus
» Tragœdiæ sunt, ad vnguem retineantur, idem quærere ridiculum
» esset: quandoquidem illæ etiam sic notæ, paucis quidem cum notæ
» sint, iuxta tamen cunctos delectant. Ex his igitur patet poëtam fabu-
» larum magis, quàm carminum, esse poëtam, vt qui semper circa imi-
» tationem versetur, actiones verò imitatur. Si igitur & in ea quoque,
» quæ verè prius fuêre, fingendo incidat, non propterea à poëta disce-
» det; quãdoquidem ex his quæ gesta sunt, aliqua quidem eiusmodi esse
» nil prohibet: cuiusmodi vel extitisse verisimile sit: vel certè fieri potue
» rint, secundum quæ sanè horum poëta fuerit.

Continẽtur hoc contextu tria, quæ explicantur ab Aristotele. Primùm enim affertur præceptio vna, quæ ex superioribus pendet. Secundo loco exponitur conclusio totius disputationis iam diu institutæ. Posiremò profertur confutatio, ac declaratio dubitationis vnius, quæ posse enasci videbatur contrà ea, quæ dicuntur. Præceptio huiusmodi est; tragœdiarũ fabulas nõ semper ex notis rebus, quas verè accidisse cõstat, esse sumendas. Hoc verò ab Aristotele ideo traditum fuit, nequis putaret, quam uis actiones verę aptius scribuntur à tragicis, non licere tamen aliquando desumere argumentum, ab actione quæ vera quidem non sit, sed à poëta ex verisimili fuerit efficta; confirmat autem Aristoteles hanc sententiam suam tali ratione. Quando Argumenta tragœdiarum sumuntur à rebus, quæ acciderunt, constituunturque ex veris actionibus, non est planè existimandum, eas omnibus esse notas, sed paucis. Aequè tamen oblectantur earum recitatione ii, qui non norunt, ac ii qui norunt. Exempli causa. Oedipus Sophocleus ex re vera, quæ accidit, sumptus est; si illius tamen tragœdia inducatur in scenam, non omnes quidem, qui adsunt, eam Oedipi norunt calamitatem sed pauci. Iam verò si querat aliquis, plus ne voluptatis capiant ex ea recitatione ii, qui antè norant, an ii, qui tunc primum audiunt, cognoscuntque actionem totam; Respondet Aristoteles, æquè magnam percipi voluptatem ab iis, qui nõ norunt antè, ac ab iis, qui antè norunt; ex quo patet nihil referre, an ex rebus veris, an

© SCD - Université de Poitiers

fictis,modo fictæ sint secundum possibile,ac verisimile,tragœdiarum argumenta ducantur.Conclusio autem disputationis totius hæc est. Quare ex his,quæ dicta sunt, iam satis patet;poëtam magis fabularum (fabulam voco actionem ipsam, constitutio nemque rerum) esse poëtam,quàm metrorum. QVATENVS poëta est propter imi
» tationẽ,nam sic debent verti,& intelligi verba Græca illa ὅσῳ ποιητὴς ἐστὶ καθ' τὸ μιμεῖσθαι, nam Paccius non aptè vertit,neque videtur satis Aristotelis sententiam intellexisse,
» ait enim.VT QVI semper circa imitationem versetur.Hæc conclusio deducitur ex superioribus,vnde fuerat digressus Aristoteles, qui miro tamen artificio connectit omnia,sicuti videre est.Omnia verò ita sese habent;Fabula in poësi debet esse vna.Vna autem non appellatur ratione vnius personæ; sed vnius actionis, vnde patet eos,qui Heracleidem,& Theseidem scripserant,complexi omnes res illorum gestas,non recte constituisse suum Poëma,potiusque Historicos,quàm Poëtas esse appellandos, nam historicus persequitur singularia;poëta autem sectatur vniuersalia;sicuti antè probatum est,quia nomina imponit,neque enim quòd metro vtuntur,ideò sunt poëtæ appellandi,nam metrum non facit,vt aliquis poëta dicatur; poëta enim magis propter constitutionem actionum,& rerum,quas imitatur,quàm propter metra,vocatur; In
» verbis illis Græcis,quæ sunt in contextu.οὐ γὰρ τὸν ποιητὴν μᾶλλον τοὺς μύθους ἔστι δεῖ ποιητὰς, ἢ τοὺς
» μέτρον.Hæc videtur esse argumentatio, quæ ducitur ab Etymologia. Poëta ducitur παρὰ τὸ ποιεῖν, quod est fingere.ποιεῖν verò nihil aliud est,quàm μιμεῖσθαι,idest imitari;imitatur autem poëta actiones;Actiones verò fabula continẽtur;consequitur ergo, poëtam potius appellari propter fabulam,& cõstitutionem rerum, quas imitatur, quàm propter metra. Adnotandum etiam illud verbum μᾶλλον idest magis nam imitatio per se absque metro,efficit,vt aliquis poëta dicatur,vt superius est declaratum;sed metrũ sine imitatione hoc non potest efficere; quamuis maximè propriè is appelletur poëta, qui metris imitatur;neque à metro imitationem seiungit; neque metrum ab imitatione.Verum si quis querat horum duorum,quæ poëtam faciunt ; an imitatio,an metrum maius habeat pondus, magisque ad naturam poëticę, poëtarumque pertineat? Sciendũ primas debere partes tribui in hac re imitationi;magis enim(vt aiunt)essentialis est,quã metrũ;& quãuis imitatio tantam habeat vim,nõ tamẽ propterea semper excluditur metrũ;vt antea apertè demonstrauimus; imò absolutũ magis fuerit opus poëtæ,si metrũ accedat imitationi;Consequitur,quã tertio loco dicebamus proferri; Cõfutatio rationis,& argumẽtationis, quæ poterat afferri cõtra Arist.sententiã paulò antè expositã.Dixit Arist.poëticẽ sectari vniuersalia,ideoq.imponere nomina personis.Hoc(dicat aliquis)partim verũ est,partim falsum;In comœdia semper ferè verũ, noua præsertim; nã in ea & actiones,& nomina finguntur;In tragœdia,partim quidẽ verum,partim non verum;nonnullæ enim tragœdiæ arripiunt argumenta rerum,& constituũt fabulam ex iis, quæ verè ita contigerunt,& acta fuerunt;in his igitur,neque nomina, neque actiones confinguntur;Aliæ sunt tragœdiæ, quæ arripiunt quidem actiones veras ; sed aliqua tantummodo retinent nomina vera ; alia effingunt ex verisimili. Ergo aliqua ex parte verum id quod dictum fuit.Aliæ tragœdiæ sunt, inquib.quoniam actiones constituuntur,non quæ actæ fuerint,sed ex verisimili ductæ, necessariò omnia confinguntur,& nomina,& res,in his tantùm patet,omni ex parte verum esse,quod ait Aristoteles,poëticen sectari vniuersalia ; quia omnia ex se effingit secundum possibile, & verisimile:Respondet ad hæc Aristoteles;ita quidem rem sese habere,neque tamen efficere,quò minus hoc quoque verum sit,etiam in iis tragœdiis,quæ veras actiones tractant,& nomina personarum retinent; nam in quãlibet veris licet etiam fingere ; Fingitur autem,quotiescunque res non narratur,vti gesta fuit;neque exprimitur secundum proprium euentum,quem omnes sciunt in actione illius fuisse;sed vt potuerit agi,secundum verisimile,& ideò in actione vera, quatenus ita fingit poëta,nihilò minus erit poëta,ac si actionem,ac fabulam totam,omniáque nomina confingeret; Verba Aristotelis sunt κἂν ἄ ῥα συμβῇ γενόμενα ποιεῖν, οὐδὲν ἧττον ποιητὴς ἐστί; Argumentum ducitur à notatione,seu etymologia sic.ποιητὴς est,qui ποιεῖ idest fingit , quatenus igitur fingit in rebus , verisque actionibus , vel ipsas augens ,

vel

vel exornans ex verisimili; neque narrans sicuti sese habent; ex hoc satis patet esse poëtam; & ita probatur superior conclusio. Poëticen semper sectari vniuersalia.

» Τῶν δὲ ἁπλῶν μύθων, καὶ πράξεων, αἱ ἐπεισοδιώδεις εἰσὶ χείριστοι. λέγω δ' ἐπεισοδιώδη μῦθον, εἰ ὧ τὰ ἐπεισόδια μετ' ἄλληλα οὔτ' εἰκὸς οὔτ' ἀνάγκη ἔστιν. Τοιοῦται δὲ ποιοῦνται » τοὺς μὲν τῶ φαύλων ποιητῶν δι' αὑτούς, τοὺς δὲ τῶ ἀγαθῶν δι' τοὺς τῶν ὑποκριτῶς. ἀγωνίζομενοι » γὰρ ποιοῦντες καὶ παρὰ τὸ δυνάμιν παρατείνοντες μῦθον, πολλάκις διαστρέφειν ἀναγκάζονται τὸ ἐφεξῆς.

» Cæterùm simplicium fabularum, actionumúe Episodicæ quidem » deterrimæ. Episodicam appello, in qua non verisimiliter, neque necessariò mutua episodia nectãtur, fiunt autem hæ tum ab ineptis vatibus » suo vitio, tum à probatis quoque histrionum gratia. Etenim in huiuscemodi certaminibus, dum fabulas plus æquo sæpenumero produ» cunt, legitimum ordinem peruertere coguntur.

Hic primum obseruandum est, quomodo hæc cõtexantur cum iis, quæ multò ante ab Aristotele dicta fuerunt; vnde longo satis sermone alia declarans fuerat digressus. Dixerat enim fabulam oportere esse simplicem, & vnam, vnam autem esse, quæ circà vnam actionem uersatur; Consequitur modò, vt quid vitiosum in ea sit domonstret; multi enim erant poëtæ, qui vnam constituebant actionem, summo artificio, ac simplicem, sed adhuc errabant, quod præter rem multa narrabant; hos reprehendit Aristoteles. Videtur autem in præsenti contextu duo explicare; Primum enim declarat, quæ dicantur fabulæ episodicæ, quas maximè damnat. Deinde exponit, vnde extiterit præposterus vsus hic scribendi fabulas episodicas. Fabulæ episodicæ ab episodiis dictæ sunt, qualia autem sint episodia declaratum est ante ex verbis Suidæ. Ait igitur Aristoteles hoc loco. Episodicæ Fabulæ eæ sunt, in quibus » τὰ ἐπεισόδια μετ' ἄλληλα οὔτε εἰκὸς, ὅτε ἀνάγκη ἔστιν; hæ autem maximè damnandæ, quoniam in primis oportet fabulam aptè contexi. eo, quo declaratum est ante, modo, vt partes omnes ita cohæreant, vt nulla ipsarum sine detrimento, & imminutione totius tolli possit. Episodicæ autem fabulæ, cum non habeant hanc rerum connexionem ita inter sese cohærentium, multum recedunt, absúntque ab eo, quod in primis requiritur in fabulæ structura; requiritur autem cohærens, aptaque, & concinna ab omni parte rerum structura; Ea fit duplici modo, aut κατὰ τὸ εἰκὸς, aut κατ' ἀνάγκην. Res enim & actio connectitur cum altera, aut consequitur alteram, aut ex verisimili deducta, aut ex necessario; quod & si est antè à me declaratum, nunc tamen rursus, apertiusque declaro; allato in medium exemplo. Clodius Interamnæ se fuisse asserebat ea nocte, qua sacra polluta fuerant Bonæ Deę in vrbe Romana. Hoc maximè (si verum fuisset) poterat in accusatione iuuare Clodium, quoniã neque ex necessario, neque ex verisimili potuisset vlla ab aduersariis probatio afferri; qua significaretur Clodius ea nocte sacra Deæ polluisse. Vtrunque verò rursus summatim ita declarari potest. Id μετὰ λόγου. non consequitur, neque κατ' ἀνάγκην, neque κατ' εἰκὸς, quod non pendet ex altero; exempli causa. Quicquid est præter rem, aut disimile, alterius generis, aut non eadem ætate factum, aut non ab iisdem hominibus, aut non iisdem in locis; id totum facit episodicam fabulam; Sed oritur hoc loco dubitatio; Dictum est antè ab Aristotele, & dicetur postea multis in locis; poëmata, & fabulas debere recipere episodia, vt habeant iustam magnitudinem; Hunc verò damnat Episodicas fabulas, nã ait esse omniũ deterrimas; Repugnantia igitur loquitur Aristo. Respõdeo consentanea loqui Aristo. nã res ita sese habet; Verũ quidẽ est, Fabulas episodia recipere; & episodia πράγματα esse ὑπαγώνια, si actiones, quæ illis cõtinẽtur, per se cõsiderentur, et seperatim. Quatenus autẽ coniunguntur, cũ actione illius personæ, ex qua fabula cõstituitur; iam nõ amplius episodia dici debent, at partes illius fabulæ, quæ ex rebus cohærentibus, con

© SCD - Université de Poitiers

iunctiſque vna,& ſimplex facta eſt velut in vnum corpus redacta. Sed verè,ac propriè dicerentur epiſodia in fabula,ſi non aptè cohærerent; Et hac ſanè ratione fabulæ illæ, quæ huiuſmodi habent epiſodia non cohærentia, dicuntur fabulæ epiſodicæ; nam aliæ, quamuis ex epiſodiis compactæ ſint,tamen,quia iam partes,& membra veluti quædam fabulæ effecta ſunt,nomen non retinent ductum ab Epiſodiis. His ita expoſitis,nunc conſequitur,vt declaremus,vnde præpoſterus vſus epiſodicarum fabularũ extiterit. Epiſodicę fabulæ duplici de cauſa fiebant; Primùm propter inſcitiam,atque imperitiam poëtarum. Deinde propter quandam cõſuetudinem,cui inſeruire volebant poëtæ. Prior error multò grauior eſt, minuſque excuſari poteſt;imò poëtæ illi vehementer reprehẽdẽdi, qui poëmata aggrediuntur cõſcribenda,nec tamen norũt, quo artificio ſcribi debeant. Epiſodicarum quoddam fabularum genus innuit Horatius in epiſtola ad Piſones, vbi loquitur de ſatyris,quos in mediam tragœdiæ recitationem induci conſueuiſſe ſcribit,vt ea ratione relaxarentur animi audientium; qui alioqui defatigati fuiſſent,tragicarum rerum,quæ nimis ſeriæ,ſeueræque ſunt,recitatione. Altera cauſa,cur cõtigerit fabulas epiſodicas fieri;eſt ipſa cõſuetudo, quę ita tulit;Mos enim erat in fabularũ recitationibus,vt cõcertatio fieret tùm interpoëtas,tùm inter hiſtriones;oportebat igitur interponi epiſodia quædã;de hac certandi cõſuetudine ſuperius multa diximus;ſed hic appono alium locum ex Nebulis Ariſtophanis,verſus eſt. δύκελάδειν τι χορῶν ἐρεθίσματα. Interpres illum ita exponit. ἐρεθίσματα δὲ, ἤγουν ἅμιλλαι, καὶ ὄργανα μουσικά, τοῖς γὰρ διονυσίοις τοὺς κυκλικοὺς χοροὺς ἴσαζον, καὶ ἠγωνίζοντο οἱ κωμικοὶ, καὶ φαγικοὶ ποιηταὶ, ἀναγορεύοντος τὰ ὑπόγυον αὐτοῖς πεποιημένα δράματα. Fit autem in his certaminibus, vt dum protrahere ſtudent Fabulam,peruertant ſeriem rerum,& illud quod vocat Ariſtoteles τὸ ἐφεξῆς. in quo totum eſt artificium fabulæ conſtituendæ; in qua in primis neceſſe eſt,vt omnia aptè cohæreant;ac coniungantur;ſicuti paulò ante declaratum fuit: διὰς ῥήφθη τὸ ἐφεξῆς. verba ſunt Ariſtotelis. Illud enim veluti norma quædam recta eſt,quam deprauare non licet, ſic Ariſtote. etiam libro primo Rhet. ad Theod. de norma Lesbia loquens ait. ὅμοιον γὰρ. κἂν εἰ ὡσὶ ὦ μέλλῃ χρῆσθαι κανόνι τῷ τον ποιήσει στρεβλόν. de ea Plutar. in libro πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον, quem doctum ideo appono, quia mirificè illum Ariſtotelis declarat. δεῖ δὲ ὥσπερ ὁ κανὼν αὐτὸς ἀστραβὴς γινόμενος, καὶ ἀδιάστροφος ὅτων ἀπευθύνῃ τὰ λοιπὰ τῇ πρὸς αὐτὸν ἐφαρμογῇ, καὶ παραθέσθαι σωτηφομοιοῦν παραπλησίως, τὸν ἄρχοντα πρῶτον αὐτὸν κτησάμενον ἐν αὐτῷ, καὶ κατευθύνοντα πὶὼ ἀρχίω, καὶ κατασκευάμενον τὸ ἦθος ὅτω σωφρονεῖν τὸν ὑπήκοον, οὐ γὰρ πίπτοντος ὄδιν. ὀρθοῦν.

Ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον τελείας ὅδε πράξεως ἡ μίμησις, ἀλλὰ καὶ φοβερῶν, καὶ ἐλεεινῶν. ταῦτα δὲ γίνεται μάλιστα ταυτα, καὶ μᾶλλον, ὅταν γένηται παρὰ πὶὼ δόξαν δι' ἄλλα. θαυμαστὸν γὰρ οὕτως ἕξει μᾶλλον, ἢ εἰ ἀφ' πὸ αὐτομάτου, καὶ τ' τύχης. ἐπεὶ καὶ τ' ἀφ' τύχης ταῦτα θαυμασιώτατα δοκεῖ, ὅσα ὡσπερ ἐπίτηδες φαίνεται γεγονέναι. οἷον ὡς ὁ αὐσθιακὸς πὸ μίτυος εἰ ἄργει ἀπέκτεινεν ἓν αἴτιον πὸ θανάτου τῷ μίτυι, θεωροῦντι ἐμπεσὸν.

Quoniam autem imitatio non tantum perfectæ actionis, verùm etiam miſerabilium,terribilium ue eſt,hæc autem maximè talia erunt potiſsimumque pollebunt, quotieſcunque per ſe ipſa inuicem admiranda illa accident: nimirum hoc pacto admirabile magis ſeſe offert, quàm ſi à caſu, vel à Fortuna proficiſci appareat; ſiquidem in his etiã quæ à Fortuna proueniunt, illa quidem maximam admirationem præ ſe ferunt, quæ veluti ſuopte impulſu prouenire videantur,vt in Argo Mityi ſtatua, quæ ſuper inſpectantem collapſa,authorem Mityi necis interfecit.

Ex quibuſdam verbis,quæ in definitione tragœdiæ appoſita fuerunt; nunc Ariſtoteles deducit aliam præceptionem, ea autem eſt huiuſmodi. Oportet præterea tragicã actionem

© SCD - Université de Poitiers

ctionem,esse commiserabilem,ac terribilem.Deducitur verò ex eo,quod est ante dictum,recitatione tragœdiarum, purgari duas maximas animi perturbationes; cõmiserationem,& metum.Duo igitur explicat in præsentia Aristoteles; Primùm, præceptionem quam exposuimus;Deinde quomodo singula fiant, vt aptè cieatur comiseratio, & incutitur metus.Hic rursus monitos velim eos, qui prædicant vbique librũ hũc Aristotelis esse mancum,vt animaduertant,quanto artificio,omnia iungat inter se Aristoteles;& ex superioribus verbis,quæ in definitione posita fuerunt, singillatim seriem deducat totius suæ disputationis; Hanc ego seriem, cum enterruptam esse animaduertam,tunc ipse quoque apertè fatebor,librum esse mancum; quid verò hac serie pulchrius? quid aptius excogitari potest? Si igitur illi, nulla allata ratione, pergent esse molesti, aut librũ hunc non satis attentè legisse, aut non intellexisse omninò videbũtur;Primùm ita se habet tragœdia, requirit Actionẽ commiserabilem, & terribilem.Duo hęc sunt τὸ ἐλεεινὸν,τὸ φοβερὸν, quæ deducuntur ab iis duabus perturbationibus,quæ recitatione tragœdiarum purgantur; sunt autem hæ, τὸ ἔλεος, καὶ ὁ φόβος Neque verò vtrumque semper simul esse potest in vna re; sed alterutrum aliquando separatum;hoc per exempla tragediarum patere poterit. In Iphigenia Euripidis,mactantur hospites,hoc est φοβερὸν. In Aiace Sophoclis iniicitur à Diis amentia hominibus,quod prorsus terrorem incutit,& metum. In Oedipode vtrũque;nam quatenus fato inprudens ductus, delabitur ad magnam calamitatem; hoc est φοβερὸν nunquam enim cautum satis cuiquam est,sua prudentia, aduersus fati vim.Quatenus verò oculis captus,miserrimus fit,cum antea felicissimus esset, summoque gradu locatus;hoc est ἐλεεινόν. In Electra est ἐλεεινόν tantùm,atque hæc demonstrasse satis sit.φοβερὸν verò,& ἐλεεινον quomodo sese inter se habeant,declarat Aristoteles libro primo Rhetoricorũ vbi ait;Amasin,cũ vidisset filium suum ad cœdem trahi,nõ effudisse lachrymas;eundem,cum vidisset emendicantem amicum propter egestatem fleuisse, quia hoc commiserabile,illud terribile est;terribile quotiescunque animum hominis inuadit,occupatque;cõmiserationem omnem pellit, nam cõmiserabile afficit animum, antè quàm
» sese obiiciat terribile. Verba Aristotelis sunt hæc. διὸ καὶ ἄμασιν ὧν μὲν τῷ μὴ ἀγο-
» μένῳ ὧν τῷ ἀποθανεῖν, οὐκ ἐλάκρυσεν, ὡς φασὶν, ὧν δὲ τῷ φίλῳ προσῆτ οὖν, τοῦτο μὲν γὰρ ἐλεεινὸν,
» ἐκεῖνο δὲ δεινὸν, τὸ γὰρ δεινὸν ἕτερον τοῦ ἐλεεινοῦ, καὶ ἐκκρουστικὸν τοῦ ἐλεοῦντ. καὶ πολλάκις τῷ οἰκείῳ
» χρήσιμον. Paulò post. οὔθ' ἑπ' αὐτοῖς φοβοῦνται, οὔθ' ἑπ' ἄλλων γιγνόμενα ἐλεοῦσι. Atque hæc quidem ita sese habent; oportet autem vtrumque inesse in tragœdia. Nunc consequitur, quod secundo loco fuerat propositum, vt declaremus; hæc φοβερὰ, & ἐλεεινὰ, sun ea,quæ nobis accidunt præter opinionem.quicquid enim huiusmodi est; necessariò est etiam admirabile, idest θαυμασὸν.Omnia igitur comiserabilia, & terribilia sunt etiam admirabilia,neque vnquam commiseratio,aut terror caret admiratione.Admirabilia autem huiusmodi,de quibus loquimur,tribus accidunt modis.Fortuna,casu, vicissitudine quadam mutua causarum, alia in aliam tendẽte;quam causarũ connexionem(si liceret per Aristotelis sententiam,nam is fatum nunquam in sua philosophia concesit)appellarem prorsus ipsum fatum.Fortuna(vtdeclarat Aristoteles libro primo Rhetoricorum,& libro secundo Physicorum) est,quotiescunque aliqua fiunt,quorum causa proferri non potest, nec habent τὸ οὗ ἕνεκα. Vt Iaculator,qui iaculum vt ceruum perimat contorquet,fortuitò latentem inter arbusta perimit hominem.Casus differt à fortuna;quia in brutis,anima, sensuque carentibus,rebus est, vt cum aliquis ruina domus inter cœnandum opprimitur.quòd de Theramene,vno ex. xxx. Tyrannis,qui ex ruina domus,cum cæteri omnes conuiuæ obruti fuissent,solus incolumis euasit,statimque dixisse fertur;Nimirum maiori exitio me reseruat fortuna.Ex connexione causarum,seu mutua quadam successione rerum;ea fiunt,quæ longam habent euentuum seriem,& in quibus apparet τὸ ἕ ἕνεκα. vt,si quis exemplũ quærat,Oedipodi omnia quæ acciderunt;hæc verò ab Aristotele vocantur μετὰ πλλα. Iam verò cum tria hæc ita distincta sint, quærimus,quænam magis tragica? Ea sanè, quæ plus admirationis afferunt;Illa autem magis admirabilia sunt,quæ ex aliqua causa,insperata tamen,et occulta proueniunt,ea enim postea cognita augetur admiratio

© SCD - Université de Poitiers

Quòd autem τὰ μετάλληλα sint magis admirabilia, quàm ea, quæ à fortuna, casuque proueniunt; probat Aristoteles hac ratione. Admirabile quidem est id, quod prouenit à casu, illud quoq. quod à fortuna. Sed si arripias aliquid, in quo appareat casus, & τὸ μετάλληλον, de quo locuti fuimus, animaduertes hoc esse multò admirabilius; Hoc quale sit declaratur ab Aristotele huiusmodi exemplo. Argis Mityos præclari viri erat statua, virtutis ergò; Is peremptus postea in seditione ciuium ab improbo quodam homine; Contigit, labentibus annis, vt cum ad statuam ipsius interfector Mityos staret, cadens statua illum peremerit; Hanc eandem rem paulò secius narrat Plutarchus in
» libro τοῦ βραδέως ὑπὸ τοῦ θείου τιμωρουμένων. his verbis. καὶ τὸ μιλίου τοῦ ἀργείου καταπε-
» σὸν ἀναιρεθέντος ἀνδριάντα χαλκοῦν οἱ ἀγορανόμοι θέντες οὕσης ἐμπεσεῖν τῷ κτείναντι τὸν μίλιον, καὶ ἀνελεῖν.
Apud eũdem Plutarchum aliud simile hnic recensetur de quodam Callippo, qui cũ, amicitiæ sub prætextu, Dionem amicum suum peremisset, eodem ense aliquot annis
» post à suis familiaribus peremptus fuit, Verba Plutarchi sunt hæc. paulò ante.
» τοῖς οὐ καιρῷ καὶ φόβῳ προσήκουσι γενέσθαι τοῖς τιμωρίαις οὐ βέλτιον ἐστὶ τὸ τοιοῦτον, μὴ παραχρῆμα νομίζειν;
» οἷον δεῖ τὸ καταπεπτωκὸς κάλλιππον, ᾧ ζηθείῳ φίλος ἐστὶν ὁ λοκῶν ἀπέκτεινε Δίωνα, τοῦτο πάλιν αὖ τὸν ὑπὸ τῶν φίλων ἀπο-
» θανεῖν. Huiusmodi igitur euenta, & si casu facta sunt, videntur tamen habere τὸ μετάλληλον, & τὸ ἕνεκα, & ideò ex talibus euentis pulcherrimæ fiunt fabulæ, quia habent τὸ θαυμαστὸν, τὸ φοβερὸν, τὸ ἐλεεινὸν, quæ tria habent simul maximam vim ad mouendos auditorum animos. Simile quiddam iis, quæ superius recitauimus ex Plutarcho narrat Cic. in libro de fato. Icadio latroni saxum ingens ex spelunca in crura incidisse, ait enim. Puto enim, etiam si Icadius tùm in spelunca non fuisset, saxum tamen illud casurum fuisse. Nõ diuersum ab his refert Theocritus in Idyllio. xxviii. quod inscribitur ἐρασταὶ sub finem.

» καὶ πολὺ τὸν θεὸν ἦνθε, τὸν ὕβρισε, λαιψηρὸς δὲ
» ἴσατ' ἀεὶ κρηπῖδος, ἔρως ὑπὲρ αἰθέρος ἐφύπερθεν,
» ἄλλατο καὶ τ' ὤγαλμα κακὸν σὺν τεύχεσιν ἔφαβον
» αἷμα σὺν ἐφονεύθη, παιδὸς σὺν ἐπονάχετο φωνά.
» χαίρετε τοι φιλέοντες, ὁ γὰρ μισῶν ἐφονεύθη,
» σπέρχεσθε σὺν ὕμμιν ἀΐζων, ὁ γὰρ θεὸς ὅστις ἀνιάζει;

» Ἔοικε τὰ τοιαῦτα οὐκ εἰκῆ γενέσθαι, ὥς τε αἰτίαν τοὺς τοιούτους εἶναι καλλίους μύθους.

» Eiusmodi enim hæ sunt, vt nõ temere facta esse opinemur. ideoque
» pulcherrimas tales fabulas euadere necesse est.

Hinc colligimus breuem epilogum eorum omnium, quæ hactenus dicta fuerunt. Ait enim pulcherrimas, maximeque artificiosas fabulas eas esse iudicandas, quæ habent tria hæc. τὸ ἐλεεινὸν, τὸ φοβερὸν, τὸ θαυμαστὸν. nam quamuis hæc fortuito, casuque fiant; videntur tamen fato quodam, & certa ratione fieri, sed tota hæc res aliquantò copiosius declaranda videtur. Stoici olim enixè operã dederunt, vt ostenderent in rebus humanis omnia necessitate quadam fieri, fatoq. veluti quadam immutabili lege naturæ, regi; Ac sanè Chrysippum scimus librũ de fato scripsisse; quem in primis exagitat Eusebius in lib. VI. περὶ προπαρασκευῆς. Arist. verò, peripateticiq. omnes longe aliter sentientes, necessitatem hanc tollere ex actionibus humanis conati sunt, quibus autẽ rationibus effecerint hoc vtrique, non est opinor, necesse, vt hoc loco explicem; legat igitur, qui volet, Alexandri Aphrodis. Libellum, de hac re vberrimè scriptum in hanc sententiam. Veteres autem poëtæ tragici aut Stoicorum opinionem secuti, aut videntes vna hac ratione posse audientium animos cieri ad commiserationem; & obstringi religione, & metu deorum; eiusmodi arripuerunt actiones, in quibus fatum illud, ac necessitas inesse videretur; eiusmodi Oedipodis illa est. Alexander in suo libello ostendit, philosophos assertores fati, vel ob hoc ipsum uehementer reprehendendos, quòd Deos prædicere res futuras simul dicant hominibus; simulque illarum rerum agendarum imponere necessitatem; rem verò totam ita narrat. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπα περὶ θεῶν λέ-
» γουσιν; ἀπορούντων γὰρ ἡμῶν πρὸς αὐτοὺς τί ἀκριβῶς τὰ γιγνόμενα ἐξ ἀνάγκης γινέσθαι, καὶ παρὰ

τῶν

» τῶν θεῶν μαντεῖαι μὲν γίνονται συμβουλαῖσ ἐοικυῖαι, ὡσ ἀναμιμνήσκειν καὶ φυλάξασθαί τι, μὴ ποιῆ-
» σαι τῆσ ἀκουσάντων. καὶ διὰ καὶ τὸν τῷ λαΐῳ δοθεὶσ χρησμὸν παρασκευασμένων δι' ὃ λέγει πρὸσ αὐτὸν ὁ
» πύθιοσ ὡσ δεῖ τὸ μὴ δεῖν παιδοποιεῖσθαι, εἰ γὰρ φυτεύσασ παῖδα, ἀποκτενεῖ σ' ὁ παῖσ, καὶ πᾶσ σὸσ οἶκοσ
» βάπτεται διὰ αἵματοσ φάσιν. ἅτε δὲ μηδὲν αὐτῆ τοιοῦτον χρήσαντοσ, ὅ δὲν ἔμελλε τῷ καὶ τὴν περιπέτειαν τὴν
» ὡσ τὸν λαΐον, καὶ οἰδίπουν γνωμῶν γίνεσθαι, ὅτε γὰρ ἂν ὑβρίθησαν ὁ λαΐοσ τὸν γνώμονα αὐτῷ παῖδα ὡσ
» ὑβρίθησαν, ὅτ' ἀναιρεθεὶσ ὁ παῖσ ὑπὸ τῶ βουκόλου, καὶ δοθεὶσ πρὸσ εἰσποίησιν τῷ πολύβῳ κορινθίῳ, ἀνδρω-
» θεὶσ, καὶ πεύτυχ ὢν τῷ λαΐῳ καὶ τῷ οἴδιν, ἀγνοοῦντε, καὶ ἀγνοούμενοσ ἀπέκτεινεν αὐτὸν, ὃ γὰρ ἄν ποτε
» ὡσ μόσ οὐδὶν παρ' αὐτῆ ἀφόρμενοσ ἠγνόησε τυὸσ γονεῖσ, ὡσ τὸν μὲν αὐτῶν ἀποκτείνων, τῶν δὲ ἀγαγέσθαι
» πρὸσ γάμον. ὅπωσ δὴ ταῦτα πάντα σωθῇ, καὶ πληρωθῇ τὸ τῆσ εἱμαρμένησ ἀληθὲσ φανταζόμενον ὁ θεὸσ διὰ τῆ
» χρησμοῦ τῷ λαΐῳ παρέχων ὡσ ἀναμιμνήσκων φυλάξασθαι τὰ λεγόμενα, καὶ ἐπεὶ μεθυσθεὶσ ἐπαιδοποιήσατο,
» ὑβρίθη τὸ γνώμενον παιδίον, ὡσ διαφθερῶν, ἥτισ ἐκθεσισ αἰτία τῆσ ἀνοσίων μύθων ἐγένετο, εἶτα ὕσ ταῦτα
» λέγων πῶσ σώζει μανθάνω. ἡ γὰρ μαντικὴ δοκεῖ εἶναι μελλόντων προαγόρευσισ εἶναι, οἱ δὲ τὸν ἀπόλλω ποιη-
» τὼν ὧν προαγορεύει ποιῆσι. Quæ igitur oraculorum, aut diuinationis vtilitas (inquit Alexander) fuerit? aut cur ea inquirant homines tanto ſtudio, ſi euentura vitare non poſſunt? Eoſdem reprehendit philoſophos, quòd ſecuti fabulas tragicas poëtarum, fatum aſſerere voluerint; his verbis. ἄλλον δὲ ὅτι κἂν ἄλλον τινὰ μῦθον πάλιν ἀκούσωσι παρά τινοσ τῶ
» φαγωδοποιῶν, οἷσ ἔργον ἐστὶ ποιεῖν τὰ τοιαῦτα πλάσματα. πιστεύουσι τοῖσ μύθοισ, ὡσ γεγονόσι, μὴ τῶν εἱμαρ
» μένων μὴ πρόνοιαν διὰ ταῦτ' καταισκευάσασι, μὴ τοι βέλτιον ἴσ ἀναιρεῖν τὰσ ὑποθέσεισ τοιούτασ διὰ τὴν ἀτο-
» πίαν αὐτῶν. οἱ δὲ τοῖσ ἀτοπωτάτοισ πιστεύουσι ῥᾳδίωσ, μὴ τὸ καθ' λόγον αὐτὰ γενέσθαι αἰτίασ ἴσασ λέ
» γειν οὐκ οἰκοῦσιν. Prorſus enim credendum eſt ipſos poëtas accommodate voluiſſe loqui ad opinionem vulgi; Exiſtimant enim homines, cum occultas non perſpiciant cauſas rerum, atq. actionum; fato illa fieri; cũ præſertim habent τὸ μετάλληλον illud, de quo ſuperius locuti fuimus. nam ſeriem cauſarum ex ſeſe mutuo pẽdentium aſſerebant eſſe fatũ. Euſebius quoq. in Chryſippũ inuehitur, & Democritũ hac de cauſa in lib. προπα
» ρασκ. 5. cum ait. ἀνὴρ φήσειν ἂν ἴσ ὦ δημόκριτε, μὴ σὺ ὦ χρύσιππε μὴ σὺ ὦ μάντισ τεκνάζομεν μὲν γὰρ ἐθελη-
» σαι τὸν λαΐον, κύριον εἶναι τὸν λαΐον, καὶ τὸν ἐκπεφυγέναι τὸν ἀπολλωνίαν ὀφιν. τεκνώσαντι δὲ αὐτῷ ἐπεῖ
» νοι ἀνάγκην ἄφυκτον ὑπὸ τῆ φύσεοσ αὐτὸν ἀποθανεῖν, ὅτωσ δὴ τὸν ἐσὶ τῷ μέλλοντι ἀνάγκην παρέχειν τῷ
» μάντει τὸν τῆ γενομένου προαίδεσθαι. ἴσ δὲ που καὶ ὁ φύσεοσ βουλήσεωσ κύριοσ, ὥσπερ ὁ φύσεοσ,
» καὶ ὡσ ἐκεῖνοσ τῆ τεκνάζομαι καὶ μὴ, οὕτωσ οὕτοσ τῆ ἀποκτεῖναι, καὶ μὴ. Ariſtoteles igitur, qui ſentiebat, hæc quidem τὰ μετάλληλα non fieri fato, aut neceſsitate vlla, cupiebat tamen, cum loqueretur de tragœdia, inſeruire, ſalua dignitate, ac ſententia ſua, poëtarum, vulgariumque opinioni, nõ quidem fato ea fieri dixit, nam hoc ipſius ſententiæ fuiſſet repugnans, ſed non temerè videri hæc fieri; videntur enim fato fieri. atque hinc omnis error hominum, ac philoſophorum quoque extitit, quòd ea, quæ apparent, approbantes, occultiores, verioresque cauſas non indagarunt. Euitauit tamen nomen fati ſemper; atque ideo hoc loco dixit οὐκ εἰκῆ. ideſt non temere, quatenus enim ita ait, & illis induit, quaſi ſi non temerè fiant, ergo fato, prouidentiaque Deorum, duo enim hæc conſequantur ſimul neceſſe eſt, quod perſpexit Alexander, in ſuo libello, cùm ait μὴ διὰ μύθων τὴν εἱμαρμένην, μὴ πρόνοιαν καταισκευάζουσι & tamen
» per illa verba οὐκ εἰκῆ, etiam ſignificauit Ariſtoteles, nonnulla ex iis, quæ ipſi fato fieri dicebant, fortuito fieri, non nulla verò natura. Hæc enim eſt ipſius ſententia, ſicuti declarat idem Alexander, exempla autem hæc affert. Incontinens aliquis eſt, ac voluptatibus deditus; ad haſque ſuapte natura propenſus fertur; huic accidant neceſſe eſt ea incommoda, quæ huiuſmodi ſolent accidere. Auarus aliquis eſt rapax, crudelis, omniaque hæc inſita habet à natura; in ea igitur incidat neceſſe eſt, quæ conſequi tales ſolent. Hoc fatum veteres vocabãt Stoici. Peripatetici naturam appellant. Verba Alexandri ſunt hæc. διὸ καὶ λέγοι ἴσ ἂν εὐλόγωσ τὴν οἰκείαν φύσιν ἀρχὴν ἑκάσου, καὶ αἰτίαν εἶναι τῆσ
» τῆσ γινομένων ἐν αὐτῷ καθ' φύσιν ταῖσ ἕξεωσ, ἀφ' ταύτησ γὰρ ὡσ ἐπιτοπλεῖσον, οἵτε βίοι τῆσ ἀνθρώπων τὴν
» ταῖσ ἕξιν, καὶ τὴν καταφρονῆν λαμβάνουσιν. ὁρῶμεν δὴ, ὅτι καὶ τὸ σῶμα τὸ τοιὸν, μὴ τοιὸν εἶναι τὴν φύσιν,
» καὶ ἐν νόσοισ, καὶ φθοραῖσ ἀκολούθωσ τῆ φυσικῆ συσάσει γίνεσθαι. καθ' δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆσ
» ψυχῆσ δύρει ἴσ ἂν παρὰ τὴν φυσικὴν καταισκευὴν διαφόρουσ γνώμασ ἑκάσῳ τάσ τε προαιρέσεισ, καὶ
» ταῖσ πράξεισ, καὶ τοὺσ βίουσ. ἤθοσ γὰρ ἀνθρώπων διάιμον καθ' ὃν ἠρέκλητον, τουτέσι φύσιν, ὡσ ἐπιπλεῖ-
» σον γὰρ τοῖσ φυσικοῖσ καταισκευαῖσ τε, καὶ διαθέσεσιν, ταῖσ τε πράξεισ, καὶ ταῖσ βίουσ, μὴ ταῖσ καταφρονᾶσ

© SCD - Université de Poitiers

» αὐτῆς ἀκολούθως ἰδεῖν ἔσι. τῷ μὲν γὰρ φιλοκαθήνῳ, καὶ θρασεῖ φύσει βίαιος ἦν, καὶ ὁ θάνατος ὡς ἐπιτο-
» πλεῖσον, αὐτῇ γὰρ ἡ τῆς φύσεως εἰμαρμένη, τῷ δέ γε ἀκολάστῳ τῇ φύσει, τότε αὖ ἡδονὰς αὐτοῖς καζά-
» γει. οὗτος γὰρ ὁ τῆς ἀκρατοῦς βίος, καὶ οἱ τοιούτοις αἱ τῶν βίων καζαστροφαὶ πάλιν εἰσὶ κατ' εἰμαρμένην,
» καὶ τοῖς ἀνελευθέροις δὲ τῇ φύσει, ἢ ἁπλῆσιος τοῦ κτᾶσθαι χρημάτων, ἢ ζῆ τῆς εἰμαρμένης σωσθῆναι, οἱ
» ἀδικίαις γὰρ ὡς ἐπιτοπλεῖσον ὁ τοιούτων βίος, καὶ ἡ τῶν βίων δὴ καζαστροφὴ τοῖς κατ' αὐτὰ πράττουσιν ἀ-
» κόλουθος τούτοις. Hæc eſt Peripateticorum, Ariſtoteliſque ſententia; ſed eſto; hæc non temere fieri, nõ natura, ſed fato, ac neceſsitate quadam, ſeu prouidẽtia Deorum, ſicuti exiſtimaſſe olim Stoici videntur, Tragiciſque poëtæ omnes, ſecuti vulgariũ ſententiã hominum; neceſſe eſt omnino omnium laudatiſs. pulcherrimasq. fabulas in tragœdiis eas eſſe, quæ huiuſmodi fuerint; ratio autẽ huius concluſionis eſt, quæ elicitur ex verbis Ariſt. quia has res homines opinantur, nõ fieri temere, ſed fato, ac voluntate Deorum regi homines igitur audientes talia inuadit, occupatq. ſuperſtitio, ac religio vehemens, quæ timorem, metumque iniicit ipſis, quòd exiſtimãt ea quoque ſibi poſſe accidere; metuuntque, ne eadem ſibi aliquando accidant. Libet verò mihi breuiter oſtendere in iis, quæ Oedipodi acciderunt, omnia poſſe ad naturam redigi, ſicuti docuit Alexander. Laius Rex prouidus, ſuæque timens ſaluti; ſeruus à quo exponitur iuſſu Regis, crudelis; paſtor, à quo ſuſcipitur aliturque infans expoſitus, humanus, piuſque. Oedipus iam grandis natu iracundus, iniuriarumque acerrimus vltor perſpicax, prudens, & callidus: ideo exponi iubetur à Laio infans. Seruus ob cru delitatem nouo genere ſuſpẽdii perimere vult infantem. paſtor humanitate impulſus infantem ſoluit, liberat, alitque. Occurrens Laio in via Oedipus præ nimia iracundia, cum iniuriam illatam ſibi ferre non poſſet, perimit Regem, & comites. Hæc igitur ita à natura prouenerunt; præterquàm quòd multi euentus fortuiti interea miſti ſunt; nam cum Laius aliò tẽderet cũ comitibus, incidit in Oedipodem. Oedipus in Laium. illud quo que fortuitum, vt alia de cauſa per ſyluã errans paſtor incideret in ſuſpenſum infantem, ſeruaretque. Ariſtotelis igitur ſententia. dicantur iſta tum ex natura, tum ex fortuna ita proueniſſe; veteres autem Stoici dicerent hæc fato contigiſſe.

» Εἰσὶ δὲ τῶν μύθων οἱ μὲν ἁπλοῖ, οἱ δὲ πεπλεγμένοι. ἦσι γὰρ αἱ πράξεις, ὧν μιμήσεις οἱ μῦ-
» θοί εἰσιν, ὑπάρχουσιν οὕτως οὖσαι τοιαῦται. λέγω δὲ ἁπλῆν μὲν πρᾶξιν, ἧς γενομένης, ὡς ὅρ-
» ῳσαι, συνεχοῦς ἦσι μιᾶς, αὖ δὶ περιπετείας ἢ ἀναγνωρισμοῦ ἡ μεζάβασις γίνεται· πε-
» πλεγμένη δὲ, ἧς μετὰ ἀναγνωρισμοῦ, ἢ περιπετείας, ἢ ἀμφοῖν ἡ μεταβάσις ἐστί.

» Fabularum aliæ ſimplices, aliæ implexæ: quemadmodum & actiones, quarum imitationes ſunt ipſæ fabulæ, talem illico ſpeciem præ ſe ferunt. Simplicem actionem voco, in qua quidem (vt dictum eſt) cõtinua vna, abſque peripetia, agnitioneue agendo fit mutatio: implexã, quæ vel agnitione, vel peripetia, vel etiam vtraque.

Connectuntur hæc cum ſuperioribus, atque ex iis deducuntur, in hunc modum. Poſtquàm declarauit Ariſt. in tragœdiis tria ineſſe. τὸ ἐλεεινὸν. τὸ φοβερὸν. τὸ θαυμαστὸν. colligit ex his, duo eſſe fabularum tragicarum genera. nã aliæ ſunt ſimplices; aliæ ſunt implexæ. aut enim tria illa ſimul omnia inſunt in fabula, aut aliqua ſeparatim. ſi ſeparatim; vt τὸ ἐλεεινὸν. ſi ſimul aut duo, vt τὸ ἐλεεινὸν ἢ φοβερὸν. aut tria, vt τὸ ἐλεεινὸν, τὸ φοβερὸν, τὸ θαυμαστὸν. Neq. plures his quatuor modis reperiri poſſunt. quorum duo ſunt ſimplices, alii duo ſunt implexi. nam τὸ φοβερὸν nõ ponitur vnquàm ſeparatim per ſe; neque τὸ θαυμαστὸν. ſicuti ex iis, quę dicta ſunt antè, facilè perſpici poteſt, et paulò poſt apertius patebit per exẽpla ex veteribus allata. Probatur autẽ ſuperior diuiſio Ariſto. hac ratione, Quot fuerint actionũ genera, totidem etiã ſint oportet genera fabularum. nã fabulæ ſunt actionum imitationes aut verarum, aut veriſimilium. Vt igitur aptè intelligamus, qualis ſit ſimplex, aut implexa fabula; prius eſt declarandum, quę nam dicatur actio ſimplex; & quæ implexa. Actio ſimplex his verbis deſcribitur ab Ariſtotele ἧσ γενομένης, ὡς ὅρῳσι, συνεχοῦς, καὶ μιᾶς, ἄνευ περιπετείας, ἢ ἀναγνωρισμοῦ ἢ μεζάβασις γίνεται. Vertit Paccius me-

τάβασιν. mutationem. quod alienum eſt à ſententia Ariſtotelis, nam non de mutatione, ſed de exitu actionis, & fabulæ loquitur, mutatio autem in fabula non poteſt fieri, ſine agnitione, & peripetia ſic igitur ſunt vertenda. Cuius, cum continua, et vna ſit vt antè dictum fuit, tranſitio fit ſine vlla peripetia, & agnitione. μεταβασιν igitur vocat Ariſtoteles, inclinationem fabulæ; ſeu eam, quæ à nonnullis vocatur, Cataſtrophe. hoc eſt exitus rei, ea itaque fabula, in qua fit actiõis declinatio ſine vlla peripetia, & agnitione, dicitur ſimplex; quid autem ſit peripetia, & agnitio declarabitur poſtea. poſsit ambigere aliquis in illis verbis σωκεχοῦσ᾽ ἡ μία σ᾽, ἄνευ περιπετείασ, ἢ ἀναγνωρισμοῦ; an fabula dicatur vna, quotieſcunq. peripetiã, agnitionem'ue non habeat, alioqui nõ dicatur vna, ſi fuerit in ipſa peripetia, & agnitio. ſed ſciendum non hoc voluiſſe ſignificare Ariſtotelem, nihilò enim minus vna fabula dicitur, quæ peripetiam, & agnitionẽ habet, quàm quæ non habet. Verùm quoniam fabula citius ad exitum deducitur, ſi nõ interſeratur vlla agnitio, aut peripetia: magisque rectà contendit ad Cataſtrophen, quàm ſi ſe per illas partes inſinuet. ideo dictum eſt vnam eſſe, cõtinuamque fabulam, quia minus multis interrupta eſt Epiſodiis; nam peripetia, & ea præſertim quæ per agnitionem fit, epiſodium vnũ occupent neceſſe eſt, & quamuis epiſodia cum re ipſa coniuncta ſunt, tamen quia fabulam protrahunt, prolixioremque faciunt; obliquiore via tendere ad exitum, cum talia epiſodia habuerit, videtur fabula. Exemplum peti poteſt ex tragœdia Sophoclis, quæ Aiax μαστιγοφόροσ inſcribitur. ea enim neque peripetiam, neque agnitionem vllam habet; et celerrimè deducta fuiſſet ad exitum; niſi ingeniosè poëta captaſſet epiſodia, tùm à perſona Tecmeſſę, tùm à cõtentione Menelai, & Teucri; Nunc redeo ad quatuor illos modos declarandos, quorum duo ſimplices ſunt; duo implexi. Prior modus ſimplex eſt, qui habet τὸ ἐλεεινὸν tãtùm. qualis eſt in Philoctete, in Trachiniis, in Medea, in Hecuba. Alter modus ſimplex, eſt, qui habet τὸ ἐλεεινὸν, καὶ φοβερὸν, qualis eſt in Aiace, nam hominẽ quilibet cõmiſeratur; & ſibi timet, ne, Deorum ira, aliquid ſimile accidat. Prior autem modus, qui implexus eſt, habet τὸ ἐλεεινὸν, καὶ θαυμαστὸν; qualis in Iphigenia in Tauris; nam & cõmiſeratione digni ſunt mactandi Hoſpites; & agnitio illa fortuita, ac peripetia, admirabilis eſſe videtur; qualis in Electra Sophoclis. nam & ipſa lugẽs cõmiſerationem ciet; & agnitio illa admiratione habet; quòd præter ſpem fit; et inſperatum affert cõmodum. Alter modus implexus eſt, qui habet τὸ ἐλεεινὸν, τὸ φοβερὸν, καὶ τὸ θαυμαστὸν. qualis Oedipus Tyrãnus. nam is cõ miſeratione dignus eſt; & ira Deorũ immiſſa peſtis; oraculo Apollinis, vaticinioque Tireſiæ detectum ſcelus, quod ab inſcio fuerat patratum metum, iniicit, ac religionẽ; præterea euentus illi rerum, qui è fato pendêre videntnr, longa quadam ſerie ducti, multum afferunt admirationis. Perplexam fabulam deſcribit his verbis Ariſtoteles. ὅταν μετ᾽ ἀναγνωρισμοῦ ἢ περιπετείασ, ἢ ἀμφοῖν ἡ μετάβασισ ᾖ. ideſt ex qua poſt agnitionem, vel peripetiam, vel vtranque exitus, cataſtropheque fabulæ fit; Nam aliæ ſunt fabulæ, in quibus agnitio tantùm ineſt; qualis eſt Iphigenia Euripidis in Tauris. Alię, in quibus peripetia tantùm, qualis Antigone Sophoclis: nam Creon poſt peremptam Antigonen, cũ ſperaret ſe lætum fore; magnaque cariturum moleſtia, luget Eurydices cõiugis interitum, quæ impatiens doloris, quem conceperat ex Hæmonis filii morte, ſu ſpendio finierat vitam; nam Hæmon, qui deperibat Antigonen, eius morte audita, ſibi'met mortẽ conſciuerat. Aliæ ſunt, in quibus eſt ſimul & peripetia, & agnitio, qualis Oedipus Tyrannus Sophoclis.

„ Ταῦτα δὲ δεῖ γενέσθαι ἐξ αὐτῆ τ᾽ συστάσεωσ τῦ μύθου. ὥστε ἐκ τῶν προγεγενημένων συμ-
„ βαίνειν ἢ ἐξ ἀνάγκησ, ἢ κατὰ τὸ εἰκὸσ γίγνεσθαι ταῦτα. διαφέρει γὰρ πολὺ γίνεσθαι, τόδε
„ ἐξ τόδε, ἢ μετὰ τόδε.

„ Hæc verò in ipſo rerum contextu ita aſtruenda ſunt, vt ex his, quæ
„ prius acta fuerint, neceſſariò ſequi, aut certè veriſimiliter agi videan-
„ tur. Multum enim differt, fiant hæc per hæc, an ex his.

Præceptum tradit Ariſtoteles, quod eſt huiuſmodi. In fabula, quam diximus imple-

© SCD - Université de Poitiers

» xam vocari,ita Agnitionis, & peripetię eſt habenda ratio,vt inter ſe aptè cohæreant,
» & alterum ex altero conſequatur aut neceſſariò, aut ſecundum veriſimile, multum enim differt,inquit Ariſtoteles,an hæc per hæc fiant,aut poſt hæc;ita verba ſunt vertenda;quæ non aptè vertit Paccius;verùm locus hic, quoniam adhuc obſcurus eſt;copioſius videtur eſſe declarandus; magnam vbique rationem eſſe habendam præcipit Ariſtoteles in ſcribenda tragœdia,ordinis ac cõiunctionis rerum; Cum igitur interſerenda fuerit aut agnitio,aut peripetia;videndum eſt, vt non extrinſecus, ſed ab ipſa fabulæ conſtitutione ducatur;atque ex ipſa prorſus actione enaſci videatur.ſicuti cõ ſequentia ex præcedentibus ſolent, aut effecta à ſuis propriis, verisque cauſis.indocti quippè poëtæ, ac parum periti artificii ſcribendarum tragœdiarum, ſæpè hæc extrinſecus à rebus longinquis petunt, quod valde eſt reprehendendum. Fuit ſanè etiã olim(ſicuti nunc in ſcribendis comœdiis videmus) genus quoddam indoctorum poëtarum;qui ſeriem hanc,ac connexionem rerum non ſeruantes,conſtitutionem fabulæ diſiunctam,ac diſgregatam faciebant.atque ſi quando agnitionem,aut peripetiam inducere voluiſſent,id minus aptè faciebãt,interrumpentes ſeriem fabulæ.quo enim ſpectat (dicam enim quale ſit vitium noſtratium hominum,qui multum ſibi placent in ſcribendis comœdiis) manus illa armatorum ſatellitum,ſeu lictorum, qui perſonas in ſcena in carcerem rapit,magnasque ciet turbas?quaſi verò peripetia,aut ſolutio fabulæ,non ex ipſis rebus ab ingenioſo poëta deduci poſsit, ita vt ſit cum tota conſtitutione coniuncta.legant velim hi,poëtas Græcos, obſeruentque,quali ratione ab ipſis & peripetiæ,et agnitiones inducantur in fabulas,interſeranturque.exempla hoc loco afferrẽ;ſed quia de agnitione paulòpoſt copioſius agemus, tunc exemplis rem totam declarabimus; & quoniam peripetiæ ipſe'met Ariſtoteles affert exempla,in conſequẽti contextu,ibi copioſius allatis exemplis hoc patefaciemus. Nunc declaro verba illa;
» ὥστε ἐκ τῆς προγεγενημένου συμβαίνειν.vocat Ariſtoteles,τὰ προγεγενημένα ea,quæ antè facta fuerunt,& præcedentia:ex præcedentibus pendent conſequentia;Conſequentia ſunt illa,in quibus eſt aliquid prius,aliquid poſterius; atque hæc ſanè huiuſmodi ſunt, aut quòd ita inter ſe ſunt collocata;& poſita; aut quòd eiuſdem ſunt generis;hæc ſimilia inter ſe ſunt,& alterũ ex altero gignitur; vt auus,pater,filius,ſemen,frutex, fructus, folia.illa verò diſſimilia, diuerſorumque generum eſſe poſſunt, & tamen ſitum eiuſmodi ſortiri, vt hoc prius, illud poſterius ſit.Sicuti in Panathenæis pompa.certamen tragicorum,certamen comicorum,ſaltatio chori.Requirit igitur Ariſtoteles in fabula præcedentia, & conſequentia eiuſdem generis;atque peripetiam, & agnitionẽ ait ita debere collocari inter ſe;& coniungi cum cæteris partibus fabulæ, vt ex ipſis enaſci videantur. Et quoniam agnitio,ac peripetia primum locum non obtinent in fabula,ſed cætera conſequuntur.ideo ait ipſas deduci ἐκ τῆς προγεγενημένων,quaſi innuat Ariſtoteles has eſſe poſteriores,& conſequi priores partes fabulæ;ſicuti dicimus duo cõſequi vnum; non autem vnum, duo; nam illud ſemper conſequitur hoc.hoc ſemper
» præcedit illud.talem ordinem ſignificauit multò magis Ariſtoteles,cum ait ἢ ἐξ ἀνάγκης, ἢ ἐξ εἰκότος,quæ verba ſunt à me alio loco ſæpe declarata,cum de ſerie,ac cõiunctio
» ne fabulæ partium,actionumque loquerer ex Ariſtotelis præſcripto. Conſequuntur alia verba in contextu Ariſtotelis, quæ conſideranda ſunt, & explicanda diligentius. διαφέρει γὰρ πολὺ γίνεσθαι τοῦτο διὰ τοῦτο, ἢ μετὰ τοῦτο. Ea quæ dicũtur. HAEC PER HAEC. ſunt
» effecta,quæ ex ſuis cauſis proueniũt.ea verò,quæ dicũtur; HAEC POST HAEC,ſunt res,quæ diuerſo fiunt tempore,altera poſt alterã. Ariſtoteles in libro τῆς κατηγοριῶν ait, alterum altero dici prius,aut poſterius quatuor, ſeu quinque modis. Primus modus
» continet ea,quę diſtinguntur tempore.verba illius ſunt hæc.πρῶτον μὲν τὸ,καὶ κυριώτατα
» κατὰ τὸν χρόνον,καθ' ὃ πρεσβύτερον ἕτερον ἑτέρου,καὶ παλαιότερον λέγεται. τῷ γὰρ ἐν χρόνον πλείω εἶναι
» καὶ παλαιότερον, καὶ πρεσβύτερον λέγεται. Cum igitur in libello hoc Poëtices ait τοῦτο μετὰ τοῦτο.ideſt hæc poſt hæc,ea ſignificauit,quæ priora ſunt,ſeu poſteriora tempore.& diuerſa tamen inter ſe. Non hoc modo peripetiam, & agnitionem conſequi cæteras partes,iisque eſſe poſteriores oportet; nam eſſent diſiunctæ ab illis, quamuis ordine eo collocarentur, Requiritur autem in primis in fabula vt omnia cohæreant; atque

ita

ita ſint ſimul connexa,vt alterum ex altero quodãmodo enaſcatur, ac deducatur.ſed huiuſmodi nõ fuerint,ſi ſint κατὰ μὲν τὰδε,hoc eſt κατὰ χρόνον.Secundus modus qui explicatur ab Ariſt. οὐ κατηγορίαις.et dicitur κατὰ τὸ ἀκολουθεῖν τῷ εἶναι, nihil confert ad rem noſtram hanc,de qua loquimur,explicandam. nam ea ſunt (vt inquit Hammonius) priora vel poſteriora τῇ φύσει,hoc eſt ſimpliciora,ſeu magis compoſita. Tertius modus continet ea quæ ſunt priora, & poſteriora κατὰ τὴν τάξιν, ideſt ordine. Ordo autem aliquando ſemper idem eſt;vt quę priora ſint,ſemper ſint priora,et poſteriora ſemper poſteriora,aliquando eiuſmodi,vt non ſemper eadem priora & poſteriora, vt elementa in dictionibus conficiendis; aliquando enim hoc prius, aliquando idem in alia dictione poſterius eſt. Sed omnino elementum ſemper prius eſt ſyllaba.& ſyllaba prior dictione.atque hic ordo ſemper idem eſt, & eadem ſemper priora continet.aliaque ſemper poſteriora; ſicuti etiam in ſcientiis demonſtratoriis. nam propoſitiones duæ apta ſerie inter ſe collocatæ altera poſt alterã,præcedunt concluſionem;atque ipſa cõcluſio ex illis deducitur, tanquàm effectum à ſua cauſa. Eodem modo,in fabula tragica agnitionem,ac peripetiam ex prioribus deduci oportet.atque ſic erunt τόδε δὴ τόδε non ſecus ac ab igni exiſtit fumus neceſſariò, tanquàm τόδε δὴ τόδε. Patet igitur per hæc verba voluiſſe ſignificare Ariſtotelem; oportere agnitionem, ac peripetiam,non fortuitò inſeri in fabula tragica,vt diſiunctæ videãtur, aut alienæ à reliquis partibus, temerèque interpoſitæ;ſed connexas eſſe cum tota actione, ita vt ab ipſa enaſcantur; Quid multis?agnitionem, ac peripetiam huiuſmodi tragicarum fabularum (loquor de iis,in quibus inſunt) eſſe partes rationis(ſic enim omnes loquũtur exprimẽtes verbum Ariſtotelis λόγου) dicendum eſt,ideſt,ex quibus ſumatur ipſarum definitio;nam ſicuti,bipes,ratione præditum,aptum ad ridendum, terreſtre,animal,hęc omnia dicimus eſſe quaſdam partes rationis,ex quibus ſcilicet tota ratio, ſeu definitio hominis cõſtat,dicimus enim hominem eſſe animal,terreſtre,bipes,ratione præditum,& aptũ natum ad ridendum;ſic;aliæ partes,quotcunque ſunt,atque hæ ſimul,agnitio,inquã, & peripetia,conficiunt rationem,ſeu definitionem fabulæ tragicæ; dicimus enim fabulam eſſe,quæ conſtat ex aliis,& aliis partib. (nam nunc non eſt neceſſe eas enumerare) & demum etiam ex agnitione, & peripetia.patet igitur has partes eſſe,vt τόδε δὴ τόδε,valde inſitas,atque annexas ipſi fabulæ. Nos vltimam hãc probationem ſumpſimus ex Ariſto.lib.v 11. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ: vbi diſputat,an partes ſint priores toto.

» Ἔστι δὲ περιπέτεια μὲν, ἡ εἰς τὸ ἐναντίον τῶν πραττομένων μεταβολὴ, καθάπερ εἴρηται·
» καὶ τοῦτο δὲ, ὥσπερ λέγομεν, κατὰ τὸ εἰκὸς ἢ ἀναγκαῖον, ὥσπερ ἐν τῷ Οἰδίποδι, ἐλθὼν ὡς
» εὐφρανῶν τὸν Οἰδίποδα, καὶ ἀπαλλάξων τῶν πρὸς τὴν μητέρα φόβου, δηλώσας ὅστις ἦν, τοὐ-
» ναντίον ἐποίησε, καὶ ἐν τῷ Λυγκεῖ, ὁ μὲν ἀγόμενος ὡς ἀποθανούμενος, ὁ δὲ Δαναὸς ἀκολουθῶν,
» ὡς ἀποκτενῶν, τὸν μὲν συμβῆναι ἐπὶ τοῖς πραγμένοις ἀποθανεῖν, τὸν δὲ σωθῆναι.

» Peripetia eſt eorum,quæ aguntur (quemadmodum dictum eſt) in
» contrarium mutatio.id autem (ſicuti docuimus) aut veriſimiliter,
» aut neceſſariò ſit:vt in Oedipode.acceſsit enimille delectaturus Oedi
» podem,eundemque parentis inceſtandæ timore liberaturus:quis au-
» tem eſſet, vbi oſtendit contrarium effecit. In Lynceo quoque ductus
» ille quidem eſt, veluti mox immolandus. Danaus contrà ſubſecutus,
» vt immolaret: ſed accidit ex his quæ patrata ſunt,vt hic necem,ille ſa-
» lutem ſit aſſecutus.

Poſtquam Ariſtoteles Peripetiam, atque agnitionem in fabula ita inſeri debere docuit,vt cohæreant,& coniunctæ ſint cum aliis partibus eo, quo diximus, modo.nunc declarat quid ſit περιπέτεια.Ea autem nihil aliud eſt,quàm mutatio fortunę in contrarium.hanc vero mutationem non repentè,ſed paulatim fieri oportet, ex neceſſario ductam,aut veriſimili.Sæpè inculcat hæc verba Ariſtoteles,vt cognoſcas quanti mo-

© SCD - Université de Poitiers

menti sit, aptè partes fabulæ inter se coniungere, ita vt altera ex altera pendeat. Quòd si quis repentè factam mutationem inducat & peripetiam; necesse fuerit, vt causam eius mutationis, nullã agnoscant auditores, totaque narratio, ac peripetia sit ridicula, & parum vehemens; non alia igitur de causa interposuit illa verba Aristoteles rursus, hoc loco καζ ἐ εἰκὸσ, ἢ ἀναγκαῖον, quàm vt ostenderet paulatim ex probabili causa, quæ cum superioribus sit coniuncta, deduci. Rem totam perspiciemus paulò post in exemplo ex Sophoclis Oedipode allato. Athenæus lib. XIII. librum Nicandri, citat, qui inscribebatur περιπέτεια. his verbis καὶ ἄλογα δὲ ζῶα ἀνθρώπων ἠράσθη σεκούνδου μὲν ὕνοσ
» βασιλικοῦ οἴνοχ όου ὁ λεκζῶν. ἐκαλεῖτο δὲ ὁ μὲν Ἀλεκζῶν καὶ ζαυροσ, ὁ δὲ σεκοῦνδοσ ὧ οἰκέτησ τῶ βι-
» θυνῶν βασιλέωσ, ὡσ ἱστορεῖ Νίκανδροσ ἐν ἕκτῳ περιπετειῶν. puto lib. Nicandri continuisse euenta
» eiusmodi, quæ sæpè caderent in contrariũ; atque ideo talẽ præsetulisse inscriptionẽ.
» Interpres quoque Nicãdri poëtæ, quẽ habemus, in Alexipharmacis declarat quid sit περιπέτεια, his verbis περιπέτεια δὲ λέγονζαι ζὰ παρ' ἐλπίδα συμβεβηκόζα πάνζα, καὶ οὕτωσ παρὰ φρ
γικοῖσ ἐ ζὰ καλοῦνζαι. Peripetia in Oedipode Sophocleo, qui Tyrãnus inscribitur, est, vbi accedens ad Oedipodẽ Nuncius Corintho missus, vt nũciaret Regem pronunciatũ illũ esse à Corinthiis, sicque illũ oblectaret, mox cũ Oedipus diceret se in magno metu esse incestãdæ matris, quã Meropen Polybi Corinthiorum Regis vxorẽ putabat, nunciusque illũ hac suspicione, metuque liberare vellet, contrariũ effecit, nã metũ auxit, et suspicionẽ nõ modò sustulit, sed etiam iã illum cũ Iocaste matre, quã nesciebat esse matrem, concubuisse, Laiumque patrem peremisse. Versus Sophoclis hi sunt.

» Αγ. ποίασ δὲ γυναικὸσ ἐκ φοβεῖσθ' ὕπερ
» Οἰδ. μεροπησ γεραιὲ, πόλυβοσ ἦσ ὤκει μέζα
» Αγ. ζί δ' ἔσζιν ἐκείνησ ὑμιν ἐσ φόβον, φέρον;
» Οἰδ. θεήλατον μάντεύμα δεινὸν ὦ ξένε.
» Αγ. ἢ ῥητὸν, ἢ οὐ θεμισὸν ἄλλον εἰδέναι;
» Οἰδ. μάλισα γ'. εἶπε γὰρ μελοξίασ ποτὲ
» χρῆναι μιγῆναι μητρὶ τῆ μαυτοῦ, τό, τε
» ὠν ὄνεχ ὁ κόρινθοσ ὐβ ἐμοῦ πάλαι
» μακραὶν ἀπωκεῖτο. Paulò post
» Αγ. ὦ παῖ καλῶσ εἶ δῆλοσ οὐκ εἰδὼσ ζὶ δρᾷσ
» Οἰδ. πῶσ ὦ γεραιὲ. πρὸσ θεῶν δέδιχσκεμε
» Ἀγ. εἰ τῶνδε φεύγοσ οὔνεκ' εἰσ οἶκουσ μολεῖν. Paulò post
» Οἰδ. πῶσ δ' οὐχ ὶ, εἴγε παῖσ τῶνδε γεννητῶν ἔφυν;
» Αγ. ὅθ' ἄνεκ' ἐμοὶ γε πόλυβοσ οὐδὲν ἐν γενέ.
» Οἰδ. πῶσ εἶπασ, οὐ γὰρ πόλυβοσ ὐβέφυσέ με;
» Αγ. οὐ μᾶλλον οὐδὲν τόνδε τ' ἀνδρὸσ, ἀλλ' ἶσον
» Οἰδ. καὶ πῶσ ὁ φύσασ ὐβ' ἶσον τῷ μηδενὶ;
» Αγ. ἀλλ' οὐ σ' ἐγείνατο. οὐτ' ἐκεῖνοσ, οὐτ' ἐγώ.
» Οἰδ. ἀλλ' ἀνὶ τί τὸ παῖδα δὴ μ' ὠνομάζετο;
» Αγ. δῶρόν ποτ' ἔλαβε τῆσδε χειρὸσ ἐμῶν χ φρῶν λαβών.
» Οἰδ. κἄθ' ὧσ ἀπ' ἄλλησ χειρὸσ ἱστερξεν μέγα;
» Αγ. ἡ γὰρ πρὶν αὐτὸν ὐβέπεσεν ἀπαιδία.
» Οἰδ. σύδ' ἐμπολήσασ, ἢ τεκὼν μ' αὐτῷ δίδωσ;
» Αγ. ὐρὼν ναπαίασ οὐ κιθαιρῶνοσ πλευχ αῖσ.
» Οἰδ. ὡδὶ πόρευσ δὲ πρὸσ τί σῆσ δὲ τόπουσ;
» Αγ. ἐπ' ταῦθ' ὀρείοισ ποιμνίοισ ἐπεσάτουν. Paulò post
» Οἰδ. ἦ γὰρ παρ' ἄλλου μ' ἔλαβεσθ', αὐδὶ αὐτὸσ τυχὼν;
» Αγ. οὐκ ἀλλὰ ποιμὴν ἄλλοσ ἐκδίδωσι μοι.
» Οἰδ. τίσ οὗτοσ; ἢ κάτοιδα δηλῶσαι λόγῳ;
» Αγ. τῶν λαΐου δήπου τισ ὠνομάζετο.
» Οἰδ. ἦ τὸ τυράννου τῆσδε γῆσ πάλαι ποτε,
» Αγ. μάλισα. τούτου τ' ἀνδρὸσ ὅτοσ ὧδε βοτῆρ.
» Οἰδ. ἦ κἄσ' ἔτι ζῶν οὗτοσ ὥστε ἰδεῖν ἐμέ;

Αγ. νμεῖσ

© SCD - Université de Poitiers

» Αγ. ὑμεῖσ γ' ἄρισ' ἂν εἰδῆτ' ἀν οὐ πιχώριοι. & quæ ſequuntur

Nam paulatim agnoſcit ex eius Nuncii ſermone, qui illum ſuſpicione tali liberare ſtudebat, ſe cum matre Iocaſte iam concubuiſſe, & Laium peremiſſe. Aliud exemplũ apponit Ariſtoteles, ex quo cognoſcamus quid ſit περιπέτεια. quomodoque ſe habeat: eſt autẽ ſumptum à Lynceo. talem inſcriptionem tragœdiæ nuſpiam adhuc legi. Sed argumentum huiuſmodi fuit. Danaus Rex Argiuorũ quinquaginta filias ſuas Aegiſti Regis fratris filiis totidem deſpondit, quæ iuſſu patris Danai maritos dormientes ferro agreſſæ peremerunt. Hypermneſtra è multis vna inſigni pietate in maritũ Lynceum fuit; nam illum clàm incolumnen dimiſit; Danaus id audiens inſectatus eſt Lynceũ, vt perimeret; ſed à Lynceo Danaus peremptus fuit. De Hypermneſtra Horatius libro tertio Od. ita ait. & aliis ſororibus.

» Stetit vrna paulum
» Sicca, dum grato Danai puellas
» Carmine mulces.
» Audiat Lyde ſcelus, atque notas
» Virginum pœnas, & inane lymphæ
» Dolium fundo pereuntis imo.
» Seraque fata.
» Quæ manent culpas etiam ſub orco
» Impiæ, nam quid potuere maius
» Impiæ? ſponſos potuere duro
» Perdere ferro.
» Vna de multis face nuptiali
» Digna, periurum fuit in parentem
» Splendidè mendax, & in omne virgo
» Nobilis æuum.
» Surge quæ dixit iuueni marito,
» Surge, ne longus tibi ſomnus, vnde
» Non times, detur, ſocerum, & ſceleſtas
» Falle ſorores. & quæ ſequuntur.

Pindarus. quoque ode. x. Nemeorum

» δαναοῦ πόλιν, ἀγλαο-
» θώκων τε πεντήκοντ' κορᾶν, χάρεντος,
» ἄργοσ, ἥρασ δῶμα θεσπεσίασ, ὑμνεῖ-
» τε, φλέγεται δ' ἀριστᾶσι
» μυρίαισ' ἔργων θρασείαν εἵνικεν.
» μακρὰ μὲν τὰ περσέωσ' ἀμ-
» φὶ μεδοίσθασ γοργόνοσ.
» πολλὰ δ' αἰνήσαιμ' ἂν κατώκισθεν ἄστυ
» ταῖσ ἐπάφου παλάμαισ.
» οὐδ' ὑπερμνήστρα παρεπλάγχθη μονό-
» δαφον σὺν κολεῷ κατὰχ οἴαισ ξίφοσ

Athenæus libro decimotertio Aeſchyli verſus recenſet, ex tragœdia, quæ inſcribebatur δαναΐδες. his verbis, καὶ ὁ σμυρίζατοσ δ' Αἰχ ὕλοσ σὺ ταῖσ δαναΐσι αὐτὼ παρέγραψε τὼ Αἰσχύλῳ λέγουσαν.

» - ἐρᾷ μὲν ἀγνὸσ οὐρανὸσ φῶσαι χθόνα,
» ἔρωσ δὲ γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν,
» ὄμβροσ δὲ πατὴρ οὐρανοῦ πεσὼν
» ἔκυσε γαῖαν, ἥδε τίκτεται βροτοῖσ
» μήλων τε βοτὰσ, καὶ βίον δημήτριον.
» δενδρέων τε τῶν ὥρα ἐκ νοτίζοντοσ γάμου
» τέλοσ δέχ. τῷδ' ἐγὼ παραίτιοσ.

hos verſus libenter appoſui, tùm quia lepidi ſunt, tùm quia non diſsimili ratione di-

xit Lucretius libro primo.

» Postremò pereunt imbres,vbi eos pater Aether.
» In gremium matris Terrai præcipitauit,
» At nitidæ surgunt fruges,ramique viresc unt.
» Arboribus,crescunt ipsæ, fœtuque grauantur;
» Hinc alitur porrò nostrum genus,atque ferarum.

Suidas in dictione.Lynceus.citat fabulam Aristophanis Λαναΐδαις his verbis, ὡσ ἀριστοφάνησ ἐν Λαναΐδαισιν αἰγυπτίου. Sed vt redeam ad rem ; Linum alii , non Lynceum illum appellant . Athenæus libro decimoquinto citat Achæi tragici Linum, cum ait . Ἀχαιὸσ δὲ ἐν λίνῳ τοῦδε τοῦ ῥητοῦ λέγων φησὶ

» ῥᾳπτοῦντεσ, ἐν βάλλοντεσ , ἀγνύντεσ Λίμου,
» λέγοντεσ, ὦ καλλιστον ἡρακλεῖ λάζυξ.

Idem Athenæus Alexidis Linum citat . Sed Alter Linus hic est, musicus , poëtaque vetustissimus » Λῖνοσ ὃσ ὢν καὶ ἄλλοσ ἐν ἐπιγραφομένῳ λίνῳ ἱστορεῖ.ὑπολάβεται δὲ τὴν ἡρακλέα παρὰ τῷ » λίνῳ παιδευόμενον,καὶ κιθαρίζειν ἀφ᾽ βιβλίων πολλῶν παραπεμφθέντα λαβόντα ἐντυχεῖν.ἐκεῖνοσ δὲ ἀλαρτυκὸν λαβὼν βιβλίον ἐν χερσὶν,περιπατουλάσασ ἐκράτει. Verùm de his satis. In Lynceo igitur, non secus cernitur peripetia,ac in Oedipode.Non temere autem putarim duo allata peripetiæ exempla ab Aristotele:nam aliquantum dissimilia sunt.puto igitur adnotãdum, voluisse Aristotelem significare , duplex esse genus peripetiæ, nam altera fit in vna , & eadem persona,quæ ex felicitate labitur in infelicitatem,præter omnẽ spem. Altera autem fit in duabus personis, cùm hæc quidem felix apparet, illa verò infelix; mox commutatione fortunæ facta;hæc infelix , illa felix.prioris peripetiæ exemplum est in Oedipodis persona.Alterius exemplum est in Lynceo & Danao.nã Danaus illum insequebatur,ὡσ ἀποκτενῶν ideſt interfecturus, Lynceus autem fugiebat , ὡσ ἀποκτεινούμενοσ, ideſt tanquàm perimẽdus.nã adduci nõ possum, vt credã,quod in sua versione ostendit Paccius , hic fieri vllam mentionem mactationis , ideſt sacrificii;ita enim accipio dictionem illam.Sed Danaus prẽter omnem expectationem peremptus fuit,Lynceus autem,cui periculum antè impendebat,peremit,incolumisque euasit.

» Ἀναγνώρισισ δ᾽ ἐστὶν, ὥσπερ καὶ τοὔνομα σημαίνει ἐξ ἀγνοίασ εἰσ γνῶσιν μεταβολὴ ἢ εἰσ φι» λίαν, ἢ ἐχθραν τῶν πρὸσ εὐτυχίαν , ἢ δυστυχίαν ὡρισμένων . καλλίστη δὲ ἡ ἀναγνώρισισ , ὅταν » ἅμα περιπέτειαι γίνωνται, ὡσ ἔχει ἐν τῷ οἰδίποδι.

» Agnitio est(vt etiam ex nomine liquet)ex ignoratione in notitiam » ad amicitiam , vel inimicitiam illorum mutatio,qui seu felices,seu in» felices determinantur.pulcherrima autem fit,si cum peripetia fuerit: » vt in Oedipode .

Postquàm Aristoteles declarauit,quid sit peripetia,declarat alteram partem,quę est agnitio. Eam verò definit,hæc enim optima est eius explicandæ ratio.Definitio autẽ ipsa sumitur ex vi nominis.nam vocatur ἀναγνώρισισ. Præclarè autem , & aptè eam esse dixit mutationem quandam, ideſt μεταβολὴν; nam (vt idem ait lib.octauo Physicorum) omnis φαντασία , omnisque opinio , sunt quidam motus ; quotiescunque enim aut sententiam,& opinionem,aut cognitionem mutamus;motio quædam fit;nã nulla mutatio sine motione.est autem agnitio mutatio facta ex ignoratione in cognitionem.nam qui agnoscit aliquid per agnitionem,acquirit cognitionẽ eius, quod ignorabat ; Adnotandum tamen est in hominibus, qui agnoscunt rem aliquam nõ prorsus ab omni parte mutationem fieri ex ignoratione in cognitionem; sed aliqua tantũ ex parte:exempli causa.scieham ego Socratem habere nęuum in pectore, & cicatricẽ in crure, sed tamen ignorabam hunc esse Socratem, quo cum loquebar,antequam vidissem næuum,& cicatricem.Atque hoc sanè est,quod declarat Aristoteles libro primo ὑστέρων ἀναλυτικῶν. his verbis. οἷον μὲν γὰρ πᾶν ῥίγωσον ἔχειν διὰ τοῦτο ὁρᾶσθαι ἴσασ, προσβλέψασ, ὅτι δὲ τόδε τὸ αὖ τῷ ἡμανυκλίῳ ῥίγωσον ἐστὶν, ἅμα ἐπαγόμενοσ ἐγνώρισε. οὐδὲν γὰρ τοῦτον τὸν τρόπον ἡ μάθησισ ἐστὶ, καὶ οὐ

δὲ

» δὲ τὸ μέσον τὸ ἔσχατον γνωρίζεται, οἷον ἤδη τῶν καθέκαστα τυγχάνειν ὄντα, μὴ μὲν καθ' ὑποκείμενόν τινος. πρὶν δ' ἐπαχθῆναι, ἢ λαβεῖν συλλογισμὸν φόβον μὲν ἴνα ἴσως φατέον ἐπίστασθαι. φόβον δ' ἄλλον. ὁ γὰρ μὴ ἤδη εἰ ὄντιν' ἁπλῶς τοῦτο πῶς εἰσιέναι οἴεται ἔχειν ἁπλῶς, ἀλλὰ δηλον, ὡς ὡδὶ μὲν ἐπίσταται, οἴεται καθόλου ἐπίστασθαι, ἁπλῶς δὲ οὐκ ἐπίστασθαι. Atque hic etiam eſt modus agnitionis, quo vtuntur poëtæ tragici, comici quoque. declarat verò apertiſsimè, qualis ſit, Philoponus verba Ariſtotelis exponens. his verbis. τὸ δὲ γνωρίζειν δύο εἰσὶ φόβοι, εἷς μὲν ὅταν προσγνωκότος τι αὖθις τοῦτο προσκάλωμεν, λήθης μὴ μεταβαλούσης, οἷον ὅτι ἂν πρώτως ἑωρακότος τινα, εἶτα τούτου πάλιν μνήμην ἔχοντος, πάλιν αὖ τὸν ἰδόντα, λεγόμεθα τοῦτον γνωρίζειν. doctè adnotat Philoponus inter cognitionem, & ignorationem non intercedere obliuionem; nam ſi intercederet, iam non eſſet appellanda agnitio, ſed reminiſcentia. cum inquit. εἰ δὲ λήθη μεταβαλοῦσα, εἶτ' αὖθις πάλιν προτέραν αὐτοῦ γνῶσιν ἔχομεν, οὐκέτι γνωρίζειν τοῦτον λέγομεν, ἀλλ' ἀναμιμνήσκεσθαι. Sed ſi diligenter conſideres, quamuis primus hic modus recognoſcendi declaratus ab Ariſtotele, & Philopono, ſimilis ſit huic agnitioni, quæ ſit à poëtis; differre tamen videbis aliqua ex parte, hanc ab illa. nam hæc noſtra, de qua loquimur, agnitio poëtica, paulatim fit; illa ſtatim; quoniam à latëtibus ſignis deducunt ſuam agnitionem poëtæ, quæ non ſtatim percipiuntur ſenſu; poſt longum igitur tempus interiectum in colloquendo fit; planè enim poëtis tali fuit opus artificio, vt magis augeretur admiratio. ideſt τὸ θαυμαστὸν, illud, de quo ſuperius locuti fuimus, ad oblectandos animos ſpectatorum; Altera verò agnitio, nulla fit interpoſita mora, vbi primùm faciem aliquam aliquis eſt intuitus; Adde, ſi quærat aliquis cauſam rei huius, quia Poëtæ nunquam inducunt agnitionem in ſua poëmata; niſi inter eos, qui poſt multos annos ſe non reuiſerunt; neque inter ſe collocuti fuerunt; præterea etiam cupidos ſui reuiſendi, atque nihil aliud quàm id ipſum cogitantes, & loquentes, ideoque de abſentia illorum dolentes. vt videri poteſt in Sophoclis Electra; & Euripidis Iphigenia in Tauricis. Alter modus recognoſcendi, qui apud Ariſtotelem eodem loco declaratur à Philopono, non videtur mihi ſpectare ad tragœdiam. eſt autem, cũ aliquid vniuerſale, quod antè percepimus ab aliquo, adaptamus ad ſingulare, quod tùm ſeſe nobis obtulerit; conferentes illud cum hoc, colligimus hoc illud eſſe. Verba Philoponi ſunt δεύτερος δὲ ὡς ὅταν ἔχοντός τὸ καθόλου τινὰ ἔννοιαν μερικῷ τινὶ προσλάβωμεν, ὃ μὴ πρότερον ἐθεασάμεθα, εἶτα τοῦτο ἐφαρμόσωμεν τῷ καθόλου, ἃ τινὰ γνῶσιν ἔχομεν. & quæ ſequuntur. Non tamen negarim aliquãdo fortaſſe hunc agnitionis modum poſſe induci à poëtis, ſed id nunquam à veteribus factum legi adhuc, quod quidem nunc mihi hæc ſcribenti veniat in mentem. Sed ſi hũc poſteriorem modum immutes aliquantulum; dicasque: cum ſenſu antè aliquid percepimus, mẽteque arripuimus, ac repoſuimus cogitatione eius formam, ac imaginẽ; poſtea incidentes in illud poſt multum tempus, illud conferimus cum notione noſtræ mentis, colligimusque illud eſſe, quod antè perceperamus; fortaſſe ita effictus, immutatusque modus hic pertineat ad Poëtas, immutatũ voco, quia differt ab eo, quẽ exponit Ariſtoteles, & Philoponus, quòd in eo notionẽ rei vniuerſalem percipimus, antequàm rem inſpexerimus; in hoc noſtro, prius rem inſpicimus, poſtea cogitatione arripimus eius notionem, quæ vniuerſalis dici non poteſt, ſicuti illa; quia verſatur circa indiuidui vnius rei accidens aliquod vnum particulare; vt patet in exemplo cicatricis; Philoponus in poſteriore illo modo recognoſcendi, ſtatuit appellationem εὑρέσεως: & ζητήσεως. ideſt inuentionis, & inquiſitionis, quorum tamen vtrunque fit (vt ille ait) ἐκ τινὸν προεγνωσμένων; non enim inueniret aliquid quiſpiam, ſi non inquireret; neque inquireret, ſi non haberet aliquid ante perceptum generale tantum. quo cum metiens, conferensque rem, quam ignorabat; recognoſcit ipſam. ait igitur, aliquam agnitionem eſſe ἄνευ ζητήσεως, καὶ ἀγνοίας μὴ προηγουμένης. ideſt ſine vlla inueſtigatione; & ignoratione non præcedente. Atque ſanè hæc agnitio prioris illius modi, cum ſtatim occurrentem aliquem recognoſcimus, nullo interiecto, ſicuti ante diximus, tempore. quam his verbis declarat Ariſtoteles lib. 1. ὑστέρων ἀναλυτικῶν. ὅτι δὲ γνωρίζειν τὰ μὲν, πρότερα γνωρίζοντας. in hoc agnitionis modo nulla προηγεῖται ἄγνοια, ſicuti patet, ἡ δὲ εὕρεσις (inquit Philoponus) προηγουμένης ἀγνοίας καὶ μετὰ ζητήσεως γίνεται. ideſt præcedente ignoratione, et adhibita inueſtigatione. Si igitur conferas hunc locũ Ariſtotelis, qui in Poë-

© SCD - Université de Poitiers

tice est,quem nũc declaramus,cum ait, ἀναγνώρισις δὲ μεταβολὴ εἰς ἀγνοίαν εἰς γνῶσιν, videas cum priore illo expositio in libro ὑστέρων ἀναλυτικῶν non conuenire, quia hîc in Poëtica agnitione requiritur ἄγνοια.illic non requiritur ἄγνοια; imò fit, μὴ προηγουμένης ἀγνοίας. Sed si interiicias morã longam,imò longissimũ temporis interuallũ,ita,vt mutata forma,figuraque oris non amplius conueniat cum notione prioris formæ figuræque antè arreptæ,necesse omnino fuerit etiam consequi ἄγνοιαν.& sic,vno hoc addito, perbellè conueniet prior modus ille recognoscendi expositus libro primo ὑστέρων ἀναλυτ. cum hac agnitione tragica.Alter verò conuenit satis,quoniã habet ἄγνοιαν;eo vno excepto, quod superiusdocuimus;Id quoque,sicuti ostẽdimus,si aliquantulũ immutes,mirificè poterit adaptari,tũ ad agnitionẽ tragicã,tùm definitionẽ allatã hoc loco ab Aristo. Hęc nos fortasse copiosius,quàm oportebat;sed necesse omninò fuit locũ hũc diligẽter explicare;nequid à nobis videretur esse prætermissum, in quo iure possemus reprehendi;iam verò consequitur nunc,vt alia nonnulla quæ sunt in hoc contextu declaremus.ac primùm quidem, cur in Agnitionis definitione hac, addiderit Aristoteles illa verba,
» ἢ εἰς φιλίαν, ἢ εἰς ἔχθραν τῶν πρὸς δύτυχίαν, ἢ εὐτυχίαν ὡρισμένων. His verbis significat Aristoteles,qui finis sit propositus poëtis tragicis in inferẽda agnitione; Finis igitur,tanquam causa,duplex est,alter quidem φίλων,alter verò ἐχθρῶν οἴκια. quòd si magis libet Ciceronis vti verbis ; agnitionis & officium,& finis explicatur. Nam officium agnitionis est deducere,vel ad amicitiam & coniunctionem:vel ad simultatem,et inimicitias. Finis verò est,vt hi quidem felices,illi verò infelices appareant. Ac sanè finis ex officio pendet;ex amicitia igitur,& coniunctione felicitas oritur;ex inimicitiis verò,& odio infelicitas. Atque,summatim vt dicam, & aliquanto apertius; Duplex est agnitionis finis;alter,quidem,qui ad amicitiam,& odium respicit,alter verò ad infelicitatẽ,& felicitatẽ;posteriorque ex priore pendet. Exemplum peti potest,ex Sophoclis Electra, in qua, agnitio fit Orestis εἰς φιλίαν quidẽ Electræ. εἰς ἔχθραν verò Aegisthi,& Clytemnestræ;rursus εἰς δύτυχίαν Orestis,& Electræ,εὐτυχίαν autem Aegisthi, & Clytemnestræ,qui perimuntur ab Oreste. Addidit verò Aristoteles in contextu. τῶν ὡρισμένων, quia connecti verba huius loci debent omnia simul; Sic; Agnitio tendit ad amicitiam,& simultatem eorum, qui ordinati sunt, & dispositi ad felicitatem, vel infelicitatem;nam antequam conscribat tragœdiam Poëta;secum ipse rem totã,atque actionem considerat,disponit;ac diuidit;aliisque personis statuit felicitatem attribuẽdam esse.aliis infelicitatem,nõ pro arbitratu quidem suo ; sed pro personarum dignitate,ac moribus; nam probi felices,improbi verò infelices effingi debent;neque enim imitationis ratio sibi constaret, si improbi felices, probi infelices exprimerentur , fieretque hoc diis,hominibusque repugnantibus. Aliud quoque est adnotandum;cum sit duplex finis in agnitione,vti dictum est;aliquando vtrunque poni, ita, vt quatuor illa singulis bina contineãtur, vt in Electra, hoc verò fieri non posse,nisi in dissimilibus personis,vt illic patet.& nos superius declarauimus ; Aliquando alterum tantum ipsorum poni;vt in Oedipode Tyranno,nam ex ea agnitione existit felicitas Thebanorum,à quibus propulsatur ira Apollinis,& pestis.& infelicitas oritur ipsius Oedipodis;tametsi prius illud vix apparet inesse, nam felicitas, nisi aptè attribuatur personis,vix conuenit tragœdiæ, infelicitas magis,quia luctuosa est. Aliquãdo ex utroque fine alterutrum vtpotè amicitiam,& felicitatem,vt in Iphigenia Euripidis(semper loquor de ea,quæ inscribitur αὐ Τελφοῦσα) nam ex agnitione oritur amicitia inter fratrem, & sororem;& vterque felicitatem assequitur,hicque furiis, & insania mentis liberatur;illa in patriam sospes redit.

» Καλλίστη δὲ ἀναγνώρισις, ὅταν ἅμα περιπέτειαι γίνωνται,ὡς ἔχει ἐν τῷ Οἰδίποδι.

» Pulcherima autem fit si cum peripetia fuerit:vt in Oedipode.

Post definitionem,ac explicationem agnitionis allatam; præceptionem dat Aristoteles maximè necessariam cognitu,quæ est huiusmodi.Tunc admirabilem,iucundã, atque artificiosam magnopere videri Agnitionem,cum fuerit annexa peripetiæ:perbelle enim hæ coniungi possunt,quod si altera ipsarum separatim magnã habet vim;

quantò

© SCD - Université de Poitiers

quantò maiorem habebit vtraque ſimul. Peripetia, quoniam inſperatum continet incommodum, admirationem affert, & cõmiſerationem; quicquid enim præter ſpem accidit, cum ſpes ſit timori prorſus contraria, nos valde diſcruciet neceſſe eſt. Expecta ta, ac impendentia mala, à nobis antè prouiſa minus lædunt. Non expectata, ſi ingruant, cum maximè nos felices futuros putabamus; vehementer animos percellunt, mouentque. Locum verò ſuperius ex Ariſtotelis libro Rhetoricorum primo, recitauimus; vbi peripetias admirationem afferre, ait. Agnitio quoque cum fortuita ſit, præterque omnem opinionem; plurimum moueat animos oportet. Sed non omnis Agnitio, quod diligenter eſt conſiderandũ, poteſt cum omni peripetia coniungi, quæ enim contraria ſunt, miſceri non poſſunt; Agnitio igitur, quæ tendit ad felicitatem, non poteſt annecti peripetiæ, quæ tendit ad infelicitatem; neque è contrario, ſemper enim ſimiles ſibi eſſe oportet, vt aptè iungantur. Agnitio in Iphigenia tendit ad felicitatem; Peripetiæ igitur quoque ſimili iungitur. Agnitio in Electra tùm ad felicitatem, tùm ad infelicitatem diuerſarum, quippe perſonarum, quæ vel hanc, vel illam ſortiuntur; peripetia etiam eiuſdem generis. Agnitio in Oedipode tendit ad infelicitatem; itidem & peripetia; Sciendum verò Agnitionem nunquã poſſe poni, quin conſequatur peripetia; vt probatum eſt antea; poſſit igitur mirari aliquis; cur Ariſtoteles ait hoc loco Agnitionem illam pulcherrimam eſſe, quæ ſit cum peripetia quaſi detur vlla agnitio ſine peripetia in tragœdiis. reſpondeo Ariſtotelẽ aptè, vereque locutum; nã intellexit eam peripetiam; quæ commutatiouem habet in ſe felicitatis in infelicitatem, exemploque probauit, ſumpto ex Oedipode Sophoclis, ſicuti iam ſatis patet; Minus igitur laudanda Agnitio, quæ fuerit coniuncta cum peripetia, quæ commutationem contineat infelicitatis in felicitatem; qualis eſt in Iphigenia; Verum de hac re poſtea fortaſſe copioſius, nam alibi Ariſto. optimũ tragœdiæ ſpecimẽ oſtendere volens; Iphigeniã præfert Oedipodi, hoc quale ſit, poſtea ſuo loco commodius conſiderabimus.

» Εἰσὶ μὲν δὴ καὶ ἄλλαι ἀναγνωρίσεις. καὶ γὰρ περὶ ἀψύχων καὶ τυχόντα ὅσιν ὅτε, ὡσπερ εἴρηται, συμβαίνει. καὶ εἰ πέπραγέ τις ἢ μὴ πέπραγεν, ὅδιν ἀναγνωρίσαι. ἀλλ' ἢ μάλιστα τὸ μύθου καὶ ἡ μάλιστα τῆς πράξεως ἡ εἰρημένη ἐστίν. ἡ δὲ τοιαύτη ἀναγνώρισις, καὶ περιπέτεια, ἢ ἔλεον ἕξει, ἢ φόβον, οἵων πράξεων ἡ οὗ τραγῳδία μίμησις ὑπόκειται. ἔτι δὲ καὶ δι' τυχεῖν, καὶ δι' εὐτυχεῖν ἔοικε τοιούτων συμβήσεσθαι.

» Sunt profectò & aliæ agnitiones, nam tum inanimatorũ, tum quo-
» rumcunque, vt accidit, fiunt ſi quando (vt dictum eſt) euenit, vt ſi quid
» patrarit quis, vel non patrarit, agnoſcamus: illa tamen, quæ potiſſi-
» mum à fabula, quæue ab actione pendet, eſt, quam diximus. Etenim
» huiuſmodi agnitio, atque peripetia, vel miſericordiam, vel metum pa
» rabit. receptum autem eſt actionem imitationem eſſe Tragœdiam:
» fortunatumque inſuper ſeu miſerum fieri ex his contigerit.

In hoc contextu καὶ εἰ πέπραγέ τις verba hæc diſtingui debent a prioribus ſic. Atque vtrum aliquis aliquid fecerit. Rurſus illa verba οἵων πράξεων ἡ οὗ τραγῳδία μίμησις ὑπόκειται. ſic vertenda. Qualium, actionum mitationem habet ſibi propoſitam tragœdia; Hæc ſiquis conferet cum Pacii uerſione, facilè perſpiciet, quid minus rectè ipſe verterit, etiã me tacente. Vetum his relictis, iam declaro Ariſtotelis contextum. Expoſuit Ariſtoteles, qualis ſit Agnitio tragica, qua vti debent poëtæ; Quoniã verò alia multa genera agnitionum ſunt; ne quis crederet Ariſtotelem per imprudentiam ea prætermiſiſſe, huius rei rationem affert, explicatque, Cur prætermiſerit. Deinde hanc quam expoſuit, extollit, comprobatque duobus rationibus, quas ſingillatim poſtea declarabimus, Sed primùm illud explicandum eſt, cur alia agnitionum genera prætermiſerit. Sunt nonnullæ agnitiones, quæ partim ad poëticen non ſpectant, partim verò, etiam ſi ſpectant, nõ poſſunt connecti cum Fabula; neque ex iis exiſtit vlla peripetia; ſicuti requirimus in primis; Artificioſè quidem, & lepidè excogitantur illæ etiam, ſed quia particulam potius Fabulæ exornant vnam, neque partes dici poſſunt, cuiuſ-

© SCD - Université de Poitiers

modi ſuperius expoſuimus, ſuntque prorſus ſeparatæ ab euentu, & peripetia, ideò nõ ſpectant ad tragœdiam. Exempla duo affert Ariſtoteles harum agnitionum, quæ alienæ ſunt à Fabula, Prius exemplum eſt; vt ſi agnitio fiat erga res inanimatas, veluti ſi ædes, vrbem, veſtem, monile, enſem agnoſcas, aliaque huius generis, quæ ſunt inanimata, quid verò voluptatis ex huiuſmodi agnitionibus capi poteſt? aut quæ hinc peripetia exiſtit? nulla prorſus. Quod ſi quis dicat, ſecus rem ſeſe habere, nam ex inanimatis rebus, quales ſuprà commemoraui, omnes ferè tùm in tragœdiis, tùm in comœdiis etiam exiſtunt agnitiones; Reſpondeo, verum quidem id eſſe, ſed nõ per ſe tunc exiſtere tales agnitiones, ſed propter aliud, per ſe dico, cum agnitio, percepta re illa inanimata, non vlterius progreditur. Propter aliud; cum vlterius protenditur agnitio, & reſpicit perſonam aliquam. In illo modo priore agnitionis, res inanimatæ ſunt tanquàm finis, quò tendit agnitio; nihil enim præter illas, ſibi habet amplius propoſitum; In altero modo agnitionis res inanimatæ ſumuntur, tanquàm ſigna, ex quibus ducitur agnitio ad perſonam aliquam. Omnis enim agnitio neceſſariò è ſignis proficiſcitur; vt poſtea docebit Ariſto. ſuo loco copioſè. Hæc verò callidè, & prudenter ſignificantur in illis verbis, πρὸς ἄψυχα. Is enim modus loquendi terminum agnitionis ſtatuit in re inanimata; tanquã in propoſito vltimo fine aliquo. Quòd ſi voluiſſet aliud agnitionis genus ſignificare, dixiſſet Ariſtoteles ἐκ τῶν ἀψύχων πρὸς ἔνια ἀνθρώπους. Exempla igitur agnitionis illius, quæ fit πρὸς τὰ ἄψυχα non eſt, quòd vllus à me requirat; non enim reperiri poſſunt apud veteres poëtas, cum ea vſi non ſint, quia minus ſpectabat ad artificium tragœdiæ. Legere quidem eſt apud Sophoclem in Oedipode Κολωνῷ. agnitionem quandam loci, quaſi πρὸς τὸ ἄψυχον. (vt ait hoc loco Ariſtoteles.) cum agnoſcentem inducit Oedipodem Lucum Eumenidum in Attica regione, quò peruenerat ductu filiæ, cũ cœcus eſſet ob priorem calamitatem. Verſus Sophoclis in quibus agnitio hæc exprimitur, hi ſunt.

Οἰδ. σῆῶν με κ' ἀξίδρυσον, ὡς πυθώμεθα
" ὅπου ποτ' ἐσμὲν, μανθάνειν γὰρ ἥκομεν
" ξένοι πρὸς ἀστῶν ἃ ἂν ἀκούσωμεν, τελεῖν.
" Αγ. πάτερ τᾶλαίπωρε, οἰδίπους. πύργοι μὲν οἵδε
" πόλιν σέγουσιν, ὡς ἀπ' ὀμμάτων πρόσω.
" χῶρος δ' ὅδ' ἱερὸς, ὡς σαφεῖ κάζω, βρύων
" δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου, πυκνόπτερος
" ἔσω κατ' αὐτὸν ὄρνιθος ἀηδόνας. Paulò poſt.
Οἰδ. ἔχεις δίδαξαι με δὴ ὅποι καθέσαμεν;
" Αγ. τᾶς γοῦν ἀθήνας ἴσθι. τὸν δὲ χῶρον οὔ.
" ἀλλ' ὅσιος ὁ τόπος, ἢ μάθωμολοῦμαί ποι;
" Οἰδ. ναὶ τέκνον εἴπερ ἔστιν ἡδοιπόρησος.
" Αγ. ἀλλ' ἔστι μὲν οἰκητὸς. Paulò poſt.

Oedipus cum locum agnouiſſet ita ait.

Οἰδ. ὦ πότνιαι δείνωπες. ἐπεὶ τεναῦ ἕδρας
" πρώτων ἐφ' ὑμῶν τῆσδε γῆς ἔκαμψ' ἐγώ,
" φοίβῳ τε κἀμοὶ μὴ γένησθ' ἀγνώμονες.
" ὅς μοι τᾷ πολλ' ἐκεῖν' ὅτ' ἐξέχρη κακᾷ,
" τοῦτ' ἐλιξε παῦλαν οὐ χρόνῳ μακρᾷ
" ἐλθόντι χώραν τερμίαν, ὅπου θεᾶν
" σεμνῶν ἕδρας λάξομι, καὶ ξενώσασιν.
" οὗ ταῦθα κἀμπλεῖν τὸν ᾽Αλαίπωρον βίον.

Hæc quidem eſt agnitio, ſicuti patet, loci. verùm, quoniam exiſtit paulò poſt ex ea, in tragœdia, pulcherrima peripetia, non videtur eſſe, per ſe, vti diximus, & πρὸς ἄψυχον; ſed propter aliud. Talis quoque agnitio eſt apud Sophoclem in Trachiniis. vbi Herculem ita inducit loquentem.

" Ηρ. σὺ δ' ἦν ἄκουε τοὔργον. ἐβλάστ' ἀλλ' ἴνα

» φανῆσ' οποῖος ὢν ἀνὴρ, ἐμὸσ καλῶ.
» ἐμοὶ γὰρ ὦ προφαντον ἐκ παρὸσ πάλαι,
» πρὸσ τῆς πικόντων μηδενὸσ θανεῖν ὕπο,
» ἀλλ' ὅσιον ἄδηλον φθίμενοσ οἰκήτωρ πέλᾳ.
» ὁδὶ δὴν ὁ θὴρ κοντωφοσ ὡσ τὸ θεῖον ὦ
» πρόφαντον, ὅτω ζῶν τε μ' ἔκτηνε θανών.

Sed ex hac quoq. agnitione exiſtit aliquid peripetiæ; nam moriturus ſe ipſum paulò poſt in pyram coniecit. Verùm ſi diligenter aliquis conſideret, perpuſilla eſt omnino hæc agnitio, ex qua non pendet tota fabula, ſicuti in agnitione, quam ſuperius expoſuimus, fieri diximus oportere; ſed πάθοσ tantùm quoddam breue continet. Eſt etiam agnitio capillorum alia apud Sophoclem in Electra, ſed quia reſpicit ad perſonam Oreſtis, non eſt ſimilis huic, quàm dixit hoc loco Ariſtoteles fieri πρὸσ ἄλυχα. nam, ſicuti diximus, eſt potius ἐξ ἀλύχων, tanquàm ex quibuſdam ſignis, ad Oreſtem agnoſcendum, deducta. Verſus Sophoclis hi ſunt.

» Χρυ. ὡσ δ' οὐ γαλήνη πάντ' ἐδηλοκόμει τόπον
» τύμβου προσεῖρπον ἄκοσον, ἐκ πάτησ δ' ὁρᾶ
» πυρᾶσ νεωρῆ βόστρυχον τετμημένον
» κἀδύθυσ τάλαιν' ὡσ εἶδον. ἐμβαίνει τί μοι
» λυχνῶν συνηθὸσ ὄμμα φιλτάτου βροτῶν
» πάντων ὀρέσσου τοῦθ' ὁρᾶν τεκμήριον.

Habet verò Agnitio hæc artificioſam peripetiam ſubſequentem. De hoc genere igitur agnitionum, quamuis ex inanimatis fiant, non eſt locutus hoc loco Ariſtoteles; nam hæ plurimum pertinent ad Tragicos poëtas. Iam ſatis, opinor, declaratum eſt, quomodo hæ agnitiones ſint diſtinguendæ ab hac, de qua loquimur, prorſus inutili, & minimè apta ad tragœdiam. Nam illæ (vt rurſus ſummatim colligamus) fiunt ἐκ τῆς ἀλύχων. hæc fit πρὸσ τὰ ἄλυχα. Alia eſt etiam agnitio, quæ parùm videtur ad tragœdiã pertinere, quam explicat Ariſtoteles, his verbis. καὶ εἰ ὅλωσ πεπραχεν, ἢ μὴ πεπραχεν, ὅταν ἀναγνωρίζῃ. ideſt an fecit, an non fecit. Hæc potius ad Oratores agnitio ſpectat, qui conjecturis quærunt, an aliquid fecerit, nec'ne. Sed oritur hoc loco non leuis dubitatio. Nam Agnitio hæc, de qua nunc loquimur, maximè propria videtur eſſe tragicorum poëtarum, qualis eſt in Oedipode, cum quæritur, occiderit'ne Laium patrem nec'ne, concubuerit cum matre Iocaſte, nec'ne. Reſpondeo tamen alio modo poëtas quærere, an fecerit, nec'ne, ac oratores. Primùm enim perſona de qua quæritur apud poëtas, ignorat ſe feciſſe, apud Oratores nõ ignorat quidem, ſed inficiatur; Rurſus in tragœdia perſona illa ſponte inquirit rem, quomodo ſeſe habeat, quòd ſperat ſe ab omni ſuſpicione liberatũ iri, vt Oedipus apud Sophoclẽ. Apud Oratores reus, ſubterfugit inueſtigationẽ omnẽ facti; quòd cõſcius eſt ſe feciſſe. In tragœdiis ſi feciſſe aliquis arguitur ex ſignis; admiratur, quomodo imprudẽs, fatoq. impulſus id fecerit. Apud Oratores & Iudices, ſi quis conuincatur feciſſe, ægre fert ſuũ ſcelus detectũ eſſe calliditate aduerſariorũ; nullaque in ipſo exiſtit admiratio. In tragœdiis excuſatiõe, ac cõmiseratiõe dignus, eſt, quia imprudẽs fecerit. In iudiciis pœna dignus, quia improbè per ſcelus, id feciſſe cognoſcitur. Præterea in tragœdiis, cũ cognitũ eſt, an factũ ſit, nec'ne, cõſequitur peripetia. In iudiciis, cum conſtat factũ, nulla peripetia cõſequitur; ſed ſtatim tunc ad finem deducta videtur tota concertatio; vt nihil amplius quærendum ſit. Poſtremò Oratores argumentationes ſuas ducunt ex probabilibus, quæ ſunt extra rem ferè omnes; & ab educatione, natura, ingenioque hominis, qui accuſatur, aut defendi tur, coniecturas ingeniosè excogitantes; aut probant factum, aut non factum. Poëtæ tragici agnitionem ducunt ex ſignis, quæ ſunt in reipſa, ſicuti in Oedipode Sophoclis, ex cicatrice, & humore pedum, ex triuio, ex comitatu, & aliis multis. His igitur modis cum diſtinguantur poëticæ agnitiones; patet Ariſtotelem hoc loco locutum de agnitione oratoria, aut alia quauis, quæ ad ſcelus, patratoremque ſceleris detegendum ſpectat. His declaratis, videndum, quæ nam duæ illæ ſint rationes, quibus Ariſtoteles agnitionem tragicam diſtinguit à cæteris; atque cõprobat. Ait

© SCD - Université de Poitiers

» igitur. ἀλλ' ἡ μάλιστα τῷ μύθου, καὶ ἡ μάλιστα τῶν πράξεως. ἡ εἰρημένη ὅδε. ideſt, Prætermiſsis aliis omnibus agnitionum generibus; Ea in primis ad fabulam, actionemque tragicã ſpectat, quæ ſuperius à nobis fuit expoſita. Hanc ſuam ſententiam cõfirmat Ariſtoteles, primùm hac ratione. Talis agnitio, et peripetia vel cõmiſerationem, vel metum neceſſe eſt habeat, quæ duæ perturbationes propriæ ſunt tragœdiæ, vt in eius definitione expoſuimus; propria eſt igitur tragœdiæ. Hîc rurſus adnotandum, quia res ipſa, locusque monet, artificioſè, ac peritè admodum Ariſtotelem protuliſſe vtramque ſimul
» & agnitionem, & peripetiam, cum ait, ἡ γὰρ τοιαύτη ἀναγνώρισις, καὶ περιπέτεια ἢ ἔλεον ἕξει, ἢ φόβον. nam agnitio per ſe nunquam ponitur in tragœdiis, ſed ſemper coniuncta cum peripetia, vt copioſè antea probatum fuit. Et perturbationes illæ potius ex peripetia, quàm ex agnitione naſcuntur; ſed ex agnitione quoque dicuntur naſci, quia ex agnitione peripetia ipſa naſcitur. Altera ratio, qua ſuam ſententiam confirmat Ariſtoteles, eſt huiuſmodi. Agnitio illa antè expoſita, ideò ad tragœdiã maximè pertinet, quia ex ea fit, vt aliqui infelices, vel felices ſint. dictum verò prius eſt, finem agnitionis eſſe εὐτυχίαν, ἢ δυσυχίαν. Animaduertendum eſt autem Ariſtotelem, non temerè, ſed magno cum artificio prius poſuiſſe illam dictionẽ ἀτυχεῖν, quàm alteram, ἢ εὐτυχεῖν. nam cõuenientius eſt vt fabula tragica deſinat in infelicitatem, quàm felicitatem, tametſi vtrunque eſt videre in veterum tragœdiis; ſed alterum ſæpius. Nec ſanè de hac re plura dicam hoc loco, tùm quia ſuperius multa dicta fuerunt, & paulò poſt dicentur multò plura.

» Ἐπεὶ δὲ ἡ ἀναγνώρισις τινῶν ὅδε ἀναγνώρισις· ἔστι δὲ ἀναγνωρίσεις, αἱ μὲν εἰσὶ θατέρου
» πρὸς ἕτερον μόνον. ὅταν ἡ ὁ ἕτερος, τίς ἐστιν. ὅτε δ' ἀμφοτέρους δεῖ ἀναγνωρίσαι,
» οἷον ἡ μὲν Ἰφιγένεια τῷ Ὀρέστῃ ἀνεγνωρίσθη ἐκ τῆς πέμψεως τῆς ἐπιστολῆς, ἐκείνῳ δὲ πρὸς
» τὴν Ἰφιγένειαν ἄλλης ἔδει ἀναγνωρίσεως.

» Quoniam verò Agnitio quorundam agnitio eſt, alia quidem alterius ad alium tantum fit: cum quis hic ſit, illi notus eſt: alia rurſus mutua indiget notitia, vt Iphigenia ex epiſtolæ illius miſsione ab Oreſte quidem agnita: vt tamen ipſum agnoſceret, alia quoque agnitione opus fuit.

Poſtquã Ariſto. reiectis aliis agnitionibus, vnã in primis tragœdiæ propriã eſſe dixit; declarat nunc agnitionẽ hanc tragicã duobus modis fieri. deducit autẽ diuiſionẽ hanc ex re maximè nota, ac neceſſaria. cũ ait. Si agnitio fit in tragœdia, ad aliquem referatur oportet; nã, niſi aliquis agnoſceretur, & aliquis agnoſceret, agnitio nulla foret. verba illa ἡ ἀναγνώρισις τινῶν ὅδε ἀναγνώρισις. puto tùm ad eum debere referri, qui agnoſcit, tùm ad eum, qui agnoſcitur; Atque ſanè inter relata cõnumerari poteſt. Cum igitur hoc ſit veriſsimũ. Duplex quoque, neceſſe eſt; vt ſit agnitio. altera quidem ſimplex, et ſeparata. Altera vero duplex, ſeu malis mutuam vocare. Simplex fit altero ſciente, & altero ignorante vt cum alteri, quis nam hic ſit, notum eſt; alter vero ſe illi notum eſſe neſcit. exemplum huius agnitionis peti poteſt ex Homero. lib. XVIII. XIX. & in aliis deinceps. vbi Vlyſſem inducit cognoſcentẽ alios, illos verò ignorãtes prorſus ipſum. Sed mox agnoſcentes. Eumæum, Eurydeam, Telemachum, Penelopen, quæ omnia illic facilè legi poſſunt; nam ego, ne longior ſim, verſus non appono; ſatis igitur fuerit loca monſtraſſe. Omnes hæ agnitiones ſimplices ſunt, eo quo diximus, modo. Huius quoque agnitionis exemplum videre eſt apud Sophoclem in Electra. nam cognoſcebat Electram Oreſtes, ſed illum ignorabat Electra. Agnitio igitur fit tantũ θατέρου εἰς τὸν ἕτερον μόνον, vt ait Ariſtoteles. Verſus Sophoclis hi ſunt.

» Ὀρ. φεῦ φεῦ· τί λέξω ποῖ λόγων ἀμηχάνων
» ἔλθω, κρατεῖν γὰρ οὐκέτ' ἀγλώσσου σθένω.
» Ηλέ. τί δ' ἔστ' ἄλγος; πρὸς τί τοῦτ' εἰπὼν κυρεῖς;
» Ὀρ. ἦ σὸν τὸ κλεινὸν εἶδος ἐξέκλεψά τόδε,

Ηλέ

» Ηλέ. τόδ' ἐς ἐκεῖνο, καὶ μάλ' ἀθλίως ἔχον.
» Ορέ. οἴμοι ζαλαίνης ἆρα τῆς δι' συμφορᾶς.
» Ηλέ. ὦ δύστοτ' ὦ ξέν' ἀμφ' ἐμοί σαίνεις τάδε.
» Ορέ. ἆ σῶμ' ἀθύμως, κἀθέως ἐφθαρμένον.
» Ηλέ. οὗτοι ποτ' ἄλλῳ, ἢ με δυσφημεῖς ξένε.
» Ορέ. φροῦ τῆς ἀνύμφου, δυσμόρου τε σῆς τροφῆς.
» Ηλέ. ὦ δύστοτ' ὦ ξέν' ὧδ' ἐπισκοπῶν σαίνῃς.

In his verſibus licet perſpicere Oreſtem cognoſcentem Electram; illam verò ignorantem, Paulò poſt igitur agnitio fit alterius tantum erga alterum. cum ait.

» Ηλέ. ποῦ δ' ἐς' ἐκείνου τῆ ζαλαπώρου τάφος,
» Ορέ. οὐκ ἔστι. τῆ γὰρ ζῶντος οὐκ ἔστι τάφος.
» Ηλέ. πῶς εἶπας ὦ παῖ;
» Ορέ. ψεῦδος οὐδὲν ὧν λέγω.
» Ηλέ. ἦ ξῇ γὰρ ἀνήρ;
» Ορέ. εἴπερ ἐμψυχος γ' ἐγώ.
» Ηλέ. ἦ γὰρ σὺ κεῖνος; Agnitio verò fit ex ſigno hoc.
» Ορέ. τῶνδε πρόσβλεψαι μου
» σφραγῖδα παιδὸς, ἐκμαθεῖ ταφῇ λέγω.
» Ηλέ. ὦ φίλτατον φῶς. Et quæ ſequuntur.

» Atque ita quidem ſeſe habet ſimplex agnitio. Duplex verò, & mutua eſt, cum fit, vtroque ignorante. Exemplum huius ſumitur ex Iphigenia in Tauris Euripidis, quod ita ſe habet. Iphigenia ignorabat illum eſſe Oreſtem fratrem; Oreſtes quoque Iphigeniã, Iphigenia igitur ex Epiſtolę miſsione primùm agnita fuit ab Oreſte. Verſus Euripidis. in quibus hæc prior agnitio exprimitur, hi ſunt.

» Ιφι. ἄγγελλ' ὁρᾶσῃ παιδὶ τ' Ἀγαμέμνονος.
» ἢ ν' αὐλίδι σφαγεῖσ', ἐπισέλλει τάδε
» ζῶσ' Ἰφιγενείαι, τοῖσι κεῖ δὲ οὐ ζῶσ' ἔτι.
» Ορέ. ποῦ δ' ἐς' ἐκείνη; κατθανεῖσ' ἥκει πάλιν;
» Ιφι. ὡδ' ὡδ' ὁρᾷσ σὺ. μὴ λόγοισ' ἐκπλησσε με.

» legit Epiſtolæ verba rurſus, quæ ſunt

» κόμιζέ μ' εἰσ Ἄργοσ ὡς σύναιμε πρὶν θανεῖν,
» ἐκ βαρβάρου γῆσ, καὶ μ' ἐξάιρου θεᾶσ
» σφαγίων, ἐφ' οἷσι ξενοκτόνους ὑμᾶς ἔχω.

» Iam agnoſcit illam Oreſtes, poſtquam hæc audierat. ait igitur.

» Ορέ. πυλάδη τί λέξω; ποῦ ποτ' ὄνθ' εὑρήμεθα;

» perſequitur legere epiſtolam Iphigenia.

» Ιφι. ἢ σοῖσ' ἀραίαι λώμασιν γενήσομαι
» ὀρέσθ' ἵν' αὖ μου ὄνυμα δῖσ κλύων μάθῃσ
» πυλὰ. ὦ θεοί.
» Ιφι. τί τοὺσ θεοὺσ ἀνακαλεῖσ σὺ τοῖσ ἐμοῖσ;
» πυλὰ. ὀδὲν πέραινε δὲ. λέξω γὰρ ἄλλοσε.

» poſtquam Epiſtolam perlegit Iphigenia; dat etiam alia mandata.

» Ιφι. λέγ'. οὔπω κ' ἔλαφον ἀνθισθοῦσάμου θεὰ
» Ἄρτεμισ, ἔσωσέ με, λῶϊ' ἔθυσ' ἐμὸσ πατὴρ.
» δοκῶν ἐσ ἡμᾶσ ὀξὺ φάσγανον βαλεῖν.
» εἰσ πῶσ δ' ὧκισ' ἆλσαν. αἴδ' ἐπισολαὶ.
» τί δ' ἔστιν σὺ δ' ἑλτοισιν ἐγγράμμασιν.

» Oreſtes illam agnoſcens ait.

» Ορέ. ὦ συγκασιγνήτη τε κἀκ ταυτῆς πατρὸσ
» Ἀγαμέμνονος γεγῶσα, μὴ μ' ἀποσρέφου
» ἔχουσ' ἀδελφον, οὐ δοκῶν ἕξειν ποτέ.
» Ιφι. ἐγὼ σ' ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν; οὐ παύσῃ λέγων;

» hunc enim verſum iracundè profert Iphigenia, cum nondum agnouiſſet ipſa Oreſtem

© SCD - Université de Poitiers

fratrem. Oreſtes igitur agnoſcitur ab Iphigenia, & altera fit agnitio. hoc modo.

» Ἰφι. οὐκοῦν λέγειν μὲν χρή σε, μανθάνειν δ' ἐμέ
» Ὀρέ. λέγομι· ἄκουε πρῶτον ἡλίκ' ἔχω λέγειν
» ἀφέως, θυέστου τεθῖσθαι γνωμιδίων ἔριν
» Ἰφι. ἤκουσα χρυσῆς ἀρνὸς ἣν ἐκλῶ πέρι.
» Ὀρέ. ταῦτ' ἦν ὑφήνας· εἶσθ' οἷ δ' ὑπένοισ' ὑφαίνεται;

Iam illum agnoſcens ex contexta à ſe veſte, ait.

» Ἰφι. ὦ φίλτατ' ὀδὲν ἄλλο, φίλτατος γὰρ εἶ,
» ἔχω σ' ὁρίσαι τηλύγετον
» χθονὸς ἀπὸ παφίδος
» Ἀργόθεν ὦ φίλος.

Patet igitur hanc duplicem, mutuamque eſſe Agnitionem, quî vterque alterum inuicem ignorabat ex æquo.

» Δύο μὲν δὴ τοῦ μύθου μέρη τοσαῦτ' ἐστί, περιπέτεια καὶ ἀναγνώρισις, τρίτον δὲ, πάθος. τούτων δὲ περιπέτεια μὲν, καθ' ἣν ἀναγνώρισις εἴρηται. πάθος δέ ἐστι συμφορὰ φθαρτικὴ, ἢ ὀδυνηρὰ, οἷον, οἵτε ἐν τῷ φανερῷ θάνατοι, καὶ περιωδυνίαι, καὶ τρώσεις, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

» Partes igitur hic fabulæ duæ habentur, Agnitio, & Peripetia, tertia ſupereſt Perturbatio. nam de Peripetia, & Agnitione ſatis diximus. Perturbatio verò actio eſt letifera, ſeu dolore plena, veluti cum neces, cruciatus, vulnera, cæteraque generis huius palàm fiunt.

Poſtquàm de peripetia, & agnitione ſatis egit Ariſtoteles: nunc agit, breuiter tamẽ, ac ipſius tantummodo allata definitione quadam, de perturbatione, & ſanè optima de cauſa; quia plurimæ ſunt tragœdiæ apud veteres, in quibus, cum nulla ſit agnitio, neque peripetia, eſt tamen τὸ πάθος. Apſinus rhetor ait. τὸ πάθος πολὺ μὲν οὖ ποιήσει φαγικήν, ἔξει δέ ποτε καὶ εἰς τὸν πολιτικὸν λόγον, οἷον ἡ πόλις, ἢ πρόσωπον τι τῆς παρ' ἀξίαν συμβάντων κακῶν μνημονεύσῃ. Tragœdiæ quippe propria eſt perturbatio, & luctus. res enim continet triſtitiæ, mœroriſque ac doloris plenas. Definitio, quæ affertur ab Ariſtotele, ſeu explicatio potius quædam, eſt ducta à rebus, quæ ipſam cient perturbationem, ait enim, πάθος ἐστὶ πρᾶξις φθαρτικὴ, ἢ ὀδυνηρά. cuiuſmodi explicatione vſus eſt etiam libro ſecundo Rhetoricorum, quem locum ſuperius ſatis declarauimus; ſed apponam hoc loco verba, quibus illic commiſerationem deſcribit. ἔστω δὴ ἔλεος λύπη τις ἐπὶ τῷ φαινομένῳ κακῷ φθαρτικῷ, καὶ λυπηρῷ τοῦ ἀναξίου τυγχάνειν, ὃ κἂν αὐτὸς προσδοκήσαι παθεῖν, ἢ τῶν αὐτοῦ τινα, καὶ τοῦτο ὅταν πλησίον φαίνηται. Sunt verò in primis in his verbis illa adnotanda ἐπὶ τῷ φαινομένῳ κακῷ. idem enim dixit etiam hoc loco cum ait. οἱ οὖ φανερῷ θάνατοι, καὶ περιωδυνίαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα. mala autem quàmlibet maxima, parum animos mouent; ſi non fuerint cognita; Non quidem ita intelligendum eſt οὖ φανερῷ, vt in ſcena ſpectanda præbeantur atrocia quædam, hoc enim repugnat omni veterum artificio, naturæque ipſi; tametſi quædam ſpectari poſſunt, vt vulnera, vlcera, & tabes. Sed ita debet accipi, vt mala illa non ſint occulta, & incognita; ſed propius cum ſint, & quærelæ eorum, qui ea male patiuntur, exaudiantur, ita manifeſta ſint, vt mouere poſsint. Hinc præclarè Ariſtoteles libro ſecundo Rhetoricorum, vbi loquitur de metu, in hanc ſententiam ait. ἔστω δὴ φόβος λύπη τις ἢ ταραχὴ ἐκ φαντασίας μέλλοντος κακοῦ ἢ φθαρτικοῦ, ἢ λυπηροῦ, οὐ γὰρ πάντα τὰ κακὰ φοβεῖται, οἷον εἰ δίκαιόν ἐστιν ἄλυπος ἢ βραδύς. ἀλλ' ὅσα ἢ λύπας μεγάλας ἢ φθορὰς ἀδυνάτους ποιεῖν. καὶ ταῦτα ἂν μὴ πόρρω ἀλλὰ σφόδρα ἐγγὺς φαίνηται, τὰ γὰρ πόρρω φοβοῦνται, ἴσασι γὰρ πάντες ὅτι ἀποθανοῦνται, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐγγύς, οὐδὲ φρονίζουσι, εἰδὲ ὁ φόβος τοῦτ' ἐστὶν ἀνάγκη τὰ τοιαῦτα φοβερὰ εἶναι, ὅσα φαίνεται δυνάμενα ἔχειν μεγάλων τὸ φθεῖραι, ἢ βλάπτειν, βλάβας εἰς λύπην μεγάλην σωτηνούσας δὲ καὶ τὰ σημεῖα τῶν τοιούτων φοβερά, ἐγγὺς γὰρ φαίνεται τὸ φοβερόν. τοῦτο γὰρ ἐστὶ κίνδυνος φοβεροῦ πλησιασμός. Hæc ille. Sciendum verò cum ait in contextu Ariſtoteles πάθος eſſe πρᾶξιν φθαρτικὴν. hoc debere intelligi. κατὰ φαντασίαν; cum enim aliena mala nobis ſeſe offerunt; ea cogitemus neceſſe eſt, qualia ſint, cui acciderint, & qua de cauſa. quòd ſi eiuſmodi ſunt,

vt

vt etiam nobis accidere posſint, perturbatio hæc oritur, & φθορὰ quædam σὺ τῇ φαντασίᾳ. Hoc planè voluit ſignificare Ariſtoteles, non hîc tãtum, ſed etiam in ſuperius recitatis verbis ex lib. 11. Rhetoricorum, cum ait, ἐκ φαντασίας μέλλοντος κακοῦ. debet verò hæc tertia pars, quam appellamus πάθος diffundi per totam tragœdiam; neque in rebus tantum ineſſe, ſed etiam ſententiis verbisque ipſis effingi. nam ſicuti docet Apſinus in capite. in quo loquitur τῶν δὲ πάθους. excitant πάθος αἱ ὑπερβολαὶ. vt illud Demoſth. τούτων δεινότερα δ' γέγονεν, δ δὲ μείζω πράγματα ἐφ' ὑμῶν σὺ τοῖς Ἕλλησιν, οἶμαι δὲ οὐδεὶς τῷ πρόσθεν χρόνῳ. præterea (vt idem ait) αἱ διαπορήσεις χρήσιμοι σὺ τοῖς πάθεσιν, πάθος ποιεῖ καὶ τὰ ἀνακλήσεις. vt θεάματα δεινὸν ὦ γῆ, καὶ θεοί. itidem αἱ πλάσεις, καὶ οἱ ἀναδιπλασιασμοί. Horum omnium exempla facilè poſſem ex tragicis apponere, ſed non eſt, vt video, magnopere neceſſe. ſatis igitur fuerit artificium demonſtraſſe. Quatenus verò ait Ariſtoteles in contextu. οἱ θάνατοι. Exemplum eſto Aiacis apud Sophoclem. apud eundem Iocaſtes. Euridices. Hæmonis. ἀδηλώσεις autem ex exemplo perſpici poſſunt Antigones, apud eundem. Hecubæ apud Euripidem. φάσεις vt in Oedipode eiuſdem Sophoclis. ſeu vlcera, vt in Trachiniis, in Philoctete. ſumat inde exempla, qui vult; nos breuitatis cauſa nunc prætermittenda duximus.

» Μόρια δὲ τραγῳδίας οἷς μὲν ὡς εἴδεσι δεῖ χρῆσθαι, πρότερον εἴπομεν. κατὰ δὲ ποσὸν, » ἢ εἰς ἃ διαιρεῖται κεχωρισμένα, τάδε ἐστί, πρόλογος, ἐπεισόδιον, ἔξοδος, χορικὸν, ἢ τούτου » μὲν πάροδος, τὸ δὲ στάσιμον. κοιναὶ μὲν δὴ ἁπάντων ταῦτα, ἴδια δὲ τὰ ἀπὸ τῆς σκηνῆς, ἢ » κόμμοι.

» Cæterùm Tragœdiæ partes, quibus tanquam formis vti nos oportet ſuperius expoſuimus: ſecundum verò quantitatẽ diſcretam, atque » in quas ſecetur, ſingillatim hæ ſunt: Prologus, Epiſodiũ, Exodus, Choricũ, chorici vero alterũ mobile, alterũ ſtabile, ſanè cunctis hæc omnibus cõmunia: propria verò ea, quæ ad ſcenam pertinent, & commi.

Dictum eſt antèa poëmatum partes alias eſſe, quæ reſpiciunt, & pertinẽt ad formã; alias, quæ ſpectant ad magnitudinem, ſeu quantitatem. Poſtquàm igitur egit de partibus illis, quæ ſunt qualitatis; proponit ſibi diſſerendũ de partibus quantitatis. Qualitatis quippè partes ſunt, quæ naturam, eſſentiàmque conſtituunt rei alicuius; Partes verò quantitatis, ſunt, quæ rem integram conficiunt: hinc præclarè dictum eſt ab Alexandro in libris de Anima. non omnes partes corporis eſſe corpora, ſed ſolum eas partes, quæ ſpectant ad quantitatem, nõ ad qualitatem. Partes quoque quãtitatis ſunt eæ, quibus dimetimur id, quod eſt totum, quia totum neceſſe eſt vt conſtet ex partibus. ideo Ariſtoteles ait in contextu ſe locutum hactenus de partibus tragœdiæ, quæ ſunt tanquã formæ, eas quippè intelligẽs, quas diximus paulò ante. verba ipſius ſunt, οἷς δεῖ χρῆσθαι ὡς εἴδεσι, atque vt huius rei exemplum aliquod ex re ſimili ducamus; » in Rhetorica facultate hæ quoque à Rhetoribus partes eiuſmodi vocatæ fuerunt; Inuentio. Diſpoſitio. Elocutio. Memoria. Pronunciatio. ſic in facultate poëtica, Fabula, cui annexæ ſunt Agnitio. Peripetia. Perturbatio. Mores. Sententia & reliquæ. Sciendũ verò partes has, quæ formam reſpiciunt, in ipſa artificis mente verſari; partes autem alias, quæ ad quantitatẽ referuntur; in ipſo opere. quales enim in Rhetorice ſunt Exordium. Narratio. Partitio. Confirmatio. Confutatio, Concluſio. tales quoque in poëtice ſunt. Prologus. Epiſodium. Exodus. Choricum. quia ſicuti orationem Oratorum illis partibus videmus diſtingui, ac diuidi, ſic tragœdiam his, tanquàm quoddam totũ » ſecari in ſuas partes. ideo inquit Ariſtoteles in contextu κατὰ ποσὸν, καὶ εἰς ἃ διαιρεῖται κεχωρισμένα. ſingulæ enim partes ſuum obtinent locum, certumac ſeiunctum à cæteris. Sed iam ſatius fuerit breuiter colligere partes has omnes, vt facilius de his ordinẽ propoſitum ab Ariſtotele ſequẽtes diſſerere poſsimus, qualesque ſint explicare. Sunt igitur hæ. Ptologus. Epiſodium. Exodus. Choricũ, cuius partes duæ, Parodus. & Stabile. Harum partium aliæ ſunt communes omnium tragœdiarum. aliæ propriæ. hæ au

© SCD - Université de Poitiers

tem ſunt.quæ vocantur ab Ariſtotele Græcis dictionibus; ᾠδὴ ἀφ' ὅλης σκηνῆς, καὶ κόμμος. quales autem ſint,explicabimus poſtea.

» Ἔστι δὲ πρόλογος μὲν μέρος ὅλον τραγῳδίας, ἀπὸ χοροῦ παρόδου· ἐπεισόδιον δὲ μέ-
» ρος ὅλον τραγῳδίας ἀπὸ μεταξὺ ὅλων χορικῶν μελῶν. ἔξοδος δὲ μέρος ὅλον τραγῳδίας μεθ'
» ὃ οὐκ ἔστι χορικοῦ μέλος· χορικοῦ δὲ, πάροδος μὲν, ἡ πρώτη λέξις ὅλου χοροῦ· στάσιμον δὲ μέ-
» λος χοροῦ, τὸ ἄνευ ἀναπαίστου, καὶ τροχαίου. κόμμος δὲ, θρῆνος κοινὸς χοροῦ, καὶ ἀφ' σκηνῆς.

» Prologus eſt pars Tragœdiæ iuſta,ante chori ingreſſum: Epiſodiũ
» pars item iuſta Tragœdiæ;inter choricos perpetuos cantus: Exodus
» iuſta pars Tragœdiæ, poſt quam nullus deinceps eſt chori cantus:
» Chorici verò ingreſſus,chori integri prima locutio:Stabile,ſine Tro-
» chæo,& Anapeſto cantus:Commus;ſiue planctus eſt luctus chori cõ-
» munis cum iis,qui in ſcena ſunt.

Primùm igitur declarat Ariſtoteles.qui dicatur Prologus. Sciendum vtique, quod etiam ſuperius diximus,aliter à Latinis Prologũ accipi, aliter ab Ariſtotele.quid autẽ ſit,in quo diſſentiant,ibi expoſitum eſt à me.non eſt igitur rurſus idem exponendum. Sed non leuem poſſet alicui dubitationem afferre, magnumque ſcrupulum iniicere, quod legitur apud Ariſtotelem libro Rhetoricorũ.111.vbi loquitur de proœmio; ait enim in oratione Oratorum idem eſſe proœmium, quod eſt in Poëſi Prologus; & in lyræ pulſatione præludium.quòd ſi hæc vera ſunt,patet potius Prologum eo dici modo,quo Latini protulerunt,quàm quo protulit Ariſtoteles hoc loco in Poëtice, vbi
» inquit Prologum eſſe ὅλον μέρος τραγῳδίας τὸ πρὸ τοῦ χοροῦ παρόδου.ideſt integram partem quandam, ante Chori parodum. (Vertit Paccius ὅλον μέρος, iuſtam partem, ſed integram,ſeu totam debebat vertere;cuius rei paulòpoſt afferemus veriſimam probationem.) Reſpondeo tamen ita tolli omnem poſſe dubitationem, ac ſcrupulum, ſiquis ſcierit proœmia in cauſis forẽſibus ab oratoribus aptè coniungi debere cum reliquis orationis partibus, quæ conſequuntur; atque ita cohærere oportere, vt è cauſa ipſa enaſcatur; Hinc Cicero lib. primo de Inuentione inter vitioſa exordia collocat & illud,quod diſiunctum,ſeparatumque vocatur.ait enim: SEPARATVM eſt,quod non
» ex ipſa cauſa ductum fuit,nec ſicut aliquod membrum annexum orationi.hinc patet nunquam ſatis reprehendi poſſe veterum conſuetudinem, qui proœmiorum formulas multas ſibi cõficiebant, atque,quod ſors dediſſet,orationibus ſuis annectebant;fiebat enim ſæpè,vt rei de qua agebatur, minus conuenirent. Extat libellus Demoſthenis,quo huiuſmodi proœmia continentur,inſcribitur autem προοίμια δημηγορικά. Cicero quoque hanc aliquando ſecutus eſt rationem;de hac re legere eſt lib.xvi.Epiſt.ad Attı.librum enim de Gloria cum ſcripſiſſet ad Atticum.dumque in naui ſedens Academicos libros legeret, ait cognouiſſe ſe erratum ſuum, quòd eodem vſus eſſet proœmio in libro de Gloriâ,quo vſus erat libro tertio Academicarum quæſtionum. Ariſtoteles igitur,cum ſciret præludia lyricorum, & tibicinum eſſe coniuncta cum tota cantilena,& Prologum poëtarum annexum cum reliquis partibus;iis duobus exemplis, tanquàm à re omnibus nota ſumptis, declarauit etiam, qualis deberet eſſe proœmii coniunctio cum tota oratione.Verba Ariſtotelis ſunt hæc lib.111.Rhet. τὸ μὲν οὖν
» προοίμιον ἔστιν ἀρχὴ λόγου,ὅπερ οἱ ποιηταὶ πρόλογοι. καὶ οἱ αὐλήσεις προαύλιον,πάντα γὰρ ἀρχὰ καὶ ταῦτ'
» εἰσὶ,καὶ οἷον ὁδοποίησις τῷ ἐπιόντι. τὸ μὲν οὖν προαύλιον ὅμοιον τῷ τῆς ἐπιδεικτικῶν προοιμίῳ, καὶ γὰρ οἱ
» αὐλητὰὶ,ὅτε ἂν εὖ ἔχωσιν αὐλοῦσι τὸ προαυλήσαντος σωθῆναι τῷ εὐδοσίμῳ, καὶ οἱ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς
» λόγοις δὲ οὕτω χρῶνται,καὶ ὃ,τι ἂν βούλωνται δύθυς εἰπόντες,μὴ σωάπτουσι. Ariſtoteles eodem libro; paulò poſt, vbi ait pulcherrimum genus eſſe proœmiorum illud, in quo explicatur cauſa; cur eum dicendi laborem ſuſceperit. probat exemplo,ac ſimilitudine prologorum,quibus vtuntur poëtæ in ſuis tragœdiis,ac comœdiis. Verba ſunt hæc. καὶ οἱ γρα-
» φικοὶ δηλοῦσι πᾶσι τὸ δρᾶμα, ἂν μὴ δύθυς, ὥσπερ δυριπίδης, ἀλλ' οἱ τῷ προλόγῳ γε ποῦ δηλοῖ,ὥσπερ
» καὶ σοφοκλῆς. ἐμοὶ πατὴρ ἦν πόλυβος. καὶ ἡ κωμῳδία ὡσαύτως, τὸ μὲν οὖν ἀναγκαιότατον ἔργον τῆς

προοιμίου

© SCD - Université de Poitiers

» προοιμίου, καὶ ἴδιον τοῦτο δηλοῦσι τὸ τέλος, οὗ ἕνεκα ὁ λόγος. Non prætermitendum verò & illud eſt,cur Ariſtoteles in explicatione qua oſtendit, quid ſit Prologus, ait eſſe μέρος ὅλον.docet ipſe lib.quinto τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Totũ id vocari cuius nulla pars eorũ abeſt, ex quibus totum natura dicitur;& quamuis Prologus non totum ſit,ſed pars;totum tamen ea ratione dicitur, qua pars;quæ ex multis conſtat particulis,quarum ſi aliqua abſit,pars non erit vocanda totum.Præterea,quorum collocatio, ac poſitio non oſtẽ dit diſcrepantiam vllam, quocũque loco ponantur, ea vocari per appellationem hãc, OMNE. Quorum verò ſitus,ſi tranſpoſitus ſit,differentiã facit;illa vocari per hoc nomen, TOTVM.Prologus quippe naturam TOTIVS.ſequitur, nam niſi collocatus fuerit primo loco,tota fabula fuerit perturbata, quod etiam de reliquis partibus eſt dicẽ
» dum. Verba Ariſtotelis ſunt hæc, fermè ſub finem. IIII. libri. ὅλον λέγεται, ὃ μηδὲν ἄπεστι
» μέρος, ἐξ ὧν λέγεται τὸ ὅλον φύσει, καὶ τὸ περιέχον οὗ καὶ τὰ περιεχόμενα, ὥστε οὗ μὴ ἔστιν ἐκεῖνα τοῦτο δὲ δι-
» χῶς, ἢ γὰρ ὡς ἕκαστον οὗ, ἢ ὡς ἐκ τούτων τὸ ὅλ. Paulò poſt. ἐμὲ δὲ τοῦ πρώτου ἔχοντος ἀρχὴν, καὶ μέ-
» σον, καὶ ἔσχατον. ὅσων μὲν μὴ ποιεῖ ἡ θέσις διαφορὰν πᾶν λέγεται, ὅσων δὲ ποιεῖ ὅλον οὐδὲ δὲ ἄμφω συνέχε-
» ται, καὶ ὅλα, καὶ πᾶν ἐστὶ δὲ τοιαῦτα ὅσων ἡ μὲν φύσιν ἡ αὐτὴ μένει τῇ μεταθέσει, ἡ δὲ μορφὴ ἀ. οἷον κηρὸς, καὶ
» ἱμάτιον, μὴ γὰρ ὅλον, καὶ πᾶν λέγεται, ἔχει γὰρ ἄμφω. ὕδωρ δὲ καὶ ὅσα ὑγρά, καὶ ἀριθμὸς πᾶν μὲν λέγεται,
» ὅλον δὲ ὰ λέγεται ἂν μὴ μεταφορᾷ πάντα δὲ λέγεται ἐφ' ὅσον τὸ πᾶν ἁπλῶς ἐφ' ἑνὶ ἢ τούτοις πάντα, ὡς ἀδιᾶ
» διαιρεμένοις πᾶς ἕκαστος ὁ ἀριθμὸς πᾶσαι αὗται αἱ μοναδικαί. hac igitur adductus ratione Ariſto.in declaratione Prologi appoſuit hanc dictionẽ ὅλον.In prologo fabularũ ſemper mos eſt Græcorũ poëtarũ ita proferre, & exponere principia quædã totius fabulæ,vt iã intelligi fermè poſsit,qua de re ſit agendũ in fabula. Eſt enim prologus (ſicuti Quintilianus de Narratione dixit oratorũ)veluti ſeminariũ quoddã totius fabulæ. Et quoniã partes,quæ quantitatem reſpiciunt principiũ,medium,& vltimũ habent,(vt eodem lib.quinto τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ inquit Ariſtote.) ideò neceſſe eſt vt ſingulis partibus terminus quidam præſcribatur, vltra quem non progrediantur. Terminus igitur vltimus Prologo præſcribitur Ariſt. his verbis πρὸ χοροῦ παρόδου. Ante chori egreſsum. Atque vt omnia notiora fiant exemplis appoſitis ex veterũ poëtarũ tragœdiis, propoñ ego mihi hęc cõſiderãda in Iphigenia in Tauris Euripidis. Iphiginia igitur in Prologo ipſa ſecum loquitur repetens memoria,ac cogitatione res,quas ſciebat in Græcia geſtas;ac in primis familiæ ſuæ nobilitatem,ac euenta omnia, præterea ſomnium recenſet,de ruina ædium paternarum;ac columnarum in primis; ipſumque ſomnium more veterum,ingeniosè,apteque interpretatur.In eodẽ prologo appellunt ad littus Oreſtes,ac Pylades inter ſe colloquentes de egreſsione ſua,& aduentu in ea loca. Vltimus Prologi verſus eſt.

» παρῴδων οἴκων ἔλαχον.

Nam ab altero,qui conſequitur, verſu,incipit Chori Parodus.

» χορ. ἔμολον. τί νέον; τίνα φρουρὸν ἔχω;

Iam declarato Prologo,quæ prima pars eſt tragœdiæ, declaranda eſt ſecũda pars, quę vocatur epiſodium. Eadem ratione definit epiſodium, nam ait ὅλον μέρος ὅλον vt iam facilè poſsit quilibet perſpicere quanto artificio vſus ſit in ſingulis proferendis Ariſtoteles. Epiſodium vocatur totum illud quod eſt inter chori cantus. Sed prius demonſtrandum eſt vbi ſit chori parodus.Eſt autem(vt diximus) in eo verſu.

» χορ. ἔμολον, τί νέον;

In parodo rurſus Iphigenia conuocat miniſtras ſuas, quæ chorum conficiunt in tragœdia,& iubet parari ſacrificium ad expiandum, & auuerruncandum ſomniũ illud. Conqueritur præterea de fratris morte, ſic enim ex ſomnio ſuſpicabatur; patriæque deſiderium ingens patefacit; conqueritur etiam, quòd innupta ætatem tranſigat; Parodum hũiuſmodi conſequitur Chori cantus;in illis uerſibus.

» χορ. ἀνὰ μὲν ἁλμυρὸν ᾠδάσω
» ὕμνον τ' ἀστίβητον
» βάρβαρον ἰαχὰν
» δάκρυσιν ὀζαλέαις
» ζᾶν σὺ θρηνήσουσι μοῦσαν. & quæ ſequuntur.

© SCD - Université de Poitiers

Rursus post hos videas sequi cantum lugubrem ipsius Iphigeniæ; & querelam doloris plenissimam; Hos choricos cantus cõsequitur episodium, quod est huiu smodi: Bubulcus Iphigeniæ nunciat duos hospites Græcos appulisse ad littus; se nomen audisse alterius Pyladæ, dum inter se colloquerentur; & magno artificio fit, vt dicat se Pyladæ tantummodo nomen exaudisse. Nam si Orestis nomen exaudisset, iam fabula tota in ipso limine concidisset. nam nomen illud erat Iphigeniæ notum. Suadet Iphigenia hospites comprehendendos; mittuntur, qui comprehẽdant, Iphihenia memor sui generis, morumque Græcorum, secum ipsa loquens, detestatur fœdam illam barbarorum consuetudinem, mactandorum hospitum. Versus, à quibus exorditur episodium, de quo loquor, sunt hi.

» Χο. καὶ μὴν ὁδ' ἀκτῆς ἐκλιπὼν θαλασσίους
» βουφορβὸς ἥκει σημανῶν τι σοὶ νέον.
» Βκ. Ἀγαμέμνονος παῖ, καὶ κλυταιμήστρας τέκνον
» ἄκουε κανῶν ἀβ ἐμοῦ κηρυγμάτων. Et qui sequuntur.

Protenditur verò Episodium hoc vsque ad extremos hos versus.

» τὸν δ' ἐνθάδ' αὐτοῦ ὄντα σὺ ἀνθρωποκτόνους
» εἰς τὴν θεὸν τὴν φαῦλον ἀγαφέρειν δοκῶ
» συδοὺς γὰρ οἶμαι δαιμόνων εἶναί κακόν.

Post episodiũ istud, sequitur alter chori cantus, cuius principiũ est in illis versibus.

» Χο. κυάνεαι κυάνεαι
» συνδρομοὶ θαλάσσας
» ὦ ἵερσ' ὁπετώμεθον Ἀργόθεν; Et qui sequuntur.

Iam patet, opinor, inter duos cantus chori interpositum esse episodium. Atque sic locus Arist. ni fallor, apertiss. est, cum ait. ἐπεισόδιον δ' μέρος ὅλον φαγωδίας δ' μεταξὺ ὅλων χορῶν μελῶν. Adnotandum verò est etiam, quomodo Arist. à suo instituto non recedens ait, ὅλων μελῶν. semper eam dictionẽ repetens, singulisq. partibus adiungens. Antequàm verò longius progrediar; breuiter considerandæ est natura parodi, & episodii. Episodiũ, vt toties diximus, est ἀγωνίσμα πρᾶγμα. Hinc Plutar. in Symp. ait, εἰ δὲ ἐκεῖνοι μὲν οἱ ἄνδρες ἐν φιλοσοφίᾳ τοιαύτῃ καὶ τοιούτοις διαλέγεσθαι χάριν ἔχοντες, ὅμως ἐχρῶντο τοῖς ἐπεισοδίοις, καὶ διεποίκιλλον τὸ συμπόσια παιδιαῖς τοιαύταις. Sed quamuis sit ἀγωνίσμα, est tamen annexũ actioni, quæ proposita est. Hæc igitur primum, quæ insunt in parodo (nam vim & naturam episodii cuiusdã mihi videtur habere) aliena sunt ab Actione (nam actio est, Iphigenia Dianæ sacerdos in Taurica regione mactatura Orestem, tanquàm hospitẽ, illum agnoscit, simulque cum illo in Græciam redit) quatenus igitur in parodo sacrificat propter somnium, & conqueritur, est præter actionem illam, sed quatenus somnium illud continet ea, quæ cõsecuta sunt, & quatenus futurũ erat, vt agnoscens Orestẽ fratrẽ, cũ eo rediret in patriam; actioni est annexũ, atq. ita annexũ, vt tolli nõ possit, aut transponi, quin tota labefactetur series fabulæ; & structura. id quod præcipiebat paulò antè Aristoteles ipse. Episodium quoque, in quo Bubulcus nunciat Iphigeniæ de aduentu hospitum Græcorum, alienum est ab actione primaria, sed quia inter mactandum futura erat agnitio Orestis, & Iphigeniæ; ideò apte est cum actione coniunctum, itaque cohæret, vt si quis tollere velit, totam fabulam perturbet, & dissoluat. Hæc ego dicere volui de Episodiorum natura, vt quæ antè tàm sæpè à nobis declarata fuerunt; hoc exemplo fierent apertiora, & clariora; quis enim iam non cernit rem ita sese habere? Nunc redeo ad alias partes explicandas, ac demonstrandas. Quoniã Aristoteles Episodium simpliciter nominauit, neque aliud addidit, ad credẽdum fortasse aliquis imperitus artificii, quo veteres in tragœdiis vtebantur, adduci posset, vnum tantum esse Episodium; sciendum tamen non vnum, nam id esset absurdum prorsus, sed plura esse Episodia inter chori cantus collocata; plura autẽ ideò necesse est poni, vt ad iustam magnitudinem fabula excrescat, non enim aliunde incrementum capit, quàm ex Episodiis; vti antea diximus; Nunc igitur id apertè demonstrandum est. Post chori cantũ κυάνεαι, cuius finis est in eo versu.

κοινὰν χάριν ὅλβῳ.

Subse-

© SCD - Université de Poitiers

Subſequitur alterum Epiſodium,magis propinquũ,& affine ipſi actioni, ſic enim requirit artificium, vt ſemper ad propiora actioni tendas,atque ex iis deducas Epiſodia;in eo Epiſodio adducũtur captiui hoſpites,Oreſtes & Pylades,cum iis loquitur Iphigenia,percunctatur quis ipſorum Pylades (nomen enim audierat à Bubulco) vocetur.longumque orditur ſermonem percunctans de patria,de ciuitate ipſorũ;atque vbi intelligit Argiuum alterum eſſe, percunctatur,de Helena,de Calchante,de Vlyſſe,de Agamemnone,de Clytemneſtra;exponit illi ſingula Oreſtes,quæ acciderãt.ingemiſcit illa;hic admiratur,ac tantùm non agnitio fit,ſic enim eſt artificii tragici labi proximè ad ipſam agnitionẽ,& peripetiam,rurſus quàm longiſsimè recedere ab ipſa. Poſt longam collocutionem literas ſe mittere velle Argos ait Iphigenia, pollicetur-que ſe ſeruaturam incolumẽ Oreſten,ſi attuliſſet; alterumque tantùm mactaturam, quando ita lex Deæ cogebat ipſam.Exorat Oreſtes,vt Pyladen mittat, ſe,ſi opus ſit, mactet;concertant inter ſe Pylades,et Oreſtes, vter ſit mactãdus, nam alter alterum, pro ſingulari beneuolentia cupiebat eſſe incolumen.abit ſcriptura Epiſtolam Iphigenia.colloquuntur interim Oreſtes,ac Pylades admirantes,cur illa de iis rebus ſermonem habuerit.rediens Iphigenia mittit miniſtros ad paranda ea, quæ pertinebant ad ſacrificium, quaſi paulò poſt mactatura Oreſtẽ.quo loco videre eſt, quanto artificio id fiat,ad varietatem euentus oſtendendã,vt ſuſpenſi diutius ſint auditorum animi.et tantò laudatior ſit peripetia,quantò maius, propiusque periculum impendêre viſum fuerit. Dimiſsis miniſtris, liberius Iphigenia aliquantò, Epiſtola quæ continebantur,omnia exponit, inſcriptionemque illius ad Oreſtem fratrem patefacit. ex qua re prior fit agnitio,in qua Oreſtes Iphigeniam agnoſcit.Non multò poſt in eodẽ Epiſodio eſt agnitio poſterior, in qua Iphigenia agnoſcit Oreſtem, In eodem Epiſodio poſt agnitionem,collocutio fit inter Iphigeniam, & Oreſtem, quæ ratio ineunda ſit, vt ſimul in patriam tutò reuerti poſsint clàm Thoante Rege.ab eo enim, ſi reſciſſet, magnum impendebat periculum. Poſt hæc omnia conſequitur Chori Cantus in illis verſibus.

» Χο. ὅρνισ' ἃ παρὰ Τρῳὰς πεδίναισ
» πόντου διεράδιαισ ἀλκυὼν
» ἔλιγον ὄιτον ἀείδει. Et quæ ſequuntur.

Nam eò vſque protẽditur Epiſodium,de quo locuti ſuimus.Poſt Chori cantum conſequitur aliud Epiſodium, quod ducitur à perſona Thoantis, qui colloquitur cum Iphigenia;audiensque mactandos hoſpites lætatur. ſimulans verò Iphigenia magnũ propter ſcelus eos mactari, quòd matrẽ peremiſſent, iubet Thoantem, & reliquos à ſacrificio recedere,ne polluantur, & inceſti fiant,quærens quippè prætextum,& cauſam liberioris fugæ. Poſt hoc Epiſodium videas conſequi alterum Chori cãtum,qui vltimus eſt,& exorditur ab iis verſibus.

» Χο. δύπαισ ὁ λατοῦσ γόνοσ οὐ πατὶ
» Δηλίασ ὠὶ καρποφόροισ
» γυάλοισι χ ρυσοκόμαι
» Φοῖβον ὠὶ μιθάρᾳ Μοῦσ', Et qui ſequuntur.

Nam eò vſque pertingit Epiſodium illud.Atque ſic,opinor, iã omnibus patet, quomodo Epiſodium inter Choricos cantus colloçari dixit Ariſtoteles. NVNC reliquũ eſt,vt loquamur de altera parte,quæ vocatur Exodus. ἔξοδοσ' (inquit Ariſtoteles) ὅλη μέροσ' ὅλον φαγῳδίασ,μεθ' ὃ οὐκ ἔστι χοροῦ μέλοσ'. ideſt, eſt pars tota,& integra,poſtquàm nullus eſt Chori cantus.Videre eſt apud Euripidem poſt Chori cãtum, de quo diximus, ſtatim exordiri Exodum.in illis verſibus.

» Ἀγ. ὦ γαυφύλακεσ, βώμιοι τ' ἐπιστάται
» θόασ ἄναξ γῆσ τῆσδε ποῦ κυρεῖ βιβὼσ; Et qui ſequuntur.

Nuncius enim inducitur à poëta valde prudenter,& artificiosè,qui nunciat Thoanti Regi fugam Iphigeniæ,apſiusque prætextũm omnẽ, dum ſimularet ſe Oreſtem, & Pyladem velle mactare,imponendi in nauem ſimulacri Dianæ, quod ſecum aſportauit in Græciam.Thoas magna accenditur ira,furibundusque, atque animi impotens

© SCD - Université de Poitiers

insectari fugientes statuit, concitatque ciues ad eos persequendos. Soluitur verò fabula ex Machina, prohibente Minerua, ac sedante iram Thoantis, omnemque tumultum Verùm de solutione hac fabulæ & manchina loquemur postea; Atque sic patet, qualis sit Exodus; nam in ea neque post eam, vnquam cantat chorus, loquitur tantùm, nō autem cantat. Has ego partes omnes, quasi digito monstrare volui, ac copiosè explicare, vt quiuis per se hoc exemplo perspecto, in aliis etiam tragœdiis possit partes has distinguere, dignoscereque veterum poëtarum artificium in scribēdis tragœdiis. Adde, quòd Aristotelis locus, alioqui obscurissimus, iam patefactus videtur; & lucidus ab omni parte. Atq. vtinam tamen mihi hoc cōcedat Deus Opt. Max. vt his meis vigiliis, ac laboribus virorum bonorum gratiam mihi promereri liceat. satis enim magnum præmium; si hoc assequar, me assecutum putabo; sed me omnino assecuturum spero, cum intelligent, operam me pro viribus dedisse, vt tàm difficilem Aristotelis librum explicarem, omniaque sincere, atque ingenuè protulisse, quæ sentiebam, nam quicquid maleuoli loquātur, parùm, me, aut nihil prorsus, mouet. Supereſt vt de Choro dicamus, qui etiam inter partes tragœdiæ connumeratur. Atque significatió primùm dictionis considerāda. Nam Chorus multitudinem significat ex pluribus in vnum locum simul collectis aut ad canendum, aut ad saltandum, aut ad loquendum, sed hoc postremum minus propriè. Sic Demosthenes accipit in oratione in Midiam. cum ait; ὅς μὲν δὴ ἦν ἡ τοῦτ χορηγῶν ἀναγκασθεὶς ἡμῖν ἀφεθῆναι τῶν χορείων ἡνύχλησεν. Paulò post, ἀλλὰ καὶ τὸν διδάσκαλον διέφθειρέ μου τῶν χορῶν. Nam erat διδάσκαλος χορῶν. qui docebat saltationis modum. paulò post ἀλλ' ἀδίδακτον εἰσῆλθεν ὁ χορός. Consuetudo quippe olim fuit, vt in vnum plures coacti, iocularia proferrent, voluptatis causa, vnde paulò post effluxit vsus poëmatum comicorum, & tragicorum. Chorus igitur alius comicus alius tragicus, de comico nunc non loquimur, sed de tragico tantùm. In choro tragico numerus erat olim personarum quinquaginta, vsque ad Eumenidas Aeschyli; sed paulatim imminutus fuit, ac ad breuiorem numerum redactus. Declarat hoc Iulius Pollux libro quarto his verbis. τόδε παλαιὸν ὁ φαγικὸς χορὸς πεντήκοντα ἦγεν ἄχρι τῆς δυμελοῦς ὕλης αἰχμῆς, πρὸς δὲ τὸν ὄχλον αὐτῆς τὸ πλῆθος ἐκπεπωθεύτων σωφρόνων ὁ νόμος εἰς ἐλάττω ἀριθμὸν τὸν χορόν. nam tragicus chorus (vt idem ait) non continebat postea plures, quàm. xv. Comicus verò. xxiiii. Chori forma in prōgrediendo duplex erat. σοῖχος. ζυγὸς. In tragico choro cum essent quindecim σοῖχοι, hoc est; ordines, erant tres. nam singuli ordines quinos continebant. Verba Iulii Poll. sunt hæc. σοῖχοι φέρε ἐκ πέντε ἦσαν γὰρ πεντεκαίδεκα. Quòd si Chorus diuideretur εἰς ζυγὰ. ideſt iuga (sic enim libet Latinè referre) erāt quinque, nam singula ternis constabāt. Verba Pollucis sunt. ζυγὰ δ' πέντε ἐκ φύλων. Idem paulò post. Si parodus fiebat κατὰ σοῖχους, exibant κατὰ πέντε. Si parodus autem fiebat κατὰ ζυγὰ, exibant κατὰ φέρε. Parodus etiā aliquando fiebat καθ' ἕνα. Chorus tragicus partim loquebatur, partim canebat: loquebatur in ipsa statim parodo; declarat hoc Arist. in contextu, cum ait χορικοῦ δὲ πάροδος μὲν ἡ πρώτη λέξις ὅλου χοροῦ. obseruari potest etiā apud Euripidem in Iphigenia, & cæteris omnibus tragœdiis, constant enim omnes eodem artificio; sed nos ex ea proferemus exemplum. Chorus igitur in parodo ita alloquitur Iphigeniam.

χο. ἔμολον, ἰὼ νέον; ἰύνα φρονῶδ' ἔχδα,
ἰὼ με πρὸς ναοὺς ἄγαγγδ', ἄγαγγδ';
ὦ παῖ τᾶς Τρῳὰς φοίνικα πύργους
ἐλθόντος κλάδῳ σὺν κώπᾳ
χιλιοναύτας μυριοτρόπους
τᾶς ἀφθίτου τᾶς κλεινᾶς.

Iphigenia rursus respondens ita chorum alloquitur.

ΙΦ. ὦ δμωαὶ Θυσθρωνίτοισ
ὦδ' θρήνοισ ἐγκέλευσε.

Obseruauit tamen apud Sopbocleм in Oedipode Tyranno rem aliter se habere, nè adnotauit hoc loco Aristoteles, nam in prima parodo statim Chorus, non loquitur quidem, sed cantat; versus hi sunt.

χο.

ΧΟ. ὦ διὸς ἀδυεπὴς φάτι, τίς ποτε
τὰς πολυχρύσου πυθῶνος
ἀγλαὰς ἔβας θ' ἕβας
ἐκτέταμαι φοβεραὶν φρένα
δείματι πάλλων.
ἰήιε δάλιε παιὰν
ἀμφὶ σοὶ αἰζόμενος. & qui ſequuntur.

Nam longa eſt precatio,cũ cantu,vt opinor,prolata.Sed aut dicendum,hoc vno tantùm in loco legem prætergreſsum fuiſſe Parodi Sophoclem, cum in aliis ſanctiſsime ſemper ſeruet,vt chorum faciat in prima parodo loquentem.Aut quod omnino veriſsimum eſt.Chorus ille nõ eſt Chorus proprius eius tragœdiæ,ſed puerorum Chorus,qui vna cum ſacerdote,iuſſu Oedipodis,recedunt ab aris.Nam ait Oedipus.

ἀλλ' ὡς τάχιστα παῖδας, ὑμεῖς μὲν βάθρων
ἵσασθε,τοὺς δὲ ἄρχοντας ἵκτῆρας κλάδους.
ἄλλος δὲ κάδμου λαὸν ὧδ' ἀθροιζέτω
ὡς πανέμου δράσοντος. ἢν γὰρ δύτυχ εἶσ'
σωὶ τῷ θεῷ φανούμεθα, ἢ πεπτωκότες.

Sacerdos igitur obtemperans Oedipodi,conſurgit diſceſſurus,& abducit ſimul puerorum chorum.

ΧΟΡ. ὦ παῖδες ἵσωμεθα. τῶνδε γὰρ χάριν
καὶ δὶς τὸ πρὶν ἵκεμεν,ὧν ὅδ' ἐξαγγέλλεται.
φοῖβος μ' ὁ πίμφας τὰς δὲ μαντείας, ἅμα
σωτήριός τ' ἵκοιτο, καὶ νόσου παυστήριος.

Chorus igitur puerorum diſceſſurus & ipſe vnà cum ſacerdote conſurgit; ſed priuſquàm diſcedat,ita cantans precatur.

ΧΟ. ὦ διὸς ἀδυεπὴς φάτι. Et quæ ſequuntur.

Precationem hanc puerorum audiens Oedipus.ait.

ΟΙ. αἰτεῖσ'. ἃ δ' αἰτεῖσ'. Et quæ ſequuntur.

Cum igitur Chorus ille puerorum decedat,non eſt peculiaris Chorus tragœdiæ,neque enim in tragœdiis vnquàm ex pueris cõſtituuntur chori, quia propter ætatis imbecillitatem,& nondum firmam rationem in rebus aut agendis,aut cognoſcendis,nõ poſſunt συναγωνίζεσθαι, quod proprium eſt munus Chori, vt poſtea dicemus, Peculiaris igitur Chorus alius eſt Tragœdiæ illius Sophocleæ,qui conſtat ex ſenioribus.incipit autem loqui, vbi hi leguntur verſus.

ΧΟ. ὥστορ μ' ἀραῖον ἔλαβόν. ὤιμ' ἄνακ ἐρῶ.
ὅτ' ἔκταγον γὰρ, οὐτὲ τὸν κτανόντ' ἔχω
δίξαι. Et quæ ſequuntur.

Ante hos verſus igitur,vbi finẽ loquẽdi facit Oedipus horribilem illam pronuncians execrationem, prologo finis eſt ſtatuẽdus. Parodi verò principium ſtatuendum in iis verſib.à me paulò ante recitatis,in quibus chorus alloquitur Oedipodem. Atque hęc cum ita ſeſe habeant,veriſsimum eſt,ſine vlla exceptione,quod ſcribit Ariſtoteles.Parodum,finemque Prologi eſſe, vbi primùm loqui incipit Chorus: Loquebatur etiã Chorus poſt exodum;declarat hoc Ariſtoteles in contextu,cum ait. ἔξοδος δὲ μέρος ὅλον τραγῳδίας,μεθ' ὃ οὐκ ἔστι χοροῦ μέλος. obſeruari hoc etiam poteſt in Euripidis Iphigenia,nã ab eo verſu.

ΑΓ. ὦ ναυφύλακες;

Cantare nunquàm videas Chorum,ſed loqui tantum.

ΧΟ. τίνα δ' ἔστιν, εἰ χρὴ μὴ κελεύσθεσιν λέγειν; Paulò poſt.
ΧΟ. ἄπιστον εἶπας μῦθον. Et ſic in reliquis deinceps.

Canebat Chorus tragicus;canereque incipiebat ſtatim ante Epiſodium (nam Epiſodium,non vnum quidem,ſed multiplex) Chori tragici vocabatur τὸ στάσιμον.ideſt ſtabile.quia non concitatus erat, ſed lentus ac ſtabilis, & ideò in eo neque anapæſtus, neque trochæus,qui pedes erãt frequẽtes in cãtibus Comicis.Iul.Poll.lib. IIII.ita ait

© SCD - Université de Poitiers

» ἡ δὲ παράβασις ὡς τὸ πολὺ μὲν οὐ ἀναπαίστῳ μέτρῳ, εἰ δὲ δεῖ καὶ οὐ ἄλλῳ ἀνάπαισα τὸ ἐπίκλειν ἔχει. Cicero lib. Tusc. quæst. 11. ait. Nō adhibetur Spartis vlla sine anapæsto adhortatio; quod factum puto, quia vehementem esse oportet, & celeri impetu ferri, vt magis animos feriat auditorum. In tragicis igitur cantibus non intermiscebantur anapæstus, aut trochæus, quia nimium erant rotatiles, ac celeres. σάσιμον igitur vocatur Chori pars, cum cantat, quòd adhibitis tardis pedibus, vt poté spondęo, & aliis huiusmodi tardo vtebatur, remissoque cantu. morem hunc cantandi in Choris introductum scribit Aristoteles paulò post ab Agathone. sed eam consuetudinem improbat Aristoteles, præsertim si canant aliquid præter rem, nam quò spectat, inquit, τὰ ἐμβόλιμα ἄδειν, sed hæc, aliaque multa, quæ ad hanc rem pertinent, suo loco copiosè explicabimus. Nunc superest, vt loquamur de commo, quæ est tertia chorici pars. Commus luctum significat. Dixit superius Aristoteles in diuisione Chorici. alteram partem vocari πάροδον, alteram σάσιμον, atque has quidem esse omnium communes; proprias autem esse partes quasdā, quæ à scena proueniūt, & commū. verba Græca sunt τὰ ἀπὸ σκιωῆσ, καὶ κόμμουσ. Locus difficilis est; sed ita omnino debet intelligi. Aristoteles voluit his verbis diuersam rationē, quā secuti sunt poētę in Choris scribēdis ostendere, alii enim nōnulla apposuerunt, quæ apud reliquos non fuerant vsitata. Quòd si summatim colligas obseruationem artis veterum in his choris scribendis; videas esse nonnullas partes, quæ ab omnibus probatæ fuerūt, ac adhibitæ. vt potè τὴν πάροδον, καὶ σάσιμον. Omnes enim poētæ partim loquentem, partim canentem Chorum faciunt. has igitur partes omnibus communes esse poētis dicit Aristoteles. Videas quoque nonnullas partes esse aliquorum poētarum peculiares, quòd scilicet ipsi tantùm illis vsi fuerint, præter consuetudinem aliorum; hæ autem sunt τὰ ἀπὸ σκιωῆσ, καὶ κόμμοι. nam luctum augere studuerunt nonnulli ex scenæ apparatu aliquo magis lugubri, aut truculenro aliquo sonitu machinarum; aut alia quauis re, quæ ad scenam, & apparatū spectet. Vel per τὰ ἀπὸ σκιωῆσ potes intelligere ipsam recitationem, & pronunciationem histrionum in scena. nam sic accipere videtur Aristoteles hæc verba in Problematibus, vt paulò post adnotabimus. Præterea & hæc peculiaris fuit nonnullorum consuetudo, adhiberi in choris κόμμον. explicat Aristoteles κόμμον esse κοινὸν θρῆνον χοροῦ ideſt chori communem luctum non omnes poētæ hoc faciunt, sed aliqui tantùm. Apud Sophoclem certè videas chori luctum communem hunc, in Oedipode Tyranno. Nam Chorum illic inducit Sophocles; qui Oedipodem, cum delapsus esset in maximam calamitatem, non solatur, sed vnà cum eo luget, illiusque, lugendo, luctum auget. in his versibus.

» οἰδ. αἰ. αἰ. αἰ. φεῦ. φεῦ.
» δύσανοσ ἐγὼ, ποῖ γᾶσ
» φέρομαι τλάμων; πᾶ μοι φθογγὰ
» διαπτᾶται φοράδην;
» ἰὼ δαίμον, ἵν' ἐζήλου.
» χο. ἐσ δεινὸν, οὐδ' ἀκουστὸν. οὐδ' ἐπόψιμον — Paulò post.
» χο. καὶ θαῦμα γ' οὐδὲν οἵ τοσοῖσδε πήμασι
» διπλᾶ σε πονθεῖν, καὶ διπλᾶ φέρειν κακά — Paulò post.
» χο. ὦ δεινὰ δρᾶσασ, πῶσ ἔτλησ τοιαῦτα σὰσ
» ὄψεσι μαρᾶναι; τίσ σ' ἐπῆρε δαίμων; — Paulò post.
» χο. ἀπείλακε τὸ νοῦν, τῆσ τε συμφορᾶσ ἴσον,
» ὡσ σ' οὐθέλην ἂ μηδ' ἀναγνῶναί ποτε.

Non fungitur quidē chorus in his erga Oedipū proprio munere; debet enim officiū virilè (vt Horatius ait) tueri chorus; solariq́ue miseros. At nō sine magno artificio aliquādo, prætermissō peculiari officio suo, chorus inducitur lugens in maximis malis, & calamitatibus alienis, quæ tantæ sunt, vt consolatione leniri nō possint; & eorū, qui solari cupiūt, animos frāgāt, ad luctūque simul impellāt. Ari. in Proble. sectione. xix. » problemate penult. vbi quærit διὰ τί οἱ ἐν τραγῳδίαι χοροὶ οὐδὲ ὑποκρίσεσι, οὔθ' ὑποφορήσεσι ἄδουσι ait: » ἡ δὲ ὑποκρίσισ μεγαλοπρεπὴσ, καὶ σάσιμον, διὸ καὶ κιθαρῳδικωτάτη δοκεῖ τῆς ἁρμονίας. τοῦτο δ' ἀμφω χορῷ μὴ ἁρμόττει ὅσα, τοῖσ δὲ ἀπὸ σκιωῆσ οἱ κειάτερα, ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἡρῴων μιμοῦσι. in his verbis nomi-

© SCD - Université de Poitiers

» nat τῶ ἀρχὴ σκιωῆσ. Idem problemate.x v.eiuſdem ſectionis ait. vbi quærit. διὰ τί οἱ μὲν τρ-
» γοι ἐκ οἰ ἀνδρόφοιν ἐποιοῦντο. αἱ δὲ ἄλλαι ᾠδαὶ αἱ χορικαὶ; ait. διὸ καὶ οἱ διθυραμβοι, ἐπιδὴ μιμητ-
» καὶ ἐγένοντο, οὐκ ἔτι ἦν ἐξ ἀνδρόφων. πρότερον δὲ ἦν. Paulò poſt, καὶ διότι τῶ μὲν ἀρχ τῆσ
» σκιωῆσ ἐκ ἀνδρόφα. τῶ δὲ τῶ χοροῦ ἀνδρόφα, ὁ μὲν γὰρ ὑπηρετικὸσ ἀγωνιστήσ. ὁ δὲ χορὸσ ἑτέρω μιμεῖται.

» Μέρη μὲν οὖν τραγῳδίας οἷς μὲν δεῖ χρῆσθαι, πρότερον εἴρηται. κατὰ δὲ τὸ ποσὸν, καὶ εἰς
» ἃ διαιρεῖται κεχωρισμένα, ταῦτ' ἔστιν ὧν δὲ δεῖ στοχάζεσθαι, καὶ ἃ δεῖ συλλαβεῖσθαι σωιστάν
» τας τοὺς μύθους, καὶ πόθεν ἔσται ἡ τῆς τραγῳδίας ὄργον, ἐφεξῆς ἂν εἴη λεκτέον τοῖς νῦν εἰρη
» μένοις.

» Partes igitur Tragœdiæ,quæ quaſi formæ habendæ ſunt,ſuperius
» explicauimus,rurſus ſecundum quantitatem diſcretam, & in quas ſe-
» cetur,ſingillatim quoque diximus,deinceps verò,quæ fabulas texen-
» tes ſectari,contrà quæ vitare oporteat,tùm verò à quibus locis Tra-
» gœdiæ ipſius opus ducatur,ſupradictis addendum.

Epilogus hic eſt eorum,quæ ſuperius dicta fuerunt, & propoſitio eorum, quæ poſtea dicenda ſunt. Declarauit hactenus partes tragœdiæ,tùm eas, quæ ad formam, & qualitatem;tùm eas,quæ ad magnitudinem,& quantitatem ſpectant. Nunc verò pollicetur ſe dicturum de locis,vnde aptè argumentum tragicum ſumi debeat, perſequiturque ea quæ attribui debent iis, quæ tragœdiæ argumẽtum poëtis dare poſſunt, perſonis.cõſtituit igitur veluti topicen quãdam tragicam; nam quærit, explicatque
» quales homines apti ſint ad tragœdiam. Verba Græca ſunt in contextu hæc, ὧν δεῖ στο-
» χάζεσθαι, καὶ ἃ δεῖ συλλαβεῖσθαι τοὺς σωιστάντας μύθους, omnes enim qui tradunt artis alicuius præceptiones,neceſſe eſt, vt hæc duo ſeruent; doceant ſcilicet, quid ſequi oportet, quidque vitandum ſit,ſic enim facilius tota ars perdiſcitur;στοχάζεσθαι ait,quaſi reſpicere,habere ſibi propoſitum aliquid,quo cogitatio intendatur;ſic etiam non diſſimi-
» li ratione ait libro primo Rhetoricorum, διὸ πρὸσ τῶ εὐδοξα στοχαστικῶσ ἔχειν τῶ ὁμοίωσ ἔχον-
» τοσ, καὶ πρὸσ τὴν ἀλήθειαν δεῖ.

» Ἐπεὶ δὲ δεῖ τὴν σύνθεσιν εἶναι τῆς καλλίστης τραγῳδίας μὴ ἁπλῆν, ἀλλὰ πεπλεγμέ
» νην; καὶ ταύτην φοβερῶν, καὶ ἐλεεινῶν εἶναι μιμητικὴν, ἔστι γὰρ ἴδιον τῆς τοιαύτης μιμήσεώς
» ἐστι, πρῶτον μὲν δῆλον, ὅτι, οὔτε τοὺς ἐπιεικεῖς ἄνδρας δεῖ μεταβάλλοντας φαίνεσθαι ἐξ εὐ
» τυχίας εἰς δυσυχίαν. οὐδὲ ἐλεεινὸν ἔστιν, ἀλλὰ μιαρὸν ἐστιν.

» Quoniam igitur Tragœdiæ pulcherimæ compoſitio, non quidem
» ſimplex eſſe debet,ſed implexa,eademque terribiliũ,miſerabilium ue
» imitatrix, id quod profectò imitationis huiuſce proprium eſt. Pri-
» mum quidem ſatis apparet minime decere,bonos,& æquos viros ex
» felicibus infelices factos,in ſcenam afferre,vt quod terrifici, miſeran-
» di ue nihil habeat,ſed ſceleſti.

More ſuo Ariſtoteles repetit nonnulla,quæ ſuperius multis rationibus comprobata fuerunt,atque ex iis alia quædam deducit concluſa.Dictum eſt eam fore pulcherrimam tragœdiæ conſtitutionem,quæ non ſimplex,ſed implexa fuerit; & eiuſmodi rerum imitationem contineat,quæ terribiles ſimul,ac commiſerabiles ſint. Ex his igitur deducit cõſequentẽ diſputationẽ omnẽ.Non eſt,quòd quiſquã putet,omnes perſonas,aut actiones aptas eſſe ad tragœdiã.Ac primũ quærimus,An viri boni apti ſint ad tragœdiã cõſtituẽdã.Tragœdia quippe cõſtituitur,ex actione aliqua,alicuiusperſonæ,in qua ſit mutatio felicitatis in infelicitatẽ.quod quærimus igitur eſt hoc;An viri boni ex felicitate in infelicitatẽ lapſi,argumẽta tragœdiæ ſcribẽdæ præbere poſſint? reſpondet Ariſto.Viros bonos nequaquã eſſe aptos ad tragœdiã; rationemque affert huiuſmodi;proprium eſt imitationis tragicę imitari res miſerabiles & terribiles,tales

© SCD - Université de Poitiers

autem non sunt calamitates, quæ bonis accidunt viris. Boni igitur uiri, eorumque calamitates prorsus excluduntur à tragœdiis, quia hoc neque terribile, neque miserabile est, sed nefarium potius. Dicat aliquis hoc loco, Aristoteles libro Rhetoricorum secundo, vbi de commiseratione loquitur, ait in eius definitione oriri cõmiserationem erga eos, qui indigni videntur tot malis. his verbis. ἔλεος ὄν ἐστὶ λύπη τις ἐπὶ τῷ φαινομένῳ κακῷ φθαρτικῷ. καὶ λυπηρῷ τῶν ἀναξίου τυγχάνειν. Et paulò post. μήτ' αὖ φοβούμενοι σφόδρα. οὐ γὰρ ἐλεοῦσιν οἱ ἐκπεπληγμένοι διὰ τὸ εἶναι πρὸς τῷ οἰκείῳ πάθει, κἀν οἰωνται τινας εἶναι ἐπιεικεῖς, ὁ γὰρ μηδενὰ οἰόμενος πάντας οἴσεται ἀξίους εἶναι κακοῦ. Patet ex his viros bonos, quibus acciderit aliquid mali, dignos esse commiseratione. quo loco etiam vtitur hac ipsa dictione, qua vsus est etiam in poëtices loco hoc. ἐπιεικεῖς. cur igitur eos, si commiserabiles maximè, inprimisque sunt; & commiserationem ciere proprium est tragœdiæ, excludit nunc à tragica imitatione? Respondeo, in tragœdiis, cum sint peripetiæ, quales superius expositæ fuerunt, non requiri tantùm, vt commiserabilis sit actio, sed etiam terribilis, eo, quo antè dictum est, modo; Cum igitur simul Aristoteles in eadem persona requirat commiserabile, & terribile; & terribile non existat ex iis, quæ accidunt viris bonis; ideò putat eos à tragœdia excludi debere. Nam quamuis aliqua commiseratio sit ἄνευ φόβου ideſt sine metu, & horrore; ea tamen maxima est, quæ metum, hororemque simul continet, declarat hoc Aristoteles libro secundo Rhetoricorum, cum ait ὅλως γὰρ δεῖ λαβεῖν, ὅτι ὅσα ἐπ' αὐτοῖς φοβοῦνται. ταῦτα ἐπ' ἄλλων γιγνόμενα ἐλεοῦσιν. Ibidem paulò antè. καὶ ὅλως δὲ, οἷον οὕτως ὡς ἀναμνησθῆναι τοιαῦτα συμβεβηκότα, ἢ αὐτῷ, ἢ τοῖς αὑτοῦ, ἢ ἐλπίζειν γενέσθαι, ἢ ἑαυτῷ, ἢ τοῖς αὑτοῦ. Adde, quòd metus hic tragicus est cum religione, pendetque à Diis, quos veremur, ne nobis irati, in simile impellant nos quoque aliquando calamitatem, sicuti illos; ideò superius de fortuitis loquebamur, & de fato, vnde hæc omnia proueniunt. Idem Aristoteles libro secundo explicat, quæ sint φοβερὰ, mox addit, quomodo augeri possint, his verbis, πάντα δὲ τὰ φοβερὰ φοβερώτερα, ὅσα ἂν ἁμάρτωσι. ἐπανορθώσασθαι μὴ οἷόν τε εἶναι, ἀλλὰ ἢ ὅλως ἀδύνατα ἢ μὴ ἐφ' ἑαυτοῖς. ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις. Cum ait Aristoteles ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ideſt inimicis, & aduersariis, loquitur de rebus humanis, quæ in mortalium manu positæ sunt, ex quibus existit metus, talem enim metum considerant Oratores: sed poëtæ metum considerant, qui prouenit à rebus, quæ in manu Deorum positæ sunt; Si igitur leuiter hoc immutes, & quem metum illic Aristoteles, Oratoribus inseruiens, refert ad aduersarios potentes, tu referas ad potentiam Deorum: perbellè sese habebunt omnia, & verba erũt consentanea, nam ait ibidem. καὶ ὧν βοήθεια μὴ εἰσὶν, ἢ μὴ ῥᾴδια. ὡσὰ δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, φοβερὰ εἰσὶν ὅσα ἐφ' ἑτέρων γιγνόμενα, ἢ μέλλοντα ἐλεινὰ δόξειν. Τὰ μὲν δὴ φοβερὰ, ἢ ἃ φοβοῦνται ἀνθρωποι. ὡσὰ εἰπεῖν τὰ μέγιστα ταῦτα ἐστίν. Vocat in hoc contextu Aristoteles viros bonos, ἐπιεικεῖς vt magis probitatem, ac sanctitatem exprimat illorum hac appellatione. Sic etiam libro secundo Rhetoricorum ait, vbi loquitur de indignatione, ἀμφω γὰρ δίκαια, καὶ ποιεῖ χαίρειν τὸν ἐπιεικῆ. Cum verò ait esse μιαρὸν, si aduersa accidant viris bonis, hæc est sententia. Videtur æquitati, religionique prorsus, repugnare, si malis. ac miseriis videas conflictari probum aliquem hominem; nam digna præmio videtur esse probitas; Diique ipsi, ob æquitatem, & bonitatem singularem, sicuti improbos plectunt, maleque perdunt; ita credibile est, vt bonos seruent, ament, ac foueant. Demosthenes hominem fœdum, ac detestãdum volens significare hoc nomine sæpe appellat Aeschinem, in oratione περὶ στεφάνου. verba hæc sunt; ἵν' εἰδῆτ' ἐλίκα πράγματα, ἢ μιαρὰ κεφαλὴ ταράξασα αὖτη δίκην, οὐκ ἐδίωκε. Paulò antè non dissimili modo ipsum vocat κάθαρμα. Cum ait; ὃν δὲ ἀρτίως ὦ κάθαρμα, ἢ τοῖς θεοῖς ἦσι μετουσία. Idem in oratione in Midiam. καὶ ταῦτ' ἔλεγον ἢ μιαρὰ, καὶ ἀναισθήτου αὖτη κεφαλή.

» Οὔτε τοὺς μοχθηροὺς ὀρθῶς ἀτυχίαν. ἀζημιωδέστατον γὰρ τοῦτο ἐστὶ πάντων. οὐδὲν γὰρ ἔχει ὧν δεῖ. οὔτε γὰρ φιλάνθρωπον, οὔτε ἐλεεινὸν. οὔτε φοβερόν ἐστιν.

» Parique ratione ab aduersa fortuna ad secundam prouectos, pra-
» uos effingere. hoc enim omnium à Tragœdia maximè alienum, vt
» quod rerum, quæ requiruntur, expers omnino sit, humanitatis dico,
» ne dum terrifici, atque miserabilis.

Mali

© SCD - Université de Poitiers

Mali quoque viri (inquit Aristoteles) ab aduersa fortuna in secundam prouecti, excludũntur à tragœdia. Ratio autem, & probatio huius rei ita sese habet, dicta ex iisdẽ principiis, ex quibus superior ducebatur; ii, quorum calamitas nõ potest ciere animos hominum ad cõmiserationem, non sunt apti ad tragœdiæ argumentum. nam commiseratio maximè ad hoc genus poématis spectat, eiusque propria est. Mali verò si qui euehuntur ad felicitatem qua ratione possunt commiserationem ciere? primùm, quia felices, felicitas verò non concitat commiserationem, commiseramur enim infelices; Deinde, quia mali; nam etsi infelices essent, non tamen id efficerent; meritò igitur ait Aristoteles hunc modum, quem exposuimus, esse prorsus ἀφαγωγὸν τέλους. nam non habet in se, neque τὸ ἐλεεινόν, neque τὸ φοβερόν, quod satis patet ex superioribus, quæ dicta fuerunt. Sed ne φιλάνθρωπον quidem, nedum illa duo, quæ difficilius concitãtur. Quo loco adnotandum est, posse in animis hominum inesse τὸ φιλάνθρωπον, etiam si non insit τὸ ἐλεεινόν, καὶ τὸ φοβερόν. quid autem sit τὸ φιλάνθρωπον dicemus paulò post. Nunc declarandum, quid sit δυστυχία, nam antè nunquàm declaratum fuit; hoc enim si intelligatur sine gillatum, facilius diiudicabimus rem totam. Aristoteles lib. primo Rhetoricorum eam
» ita definit, atque explicat, δυστυχία δέ ἐστιν, οὗ ἡ τύχη ἀγαθῶν αἰτία, τούτου γίνεσθαι, καὶ ὑπάρχειν,
» πάντως, ἢ τοῦ πλείστου, ἢ τοῦ μέγιστου. Neque verò est quòd quisquam miretur ab Aristotele dictum, fortunam causam esse multorum commodorum; nam ipsa efficit simul aliquando etiam ea, quæ ab arte proueniunt. Nonnulla interdum, quæ non ab vlla arte, sed à
» natura proficiscuntur. verba Aristotelis hæc sunt eodem loco. αἰτία δὲ ἐστὶν ἡ τύχη ἐνίων
» μὲν, οἷον αἱ τέχναι, πολλῶν δὲ καὶ ἀτέχνων. ὑγείας μὲν γὰρ ἡ τέχνη αἰτία ἐστὶ, κάλλους δὲ, καὶ μεγέθους
» φύσις. ὅλως δὲ τοῦ τοιούτου τῆς ἀγαθῶν ἐστὶν αἰτία τύχη, ἐφ' οἷς ἐστὶν ὁ φθόνος. nulla enim ratione melius dignosci possunt, qualia sint fortunæ bona, quàm vt prospicias, an ex illis vlla confletur inuidia apud homines. Iam verò qui intelligit, qualis sit δυστυχία facilè per se intelligere potest à contrario, qualis sit ἀτυχία. nam cum inuidiæ contraria sit commiseratio; ἀτυχία erit appellanda ea, quæ continet omnia illa, ex quibus cietur commiseratio. hinc præclarè dictum est à Pindaro, κρεῖσσον ὁ φθόνος ἢ τὸ ἔλεος. sed redeo ad rem. Cum
» malorum felicitas, neque in se habeat ἐλεεινόν, neque φοβερόν, neque τὸ φιλάνθρωπον; prorsus constitui ex ea non potest vlla actio tragica; sciẽdum erga improbos homines, qui ex infelicitate ad felicitatem prouehuntur, animos nostros affici solere, quadam affectione, quæ à græcis νέμεσις, à nostris indignatio vocatur. qualis est illa apud Horatiũ in Mænam Pompeii libertum. cum ait.

» Licet superbus ambules pecunia,
» Fortuna non mutat genus.
» Vides ne sacram metiente te viam,
» Cum bis ter vlnarum toga,
» Vt ora vertat huc, & huc euntium
» Liberrima indignatio?
» Sectus flagellis hic triumuiralibus
» Præconis ad fastidium,
» Arat Falerni mille fundi iugera,
» Et appiam mannis terit
» Sedilibus magnus in primis eques,
» Othone contempto, sedet.

Indignationem quoque Aristoteles lib. 11. Rhetoricorũ, non secus ac inuidiam, commiserationi ait esse contrariam. his verbis ἀντικεῖται δὲ τῷ ἐλεεῖν μάλιστα μὲν ὁ καλούσι νεμεσᾶν
» τὸ γὰρ λυπεῖσθαι ὧδὶ τοῖς ἀναξίως κακοπραγοῦσιν ἀντικείμενον ἐστὶ φόβου τινὸς, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἤθους τὸ
» λυπεῖσθαι ὧδὶ τοῖς ἀναξίως δυστυχοῦσι, καὶ ἄμφω τοῦ πάθη ἤθους χρησοῦ, σχεδὸν γὰρ ὧδὶ μὲν τοῖς ἀναξίως
» πράττουσι κακῶς σωφρόνως ἔχειν δοκεῖ, τοῖς δὲ νεμεσᾶν. Hæc autem affectio in bonorum virorum tantùm animis innascitur; vnde & Diis ipsam attribui solere, eodem loco ait Aristoteles. διὸ καὶ τοῖς θεοῖς ἀποδίδομεν τὸ νεμεσᾶν. δόξειε δ' ἂν καὶ ὁ φθόνος τῷ ἐλεεῖν τὸν αὐτὸν ἀντικεῖσθαι φόβον, ὥστε σωτήριόν τι, καὶ τοιοῦτον ἐν τῷ νεμεσᾶν; ex his omnibus patet non cõmiserationem, sed indignationem moueri in homines improbos, prouectos ad summam felicitatem; mini-

© SCD - Université de Poitiers

mè omnium igitur hæc actio ſpectat ad tragœdiam;cuius peculiare munus eſt concitare commiſerationem.

» Οὐδ' αὖ τὰ σφόδρα πονηρὸν, ὃς δυστυχίας εἰς δυστυχίαν μεταπίπτειν. τὸ μὲν γὰρ φιλάνθρωπον ἔχοι ἂν ἡ τοιαύτη σύστασις, ἀλλ' οὔτε ἔλεον, οὔτε φόβον. ὁ μὲν γὰρ περὶ τὸν ἀνάξιον ὅταν δυστυχῇ γίνεται, ὁ δὲ περὶ τὸν ὅμοιον. ἔλεος μὲν περὶ τὸν ἀνάξιον, φόβος δὲ περὶ τὸν ὅμοιον. ὥστε οὔτε ἐλεεινὸν, οὔτε φοβερὸν φαίνεται τὸ συμβαῖνον.

» Sed nec omnino improbos ex ſecunda fortuna in aduerſam lapſos, » quandoquidem talis compoſitio, quæ alioqui humanitatem præ ſe fer » re poteſt, miſerandi aut terrifici planè nihil habet. Vt enim immeren- » tis miſericordiam excitat, ita terror à ſimili incutitur. Quo circa cùm » nec miſerandi, nec terrifici quicquam ab his proueniat.

Homines valde mali, quorum improbitas apud omnes in confeſſo eſt, ex ſecunda in aduerſam fortunam, reiiciuntur ab actionibus tragicis; qui non commiſeratione, ſed odio digni ſunt. Sed annotandum eſt, non temerè ab Ariſtotele dictum fuiſſe in contextu σφόδρα πονηρὸν. Nam mali quodam modo, vt poſtea declarabimus, conſtituunt actionem tragicam; at non valdè mali, prorſusque improbi. Verùm eliciamus rurſus argumentationem, quæ ſpectat ad hoc probandum, ductam ex iiſdem locis. Tragica actio, & perſona cuius actio conſtituitur in tragœdia, eiuſmodi eſſe debet, vt commiſerationem cieat, & metum, in animis auditorum; ſed homines valde improbi neque hoc neque illud efficiunt; vt probabimus ſingillatim. Non mouent hi commiſerationem, quia commiſeratio cietur erga indignè, præterque omne fas patientem incommoda. de qua re Ariſtoteles libro Rhetoricorum ſecundo, & nos paulò ante ſatis multa diximus. Hinc Demoſthenes in oratione in Midiam; quòd improbus, crudelis, inſolenſque eſſet, dignum non eſſe commiſeratione demonſtrat. his verbis σὺ τοίνυν τὸ παιδία ἀξιώσεις ἐλεεῖν ἢ σὲ τούτου δεῖ ἢ ὅσους ἀδίκως εἰς τὸ δεσμωτήριον ὑπὸ σοῦ δημοσίᾳ προπηλακισμένους. » σὺ μόνος τῶν ὄντων ἀνθρώπων μεσὸς ὢν ἔσῃ φανερὸς τοιοῦτος, τοιοῦτος ὑπερφανείς, καὶ ὑπερόπτης, καὶ ἐν τῷ » κρίνεσθαι παράκλημα ἐλπίσῃ μεγάλῳ μᾶλλον δὲ τείχει εἶναι δυνήσῃ, εἰ μὴ τὰ ἀναγκαῖα » τοῖς ἐμαυτοῦ ἐν οὕτω βραχεῖ χρόνῳ τοῦτο σωθῆναι δίκαιον ποιήσασθαι, φθόνον, ὃς ὢν ζῇς, καὶ ἐφ' οἷς ἐβαπτίσθης, ἔλεον. οὐκ ἔστιν οὐδαμόθεν οἱ προσήκοντες ἔλεοι, ἀλλὰ τοὐναντίον μίσος, καὶ φθόνος, καὶ ὀργή. Metus verò concitatur, cum intuemur aliquem nobis ſimilem, in miſeriam eſſe lapſum. Similem auditoribus ipſis intelligit Ariſtoteles; qui ferè omnes boni cenſendi ſunt, vel de bonis tantum loquitur. nam ex eorum animis norma ſumitur ſcribendę tragœdiæ; neque vllus debet poëta improbos vnquam reſpicere, ſed totam ſuam ſcriptionem accommodare ad bonorum naturam. Viri igitur boni, cum immerenti alicui viro bono aliquid mali vident accidiſſe, metuunt, quòd ſimilem illum ſibi, ſeque illi eſſe intelligunt, ne idem ſibi aliquando accidat, quia pari viuunt conditione. Hic verò metus planè nihil aliud eſt, quàm religio quædam meticuloſa, qua animi hominũ deuinciuntur, nam vera religio ea eſt, quæ cum pietate, & obſeruantia erga Deos coniuncta eſt, pro maximis illorũ in humanũ genus collatis beneficiis; maximè enim æquum eſt, vt homines meritam Diis immortalibus gratiam diuinis honoribus, & memori mente, gratóque animo perſoluant. Hic eſt optimus Deorum cultus, idemque caſtiſſimus; atque ſanctiſſimus, pleniſſimus pietatis ac veræ religionis, vt eos ſemper pura mente, & voce veneremur tanquam authores noſtrorum omnium commodorum; non aũt extimeſcamus tanquam crudeles tyrannos; nam (vt verè inquit Ariſtoteles libro ſecundo Rhetoricorum) οὐδεὶς φιλεῖ ὃν φοβεῖται. Sed tragica actio, & recitatio iniicit metum noſtris animis Deorum; eoſque tanquã truculentos vltores ſemper oſtendit. Quoniam igitur actio illa, in qua viri valde improbi, multiſque ſceleribus polluti ex felicitate in miſeriam labuntur, neque commiſerationem neque metum in ſe, vti diximus, habet; Tragœdia includi non poteſt. Obiiciat ſe aliquis nobis hoc loco, dicatque huiuſmodi genus virorum, actionumque, quàmuis improbitatem, ſceluſque præſeferant;

© SCD - Université de Poitiers

præferant;aliqua tamen comiſeratione dignos videri;nam miſeria, & incõmodum, omniſque calamitas ſuapte natura tantam habet vim, vt, quamuis improbo accidat animos tamen moueat noſtros.Reſpondet Ariſtoteles,id quidem verum eſſe, ſed hoc affectionis genus non appellari commiſerationem; at humanitatẽ potius, quæ à Græcis vocatur φιλανθρωπία. hæc enim minor aliquantò eſt, quàm commiſeratio, & magis generalis,nam naſcitur ex vi & natura cõmunis cuiuſdam συμπαθείας,quæ eſt inter homines propter ſocietatem humanam, & quòd homines ſunt ex eâdem, ſcilicet ſpecie.Huic opponitur immanitas à Cice.dicta,ſeu à Græcis quæ vocatur μιζανθρωτία.Cicero libro primo Officiorum. Non modo id virtutis non eſt, ſed potius immanitatis
» omnem humanitatẽ repellentis.Idem in oratione per Domo ſua ad Pont.Tam amans
» ſuorum,atque ſui,quàm communis humanitas poſtulat.Demoſthenes eam ſæpe no-
» minat vbique,ſed ego ex oratione in Midiam afferam aliquot exempla. Legibus primùm hanc φιλανθρωπίαν attribuit, quæ omne genus hominum tuentur,ac fouent, ab
» iiſque damnum,& iniuriam propulſant,cum ait ἀκούετε ὦ ἄνδρες ἀθλιώτατοι τὸ νόμου τῆσ φι-
» λανθρωπίασ ὡσ οὐδὲ τοῖς δούλουσ ὑβρίζεσθαι ἀξιοῖ. Paulò poſt εἰσὶ γὰρ ἕλλησι ἄνθρωποι ἄτοσ ἡμεροι
» καὶ φιλάνθρωποι τοῖς τρόποις ὥστε πολλά. Et quæ ſequuntur. Paulò poſt profert hæc verba, in
» quibus agnoſcas affinitatem,quam dicimus eſſe inter φιλανθρωπίαν, & ἔλεον. Sic. ὅσῳ γὰρ
» μείζους, καὶ φιλάνθρωποσ ἡμῶν, καὶ ἐλεῶν πολλοὺσ; τούτῳ τοῦτο μόνον, δίκαιον ὑπάρχον παρὰ πάν-
» των, ἄν ποτὲ εἰσ χρείαν, καὶ ἀγῶνα ἀφίκηται. Rurſus paulò ante de legibus loquens in-
» quit. ἀλλὰ μὴν οὐδὲν ὄφελοσ καλῶσ, καὶ φιλανθρώπωσ τοῖς νόμουσ κεῖσθαι, εἰ τοῖσ
» ἀπειθοῦσι,καὶ βιαζομένοισ αὐτοῖς ἢ παρ' ὑμῶν ὀργὴ τῆς δὲ κυρίων μὴ γενήσεται; Timonem μισάνθρωπον veteres narrarunt fuiſſe,qui non vnum aliquem tantùm oderat,ſed omne hominum genus cupiebat malè perdi. Ea enim eſt vis odii,vt non tantùm in hunc,vel illum, vt potè Socratem, & Platonem vim ſuam effundat,ſed etiam in nationes, & genus totum hominum.De hac re Ariſtoteles loquitur libro ſecundo Rhetor.his verbis. καὶ ἡ
» μὲν ὀργὴ ἀφὴ τοῦδε τοῦ καθ' ἕκαστα,οἷον καλλίαν. σωκράτη. τὸ δὲ μῖσοσ καὶ πρὸσ τὸ γένοσ, τὸν γὰρ κλέπτην μι-
» σεῖ,καὶ τὸν συκοφάντην ἕκαστοσ. Ipſa φιλανθρωπία igitur,quæ huic oppoſita eſt, commotionem,& affectionem in animis noſtris quandam excitat etiam in improbos homines, quos iurè calamitoſos eſſe,maleque affectos ſcimus,ac videmus,vt potè, ſi latronem immaniſsimum videas torqueri,ac dilacerari,vncoque trahi;commoueri neceſſe erit te,vi illa inſita,quam iamdiu humanitatem dixi vocari, ſeu φιλανθρωπίαν, neque tamen commiſeraberis;quia non indigne idipſum patitur,ſed iurè plectitur; neque timebis tibi,quia te prorſus illius diſsimilem eſſe cognoſces. Cum igitur hoc non iniiciat timorem,neque commiſerationem, iis,quibus diximus,de cauſis,neque ἐλεεινὸν, neque φοβερόν dici poterit.Sed appellabitur τὸ φιλάνθρωπον; Et ſic patet homines improbos miſeros,non eſſe aptos ad conſtituendam fabulam, ſeu actionem tragicam.

» ὁ μεταξὺ αρα τούτων λοιπὸσ· ἔστι δὲ τοιοῦτοσ, ὁ μήτε ἀρετῇ διαφέρων, καὶ δικαιοσύνῃ,
» μήτε δι' κακίαν, καὶ μοχθηρίαν μεταβάλλων εἰς τὴν δυστυχίαν, ἀλλὰ δι' ἁμαρτίαν τινὰ τῶν
» ἐν μεγάλῃ δόξῃ ὄντων, καὶ εὐτυχίᾳ, οἷον, Οἰδίπουσ, καὶ Θυέστησ, καὶ οἱ ἐκ τῶν τοιούτων γενῶν ἐπι-
» φανεῖσ ἄνδρεσ.

» Reliquum eſt,vt ad hæc maximè idoneus is habeatur, qui medius
» inter tales ſit. Is autem erit,qui nec virtute,nec iuſtitia antecellat, mi-
» nimeque per vitium,prauitatem ue,in ipſam infelicitatem lapſus fue-
» rit, verum humano quodam errore ,ex magna quidem exiſtimatio-
» ne, atque felicitate:quemadmodum Oedipus, Thyeſtes, cæterique
» ex huiuſmodi generibus illuſtres viri.

In tragœdia (vti iam ſæpè dictum eſt) hoc poëtis debet eſſe propoſitum, vt commiſeratio,et terror cieatur,cietur autem,non tàm verbis flebilibus,horribilibusque,aut rerũ atrocium,horribiliumque actione; vel potius perſonis ipſis, circa quas verſatur

© SCD - Université de Poitiers

tragœdia; res enim aliqua fuerit fortaſſe per ſe atrox, ac miſerabilis, flebiliſque etiam ſermone expreſſa, ſed quoniam viro improbo accidit, nullam cõmouere poteſt cõmiſerationem; perſona igitur hoc facit potius, quàm res; perſona inquam, cui aliquid aduerſi acciderit. Optimum autem fuerit, opinor, ſi colligamus tres eos modos actionũ. quæ tragœdiæ non conueniunt. Primus eſt. BONI viri in infelicitatem lapſi. Alter eſt. MALI, improbiſque viri felicitatem aſſecuti. Tertius eſt; MALI in miſeriam lapſi. Cum igitur nullus ex his modis tragœdiam conſtituere poſsit. relinquitur quartus modus; qui medius eſt inter hos; Sed fortaſſe aliquis reprehendat Ariſtotelis hanc enumerationẽ; quòd non omnes modos complectatur. nam ſi rectè conſideres, prætermiſſus eſt modus hic. BONI felicitatem aſſecuti; reſpondeo, non fuiſſe neceſſe, vt in eo enumerando operam poneret ſuam Ariſtoteles; ſatis enim patet alieniſsimum illum eſſe à tragœdia. nam res lugubres cum tractet tragicus poëta; felicitatem ſibi nunquàm proponit imitatione ſua exprimendam, præſertim bonorum, quia lætitiam parit & ſpem at ipſa cõmiſerationem vult ciere, & metum. Rurſus ſe mihi obiiciat aliquis. dicatque, extare apud tragicos ſimilem actionis modum. vt apud Sophoclem in Electra. nam ea cum proba effingatur, ſimulque Oreſtes bonus exprimatur, vterque felicitatem aſſequitur; hic regno paterno potitus, perempto Aegiſto, illa è teterrima ſeruitute vindicata. Reſpondeo Aegiſtum, & Clytemneſtrã ab alia parte infelices exprimi; quòd ſi ad huc inſtet aliquis. At Ariſtoteles; ait improbos, qui in infelicitatem labuntur, non eſſe aptos tragœdiæ; reſpondeo etiam; peripetiæ, & agnitionis eſſe habẽdam rationem, quæ pulcherrimè illam actionem conſtituunt; addo etiam vſitatum fuiſſe olim apud veteres, vt tragœdiæ continerent infelicitatem, de qua re poſtea ſuo loco copioſius agemus. Cum igitur (vt redeam, vnde ſum digreſſus) modi hi omnes, quos expoſuimus, talium euentuum, et actionum tragœdiam non poſsint conſtituere, Reliquũ eſt, vt vnus tantùm concedatur modus tragœdiæ conſtituendæ; ex euentu, & actione infelicis alicuius, qui medius ſit inter hos. medium voco inter bonũ, ac malum; nam inter felicem, & infelicem non poteſt vllus eſſe medius, præterquàmquòd hoc non eſt quærẽdum in tragœdia, etiam ſi quo modo eſſe poſsit; nam mala, ac infelicitatem exprimit perſonarum, vt commiſerationem excitet; alioqui id non efficeret, ſicuti patet; Quærendum igitur eſt, qualis hic ſit. Ac planè inter bonum, ac malum is eſt collocandus, qui peccat quidem, ſed imprudens peccat; huiuſmodi enim neque bonus appellandus, quia iam peccauit; neque rurſus malus, quia non conſultò peccauit, ſed per imprudentiam. Sicuti liberalis eſt, qui neque auarus, neque prodigus; nam cum liberalis cogitet diligenter, cui oportet, quantum oportet, & quando oportet aliquid tribuere, neque cuiuis temere effusè largiatur ſuas opes; prodigus dici non poteſt. rurſus cum largiatur, multò minus auarus eſt appellandus; nam auarus neq. cui oportet, neq. quãdo neq. quantũ oportet, largitur; cũ nolit ex ſuis opibus ne aſſem quidẽ detrahere. Sic de forti dicendũ, qui medium locũ obtinet inter audacem, et timidum. Neq. eſt, quòd quiſquàm hoc loco dicat inter virtutem, & vitium non poſſe collocari aliquid medium; ſatis enim ſcio id verum eſſe, nam medium inter duo diſsimilia eiuſdẽ qualitatis potius conſtituitur, vtpotè inter duo vitiorum genera medium collocatur κατὰ ἔλλειψιν, καὶ ὑπερβολήν. vt docet Ariſtoteles lib. III. Ethic. Cicero ea, inter quæ medium nõ conſtituitur, in Topicis, vbi loquitur de Contrariis, vocat aduerſa, vt ſapiẽtia, ſtultitia. Verum, cum hæc recipiant τὸ ἧττον καὶ μᾶλλον. quodam modo ea media vocari poſſunt. nam qui paululum declinat à ſapientia, continuò ſtultus eſt. Sed minus ſtultus hic, quàm ille, hic magis. quàm alter. Adde quòd quę media conſtituuntur inter duo, nomen habent per ſe ſeparatum. Ennius, qui ſtatam formam ponebat inter pulchritudinem, & deformitatem ſummam (vt eſt apud A. Gellium, vbi reprehendit Biantis ratiocinationem illam) non tàm ponebat, tanquàm verum mediũ, quàm κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον. Signum huiuſmodi mediorum eſto. quòd ea media, quæ inter duo extrema, nominatim ponuntur diuerſa, (extrema inquàm κατὰ ἔλλειψιν καὶ ὑπερβολήν) non multa ſunt, ſed vnum tantùm. Quæ verò media vocantur inter duo aduerſa κατὰ μᾶλλον καὶ ἧττον. multa ſunt, ſicuti patet. Præterea medium ex extremis, ex æquo compo-

© SCD - Université de Poitiers

cõponitur vtriſque diuerſum eſt ab iis.at ſi mediũ ſumas inter ſtultitiã & ſapientiã, illud oſtendas oportet compoſitũ ex vtriſque æquali modo.quod quale ſit futurum prorſus nemo videre poteſt.niſi καθ' μᾶλλον (vt diximus) καὶ ἥττον. Hæc media recentiores vocant. Alia per negationem,alia per comparationem, ſeu proportionẽ.Præterea Ariſtoteles in lib. περὶ ἑρμηνείας ſub finem quærit,cum dicimus; Bonus eſt. An huic pronunciato ſit contrarium. Hoc MALVS. vel NON BONVS. Reſpondet autem,cõtrarium eſſe bono non bonum,quia ad eundem hominem refertur, & negat idem de eodem.Sed ſi quæras, quale ſit medium inter bonum,& malum, reſpondeo eſſe hoc;Neque bonum,neque malum.quod eſt per negationem vtriuſque.exempli cauſa;qui in ciuitate præclara natus,in negociis ciuilibus,ac forenſibus verſatur homines iuuandi gratia;bonus eſt. Qui verò in eâdem natus ciuitate abſtinet ab adminiſtratione reip.neque ſuis prodeſt ciuibus. NON EST bonus,medius inter hos fuerit, qui in ſolitudine verſatur. Verum de his hactenus. Nunc loquamur de eo,qui per imprudentiam peccat,qui medius dicitur ab Ariſtotele inter bonum,& malum; hoc eſt minus malus, quàm vt verè malus vocari poſsit, & minus bonus, quàm vt verè bonus dici debeat. Ac primùm repetenda quedã ſunt ex diſputationibus philoſophorum,vt facilius hæc intelligantur. Ariſtoteles libro tertio Ethicorum, omnia quæ homines agunt, aut voluntaria eſſe,aut non voluntaria appellanda. Voluntaria ſunt,quæ ἐκ τῆς προαιρέσεως ideſt ab electione proueniunt.Non volũtaria ſunt ea,quæ aliquis inuitus facit: atque ſanè inuitus videtur agere aliquid tribus modis, aut vi coactus;aut ignoratione, & imprudentia adductus; aut metu maioris alicuius mali. quæ tamen poſtremo loco dicta ſunt partim quidem voluntaria, partim autem non
» voluntaria videntur eſſe.Verba Ariſt. lib.III. Ethicorum ſunt hæc. δοκεῖ δὲ ἀκούσια τὰ
» βίᾳ, ἢ δι' ἄγνοιαν γιγνόμενα. βίαιον δὲ οὗ ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν. exemplum affert Ariſtoteles eodem loco eius actionis, quæ partim voluntaria, partim non voluntaria eſt.huiuſmodi vt ſi Tyrannus (inquit) iubeat aliquem perimere parentem, quòd ſi perimat, ſit incolumis,ſi non perimat, perdatur etiam ipſe. ἀμφισβήτησιν ἔχει τὸ πότερον ἀκούσιον, ἢ ἑκούσιον.
» Aliud exemplum quoque affertur. τοιοῦτον δὲ τι συμβαίνει καὶ περὶ τοὺς ἐν τοῖς χειμῶσιν ἐκβολὰς, ἁπλῶς μὲν γὰρ οὐδεὶς ἀποβάλλεται ἑκὼν, ὑπὲρ σωτηρίας δὲ αὐτῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἅπαντες οἱ νοῦν ἔ-
» χοντες.μικταὶ μέν εἰσιν αἱ τοιαῦται πράξεις, ἐοίκασι δὲ μᾶλλον ἑκουσίοις, αἱρεταὶ γὰρ εἰσὶ τότε. ὅτε πράτ-
» τονται τὸ δὲ τέλος τῆς πράξεως κατὰ τὸν καιρόν ἐστι. καὶ τὸ ἑκούσιον δή, καὶ τὸ ἀκούσιον ὅτε πραττόμενα λεκτέον.
Hæc Ariſtoteles ita differit de iis voluntariis, & non voluntariis (miſtæ enim ſunt) actionibus,quæ tertio continentur modo. Violenta ſunt ea quorum principium,& electio non eſt in nobis. Ea quæ per imprudentiam & ignorationẽ fiunt;vel cum facta ſunt, nobis dolorem afferunt, quòd pœniteat feciſſe:vel non afferunt dolorem, quòd non pœniteat;ſæpè enim homines per imprudentiam aliquid agunt, quod poſtea lætantur à ſe factum. Priora illa non voluntaria dici debent;poſteriora autẽ prorſus voluntaria. Verba Ariſtotelis eodem loco paulò poſt hæc ſunt. τόδε δὲ ἄγνοιαν ἐκ
» ἑκούσιον μὲν ἅπαν δοκεῖν, ἀκούσιον δὲ τὸ ἐπίλυπον καὶ εἰ μεταμελείας. ὁ γὰρ δι' ἄγνοιαν πράξας ὁτιοῦν μηδὲν ἧ
» ττον ἡδέως ἔχει τῇ πράξει, ἑκὼν μὲν οὐ πέπραχε, οὐδ' αὖ ἄκων, μὴ λυπούμενος γε. τῶν δὲ δι'
» ἄγνοιαν ὁ μὲν εἰ μεταμελείας ἄκων δοκεῖ, ὁ δὲ μὴ μεταμελόμενος, ἐπεὶ ἕτερός ἐστω οὐκ ἑκών, ἐπεὶ γὰρ
» διαφέρει βέλτιον ὄνομα ἔχειν ἴδιον. Præterea ſciendum aliud eſſe agere per imprudentiam, & ignorationem. hoc eſt δι' ἄγνοιαν. aliud ignorantem hoc eſt ἀγνοοῦντα. nam qui ignorans agit,ignorat quid æquum ſit, quidque oportet, vel non oportet agere, vt ſiquis iratus aut ebrius peccet. qui verò per ignorationem agit, ſcit quidem quid æquum, quid oportet; imprudenter tamen,& inuitus agit. hic quidem particulare ignorat, quod agit, vt Oedipus, qui peremit Laium patrem, ſciebat enim nefas eſſe perimere patrem; ſed ignorabat illum eſſe patrem. hi quidem igitur, qui per imprudentiam peccant, excuſatione, & commiſeratione digni, vt idem ait Ariſtoteles libro ter-
» tio Ethicorum ſub initium, his verbis. οἷς δὲ τοῖς ἀκουσίοις συγγνώμων, οἵοτε δὲ καὶ ἐλέου
» γνωμέιον. ſi igitur huiuſmodi commiſeratione digna patet referri poſſe ad tragœdiam, quæ eam perturbationem in primis ſtudet excitare in animis auditorum. Diuiſionem harum actionum inquit Ariſtoteles vtilem eſſe legum latoribus, vt diiu-

© SCD - Université de Poitiers

dicent,qui puniendi,qui rurſus non puniendi ſint;nam voluntariæ actiones ſupplicio lui debent.non voluntariæ ſæpè veniam extorquent;quia cõmiſerabiles. Sed non illis tantùm verum etiam poëtis tragicis, vtile eſt hæc dignoſcere, vt ſciant aptè actionem in tragœdiis conſtituere.nam actio violenta ad tragœdiam referri non poteſt,voluntaria multò minus,quia improbitatem, & ſcelus præſefert, Neque rurſus illa,quæ ab ignorãte ſicuti ab Ebrio,& Irato patratur,quos PYTTACVS MITYLENAEVS (vt idem refert Ariſtoteles) duplici pœna afficiendos putabat;primùm,quòd cum in illius poteſtate poſitum eſſet,ebrius fieret, vel non;id efficere non ſtuduiſſet, quod facilè potuiſſet; deinde propter patratũ ſcelus. Reliqua igitur vna eſt actio eorum, qui διὰ ἄγνοιαν peccant; hi enim commiſeratione digni, ac venia. Hanc ſumunt tragici poëtæ,conanturque exprimere, & imitari. Quare cum Ariſtoteles hominem quærit, qui medius ſit inter bonum, & malum,hunc ipſum ſignificauit,qui ignoratione peccat,& imprudentia.nam bonus non eſt, quia peccauit.neque tamen omninò malus, quia imprudenter peccauit, doletque ſe peccaſſe. Deſcribit verò illum in contextu Ariſtoteles his verbis. „ δεῖ δὲ τοιοῦτον ὁ μήτε ἀρετῇ διαφέρων, καὶ δικαιοσύνῃ. μήτε δι' κακίαν, καὶ μοχθηρίαν μεταβάλλων εἰς τὴν δυστυχίαν. ἀλλὰ δι' ἁμαρτίαν τινα. Si enim excelleret virtute, et probitate, fieretque infelix;hoc potius nefarium eſſet habendum, & μιαρὸν, vt antè dictum eſt. Si autem improbus, & malus fieret infelix, quia infelicitas illa, & calamitas propter ſcelera illi accidit, non eſt commiſeratione dignus vlla, ſed ſupplicio. debet igitur talis eſſe, qualem ſuperius diximus, qui ob peccatum aliquod per imprudentiã admiſſum in miſeriam ſit lapſus.Atque hæc quidem ita ſeſe habent. Aliud verò etiam requiritur in huiuſmodi actione, & perſona tragica de qua loquimur;vt peccatum illud magnum ſit, ac fœdum; & ab alto felicitatis gradu in maximã miſeriam cadat;nam ſi aut peccatum fuerit leue, aut miſeria nõ ſatis magna; cõmiſerationẽ quoque leuem cieri neceſſe erit; ſed quã maximã eſſe hanc oportet, vt magis afficiat,perturbetque animos auditorũ. Conſiderãda illa verba τῶν οὐ μεγάλῃ „ δόξῃ ὄντων, ἢ δυστυχίᾳ. ideſt eorũ hominũ,qui in magna felicitate,gloriaq. ſiti ſunt. ſignificauit enim Ariſt.ſi ita intelligas,tragicã actionẽ non duci à peccato cuius uis hominis,qui è plebe ſit,& filius terræ;ſi ſequaris lectionẽ nõnullorum librorũ, qui manuſcripti ſunt,& tollas illas duas dictiones, ἢ δυστυχίᾳ (eſt enim apud me manuſcriptus liber,in quo nõ leguntur hę dictiones)ſenſus fuerit referendus nõ ad hominem,qualem diximus;ſed ad peccatum de quo loquitur Ariſtot. Sic δι' ἁμαρτίαν τινὰ ἁμαρτίαν ἣν τῶν ὄντων οὐ „ μεγάλῃ δόξῃ ideſt propter aliquod peccatũ quod admittitur in iis,quæ in magna ſunt exiſtimatione apud homines,grauiſsimaque habentur, & maximè nefaria, quale eſt cõcubitus cum matre,quale eſt parricidiũ,& quæ huiuſmodi ſunt. Sed cũ hæc patrari ſoleant etiam àb infimis ſępè hominibus, dicat aliquis fortaſſe,ſententiam hanc nõ poſſe ſatis probari,cum in tragœdiis;Reges tantùm, Heroesque nobiliſsimi inferantur;eorumque actiones argumentum poëtis prębeant tragicis.Verùm reſpondeo cõſiderãda eſſe alia Ariſtotelis verba paulò antè poſita,cũ ait, μεταβάλλων εἰς τὴν δυστυχίαν. „ Nam quãlibet ex infima plebe aliquis patret graue facinus,quale diximus,quomodo tamen in infelicitatem ex felicitate labi poteſt?nam quæ tandẽ,aut quanta huiuſmodi hominis erat felicitas. Verum quid felicitatem dixi, cúm nunquam hi felices dici poſsint;cum ſemper in ſumma verſentur infelicitate;propter incommoda vitæ, quæ patiuntur,& paupertatem,ſeu inopiam. Ingeniosè igitur Ariſto. duo hæc ſumpſit. Peccatum,graue,& magnum,Deinde. VT EX FELICITATE labatur in Miſeriam;ſimul enim hæc accidere nulli poſsunt,niſi qui ſumma dignitate ſit, & authoritate vir; in altoque felicitatis gradu à fortuna collocatus.Miſerrimi enim fiunt, & grauiſsimo, caſu,inſtar altiſsimarum turrium, decidunt. hanc eſſe Ariſtotelis ſententiam, vt de nobilibus ac illuſtri loco natis viris non ſit locutus,patet ex ipſa definitione tragœdiæ,in qua nulla eſt huiuſmodi virorum mentio.Atqui,ſi fuiſſet neceſſe apponere,ad naturam,eſſentiamq. tragœdiæ declarandam; non prętermiſiſſet eo loco;nam definitio debet omnia complecti;vt integra ſit.Sed vide Ariſtotelis artificium; Animaduertebat vir ſummus,ſi diceret in tragœdia effingi perſonam, quæ propter peccatum

© SCD - Université de Poitiers

catum aliquod graue, per imprudentiam admissum; delaberetur ex summa felicitate, in maximã calamitatem, nõ posse hoc ad vllũ referri, præterquàm a d Reges, Heroas viroſque illustres. non igitur fuit necesse, vt illud, quod ex consequentibus satis poterat intelligi, frustra apponeret; cũ sit brevitatis amator; nullumque verbũ, quod otiosum sit, aut inane adscribat vnquam in suis libris. Rursus ponderanda illa verba ἢ οἱ ἐκ τοιούτων γενῶν ἐπιφανεῖς ἄνδρες. Nam ambiguum videtur. An de illustribus genere; An de illustribus, ac insignibus propter tàm magna errata, loquatur. Sed affirmarim ego omnino Aristotelem loqui de iis, qui insignes sunt, ac illustres propter rarum aliquod, & inusitatum peccatum, quo admisso statim ex summa felicitate lapsi sint in magnã calamitatem, neque enim vnquam necesse fuit, vt Aristoteles proferret, Nobilitatis, Illustriumque genere virorum esse habendam rationem; nam etiam si tragœdia personas Regias Heroicasque recipit; non erat tamen artis idipsum proferre, cum consequatur ex altero; quod magis est primarium. Satis enim patet ad calamitatem ex felicitate, qua nulla vnquam potiti sunt, delabi non posse ignobiles homines, ac viles. Exempla verò personarum huiusmodi sunt; Oedipodis, Thyestæ, & reliquorum similium, qui cum felicissimi essent, propter admissa scelera, cuiusmodi dicta sunt, ad calamitatem redacti sunt maximam. Neque verò est, quòd quisquam putet omnes tragœdias tales actiones, aut tales complecti personas, quales exposuimus; nam paucæ admodum eiusmodi sunt. Sed Aristoteles in tradendis præceptionibus tragœdiæ scribendæ, actionis, personæque deligendæ, quæ apta sit ad tragœdiam, specimen capit à præstantissima actione, & persona, quæ sibi videtur aptissima. Non debent igitur omnes veterũ tragœdiæ perpendi hoc examine, aut redigi ad hanc normam; nam præter actionem, personamque Oedipodis, qualem expressit Sophocles; nescio, an aliam reperias apud vllum ex veteribus. Hercules in Trachiniis apud eundem Sophoclèm commiserabilis videtur, propter atrocitatem fortasse malorum, quæ perpetitur; at non, quòd talem personam sustineat, quæ sit media inter bonum, & malum. Bonus enim potius existimandus, quàm malus; eodem modo in Electra, nam ea quidem bona; non media inter bonam, & malam. Oreſtes quoque. Ægisthus verò, & Clytemnestra prorsus mali. quòd si redigas ad hanc normam Aristotelis, erit nefarium scelus, id est μιαρὸν Electram bonam immerentem infelicem esse, & incommoda pati tàm magna. Quare facilè adducor ad credendum Aristotelem, cum tragœdiæ artificium traderet, planè exquirere voluisse, præstantissimum actionis genus, atque aptissimam personam effingere. Sicuti in demonstratione tradenda; quæ enim tandem apud philosophos demonstratio inuenitur vlla adeò integra, & absoluta ab omni parte, quæ conueniat cum præceptionibus Aristotelis, quas tradit in Libris ὑστέρων ἀναλυτικῶν? Sed sanè optimum fuerit ad præstantissimam hanc actionem Tragicam, quam hoc loco effingit, cæteras omnes adaptare, efficereque, vt quamsimillimæ illi sint; aut quàm minime procul fieri poterit, absint ab ea, quæ absolutissima est.

» Ἀνάγκη ἄρα τὸν καλῶς ἔχοντα μῦθον, ἁπλοῦν εἶναι μᾶλλον, ἢ διπλοῦν, ὥσπερ τινές φασι.
» καὶ μετάβασιν εἶναι οὐκ εἰς εὐτυχίαν ἐκ δυσυχίας, ἀλλὰ τοὐναντίον, ἐξ εὐτυχίας εἰς δυσυχίαν
» μὴ διὰ μοχθηρίαν, ἀλλὰ δι' ἁμαρτίαν μεγάλην, ἢ οἵου εἴρηται, ἢ βελτίονος μᾶλλον, ἢ χείρονος.

» Necesse est igitur pulchram fabulam constare magis ex vno hoc
» genere, quàm ex duplici, vt nonnulli putant, cuius quidem ex miseria
» ad felicitatem mutatio non fit; sed contra ex felicitate ad miseriam,
» errore sanè non leui, minimè verò per dedecus, ex illo quidem viro-
» rum, de quo dictum est, genere: quódve potius ad meliores, quàm ad
» deteriores spectet.

Connectuntur cum iis, quæ superius dicta sunt, in hunc modum. Postquàm Do-

© SCD - Université de Poitiers

cuit Aristoteles quales personæ aptæ sint ad tragœdiam;dixitque opotere eas ex sum ma felicitate in magnam miseriam lapsos videri,propter graue aliquod erratũ, quod insigne sit,ac illustre,propter magnitudinem;& attrocitatem,ostendit actionem ean dem potius debere ex simplici genere constare, quàm duplici. Simplex genus intel ligit Fabulæ, in qua persona aliqua ex felici,fit infelix;vt in Oedipode Sophoclis,aut è contrario ex infelici felix, vt in Iphigenia Euripidis licet perspicere;Duplex verò fa bulæ genus vocatur ab Aristotele,in qua alia persona fit ex felici infelix, alia ex infe lici felix,sicuti apparet in Electra Sophoclis, in ea enim exprimitur felix Aegistus & Clytemnestra.Electra infelix. Rursus è contrario Aegistus & Clytemnestra infelices Electra verò vnà cum Oreste, felix. Et sic patet locus hic alioqui difficillimus. Et quoniam aliæ fabulæ,quę simplices vocantur,in infelicitatem desinunt,aliæ in felicita tem,quærit Aristoteles, vtræ sint præstantiores;ac sanè palmã illis tribuit,quæ in infe licitatẽ exeunt, quia hoc magis est tragœdiæ proprium,quę semper ex infelicitate ho minum captat luctum,ac commiserationem;modò illa infelicitas non accidat impro bo alicui valde merenti, propter improbitatẽm, & scelus aliquod nefarium sponte admissum,nam huiusmodi,odium,vti ante diximus,concitat in se potius,atque illud atrox,quàm commiserationem,nam à cõmiseratione quàm longissime abest odium, commiserationem enim scimus ex beneuolẽtia ortum habere,cui contrariũ est odiũ. Infelicitas igitur talis exprimi debet,quæ acciderit homini,qui medius sit inter bonũ & malũ,hoc est,neque bonus, neque malus,qualis est ante declaratus. Quòd si tales personæ non occurrant(pauciſsimæ enim occurrant necesse est propter raritatem fa cti) neque posis arripere in fabula scribenda personam,quæ media sit inter bonum & malum;potius debebis arripere personam,in qua insit probitas, quàm in qua insit improbitas.Verba Aristotelis sunt: ἢ ἐλάττονος μᾶλλον, ἢ χείρονος. quæ huiusmodi sensum habent.Si non posis effingere qualẽ diximus, effingito aliquem, qui propius ab eo absit,ab altera parte ad probitatẽ tendens, quàm in improbitatem ab altera parte pro pius inclinet. Atque sic patet, noluisse Aristotelem omnino bonum virum conce dere in actione tragica; sed aliquid tamẽn detraxisse ab ea persona, quam mediam con stituebat inter bonũ, & malum.Ac sanè omnia optima ratione facta sunt ab Aristo tele, qui semper hoc sibi habebat propositum, vt tragœdia excitaret & commisera tionem,& metum simul. Nam malus commiserationem non excitat, si infelix fue rit, tantum abest, vt excitet terrorem, & metum.bonus commiserationem quidem excitat,si quid aduersi patiatur; at non terrorem, sed potius μιαρὸν.ac sicuti terror in ducit in animos religionẽ,obstringitque eos magis cultu quodã,ac pietate erga deos; quorum potentiam extimescunt;sic τὸ μιαρὸν animos abalienat prorsus à Diis,qui qua si mortalia negligant,probitatemque hominum non intueantur,foueantque eos,qui virtute fuerint præditi,malis multis bonos viros conflictari permittant;ex qua re in dignatio grauis oritur in animis hominum in Deos ipsos;& opinio;ipsos securum(vt ille ait)agere æuum,ac ociosè dormitare in regendis mortalibus,maximum enim pro uidentiæ Deorum signum esse iudicant homines,si viros bonos præmiis afficiant,im probos autem vlciscantur,maleque perdant.Hinc multum terroris iniici videas ex re citatione tragœdiæ Sophocleæ, quæ Ajax inscribitur;quòd enim ille suis viribus fi dens Deos negligeret,ac de iis obtrectaret,in insaniam mentis iniectus est à Minerua, qua impulsus multa perridiculè cum feciſſet,eaque postquam resipuit, agnouisset ac resciſſet,gladio incubuit,sic scilicet discimus,omnes deorũ contemptores, atq. obtre ctatores malè mulctari à Diis,pellique in amentiam; hoc enim maximum est vltionis genus,quo Dii homines insolentes suique numinis contemptores plectunt.Nec verò desunt hac nostra ætate Aiaces, qui μιλαγχολῶντες ex ira Dei Opt.Max.quòd diutius illorum improbitatem perferre non potest,in solitudinem vastam,quasi amentes, fu toreque vesano concitati, procul remotam ab oculis & vestigiis hominũ,profecti se ipsos iugulant;nec sine prouidentia eiusdem Dei opt.max.fit, vt superstites sæpè sint, quamuis occidisse se ipsos cupierint;exemplo vt sint aliis;ne vnquam ipsius sanctissi mum numen aspernentur; quid quòd ea ipsa corporis parte plectuntur, qua peccare

soliti

ſoliti Deoſque lædere, vt cum ex impuriſsimis faucibus impia, ac nefaria vox prodiret in Deum optimum parentem mortalium; eædem ferro reſectæ amplius non eſſent vocales, ſed poſtea muti uiuerent. An hoc prouidentia caret?

» Σημεῖον δὲ τὸ γιγνόμενον· πρὸ τοῦ μὲν δὴ οἱ ποιηταὶ τοὺς τυχόντας μύθους ἀπηρείθμουν,
» νῦν δὲ περὶ ὀλίγας οἰκίας αἱ κάλλιστραι τραγῳδίαι συνίστανται, οἷον περὶ Ἀλκμαίωνα, καὶ
» Οἰδίποδα, καὶ Ὀρέστην, καὶ Μελέαγρον, καὶ Θυέστην, καὶ Τήλεφον, καὶ ὅσοις ἄλλοις συμβέβηκεν ἢ
» παθεῖν δεινὰ, ἢ ποιῆσαι,

» Huius autem rei indicium ſit vſus. etenim iam inde ab initio poëtæ
» quaſcunque nacti eſſent fabulas, admittebant: nunc autem pulcherri-
» mæ circa paucas omnino familias componuntur: vt ſunt Alcmæonis,
» Oedipodis, Oreſtis, Meleagri, Thyeſtis, Thelephi, cæterorumque ge-
» neris huiuſmodi, quibus, vel facinora quidem grauia perpetraſſe, vel
» ipſos tuliſſe contingit.

Probatio eſt eorum omnium, quæ antè dicta ſunt, pulcherrimas ſcilicet eſſe fabulas tragicas, quæ eas recipiunt actiones, ac perſonas, quæ propius accedunt ad meliores, quàm ad deteriores. Comprobat verò hæc vſu bonorum poëtarum, qui, non ſicuti olim mos fuit, quaſlibet temerè recipiebant fabulas, ſed eas tantum admittebant actiones, quæ venuſtatem aliquam habere videbantur. Erant autem huiuſ modi admodum paucæ neceſſariò, fabulæ: quia cum ſumerent eas à veris actionibus, ſicuti faciendum eſſe aliquando diximus ante, raroque grauia hæc alicui acciderent; à paucis familiis talia deducebant ad imitationem tragicam. Neque verò ſine cauſa dixit Ariſtoteles περὶ ὀλίγας οἰκίας; Nam tragicæ actiones hæ, quamuis vni aut Regi, aut Heroi acciderent; ea tamen calamitas totam ſequebatur ipſius familiam; hinc videas ex vna calamitate, varias effingi actiones, quatenus eam calamitatẽ, multis eiuſ dem gentis, accidiſſe vario modo credibile eſt. Oedipodis vnius eſt vna calamitas. Sed & ex perſona Antigones ducta eſt alia fabula, eo, quo diximus, modo, & altera Oedipodis περὶ κολωνῷ, hæc enim actio illam calamitatẽ eſt ſubſecuta; Electræ quoque perſo na, & Oreſtis, & Iphigeniæ argumentum poëtis tragicis obtulit ſcribendæ fabulæ; cũ tamen omnes ex vno ducantur principio. quid dicam de Hecuba, Andromache, & cæ teris id genus? nonne omnes ex eodem fonte manarunt? Enumerat verò in contextu Ariſtoteles Alcmæonis, Oedipodis, Oreſtæ, Meleagri, Thyeſtæ. Telephique actiones tragicas, de quibus ſingillatim dicendum, breuiter tamen; vt nequid prætermiſiſſe videamur. Alcmæon Amphiarai, & Eriphyles filius fuit. Amphiaraus, quoniam ex vaticiniis cognitũ habebat, ſe in expeditione Thebana interiturũ, nolebat eò proficiſci, Eriphyle monile accepit ab Argia, vt maritũ cogeret. coëgit. Quid multis? vbi eo venit, terra abſorptus eſt. Auaram matrem Alcmæon filius, vt patris mortem vlciſceretur, peremit, de ea re Propertius libro ſecundo ita ait.

» Aſpice quid donis Eriphyle inuenit auaris?

Vergilius quoque libro ſexto.

» Mœſtamque Eriphylen
» Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit.

Athenæus libro ſexto. Alcmæonem narrat in inſaniam, ira Deorum, quòd matrem
» peremiſſet, lapſum; mox inſania liberatum, his verbis. Ἔφορος δὲ, ἢ Δημόφιλος ὁ γράψας αὐτὸν
» ἐν τῇ Φλιακῇ τῆς Ἱστορίας περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ λέγων φησὶν. ὀνόμαρχος δὲ, καὶ Φάυλλος, καὶ Φάλαι
» κος οὐ μόνον ἀπαγορεύοντος τοῦ θεοῦ ἐξικόμεθα, ἀλλὰ τὸ τελευταῖον αἱ γυναῖκες αὐτῆς. τόν τε τῆς Ἐριφύλης
» κόσμον ἔλαβον. ὃν Ἀλκμαίων εἰς Δελφοὺς ἀνέθηκε, κελεύσαντος τοῦ θεοῦ, καὶ τὸν τῆς Ἑλένης ὄρμον Μανελάου
» ἀναθέντος, ἑκατέρω γὰρ ὁ θεὸς ἔχρησεν. Ἀλκμαίωνι μὲν πεισθησομένῳ, πῶς ἂν τῆς μανίας ἀπαλλαγείη.

» Ἀμῖν μὲν τείσις δῶρον μανίαις ἀποπαύσει
» καὶ σὺ φέρεν Ἀμῶν ἐμοὶ γέρας, ᾧ ποτε μήτηρ
» Ἀμφιάραον ἔκρυψ' ὑπὸ γᾶι σὺν τοῖσι σὼ ἵπποις.

© SCD - Université de Poitiers

M.Cic.in libro Acad. quæst. de tragœdia,quæ Alcmæon inscribebatur, meminit,versusque recitat.puto autem Alcmæonem in ea furentem exprimi.

» Quid ipse Alcmæon tuus,qui negat cor sibi cum oculis
» Consentire? Nonne ibidem incitato furore,
» Vnde hæc flamma oritur. & illa deinceps
» Incede incede, adsunt adsunt,me me expetunt.

Quid cum virginis fidem implorat?

» Fer mi auxilium, pestem abige à me
» Flammiferam,hanc vim quæ me excruciat.
» Cæruleæ incinctæ igni incedunt,
» Circunstant cum ardentibus tædis.

Aristoteles verò libro Ethicorum tertio vbi loquitur,de actionibus voluntariis hominum,deque iis,quas ui coacti agimus,ait,nonnulla eiusmodi esse, adeoque nefaria, vt satius sit mori,quàm compelli ad ea agenda,quo loco è re nata reprehendit Euripidem,qui in Alcmæonis tragœdia,conatus est ostendere compulsum illum ad cædē matris;cum tamen leues quasdam excogitarit causas, quibus vix compelli; posse aut debere ad tantum facinus admittendum videbatur, verba sunt hæc. εἴτα σὶσως ἐκ ὅσὶν ἀναγκασθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποθανατέον παθόντα τὰ δεινὰ τὰ, καὶ γὰρ τὸν Ἀλκμαίωνα γελοῖα φαίνεται τὰ ἀναγκάζοντα μητροκτονῆσαι, ὅσὶ δὲ κ αλεπὸν ἐνίοτε τὸ κρῖναι ποῖον ἀντὶ ποίου αἱρετέον, καὶ τὶ ἀντὶ τινὸς ὑπομενετέον, ἔτι δὲ κ αλεπώτερον τὸ ἐμμεῖναι τοῖς γνωσθεῖσι. Et quæ sequuntur. Hæc de Alcmæone hactenus dicta sint.De Oedipode nihil hoc loco dicam,satis enim multa antè dicta sunt, & multò plura dicentur postea. De Oreste itidem non est necesse, vt loquar,satis enim nota actio,apud Euripidem in Oreste,& Sophoclem in Electra. De Meleagro pauca dicamus. Oeneus,quoniam in primitiis fructuum dicandis,præterierat Dianam, in eius regionem immissus Deæ ira aper est,ideo vocatus ab vrbe eius regionis Calydonius,qui peremptus fuit postea ab Atalanta, cui Meleager Oenei filius præmia tribuit,et spolia.Aegrè tulerūt fratres matris Meleagri tres,quos omnes peremit Meleager. Althæa mater ipsius, vt fratrum cædem vlciscereturstipitem ardentem,quo protrahebatur,ex fato,Meleagri vita;paulatim elangueſcere est passa, donec mortuus est Meleager filius;de hac re Ouidius libro octauo Metamor. Nunc de Thyeste dicendum. Atreus, & Thyestes Pelopis filii, Thyestes regno pulsus ab Atreo fratre,qui ipsi etiam filios vorandos appositi. Thyestes fratrem execratus,vnde Horatius Thyesteas preces vocat,idest quas Græci vocant ἀρὰς. Cum filia Thyestes ex oraculo concubuit, ex qua genitus Aegisthus,qui Atreum, & Agamemnonem peremit,ipse postea ab Oreste Agamemnonis filio peremptus;hinc Horatius in Odis. Et sæuam Pelopis domum. Cicero quoque in Epistolis familiaribus. Pelopidarum facta vocat;res atroces cum vult significare. Thyestem Chæremonis citat Athenæus libro decimotertio,cuius hi sunt versus elegantes de rosis.

» ῥόδ' ὀξυφεγγῆ κρίνοισιν ἀργεννοῖσ' ὁμοῦ
» πολλῷ ὑπώρην κυπρίδιοσ' εἰζῆν παρῷ,
» ἄκραισι περκάζουσιν οἰνάνθαισ' χ ρόνου. Hæc de Thyeste.

TELEPHVS verò Mysorum rex,cum Græci regionem inuasissent,congressus singulari certamine cum fortiss.hostium duce Achille,vulneratus est.vulnus cum sanari nō posset,accepit ab Oraculo;oportere rursus ab eodem vulnerari.exorauit Achillem,ut se vulneraret.hoc nonnulli referunt ad ferruginem,seu æruginem,quæ(vt scribit Plinius) vim habet exiccandi, & adstringendi. de Telepho, & Peleo simul Horatius in Epistola ad Pisones, Telephe,vel Peleu.& quæ sequuntur.satis enim patet illic accipi pro personis tragicis,ac commiserabilibus. Veteres magna vlcera τηλέφια ἕλκη à Telepho vocarant.Horatius quoque in Epodis ait.

» Mouit Nepotem Telephus Nereium,
» In quem superbus ordinarat agmina
» Mysorum,& in quem Tela acuta torserat.

Athenæus lib.x.Agathonis tragici Telephum citat. Atque hæc quidem singillatim nomina

mina virorum declarata fuerunt, ex quibus tragœdiarum scribendarum argumenta propter insignem ipsorum, totiusque familiæ calamitatem, capta rũ. Nunc libet, quoniam idem Athenæus Alcmæonem Achæi Eretrien sis citat, vocatque Σατυρικὸν libro
» IIII. vbi sunt hæc ipsius verba. Α'χαιὸς ὁ Ἐρετριεὺς ἐν Ἀλκμαίωνι τῷ Σατυρικῷ καρυκοποιοῦσα καὶ
» λεῖ ἅτις σκληρὸν δίδωσι τούτων.
» καρυκοποιὸς προσβλέπων βσκλυπτόμαι. παρόζων
» (Hæc sunt Athenæi verba) Τὸ ἱερεῖα περιτέμνοντος, σῦλον ὡς ἐμαγείρευον ὠμὸν, καὶ ἐκαρύκευον.
» Rursus libro XIIII. eiusdem Achæi citatur Φάωσος Σατυρικὸς. cuius hi erant versus.
» θοίνη δὲ πρῶτον τέρψομεν. πάρεσι γὰρ
» τὸ δεύτερον τῷ μηκηλάσθαι φόβῳ
» μύρων σὶ χρίσω πάμπαν δύσοσμῳ δέμας.
» ὕδωρ δὲ νίψαι χεῖρας οὐ πρόσθεν δίδως.
» καὶ φάσκελα γ'ἐκ ποδῶν ἐπαίρεται.

Diligenter hi sunt adnotandi versus, quia facilè ex iis cognosci poterit qualia fuerint apud veteres dramata Satyrica. de quibus breuiter profero, quid sentiam. Mos fuit apud veteres Græcos scribere poëmata quædam, quæ, cum personam tragicam aliquam sæpe præseferant, à qua ducatur inscriptio ipsorum, facilè posset aliquis fortasse suspicari tragicas illas fuisse recitationes, quæ satyrorum lusus haberent intermistos, vti antè quodam loco diximus, ad relaxandos animos. Verisimum quidem illud esse demonstrauimus antiquorum testimonio; sed aliæ quædam inscriptiones hæ sunt.
» Ἀλκμαίων Σατυρικὸς. Φάωσος Σατυρικὸς. Crediderim igitur has fuisse Satyras ipsas aut poëmata ferè satyris ipsis similia, quòd siquis miretur Alcmæonis personam, quæ tragica est misceri iis. facilè dixerim esse existimandum, tùnc Alcmæonem in Satyricã actionem introductum, cum insanus erat, post cędem matris, perbellè enim conuenit cum insanis, ac furentibus hominibus, Silenis, & Satyris, qui petulci sunt, & furentes etiam ipsi. Extat Euripidis Κύκλωψ; quod Satyricum omnino drama censendum est, quàmuis inter tragœdias cõnumeretur, consueuerant enim poëtæ veteres tragici dramata etiam Satyrica aliquãdo scribere, quæ luctuosa essent, sicuti tragœdię. nam apud Euripidem effoditur oculus Cyclopi ab Vlysse. aptè verò concinnauit Euripides totam illam actionem. Nam Sileni, ac Satyri finguntur nauare operam Polyphemo in pascendis gregibus; & caseo cõficiundo; lacteque mulgẽdo. ait enim loquẽs Silenus.
» τούτων οὐδὲ λαφθεὶς τὸν ἐμὸν σὺ δόμοις
» ἀδῦλοι, καλοῦσι δ'αὐτὸν ὦ λαφύσσομεν
» πολύφημον. ἀν' ἰὰ δὲ δύϊον βακχ δυμάτων
» πώμνας κύκλωπος ἀνοσίου ποιμαίνομεν. Et quæ sequuntur.

Vlysses appellens ad littora colloquitur cum Sileno, & choro Satyrorum: sermones vbique iocosi, ac petulci. propinat illis Vlysses merum. contra illi pollicentur se daturos lac, & caseum, carnesque, quibus vescantur. Silenus cum bibisset, ait.
» Σι. παπαιάξ ὡς καλὼ ὀσμὼ ἔχει. Paulò post.
» Σι. βάκχαι χορεύσωμεν παρακαλεῖ μ'ὁ βάκχος
» Α. Α. Α. ὀδύν. μοῦν τὸν λάρυγγα διέκανεξε σοῦ καλῶς.
» Σι. ὥστε εἰσ' ἄκρουσ' γε ἅτις ὄνυξ ἀφίκετο.

Quis non videt dramata hæc perridicula esse, ac iocularia? paulò post Helenam ob inexplebilem lasciuiam carpens Silenus ait;
» Σι. ὀκοῦν ἐπόδην τὼ κάππιν εἵλετε
» ἅπαντος αὐτὼ διακροτήσασ τ'οὐ μέρος;
» ἐπεὶ γε πολλοῖς ἤδη γαμουμένη.

Non vno (inquit) marito contenta. vt de Phryne sua Horatius scribit. & de Ausilena in quodam Epigrammate Catullus. Ac ne ego prolixior sim videre quilibet potest illic lasciuientes, Bacchantesque Satyros: quatenus autem effoditur oculus Cyclopi, lugubre drama est. tale igitur fuit genus poëmatum. Hinc Athenæus eiusdem
» Achæi citat ἴρην Σατυρικὼ. lib X. vbi ait. Α'χαιὸς ὁ Ἐρετριεὺς γλαφυρὸς ὢν ποιητὴς ᾠδὴν τὼ σὺν-
» θεσιν ἔσθ' ὅτε καὶ μελαίνει τὼ φράσιν, καὶ πολλὰ αἰνιγματωδῶς ἐκφέρει ὥσπερ ἐν ἴρισι Σατυρικῇ. mira-

© SCD - Université de Poitiers

tur Athenæus, cur obscurè aliquando loqueretur Achæus, cum aliàs semper dilucido vteretur sermone. Sed ego crediderim in dramatibus satyricis obscurandã ænigmaticis figuris aliquando fuisse orationem; id enim postulabat Satyrici dramatis (ni fallor) artificium; talisque sermo bellè conuenit petulcis, lasciuientibusque diis. vt apud Euripidem in Cyclope.

» Χο. λήψεσθαι τὸν φάγχηλον
» αὐτόνως ὁ καρκῖνος
» τῶν ξενίων ἀλαστυμόνως. hæc obscura. atque ænigmati similia. rursus illa lasciuiæ plena, ac prorsus satyrica. ὦ κυκλώπιον.
» ὦ ἀκατοπύστακε. Et quæ sequuntur. Rursus illa iocosa.
» κύ. ἄριστον ὄψιν οὖ παρεσκυασμένον;
» σι. πάρεστιν. ὁ φάρυγξ δὲ πρεπτὸς ἔσω μόνον.
» κύ. ἦ καὶ γάλακτος εἰσὶ κρατῆρες πλέῳ;
» σι. ὡς ἐκπιεῖν γέ σ' ἐθέλησ' ὅλον πίθον.
» κύ. μήλαιον, ἢ βόειον, ἢ μεμιγμένον
» σι. ὃν ἂν θέλῃς σὺ, μὴ με καταπίῃς μόνον. Idem Athenæus libro. x. sub initium ipsum, Astydamantis tragici nominat Ἡρακλῆ γαστρικόν, in quo effingebatur vorax Hercules. atque, vt ipse ait, ἀλληφάγος, ex qua re satis licet perspicere, quale fuerit in hoc scribendo genere poëmatis artificium apud veteres. Verùm de hac re satis, ac fortasse plura, quàm oportuit, dicta sunt. Sed omnino tollenda erat dubitatio, ac quæstio omnis, quæ de hac re sæpe inter eruditos homines esse solet. Nunc redeo ad institutum sermonem vnde sum digressus. Verba sunt illa considerandã diligẽ
» ter, quæ statim protulit Aristoteles post allata exempla. sic. κἀ ὅσοι ἄλλοις συμβέβηκεν ἢ παθεῖν
» δεινά, ἢ ποιῆσαι. Cum enim eiusmodi sint personæ ad tragœdiam aptæ, cuiusmodi diximus; omnes quoque, quæ iis fuerint similes, poterunt actionem tragicam constituere. quasi normam quandam tradat Aristoteles diiudicandi actiones, quæ ad tragœdiam spectent, cum enim paucarum familiarum calamitates extiterint, ex quibus argumentum tragicum sumi possit, poterunt sua vigilantia, & peritia colligentes, ac diiudicãtes, ea, quæ aliquando mortalibus accidunt, redigere ad numerum reliquarum actionum tragicarum. Personæ igitur, quarum actiones, ob calamitatem, tragœdiam constituant; dignoscentur duplici veluti quodam signo. nam aut patrant, aut patiuntur aliquid graue. quæ aut simul, aut separatim considerari; atque collocari in Fabulis necesse est. Sed alterum quidem tantùm separatim collocari potest. quod est PATI. Alterum sine altero nõ potest. atque huius rei sanè ratio probabilis hæc esse videtur. NAM PATRANTEM aliquem exprimere quis potest, quin etiam addat eum, qui PATIATVR. quid enim patrat, aut cur, aliquis aliquid, si nõ infert alicui damnum, dolore, cruciatum, cædem? Sed alterum separatim collocari potest in tragœdia; hoc est, vt Patientem exprimamus. Nam quamuis ea, quæ patimur mala, & incommoda, plerunq. inferri nobis ab aliquo soleant; Sunt tamẽ nonnulla incommoda, quę vel à fortuna, & casu proueniunt, vel à Diis itatis inferuntur; aut alia quâuis occculta ratione, & causa oriuntur. Quod si quis miretur fortasse, Cur Aristoteles, cum superius à tragœdia improbos, ac facinorosos homines excludendos censuerit; nunc in tragœdiis nonnullis dicat, PATRantem aliquem exprimi scelus aliquod, qui enim patrat scelus, facinorosus est. Respondeo Aristotelẽ à tragicis actionibus excluisse non facinorosos quidẽ patrantes aliquod scelus; sed facinorosos infelices, quòd illorum calamitates commiserabiles nõ sunt; nunc verò si Patrantem facinorosum retinet, id non facit, per se, neq. enim cogitatione complecti potest vllus patrantem tantùm, quin simul occurrat etiã is, in quem patrarit scelus, hoc est qui incommodum fuerit perpessus illatum à facinoroso patrante, cõmiseratio igitur tota cietur à persona eius, qui patitur, atque eo modo constituitur actio tragica; in ea enim insit commiseratio oportet. Exempla poterunt rem apertè demonstrare. In Electra apud Sophoclem; patrat cædem Orestes, patitur cędem Aegistus, ac Clytemnestra. Quòd siquis se mihi hoc loco obiiciat, dicatque Aegistum, ac Clytemnestram, cum improbæ personæ effingantur, non posse, cum iure

© SCD - Université de Poitiers

re plectantur,patianturque incommoda,& cædem,ciere commiserationem, respondeo,verisimum quidem id esse,sed propriam huius fabulę,in exodo prętertim(quod antè quoque diximus)esse peripetiam;quæ terroris plenissima est,sicuti patet. Adde, quòd Electra commiserationem ciet, atq. ab ipsius persona ducitur inscriptio tragœdiæ.Quòd si rursus dicat aliquis,ab initio tragœdiæ id quidem fieri; sed postea, commutata fortuna, Electram felicem existere, neque amplius commiserabilem videri, respondeo,esse quoddam fabularum genus ex duplici constitutione actionis diuersæ implexas,de qua re Aristoteles paulò antè disseruit;ac aliquantò post copiosius loquetur,quamuis tota uis exodi illius fabulæ in terrore,qui ex peripetia nascitur, versari mihi videtur.Atque hæc ita sanè sese habent. Sed apertius exemplum rei, de qua loquebamur,sumi potest ex Medea Euripidis,ipsa enim patrat,quæ filios discerpit;Filii patiuntur,dolet Iason pater,commiseratio tota existit à filiis,qui discerpuntur,& à Iasone lugente;In Iphigenia quoque in Aulide patrat Agamemnon: patitur Iphigenia, quamuis facinorosus vix dici potest Agamemnon;oraculo enim,seu vaticinio monitus id patrat,ac coactus prope.Nunc redeo, vnde digressus fuerã.Aliæ sunt tragœdię in quibus aliquem tantummodo PATI videas,non quidem à PATrante,sed alia quâuis de causa,cruciatus,incommoda,inopiam, aliaque inn umerabilia mala,quale exẽplum afferri potest ex Philoctete Sophoclis,qui in Lemno insula desertus ab omnibus,in solitudine versans, inopia victus laborabat; vlcerumque dolore excruciabatur.Ex eiusdem quoque Sophoclis Trachiniis,in qua tragœdia Hercules,cum tunicã cruore Nessi imbutam induisset;miris modis exulcerari,ac conflictari intestino igne corpus vorante,cœpit.in his PATrans nullus est,qui facinorosus appellari possit; nam hoc Deianiræ quis attribuat?quæ per imprudentiam tunicam eam dono dedit Herculi;sperans illum sibi maiore amore posse vinciri,nullum igitur scelus in Deianira; Sed amoris potius magna quædam vis.Vnum addo, quod est valde necessarium cognitu.Poëtæ veteres, qui tragœdias scripserunt; non tantum ipsas calamitates, quæ acciderant,colligere,eoque modoexprimere solitos in suis fabulis,quo acciderant,cõ sueuisse;sed etiam alias ex aliis calamitates confingere secundum probabile;actione m que,pro arbitratu,constituere,diuerso planè modo,atque sic licet intueri de eâdem re Argumenta diuersa ratione probabiliter conficta.Nec leuis concertatio olim hæc inter duos poëtas aliquando fuisse videtur;Vter melius constituisse actionem videretur.Atque vt exemplum aliquod huius rei,de qua loquimur,afferamus.Satis constat Oedipodem, postquam rescisset ea,quæ per imprudentiam patrarat,regno deiectum, oculos sibi effodisse,ne lucem amplius hanc,quæ mortalibus est suauissima ,intueretur,quasi sibimet ipse ea pœna videretur dignus.Hæc igitur actio nihil fuit immutata;neque immutari debuit,quia ita accidit,reliqua verò, quæ huic actioni coniuncta sunt,variis modis,pro arbitratu poëtarum prolata fuerunt,adeò vt οἰκονομίαν, artificiumque alterius,cum alterius dispositione,& artificio cõferre possimus; Sophocles, vt propius rem attingamus,in Oedipode Iocasten inducit suspendio periisse,vbi primum incestas nuptias agnoscere cœpit,antè quàm eadem agnosceret Oedipus;oculosq.sibi effoderet; nã Iocastes exitiũ,quę prius perierat,illius auxit multò magis dolorem.Euripides in Phœnissis,eãdẽ Iocasten facit superstitẽ calamitati Oedipodis, atq. vnà cũ Oedipode multos annos post in domo Creontis,qui regno successerat,vixisse, quousque audita morte duorum filiorum Eteoclis, & Polynicis,qui in singulari certamine mutuò sibi illatis vulneribus concidera nt,ipsa quoquè se iugulauit, ait enim.

μήτηρ δ' ὁπως εἰσεῖδε τλωΐδε συμφορὰν,
» ὑπερπαθήσασ'; ἧψε δ' ἐκ νεκροῦ ξίφος,
» κἀξεπραξε πλευρὰ, δι' μέσου γὰρ αὐχένος
» ὠθεῖ σίδηρον, αἰὼ δὲ τοῖσι φιλτάτοις
» θανοῦσα κεῖται περιβαλοῦσ' ἀμφὼ χέρα.

» Præterea eadem in tragœdia Euripides duas alias actiones cõplectitur duobus Episodiis,quas Sophocles duabus separatis tragœdiis assignauit.Nam inducitur Antigone pro prietate singulari erga fratres,cupiens eos humare, quos inhumatos esse iusse-

© SCD - Université de Poitiers

rat Creon Rex.Rursus inducitur Oedipus,audito oraculo,sibi esse in Atticam eundum,vbi finem ac leuamen malorum nanciscer etur suorum;totum illud vaticinium patefaciens,quod secus est à Sophocle factum in tragœdia,quæ inscribitur Οἰδίπους κολωνῷ. præterea eiicitur à Creonte;inuitusque cedit regione:ait enim.

» Οι. Ὦ μ' ἄρα λώβᾳ ὧδ' ἀποκτενῶν κρέων;
» ἀποκτενεῖν γάρ, εἰ μὲ γῆσ' ἔξω βαλεῖν.
» Κρέ. ἐγὼ δὲ ναίειν σ' οὐκ ἐάσαιμ' ἂν χθόνα.

In eadem Euripidis tragœdia.Præterea alia est discrepantia inter Euripidem, & Sophoclem, quòd Euripides in Phœnissis, antequàm in Atticam iret exulatum Oedipus,illum audientem facit Cædem filiorum mutuam Eteoclis,& Polynicis,postea discedentem iussu Creontis:Sophocles autem Oedipodem facit,dum esset in Colonæo vico Atticæ regionis, audientem ab Ismene filia,ipsorum cædem. Rursus Sophocles in Antigone facit edicentẽ Creontem,nequis humo mandet Polynicem;quòd bellũ nefarium patriæ intulisset;Antigonen humantem mox eandem edicto Creontis viuã humo defossam. Euripides in Phœnissis cupientem quidem humare facit, sed discedentem post ea cum Oedipode patre.Rursus Sophocles in Antigone facit Hęmonem Creontis filium, qui amore ardebat Antigones, seipsum perimentem. Euripides in Phœnissis inducit Creontem,dum colloquitur cum Antigone,suadẽtem, vt patrem abire sinat;ipsa verò secum in vrbe commoretur Thebana;mox despondenda Hæmoni filio.Antigonem autem facit nuptias has pugnaci animo detrectantem. sic.

» Αν. ἦ γὰρ γαμοῦμαι ζώσῃ παιδὶ σῷ ποτε;
» Κρ. πολλὴ σ' ἀνάγκη. ποῖ γὰρ ἐκφεύξῃ λέχοσ.
» Αν. νῦξ ἄρ' ἐκείνῃ δεκταῖσιν μ' ἕξεῖ μίαν. Paulò post.
» Κρέ. ἴθ', οὐ γὰρ φονεύσεισ παῖδ' ἐμόν, λίπε χθόνα.

Quamuis quãtum spectat ad sepulturam Polynicis; cũ prohibeat Antigonem Creon apud Euripidem;illa discessura cum patre ait aliquantò post clàm se redituram, vt sepeliat. Sic.

» Αν. ἐγὼ σφε θάψω. κἂν ἀποιμώξῃ πόλισ.
» Κρ. ἕρπ' ἂν ἐγγὺσ τῶνδε σωθάψασ νεκρῶ.

Hæc,atque alia multa discrepãtia videat aliquis,qui accuratè legat in Oeconomia Fabularum duorum præclarissimorum poëtarum; neque eodem modo singula narrari; licet enim (sicuti dixi) retenta primaria actione, vt nihil immutetur;reliqua euenta aliarum personarum quas pati calamitatem credibile est,ob infelicitatem primariæ illius personæ, cum ex eadem sint gente, & familia,illi consanguinitate coniuncti.immutare,alioque narrare modo.pluresque,aut vnam ea,qua de monstratum est,via,ac ratione,actionem constituere,cum enim ex eadem familia omnes eæ personæ sint, facilè fuerit per Episodia coniunctim cum primaria actione, eorum incommoda,& calamitatem exprimere.aut etiam si volueris separatim, alia actione fabulaque constituta.Obiiciat se mihi fortasse aliquis hoc loco,dicatque.hæc quæ à nobis dicta sunt,discrepare à præceptione illa insigni Aristotelis,quam superius exposuimus;Fabulas nõ esse immutandas;sed retinendas,vti semel receptę fuerint.Respõdeo,hæc,præceptioni illi præclaræ, quæ in primis seruari debet, non repugnare. Nam si discrepant inter se aliqua ex parte Sophocles,& Euripides in iis, quæ ad primariam actionem nõ pertinent,sed illius quodammodo sunt affecta describendis, pro suo iure id fecisse existimandum est;nam eadem viuentes ætate,easdemque tractantes fabulas poterant variã seruare οἰκονομίαν ex probabili deductam,cum nondum essent receptæ tunc Fabulæ illæ,& actiones.Eosdem tamen non videas calamitatem Oedipodis,diuerso modo narrantes;erat enim recepta sic ea actio ex euentu ipso, neque poterat immutari:Tantam enim vim hæc habet res, vt etiam falsa,si recepta sint semel, non licet immutare.refert Aelianus lib.v.sub finem deMedea Fabulam ita fuisse confictam,præter veritatem,ab Euripide,suadentibus Corinthiis. Euenta verò, & calamitates aliarum personarum, quæ inde ortum habebant,poterant ex verisimili,diuersis modis effingi. variaque ratione ex iis licebat pro arbitratu poëtarum actiones plures,aut vnam constituere; modo

© SCD - Université de Poitiers

do fabulæ naturam, Episodiorumque diligenter seruarent.id quod video factũ à præclaris duobus illis poëtis.Vter verò ingeniosius actiones,fabulasque cõstituerit.οἰκονομίαν seruarit,melius'ne hic plures actiones, per Episodia, collegerit in vnam fabulam; an ille diuersis fabulis singula sit cõplexus,aliis adscitis Episodiis ex verisimili, id enim non difficile est factu ingenioso poëtæ, qui artem callet scribendarum tragœdiarum. Vter,inquàm,maiore artificio Fabulas scripserit;hoc iam relinquitur iudicandũ; hoc enim perpetuum fuit olim inter eos certamen. Hęc qui ignorat ita fieri posse à poëtis, neque tenet artem cõstituendarum fabularum;miratur postea, siquid in fabulis secus narrari videt ab hoc,quàm ab illo. Quàm multos ego noui nostra ætate rudes homines,ac imperitos huius artis,qui quæstiones excitant inter se,de varietate narrationũ illarum; quasi verò de historia aliqua agatur; ignorant quippè præclarum hoc artificium,quod exposuimus;seruatum à veteribus Poëtis,in calamitatibus infelicium virorum exprimendis,tum nihil immutando; tùm immutando etiam, sed eo,quo diximus,modo. Et quoniam (vt redeam ad primam disputationem)personæ exprimũtur à poëtis, quæ aliquam calamitatẽ perpessæ fuerint: Archelaum Macedonum regem, ferunt rogasse aliquando Euripidem,quem secum diutissime in conuictu sibi coniũctissimum,charissimumque habuit,vt de se tragœdiam scriberet;respondisseque illũ; Bona verba,quæso ò Rex. Vtinam nequid vnquàm tibi accidat,quod sit tragœdia dignum; ex quibus verbis satis intelligi potest tragica imitatione exprimi actiones personarum,quæ aliquid graue fuerint perpessæ.

» Ἡ μὲν οὖν κατὰ τὸν τέχνην καλλίστη τραγῳδία ἐκ ταύτης τῆς συστάσεώς ἐστι. διὸ καὶ οἱ
» Εὐριπίδην ἐγκαλοῦντες ἁμαρτάνουσιν. ὅτι ἐξ ὧν πράττουσιν, ἡ πολ
» λαὶ αὐτῷ εἰς δυσχέραιαν τελευτῶσι. ἔξω γάρ ἐστιν, ὥσπερ εἴρηται, ὀρθὸν· σημεῖον δὲ μέγι-
» στον. ἐπὶ γὰρ τῆ σκηνῆ, καὶ τοῖς ἀγῶσιν τραγικώτατα καὶ τοιαῦτα φαίνονται, ἂν κατορθῶσι.

» Erit igitur pulcherrima illa Tragœdia,quæ ex huiusmodi composi
» tione constiterit. Quamobrem illi quidem decipiuntur ob id ipsum,
» quo Euripidem damnant, vt qui in tragœdiis suis illud obseruẽt, ea-
» rũque plures in infelicitate terminẽtur.id quod omnino, vt diximus,
» ex arte est. Argumento verò illud sit maximo, quòd in scenis, atque
» adeò in certaminibus, hæc si rectè recitentur, maximè quidem tragi-
» cæ apparent.

Postquàm Aristoteles exposuit, quales eos esse oportet, qui ad tragœdiam sint apti; nam & medios esse inter bonum,& malum,hoc est,neque bonos,neque malos, præterea ex felicitate in infelicitatem summam, ob aliquod admissum per imprudentiã scelus,labi oportet,atque demum graue aliquid patrare,aut pati;Epilogum statuit,quo breuiter sententiam suam explicat, his verbis.Erit igitur pulcherrima tragœdia secũdum artem ex tali cõstitutione.ita enim debent verti. Paccius in sua versione prætermisit verba illa κατὰ τέχνην, quæ maximi sunt ponderis, vt paulò post ostendam. Eam verò constitutionem intelligit fabulæ,quæ desinit in infelicitatem, & miseriam. Reprehendit autem eos,qui aliter sentiebant, Euripidemque accusabant, qui eiusmodi conscripsisset tragœdias,quę desinerẽt in infelicitatem.Atqui,inquit Aristoteles,Euripidem reprehendunt in eo,in quo est maximè laudandus;nam illud est magis artificiosum. Potest autem comprobari eadem ratione, quæ toties est à me exposita; quia proprium tragœdiæ est concitare commiserationem,& terrorem in animis auditorũ, hoc autem facilius fit,cum fabula in infelicitatem desinat, quamuis antè luctuosa fuerit,turbarumque, ac mœroris plena; tollitur tamen statim ex animis auditorum omnis cõmiseratio,propter exitum rerum felicem: quo fit,vt læti potius,quàm mœrentes inde recedãt;nam commiserationi opponitur lætitia,quam ex bonorum virorum commodis,ac felicitate capimus. Adnotanda illa verba. κατὰ τὸν τέχνην. ait enim Ari-

© SCD - Université de Poitiers

ſtoteles ſecundum artes has laudatiſsimas eſſe fabulas. Vulgus hominum rude, atque imperitum, quod ſenſu ducitur & opinione, magis quàm prudentia, & cognitione, aut peritia; ſemper ferè diſsidet, ab eo, quod eſt rectum, et probatur à ſapientibus; huic igitur poëtæ inſeruientes olim Fabulas conſcribebant, quales vulgò probari poſſe putarent; diſcedebantque ab arte, quæ normam tradit rectè ſcribendi; Ars enim poſtulat, vt tragicis recitationibus expurgẽtur duæ maximæ illę animi perturbationes, de quibus in definitione tragœdiæ locuti fuimus; metus, & cõmiſeratio; homines verò, qui voluptatibus, rebusque iucundis facilius alliciuntur, ſæpe res lugubres, tragicasque, quòd iniucundę ſunt, refugiunt. Felicẽ igitur poſtulant actionum exi tum; ne perpetuò eos angant, vrgeantque & terror, & commiſeratio. & redeant ad hilaritatem priſtinam; hanc rem, vulgique naturam præclarè exprimit Ariſtoteles lib. III. Ethicorũ, his verbis. τοῖς πολλοῖς δὲ ἡ ἀπάτη διὰ τὸ ἡδονῇ ἔοικε γίνεσθαι, οὐ γὰρ οὕτως ἀγαθὸν φαίνεται, αἱροῦνται δὲ τὸ ἡδύ, ὡς ἀγαθὸν τυγχάνον, τὴν δὲ λύπην, ὡς κακόν, φεύγουσι. Idem Ariſtoteles paulò ante politè, vereque diiudicat, quantum interſit inter ſapientem, & vulgarem, rudemque hominem, in rebus dignoſcendis; Atque vtrumque quidem appetere ait bonum, ſed hunc ſpecie quadam nonnullorum, quæ videntur bona, cum non ſint, ſæpe decipi; illum verò nunquam decipi; nam ſapiens ipſe ſibi norma eſt, atque menſura quædam. Verba illius hæc ſunt. ὁ γὰρ σπουδαῖος κρίνει ὀρθῶς, καὶ ἐν ἑκάστοις τἀληθὲς αὐτῷ φαίνεται. καθ' ἑκάστην γὰρ ἕξιν ἴδια τὰ καλὰ, καὶ ἡδέα. καὶ διαφέρει πλεῖστον ἴσως ὁ σπουδαῖος τῷ τἀληθὲς ἐν ἑκάστοις ὁρᾶν, ὥσπερ κανὼν, καὶ μέτρον αὐτῶν ὤν. Eodem fermè modo in diiudicandis tragœdiis poëtarum diſcrepat vulgaris, quia artem non tenet, à ſapiente, & docto, qui bene peritus eſt totius artificii; Nullus autem poëta, qui cupit ſua ſcripta diu verſari in manibus hominum, debet vnquam aliò reſpicere, quàm ad artem, & normam rectè ſcribendi. nam ſi vulgarium hominum auribus, ſenſibuſque voluerit inſeruire, ſemper fluctuabit, nunquamque ſatis certam rationem in ſcribendo inire poterit; cum vulgus mutabile ſit, modoque hoc, modò illud probet; ſępè etiã improbet, quod paulò antè probabat. τοῖς δὲ διακριθεῖσι (inquit ibidem Ariſtoteles, rem totam eleganti ſimilitudine demonſtrans) γίγνεται ὅτι τὰ κατ' ἀλήθειαν τοιαῦτα ὄντα, τοῖς δ' ἐπιεικέσιν ἕτερα, ὁμοίως δὲ καὶ πικρὰ, καὶ γλυκέα, καὶ θερμὰ, καὶ βαρέα, καὶ τῆς ἄλλων ἕκαστα. Ars eodem modo ſeſe ſemper habet; iudicioque & obſeruatione prudentum comprobata eſt; hanc igitur ſequi oportet in omnibus rebus agendis; tùm etiam, quod ad rem noſtram ſpectat, in ſcribendis, ac conſtituendis fabulis tragicis. nam ſi quis inanem vulgi plauſum vt captet; recedat ab arte, in magnos labetur errores, ſæpéque etiam ab eodem vulgo, quòd inconſtans eſt, minus probabitur; Hanc ego exiſtimo fuiſſe Ariſtotelis ſententiam cum ait, ſecundum artem, eas eſſe pulcherrimas fabulas. Euripidem igitur importunè reprehendunt nonnulli, quòd fabulas ſcribat magna ex parte deſinentes in infelicitatem, cum id ſecundum artem ſit, naturamque tragœdiæ rectum. Probat hoc ipſum Ariſtoteles ſigno admodum aperto; In ſcena, & in Thea tro, cum recitationibus tragicis inter ſe certant poëtæ, eæ videntur fabulæ magis referre tragœdiæ naturam, quæ deſinunt in infelicitatem; nam, quæ deſinunt in felicitatem & lætitiam, multum abſunt à tragœdiæ natura; quæ ſemper luctuoſa eſt, & commiſerabiles refert hominum calamitates. Habet in contextu Ariſtoteles σκιωδῶν καὶ ἀγώνων, quia reſpicit ad morem veterum poëtarum, qui inter ſe certabant de laude poëmatum. de qua re nos ſuperius ſæpè locuti fuimus; Rurſus illa verba adnotanda in contextu, ἂν κατορθῶσι. ideſt, ſi proſperum ſortiantur euentum, rectèque ſuccedant. ſæpè enim hiſtrionum culpa, aut alterius cuiuſuis rei, vim ſuam non oſtendunt fabulæ tragicæ, ſed frigent. Hinc præclarè Plutarchus extollens Satyri hiſtrionis recitationem, ait; re ferẽs verba primùm ipſius Satyri ad Demoſth. ἀλλ' ἐγὼ τὸ ἄλλον ἰέσθαι ταχέως, ἂν μοι τῆς βήτρας λυπρὰ ῥήσεως, ἣν Σοφοκλέους ἐθελήσῃς εἰπεῖν, ἀκρὸν σώματος, εἰπόντος δὲ τῷ Δημοσθένους μεγαλοφώνῳ τὸν σάτυρον οὕτω πλάττει, καὶ διεξελθεῖν οὐ ἤθελε πρόπους, καὶ διαθεὶς τὸν αὐτὸν ῥῆσιν, ὡσθ' ὅλως ἕτεραν τῷ Δημοσθένει φανῆναι πεισθέντα διὰ τῆς ὑποκρίσεως τῷ λόγῳ κόσμου, καὶ χάριτος προσεῖσι. Et quæ ſequuntur. Si igitur καθορθῶσιν, ideſt, benè ſucceſſerint, adiuuante hiſtrionum peritia, vim ſermonis recitationes eiuſmodi tragœdiarum, quarũ exitus eſt in infelici

tatem;

© SCD - Université de Poitiers

tatem;planè apparebunt φαγικώτατοι. Quatenus verò ad Euripidem ſpectat, quod ait Ariſtoteles,licet perſpicere,verum ſit,nec ne:nam maxima pars tragœdiarum Euripidis(loquor de iis,quæ extant) ſecus videtur ſeſe habere,ac narrat Ariſtoteles hoc loco.nam Oreſtes, quod poſtea copioſius oſtendemus, felicem habet exitum; Iphigenia etiam ipſa in Tauris, alioqui propter agnitionem, & peripetiam plurimi facienda. Præterea Hippolytus, Helena, Rheſus, Alceſtis in primis, in qua, opera Herculis reuocata ad ſuperos vxor Admeto reſtituitur optatiſsima,Andromache,in qua Peleus immortalitate potitus in fortunatorum inſulas transfertur.Iphigenia in Auli de.Ion.omnes hæ,inquam, tragœdię felicem videntur habere exitum, nam quæcunque ex Machina ſolutionem habent,inter eas,quæ deſinunt in felicitatem,connumerari poſſunt. Verùm ſanè Hecuba pulcherrimo conſtat exitu, ac planè artificioſo, in infelicitatem:nam prꝛterquàm quòd Polymneſtor,oculis effoſsis,infelix apparet;lugenſque Hecuba filii Polydori necem; multum infelicitatis præſefert, vaticinium illud,quod profertur à Polymneſtore,in Hecubam, & Agamemnonem, & Caſſandram. Sic.

» πο. κύων γενήσῃ πυρσ' ἔχουσα σήματα. Hoc de Hecuba.

Rurſus in Caſſandram. Sic.

» πο. καὶ σὲ γ' ἀνάγκη παῖδα καὶ σὸν ἄνδρα θανεῖν.

Rurſus in Agamemnonem,quem ait à Clytemneſtra peremptum iri.

» πο. κτενεῖ νιν ἥδε ἄλοχος οὐκ οἰκουρὸς πικρά.

Præſagia hæc futuræ infelicitatis,ab infeliciſsimo homine prolata efficiunt, vt etiã ipſi,qui ſibi felices videbantur,infelices ſint,dum iis iniicit metum futuræ infelicitatis.Itidem tragœdia,quę inſcribitur φόνισσαι,in infelicitatem deſinit, nam Œdipus inducitur, effoſsis oculis, in exilium miſſus à Creonte Rege, miſerrimus diſcedere è Thebana regione,in qua paulò ante fuerat Rex.ait verò.

» Οἰδ. ὦ πατρὸς κλεινοὶ πολῖται
» λύσετε,οἰδίποδα ὅδε,
» ὃν τὰ κλεινὰ αἰνίγματ' ἴσμεν,ἦ μέγιστος ὢν ἀνήρ.
» ὃν μόνον σφίγγὸς κατεῖχον τὴν μιαιφόνου κράτη.
» τὴν δ' ἄλιμον οἰκτρὸν οἰκτρὸν ἐξελοιμάνομαι χθονὸς,
» ἀτὰρ τί τοῦτ' θρηνῶ,καὶ μάτην ὀδύρομαι;
» τοὺς γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκαις θνητὸν ὄντα δεῖ φέρειν.

Quid verò his cõmiſerabilius,horribiliusue eſſe,aut cogitari poteſt? aut quæ maior calamitas? In his igitur tragœdiis talem exitum in infelicitatem ſecundum artem, aliiſque etiam,ſicuti videre eſt,conſtituit Euripides peritè admodum;quod ſi in aliis exitus in felicitatem perſpicitur;hoc planè exiſtimandum eſt eſſe ab Euripide factum; vt vulgi ſenſibus inſeruiret, à quo huiuſmodi genus tragœdiarum maxime probari videbat.

» Καὶ ὁ Εὐριπίδης, εἰ καὶ τἆλλα μὴ εὖ οἰκονομεῖ, ἀλλὰ τραγικώτατός γε τῶν ποιητῶν
» φαίνεται.

» Euripidesque ipſe,tametſi aliqua parum rectè diſpenſet, omnium
» tamen poëtarum maximè tragicus videri poteſt.

Poſtquàm Ariſtoteles eorum refutauit ſententiam, qui Euripidem reprehendebant, quòd tragœdias faceret exeuntes in infelicitatẽ;idipſum Euripidi ipſe magnæ tribuit laudi,atque de eo quid ſentiat liberè profert.dormitauit alicubi Euripides in œconomia tragœdiarum;Hoc vno excepto,omnium præſtantiſsimus eſt poëta in ſcribendis tragœdiis Euripides cẽſendus,quòd tragicè prorſus loquatur,hoc eſt,luctuosè,et flebiliter,ſicuti maximè conuenit huic poëmati,in quo cienda eſt commiſeratio.Sunt hi verſus ſtatim in principio Oreſtæ poſiti.

» οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἀθλιώτερον φύσει βροτοῖσιν
» οὔθ' πάθος οὐδὲ ξυμφορὰ θνητῶν,

» ἥσ' ὀκ ἄν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

Quos Cicero scribit tanti ponderis existimatos fuisse à Socrate, vt eos reuocarit magna cum admiratione; bisque, ac ter recitari voluerit, id quod contigisse in versibus Vergilianis, Dulces exuuiæ, Seruius narrat. Nã Augustus Cæsar dulcedine, ac suauitate illorum versuum, ita est allectus, vt iusserit bis proferri. Nec verò mirũ tàm doctè grauiterque tragœdias scripsisse Euripidem, è Scholis enim prodiit summorum philosophorum maximarum, plurimarumque rerum cognitione instructus; nam & Anaxagorã, et Socratem audiuit. Verũ de his satis; qui plura volet intelligere, scireque de Euripidis doctrina, præstantiaque quid veteres senserint, quãtumque ipsi tribuerint, poterit omnia perlegere, quæ collegit Dialogo quinto de Historia poetarũ LILIVS GREGORIVS GYRALDVS FERRARIENSIS, vir Eruditissimus; quẽ ego meherclè tanti facio, ob singularem doctrinam, et variam eruditionem omnium rerũ, quanti debeo eum, qui nostra tam hæc studia tantopere excolit, exornatque, atque antiquitatem omnem inuestigans, in abstrusis, reconditisque veterum libris, omnia profert in medium, vt aliis prosit. sed vt redeam ad Euripidem; is œconomiam, ac dispositionem in fabulis nõ exactè videtur seruasse. Exemplum ego vnũ afferam ex Alcestide ipsius tragœdia. qualis enim quæso, aut quàm probabilis οἰκονομία est? vt Herculem victorem coronatum redeuntem à pugna inducat; ignarumque faciat funestationis æditi Admeti propter Alcestidis mortem, apud illum diuersantem, quod cum ab eo postea lugente intellexisset, cupiens discedere Hercules ait;

» Ἡ ρ. ξυνὸν πρὸς ἄλλων εἰσίαν πορεύομαι

Cui respondet statim Admetus, prohibens illum discedere.

» Ἄ δ. ὀκ ἔστιν ὥναξ. μὴ τοσόνδ' ἔλθοι κακόν.
» Ἡ ρ. αἰσχρὸν παρὰ φίλοισι θοινᾶσθαι ξένον.
» Ἄ δ. χωρὶς ξυνᾴδει εἰσὶν, οἵσ' εἰσάξομεν.
» Ἡ ρ. μέθες με, καὶ σὺ μυρίαν ἔξω χάριν. Paulò post.
» Χο. τί δρᾶσ' τοιοῦτον συμφορᾶς προκειμένης;
» Ἄ δ. μήτε τολμᾶσ' ξενοδοχεῖν; τί μᾶλλον εἰ;

Ipse Aristoteles lib. Ethicorum. III. sub initium fermè, οἰκονομίαν Euripidis reprehendit in Alcmæone. parum enim probabiles causas protulit, quibus impelli potuerit ad cædem matris. ridiculamque ait esse totam Euripidis narrationem illam. Possem meum iudicium secutus, Aristotelisque normam; multa alia loca proferre, in quibus dormitauit Euripides, multumque errauit in dispositione partium tragœdiæ; sed quia in tanta iudiciorum varietate, periculosum est proferre, quod sentias, poterit vnusquisque per se illius tragœdias legens, adhibita Aristotelis norma animaduertere, vbi in œconomia lapsus sit. quàmquàm verè hoc sit ab Aristotele prolatum. Iulius quoque Pollux lib. VII. vbi agit de choricis cantilenis, dormitasse Euripidem ostendit, his verbis. Εὐρι-

» πίδης οὖ τὴν διανοίαν τὸν χορὸν, ὡς γυναῖκας ὄντας αὐτῷ τὰ ποιήσασ παρέπειν, ἐκλαθόμενος ὡσ ἄνδρας λέ-
» γων, ἐποίησε τῷ χρήματι τῆσ λέξεως τὰς γυναῖκας. quid enim turpius, quàm suimet ipsius ob-
» liuiscì; suæque dispositionis institutæ? Euripides igitur in Danaæ chorum, qui mulieres constituebat, sui oblitus, tanquã mares contineret, loquentẽ facit. Nũc, his prætermissis, breuiter declaro, quibus in rebus οἰκονομία versetur; aut quali egeat artificio. Satis verò in libello priore nostrarũ annotationũ expositum, quomodo veteres Græci protulerint hanc dictionẽ pro dispositione, ac collocatione partiũ in oratione; multisque allatis exemplis id ita esse probauimus, & si quidam παράεργον scriptor, non fortasse παράεργον quicquid à me de ea reperiretur, quàm ille scriberet, triennio prolatũ fuit, vna cum aliis multis suis inseruit scriptis; studuitque efficere, vt si forte ignorarent homines, Vterpriorem edidisset, crederẽtme corniculã esse Horatianæ illi persimilem. sed in posteriore libello, mearum annotationũ, satis honori meo cauere conatus sum. Hæc igitur sint hactenus hoc loco παράεργα dicta. In tragœdiis diligenti opus est οἰκονομίᾳ & dispositione; in prologo, in episodiis; in exodo; nam non procul hinc partes repetendæ ab iis, quæ multum absunt ab actione, sed ab iis, quæ cohærent propius, & statim rem aut præcedere, aut consequi solent; vt actio tota sibi constet, nihilque habeat repugnans,

repugnans,aut parum conſentaneum.Reſpiciendum igitur eſt diligenter ad id, quod ſuperius diximus vocari τὸ εἰκὸς, ex quo partes illę omnes ducuntur, cõnectunturque cum actione:οἰκονομία præterea facit,vt,quod prius dicendum ſit,non dicatur poſteriore loco;docet etiam quomodo perſonis id,quod ſingulis conuenit,attribuamus;accõmodateque ad naturam locorum,morum,temporumque ſcribamus.ſingula hæc exẽplis probarem, ſi putarẽ eſſe neceſſe,ſed facila omnia per ſe diiudicabit vnuſquisque; qui attentè voluerit legere,ac perpendere veterum ſcripta.

» Δευτέρα δὲ καὶ πρώτη λεγομένη ὑπό τινων ὅλη σύστασις, ἡ διπλῆ τε τὴν σύστασιν ἔχουσα καὶ
» θάτερα ἡ ὀδύσσεια, καὶ τελευτῶσα ἐξ ἐναντίας τοῖς βελτίοσι καὶ χείροσι, δικεῖ δὲ εἶναι πρώτη
» δι' τὴν τῶν θεάτρων ἀσθένειαν. ἀκολουθοῦσι γὰρ οἱ ποιηταὶ κατ' εὐχὴν ποιοῦντες τοῖς θεα-
» τταῖς. ἔστι δὲ οὐχ αὕτη ἀπὸ τραγῳδίας ἡδονὴ, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς κωμῳδίας οἰκεία.

» Secundo loco ſequitur, quæ à nonnullis in primo collocatur, illa
» ex duplici genere compoſitio, quo ex ordine Odyſſea eſt:vt quæ di-
» uerſa ratione,partim ex præſtantioribus perſonis,partim ex humilio-
» ribus conſtet. huic ſanè primas tribuit theatralis imperitia. Quippe
» vates hanc auram ſequuntur,componentes quidem ad vota ſpectato-
» rum,cæterum voluptas illa nõ Tragœdiæ,ſed Comœdiæ propria eſt.

Dictum eſt antè duas eſſe fabularum cõſtitutiones; alteram quidem ſimplicem, alteram verò duplicem.Simplex eſt,cum mutatio fit felicitatis in infelicitatem eo,quo eſt antè dictum,modo. Vel (vt apertius dicam) in qua perſona,cuius actio exprimitur, ex felici fit infelix. Duplex eſt,cũ mutatio fit partim infelicitatis in felicitatem,partim felicitatis in infelicitatem,non tamen in eadem perſona,ſed in diuerſis;exemplum verò affert ex Homeri Odyſséa.Nec verò mirum,nam ex Homeri poémate hoc ; Iliade quoque,& Margite,ſicuti declaratum eſt antè à me copiosè, deſumpta eſt non tantum materies,ſed etiam forma comœdię,& tragœdiæ;ex Margite quidem,comœdię; ex Odyſséa verò,et Iliade tragœdiæ;nam dramaticè quoque ſcripſit Homerus , quatenus patiebatur Epopœia.Refert Aelianus pictorem quendam,quamuis fœda, at vera tamen imitatione expreſsiſſe Homerum vomentem, cœteros autem poëtas humi ſtratos lambentes.quaſi innueret peritus pictor,omnes poëtas ſcribendi rationem , & artificium ſumpſiſſe ex Homero·Apud Homerum igitur in Odyſſea, Vlyſſes primò quidem infeliciſsimus,variiſque malis conflictatus apparet; ſed idem ſub finem poëmatis feliciſsimus . Rurſus Proci beati , affluenteſque delitiis ab initio exprimuntur; iidem poſtea miſerrimi;quòd ab Vlyſſe perimuntur.Vlyſſes,ſi recte conſideres, quid ſibi voluerit in contextu Ariſtoteles,eſt βελτίων ideſt melior.Proci autem χείρονες ideſt deteriores,ſeu peiores;contrarius autem vtriſque euentus,nã Vlyſſes ex infelici fit felix,Proci ex felicitate in miſeriã labũtur;verba Græca ſunt,
» καὶ τελευτῶσα ἐξ ἐναντίας τοῖς
» βελτίοσι, καὶ χείροσι. Quæ neque intellexit,neque aptè vertit Paccius , cũ ait.quæ diuerſa ratione partim ex præſtantioribus perſonis,partim ex humilioribus cõſtat. Nam de iis non loquitur in præſentia Ariſt.ſicuti patet;debent igitur intelligi,ſicuti nos expoſuimus,quæ contrariũ præferat euentũ bonis; ac deterioribus.Talem conſtitutionẽ fabulæ ſecutus eſt Sophocles in Electra nam illa βελτίων eſt.Clytemneſtra autem, & Aegiſthus χείρονες.Cum igitur hæc ita ſeſe habeant;quæſtio erat inter antiquos.Vtra conſtitutio fabulæ præſtantior eſſet;ſimplex'ne,an duplex. Multi quidem exiſtimabãt duplicem eſſe ſimplici anteponendam.Sed ait Ariſtoteles nulla ratione hoc ſatis probari poſſe , præter quàm falſa quadam voluptate indoctæ multitudinis,& imperitorum quorundam ſpectatorum inſcitia . Magis enim ii delectantur eiuſmodi exitu , quia placidior eſt,ac minus terroris in ſe habet,et expletur animus ſuauitate quadam, quæ ex vltione improborum , & felicitate bonorum percipitur . Hæc fuit ratio, qua olim adducti ſunt in hanc ſententiam poëtę,vt tales ſcriberent tragœdias,quia ſpecta

© SCD - Université de Poitiers

torum auribus,voluptatiq́ue erat inſeruiendum,vt plauſum,acclamationemq́ue ali quam in theatro elicerent. Sed affirmat Ariſtoteles huiuſmodi voluptatem non eſſe in tragœdiis quærendam ; nam magis propria eſt comœdiarum ; quaſi innuat tragœdiæ proprium eſſe ex felicitate deſinere in infelicitatem. comœdiæ autem ex infelicitate in felicitatem,ſeu ex perturbatione, & turbulentia rerum in quietem, & tranquillitatem. Quare non ſatis videtur ex Ariſtotelis ſententia probari poſſe Euripidis tragœdia, quæ Oreſtes inſcribitur.nam rixæ omnes, turbæ , miſeriæque in ſummam deſinunt concordiam, tranquillitatem, & felicitatem. Tyndarus Clytemneſtræ pater,inſectatur Oreſtem;is Menelai implorat opem , quam cum nõ ferret Menelaus irã Tyndari prohibentis veritus;irritati ob hoc ipſum Oreſtes,& Pylades communi cõſenſu ſtatuunt Helenam perimere , quæ aderat,vt dolorem hunc infligerent Menelao.Sed Helenam ex oculis illorum tollunt dii,in cœlumq́ue, commiſerati, tranferũt. Hermionem illi poſtea Helenes filiam aggrediuntur ferro.ſuperuenit Menelaus; magnus vtrinque clamor.Apollo certamen dirimit. Oreſtæ mandat,vt Hermionem ducat vxorem; expiatuſq́ue cæde materna regnum Argiuorum accipiat. Argumentum tragœdiæ huius quàmſimillimum eſt comico; nam plurimæ rixæ ab initio, atque concertationes exprimuntur,quæ poſtremò ſedantur;eo planè more,quo in comediis ſolent.Non diſsimilis eſt exitus in Andromache.in Rheſo.aliiſq́ue multis.quas plane tragœdias nihil dubitem, Ariſtotelis ſententiam ſecutus, comediis ſimiles eſſe affirmare; hoc vno excepto, quòd in comœdia non adhibetur Machina per quam dii cum hominibus colloquantur;quàmuis in vetere comœdia id factum ſæpè, ſed de noua loquor; Reliqua prorſus omnia quàmſimillima comicis actionibus.ideò ait Ariſtoteles in con
» textu δῆλον δὲ ὅτι οὐκ ἀφ' ἑαυτῆς ἡδονὴν, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς κωμῳδίας. ideſt.non eiuſdem generis voluptas eſt,quæ percipitur ex tragœdia,& illa,quæ ex comœdia. Miretur fortaſſe aliquis hoc loco,cur voluptatem ex tragœdia percipi dicat Ariſtoteles.ſi enim ciet terrorem,& cõmiſerationem tragœdia,quæ duæ perturbationes opinati mali ſunt, quo modo oblectant, at qua afficiunt voluptate auditores? quaſi lugubria, ac luctuoſa hilaritatem aut voluptatem afferant, quis enim ſanæ mẽtis homo talia vnquam dixerit? Sed reſpondeo;voluptatem, quæ capitur ex tragœdia, eſſe eam, quam parit imitatio. quantum verò habeat hæc vim ad oblectandos animos,vel inde ſatis cognoſci poteſt, quòd etiam horribilia , ſi imitatione aliqua expreſſa ſeſe nobis obtulerint;delectationem,voluptatemq́ue afferunt.de qua re quoniam ſuperius ſuo loco copioſiſsime diſputatum fuit;non eſt neceſſe, vt plura dicamus. Talis eſt igitur voluptas quæ ex tragœdia percipitur.Nec diſsimilis huic eſt , quæ ex comœdia prouenit quatenus imitationem cõtinet. Hæc igitur oblectat , quòd feſtiuè imitatur ridiculas actiones hominum , illa quòd artificioſè imitatur mœrorem , luctum , calamitatemq́ue mortalium. Quòd ſi quæras vtra maior voluptas,auſim affirmare,quæ ex tragœdia prouenit maiorem multò.altius enim peruadit animos, rariuſq́ue nobis cõtingit;maioreq́ue quadam vi fit imitatio illa; quantò igitur difficilius exprimi eam poſſe ſcimus, tantò magis,ſi exacta fuerit,admiramur;maioremq́ue capimus voluptatem. Verùm vt redeam vnde digreſſus fui;Conſtitutio fabulæ duplex, cuius altera pars in felicitatem deſinit, commutata fortuna,eo,quo diximus,modo;ſi quando magis probatur;quàm ſimplex primumq́ue obtinet locum; & alteri præponitur ; id omninò fit propter imbecillum, parumq́ue firmum ſpectatorum iudicium;ſic enim comparatum eſt natura,vt vulgus minus res laudabiles dignoſcat; ſemperq́ue probet ea, quæ minus ſunt probanda:im-
» probetq́ue,quæ magis ſunt probãda.Verba aũt illa adnotãda διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς θεάτρου. Eleganti enim traslatione vocauit theatrorũ imbecillitatem;intelligẽs in populo nul
» lã mentis aciẽ,aut animi firmitudinẽ ineſſe.Sic quoque Cic. lib.de Orat. 1. ait ſi in his
» paulùm modò offenſum ſit,theatra tota reclamãt.hinc idẽ Cic.eodẽ lib.monet oratori vitandã eſſe aduerſam populi acclamationẽ. Idẽ Cic. imbecillitatem populi in vnũ locum ad audiendum collecti volens ſignificare in oratione pro Mil.ait. Et quidem
» cæteras tempeſtates,& procellas in illis duntaxat concionum fluctibus ſemper putaui
» Miloni eſſe ſubeũdas.Dum igitur Poëtæ ſeſe ſuaſq́ue fabulas ad vulgi aures,iudiciũ-

que

© SCD - Université de Poitiers

que accommodant.populique captare ſtudent gratiam in ſcribendis tragœdiis ; illud genus minus laudabile prætulerunt alteri , quod eſt maximè artificioſum , primoque loco collocandum.

» Ἐκεῖ γὰρ αὖ οἱ ἔχθιστοι ὥστε ἐν τῷ μύθῳ, οἷον, Ὀρέστης, καὶ Αἴγισθος, φίλοι γενόμενοι ἐξίασι τελευ-
» τῆς ὑφ' ἑτέρου, καὶ ἀποθνήσκει οὐδεὶς ὑπ' οὐδενός.

» In hac enim ſiqui, velut Oreſtes, & Aegiſthus, ſecundum fabulam,
» inimici fuerint, reconciliata tandem inter ſe amicitia, neuterque ab al-
» tero obtruncatus diſcedet

Affert rationem Ariſtoteles, cur genus illud tragœdiarum , quæ duplices vocantur ſimiles ſint comœdiis . Eſt autem huiuſmodi . In comœdiis poſt longas concertationes, minas, ac rixas; exitus fabulæ eſt in quietē, conſenſum, & amicitiam , ſeu affinitatem, qua arctius animi coniunguntur. Hoc prope fit in eo genere tragœdiarum, nam inimici, qui iratis animis congreſſuri videbantur , inter ſeque pugnaturi ; dum alter alteri minatur, ſtruitque inſidias, reconciliata demum inter ſe gratia, diſcedunt vnanimes. Eſt apud me manuſcriptus codex in quo deſunt illæ dictiones οἷον ὀρέστης, καὶ αἴγισθος. Si tollas igitur has dictiones, poterunt ea, quæ dicuntur in contextu, omnia ver
» ti. Sic. illic enim quàmuis inimicitias acerbiſsimas inter ſe exerceant in fabula ; poſtea
» reconciliatis animis inter ſe diſcedūt, neque vllus perimitur. Ambiguum tamen vide ri poterit , an hæc ad comœdiam, an ad tragœdiam ſint referenda ; Quòd ſi quis velit referre ad tragœdiam ; vt ſit ſenſus . Ea tragœdia ; quam diximus in felicitatem deſinere, eiuſmodi eſt, vt quàmlibet inimiciſsimi inter ſe homines inducātur in fabulam , poſtea tamen ſub exitum fabulæ redeant in gratiam. neque alter alteri damnum inferat, aut cædem. Non ſatis illi conuenire videbuntur; nam tragœdia, quæ duplicem habet conſtitutionem, de qua locuti fuimus, ſimilem Odyſséæ Homericæ, non quidem facit redeuntes in gratiam inimicos; ſed probos viros perimentes improbos, inimicitiarum gratia , vt iniurias illorum vlciſcantur . Quòd ſi quis dicat eſſe nonnullas tragœdias , in quibus apparet eiuſmodi exitus , qualem diximus ſuperius in Andromache, in Oreſte, in Rheſo apud Euripidem eſſe ; reſpondeo id quidem verum eſſe, magisque comicas has videri, quàm Electra Sophoclis, quę duplicem habet conſtitutionem , & ſimilis eſt Odyſseæ . Sed de hoc genere non eſt aperte locutus Ariſtoteles . Quòd ſi tamen de vtroque locutum velis Ariſtotelem ; erunt recipienda verba quædam, quæ leguntur in manuſcripto libro, qui eſt apud me ; καὶ ἡ ἐκ διπλοῦ ἰσοτυχίας εἰσὶ δὲ τυχίαι
» μεταξὺ ἀλλοῦσαι. Sunt autem inferenda in ſuperiore cōtextu. Sic. διὸ τρίτη δὴ πρώτη λεγομένη
» ὑπό τινων δεῖ συστάσιν, ἢ διπλοῦν τε τὸν συστάσιν ἔχουσα, καθάπερ ἡ Ὀδυσσεία, τελευτᾷ εἰς ἐναντίας τοῖς
» βελτίοσι, καὶ χείροσι. καὶ ἡ εἰς δυτυχίας εἰσὶ διπλοῦν μεταβάλλουσα. δοκεῖ δὲ εἶναι πρώτη. & quæ ſequūtur. Paulò poſt igitur ait ad hāc reſpiciēs. δεῖ δὲ οὐχ αὕτη ἀφ' ὑφαγωδίας ἡδονὴν, ἀλλὰ μᾶλ
» λον τῆς κωμῳδίας. Nā Odyſséæ cum ſit ſimilis, quæ duplicē habet conſtitutionē, quia cō mutatio duplex fit, alia proborū ex infelicitate in felicitatē. alia improborū ex felicitate in infelicitatē, qualis eſt Electra Sophoclis, et cędes fiat, non recōciliatio; nō poteſt dici comœdiæ ſimilis ab omni parte; At altera, in qua mutatio fit infelicitatis in felicitatē, qualis eſt Oreſtes Euripidis, et Andromache, ſimilis planè ab omni parte eſt comœdiæ, quia felicem habet exitum; & reconciliationem mutuam, poſt multas rixas, & concertationes . atque ſic patet, opinor, pulcherrimus hic locus Ariſtotelis.

» Ἔστι μὲν οὖν τὸ φοβερὸν, καὶ ἐλεεινὸν ἐκ τῆς ὄψεως γίνεσθαι, ἔστι δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συστάσεως τῶν
» πραγμάτων, ὃ πρῶτον δεῖ τοῦτον, καὶ ποιητοῦ ἀμείνονος.

» Terrificum verò illud, atque miſerandum cum ab apparatu ſcenæ
» proficiſcitur, tum à rerum compoſitione; id quod multo præſtantius,
» meliorisque vatis eſt.

© SCD - Université de Poitiers

Soluit obiectionem Aristoteles, quæ posset afferri ab aliquo aduersus ea, quæ dicta sunt, obiectio est huiusmodi. Non debet talis constitutio reprehendi, quia & si felicè habet exitum rerum, tamen alia quadam ratione consequuntur poëtæ, atque exprimunt ea duo, quæ sunt tragœdiæ propria τὸ φοβερὸν, καὶ τὸ ἐλεεινὸν. quia apparatus eiusmodi fieri potest, qui speciem præseferat τῦ φοβεροῦ, καὶ ἐλεεινοῦ. Respondet Aristoteles, verum quidem id esse, vt τὸ φοβερὸν, καὶ ἐλεεινὸν aliqua ex parte proueniat ex apparatu, sed commodius, maioreque quadam vi excitari, atque enasci ex cõstitutione ipsa rerum, & fabula. Apparatus enim est quiddam ἐκτεχνον. atque extrinsecus additum. Constitutio autem rerum, & fabula est ἔντεχνον. Ad artem igitur hæc poëtæ spectat: egetque peritissimo artifice scribendi poëmatis, nam tota vis poëticæ facultatis est in ipso poëta; reliqua adiuméta quædam sunt; Cum igitur duplici modo concitetur cõmiseratio; & terror, qui ex constitutione rerum, fabulaque prouenit, præstantior est alter: qui ex apparatu, leuior est; & minus ad poëticen spectat: studet enim imperitus poëta, cum ipse sua peritia id assequi non possit, commiserationem ciere ex apparatu, sed peritus poëta ex ipsa fabula potius.

» Δεῖ γὰρ καὶ ἄνευ τῦ ὁρᾶν, οὕτω συνεστάναι τὸν μῦθον, ὥστε ἂν ἀκούοντα τὰ πράγματα
» γινόμενα, καὶ φρίττειν, καὶ ἐλεεῖν ἐκ τῶν συμβαινόντων, ἅπερ ἄν πάθοι τις ἀκούων τὸν τῦ Οἰδίποδος μῦθον· τὸ δὲ ἡδὺ τῦ ὄψεως ἕκαστον παρασκευάζειν ἀτεχνότερον, καὶ χορηγίας δεόμενον
» ἐστίν.

» Sic enim fabulam contexuisse oportet, vt etiam sublato spectaculo
» quis, quæ geri contigerunt, percipiens planè exhorreat, misereatur'ue:
» quibus apprimè duobus, qui fabulam Oedipodis cognouerit, afficie-
» tur. Illud autem, quod ad spectaculum pertinet, minus sanè operosum
» est, & impendio indiget.

Præceptionem dat Aristoteles, quæ ex superius dictis deducitur, huiusmodi. Oportere poëtam ita fabulam conscribere, vt in ea tota vis insit mouendi commiserationẽ, & perterrefaciendi, vt etiam si ex oculis sublatus fuerit apparatus, omniaque, quæ ad scenam, pertinent, & theatrum, vis tamen appareat in ipsa fabula, & rerum constitutione; Exemplum rei huius sumitur ex Oedipode Sophocleo. Tolle enim apparatum tolle scenam, reliquaque omnia scenica adiumenta, nihilò tamen minus efficiet id, quod conuenit tragico poëmati. Nam aliquis vel legens tacitus, vel audiens ab alio re citari sine gesticulatione vlla, aut imitatione, quali vtuntur histriones in scena; inhorrescet, & sentiet animum suum magna commoueri commiseratione erga Oedipodem. Cicero in Bruto, vbi loquitur de C. Pisone genero suo, orationem illius ostendit ex gesticulatione magis & motu corporis, atque pronunciatione, quàm ex artifi-
» cio probari solitam: Itaque tantos processus faciebat, vt euolare, non excurrere vide-
» retur, eratque verborum & delectus elegans, et apta, & quasi rotunda constructio.
» gestusque natura ita venustus, vt ars etiam quæ non erat, & è disciplina modus qui-
» dam videretur accedere. Idem de Hortensio paulò post. Vox canora & suauis; motus,
» & gestus etiam plus artis habebat, quàm erat oratori satis. Oratores enim etiam ipsi habent, vnde orationem suam exornent, augeantque, extrinseco gestus, pronunciatio nisque adiumento, quo sublato, sæpe tota friget oratio, neq. vllam habet vim, sed ea est optimi oratio oratoris, vt etiã sine gestu, & motu corporis; aculeos habeat, ac vim, quã quærimus; vt in rebus, verbisque insit; non in gestu, & pronunciatione dicentis. Adnotanda illa verba. τόδε δὲ τῦ ὄψεως τοῦτο παρασκευάζειν ἀτεχνότερον, καὶ χορηγίας δεόμενον
» ἐστί. Non placet versio Paccii, cum ait Minus sanè operosum est, & impendio indiget.
» nam Aristotelis sententia est. Illud quod apparatum, scenamque spectat, minus est ar
» tificiosum; nam in eo non ponit operam suam poëtice; potiusque eget opera & sum-
» ptu Aedilium, quàm artificio, & opera poëtarum. Nam χορηγίαν appellauit sumptum,

operam

© SCD - Université de Poitiers

operatam quam in ludis scenicis adhibere consueuerant χορηγοὶ ab Athenien sibus Olim dicti;de quibus superius satis multa à nobis dicta fuerunt.ipsi autẽ ædiles, seu χορηγοὶ poëtis ministrabant in apparatu faciendo,scenaque,ac theatro ornando.

» Οἱ δὲ μὴ τὸ φοβερὸν ἔχῃ τις ὄψεως ἀλλὰ τὸ τερατῶδες μόνον παρασκευάζοντες, οὐδὲν
» τραγῳδίᾳ κοινωνοῦσιν· οὐ γὰρ πᾶσαν δεῖ ζητεῖν ἡδονὴν ἀπὸ τραγῳδίας, ἀλλὰ τὴν οἰκείαν.

» Proinde,qui non terrificum illud,sed portentosum duntaxat specta
» culo exhibent,alieni prorsus à Tragœdia habendi sunt, quippe dele-
» ctatio non omnifariam à Tragœdia,sed quæ tantum propria ei fuerit
» quærenda est.

. Postquàm Arist. docuit terrorẽ esse excitandũ ex ipsis rebus,& fabula;reprehẽditq. eos qui ex apparatu illũ ciere conantur;ostendit;quâ longè diuersum illi faciunt ab eo quod est faciendũ;nã dũ putant se assequi τὸ φοβερὸν. efficiunt, vt potius appareat τὸ τε-
» ρατῶδες. τέρας Græci portẽta vocãt.de his Hermogenes in lib. περὶ γοργότητος, cap. περὶ
» πολυμυθοῦ λόγου, ait sic. μυθικὰ δὲ κ' ἀκεῖνα καὶ ποιητικὰ τῷ ὑπερβάλλοντι μὲν ἀνθρώπου φύσιν. ὑπ' ἐκεί-
» νων δὲ τερατολογούμενα, ὥστε γεγονότα καὶ πιστεύεσθαι ἄξια, οἷον ὅτι ἀχιλλεὺς τοσόνδε ἐπήδα, καὶ ὅτι ὁ αὐτὸς
» ἅμα ἑκτωρ τυμικὸν ἐφέστιον ἐβέβλητο λίθον καὶ οἷα τυμικοῖσιν ἥδεν. Paulò post. καὶ ὅλως τὰ ἀδύνατα,
» καὶ ἄπιστα τερατεύεσθαι τὸ μέν τοι. ἄλλο ἢ κατ' ὑπαυτὸ; καὶ ὅτα τοιαῦτα ποιητικὰ μὲν καὶ ἡδέα. ἧττον
» δὲ τερατολογίαν. Proclus quoque in quæstionibus poëticis. vbi ait poëtam sumere
» ἀπὸ τῆς φυσικῆς nonnulla,his vtitur verbis. ὅτα κατὰ φύσιν, οἷον γενέσθαι, γάμους, τόκους, αὐξήσθαι,
» ἀλλ' ὐ τερατώδη. Portenta autem omnia, quia præter naturam consuetudinemque exi-stunt admirationem iniiciunt.ac terrorem,ex inspectione horribili.at alius hic terror est,diuersusque ab eo, quem quærimus in tragœdia. Præterea portentosa hæc oculis sese obiiciunt, atrocitateque sua perterrefaciunt intuentes. At τὸ φοβερὸν tragicum ex euentu fortuito,qualis est ante expositus,prouenit.Adde, quòd sicut monstra appella mus ea,quæ ex dissimilibus constant partibus,aut pluribus præter naturam; sic Appa tus scenicus si fuerit horrificus,Fabula autem longè diuersa;quoniam nulla est inter duas has res similitudo;portentosum quidpiam præseferunt vt si Alcestin tragœdiam Euripidis,cuius exitus similis comico est in felicitatem,& hilaritatem,ui deas recita-ri in scena, quæ horrificum preseferat apparatum.Sensus igitur est Aristotelis, si sum matim proferas,hic.Qui terribile illud non inducunt, quod est tragœdiæ proprium; sed portentosum tantum, horrificumque apparatum obiiciunt oculis spectatorum, minimè assequuntur tragœdiæ finem, nam non omnis delectatio est exquirenda in tragœdia;sed quæ ipsius tantùm est propria, quæque ex natura ipsarum rerum, quas continet,enascitur:sicuti enim ab vnaquaquaque re,& animali exigendum est,& ex-pectandum,quod est ipsius proprium; sic à tragœdia, nam si quis exigat ab equo,vt Arationi inseruiat,à boue, vt Ephippia, equitemque dorso gerat,non expetat id ab iis,quod proprium est ipsorum, nam neque boui clitellæ, neque eq uo aratrum con-uenit. Tale quiddam minimè consentaneum naturæ ipsorum volens declarare Ho-ratius, ait.

» Optat ephippia bos.exoptat arare Caballus.

Quod dictum referri potest ad omnia,quę discedunt à naturali officio,& innata actio ne.Eodem igitur modo.cum peculiarem habeat naturam tragœdia; id ab ea elicien-dum voluptatis genus,quod ipsius natura pollicetur; nam sicuti in omnibus rebus naturalibus, atque animantibus peculiaris inest natura; ita quoque in singulis poë-matum generibus.

» Ἐπεὶ δὲ τὴν ἀπὸ ἐλέους, καὶ φόβου ἡδονὴν μιμήσεως δεῖ ἡδονὴν παρασκευάζειν ἡ ποιητὴν
» φανερόν, ὡς δεῖ ἐν τοῖς πράγμασιν ἐμποιητέον.

» Quoniam autem à timore, misericordia'ue talem delectationem

© SCD - Université de Poitiers

» per imitationem poëta parare debet, satis quidem apparet in ipsis re-
» bus id esse inferendum.

Postquàm dictum est non omnem voluptatem esse quærendam in tragœdia; declarat breuiter Aristoteles, quasi epilogum statuens superius dictorum omninm, qualis sit peculiaris tragœdiæ voluptas; Ea autem est, quæ paratur per cõmiserationem, & terrorem, adhibita imitatione; Rursus hic existit quæstio, de qua superius aliquid diximus, dicat enim quispiam, hoc postulat Aristoteles, vt voluptas paretur in tragœdia per commiserationem, & terrorem; Sed tantùm abest, vt ex duabus illis perturbationibus oriatur vlla voluptas, sed potius maximus oriatur luctus, & dolor; quæ igitur voluptas in lugendo? Respondeo hæc vera esse; nam quis neget ex illis perturbationibus, cum ex calamitate; & infelicitate hominum bonorum proueniant; sicuti est antè dictum copiosè, enasci luctum? sed per imitationem cum exprimantur incommoda, calamitatesque quamlibet maximè, luctũ pariunt cum voluptate, omnis enim imitatio, quamuis truculentarum, miserabiliumque rerum sit, iucunda, & sanè in lu-
» ctu perse etiam voluptas est, declarat hoc Aristoteles libro Rhet. I. cum ait. καὶ οἱ τοῖς
» πάθεσι καὶ θρήνοις ἐγγίνεται ἡδονή, ἡ μὲν γὰρ λύπη ἐστὶ τὸ μὴ ὑπάρχειν· ἡδονὴ δ' οὐ τῷ μεμνῆσθαι, καὶ
» ὁρᾶν πως ἐκεῖνον καὶ ἃ ἔπραττε, καὶ οἷος ἦν, ἢ ὡς καὶ τοῦτ' εἴρηται. τοῖσι δὲ πᾶσιν ἐφίμερον ὥρσει γόοιο. Verũ de his hactenus, nam superius quoque declarata fuerunt. Requirit etiam aliud Aristo
» teles, de quo iamdudum locuti fuimus; quod exprimitur his verbis, μὴ τοῦτο οἱ πράγμασιν
ἐμποιητέον, damnat enim illorum sententiam, qui ex theatri scenæque apparatu studebant duas has animi perturbationes mouere, neglecta rerum constitutione ac fabula ipsa; imo tantum apparatui tribuebant, vt etiam si tragœdia comicum haberet, lætumque exitum; quod repugnat naturæ ipsius, putarent ex apparatu, qui horrificam præseferret speciem, posse elici. Sed ait Aristoteles prudenter, ac verè, non hoc extrinsecus ab apparatu; Sed à rebus ipsis esse petendum; nam si ab Apparatu proueniat; iam non poëte hoc fuerit artificio tribuendum; sed χορηγοῖς, & ædilibus, curatoribusque theatri, & scenę. Hermogenes in lib. τῶν ἰδικῶν. vbi loquitur τοῦ σεμνότητος ait sermonem fieri σεμνὸν, si ducatur à rebus, quæ eiusmodi fuerint, vt siquis de Diis, de Religione, de Sacerdotiis, de Rep. loquatur, aliisque rebus huiusmodi; nã
» res vim, pondusque addunt verbis, atque orationi. Verba illius hæc sunt. οἰνοῖα τοίνυν
» εἰσὶ σεμναὶ μάλιστα μὲν αἱ τοῦ θεῶν, ὡσ τοῦ θεῶν λεγόμεναι. Paulò post. δεύτεραι δὲ μετ' ἐκείνασ σε-
» μναὶ αἱ τοῦ τῶν θείων ὡς ὄντων πραγμάτων: οἷον ὡρῶν φύσιν εἰ ἰζεζίοι τισ ὅπωσ τε, καὶ καθ' ἃσ αἰτίασ
» γίνονται, καὶ τὴν τοῦ παντὸσ περιφορὰν, καὶ φύσιν, ἢ κινήσεωσ γῆσ, ἢ θαλάττησ, εἰ ζητοίη τισ ὅπωσ γίνονται. ἢ
» σκηπτῶν φοράσ. ἢ ὅλωσ τοιαῦτα. ταῦτα δὲ εἰ μὲν ὅτων ἰζεζίοιτο καθ' ἃς αἰτίασ, σεμνὸν ἂ μὲν, καὶ το
» λμικὸν ἀναπλάττειν τὸν λόγον. Sicuti igitur apud Oratores ex rebus ipsis conficitur σεμνὸς λόγος, ita quoque apud poëtas tragicos ex ipsis rebus horribilibus, & commiserabilibus, de quibus agitur in fabula, concitanda est commiseratio, & terror; non ex apparatu, aut alia quauis re, quæ sit præter fabulam, & actionem. Idem Hermogenes in libro τοῦ μεθόδου δεινότητος, vbi docet, quid sit tragicè loqui, ostendit exemplo Homeri & Demosthenis; nihil aliud esse tragicè loqui, quàm de rebus flebilibus, ac commise-
» rabilibus, verbis quoque cõmiserabilibus loqui; τὸ φαγικῶς λέγειν ὅμηροσ μὲν ἐλέλαξε; δημοσ
» θένησ δὲ ἐμιμήσατο. οἷα μὲν γὰρ φαγῳδοῦσ. καὶ πατὴρ φαγῳδίασ ὅμηροσ, πλάτων μαρτυρεῖ. Paulò post.
» πάσησ πόλεωσ εἶπε πόρθησιν οἳ δυσὶν ἔπεσιν,
» ‹ Ἀνδρασ μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει
» τέκνα δὲ τ' ἄλλοι ἄγουσι, βαθυζώνουσ τε γυναῖκασ.
» Ibidem paulò post, de Demosthene. ταῦτα ποιεῖ καὶ δημοσθένησ, καὶ οὕτω φαγῳδεῖ. Φωκέων
» ἅλωσιν ἔθουσ ὅλου οἰ ὀλίγοισ ῥήμασι λέγων. ἰδὼ ἰδεῖν οἰκίασ κατεσκαμμένασ: τείχη περιῳρυγμένα. χώρασ
» ἔρημον τοῦ οἰ ἡλικίᾳ, γυμνασια δὲ καὶ παιδιάρια. καὶ προσεύζασ ἀνθρώπουσ οἰκτροὺσ. Locus verò hic, de quo loquitur Hermogenes, est in oratione Demosth. τοῦ παραπρεσβείασ. insignis planè, & admirabilis, in quo commiserationem excitare studet in animis Athenienssium recitans Phocensium calamitatem. Tota verò ratio mouendæ commiserationis est ducta ab ipsis rebus, quæ commiserabiles sunt. ideò dicitur ab Hermogene tragicè loqui. debent igitur eâdem ratione etiam poëtæ tragici à rebus ipsis, ad eas verba com-

miserabilia

miſerabilia adaptantes, ducere commiſerationem non ab apparatu; aut ſcena, quæ horribilem aliquam præſeferat ſpeciem. Verba Ariſtotelis in contextu ſunt. τοῦτο δὲ » ἐν τοῖς πράγμασιν ἐμποιητέον. ideſt, hoc ipſum autem in rebus, quas continet fabula, eſt fa- » ciendum. Non diſsimili ratione dixit Hermogenes libro περὶ εὑρέσεων. σεμνὸν δὲ εἶδός ἐστιν » ἐν τοῖς οὖσι, τί ἄλλο μᾶλλον ἔστιν ἢ λόγος, καὶ τὸ μὲν σεμνὸν τοῦ νοῦ σεμνῶς ἂν ἐρμηνεύεται ὑπὸ τῆς » τοῦ ῥήτορος δυνάμεως, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀνάγκης αὐτῆς τοῦ πράγματος. Grauitas (inquit) & dignitas, ſi eſt, quid aliud eſt, quàm ipſe ſermo? & grauitas quidem, & dignitas non exprimitur à facundia, & vi Oratoris aptè, copioséque loquentis; ſed potius ex neceſsitate rei ipſius; quia cum res grauis, ſeueráque ſit, neceſſariò cogit oratorem, vt de ea orationẽ, grauẽ, ſeuerã, plenamque dignitatis habeat. Hæc ſi vera ſunt, ſicuti planè veriſsima videntur, pari ratione dicendũ eſt in tragœdia, non facultate, & eloquentia poëtæ ſcribentis res flebiles fieri, ſed ex natura ipſa, quæ illarum eſt flebilis, ac commiſerabilis. Ad actionem igitur, & res, quas continet fabula reſpiciat neceſſe eſt poëta tragicus, atque ex iis concitet commiſerationem, & terrorem; non autem aliunde petat; nam niſi res commiſerabiles fuerint, fruſtra laborabit ſi voluerit commiſerationem ex apparatu deducere, res interim narrans, quæ alterius cuiuſdam naturæ ſint.

» Ποῖα δὴ δεινὰ, ἢ ποῖα οἰκτρὰ φαίνεται τ' συμβαινόντων, λάβωμεν. ἀνάγκη δὲ ἢ φίλων
» εἶναι πρὸς ἀλλήλους τὰς τοιαύτας πράξεις, ἢ ἐχθρῶν, ἢ μηδετέρων. ἂν μὲν δὴ ἐχθρὸς ἐχθρὸν
» ἀποκτείνῃ, οὐδὲν ἐλεεινὸν οὔτε ποιῶν οὔτε μέλλων δείκνυσι, πλὴν κατ' αὐτὸ τὸ πάθος, οὐδ' ἂν
» μηδ' ἑτέρως ἔχοντες.

» De rebus itaque contingentibus, quæ terrifici, quæ'ue miſerabilis
» ſpeciem allaturæ ſint, deinceps dicere aggrediamur. Neceſſe autem
» eſt huiuſmodi actiones vel amicorum inuicem, hoſtium, ſiue etiam
» neutrorum eſſe. Itaque ſi hoſtis hoſtem obtruncet, obtruncaturus'ue
» ſit, nequaquam miſerabile illud, præterquam necis ipſo affectu, aſſe-
» quetur: idque ſequetur, ſi inter neutros id accidat.

Poſtquàm Ariſtoteles declarauit ipſum τὸ φοβερὸν, καὶ τὸ ἐλεεινὸν eſſe eliciẽdũ ex ipſis rebus, non ex apparatu. explicat, quales nam ſint eæ res, & perſonæ. quibus id effici poſſit; Ac primum perpendenda in contextu diligenter ſunt illa verba ποῖα δεινὰ, καὶ οἰκτρά; nõ enim ſine cauſa δεινὰ dixit, nõ autem ἐλεεινὰ. quamuis poſtea rurſus ea vtatur dictione aptè, vti oſtendemus. Ariſtoteles ipſe lib. II. Rhetoricorum; vbi loquitur de commiſeratione; ait ſolere nos commiſerari eos, quos cognoſcimus; recte quidem, nam nullus commiſeratur eos, quos non cognoſcit; niſi φιλανθρώπως fortaſſe. Quòd ſi nobis aliqua affinitate, & conſanguinitate ſint coniuncti, eos, non dicet quiſpiam, nos commiſerari. maior enim quædam hæc eſt animi perturbatio, quàm vt commiſeratio appellari debeat. Duobus igitur nominibus hæc diſtinguit Ariſtoteles; nam illa vocat commiſerabilia mala, quæ accidunt hominibus, quos cognoſcimus aliquatenus. hæc autẽ vocat δεινὰ, quæ accidunt conſanguineis. Verba Ariſtotelis ſunt hæc. ἐλεοῦσι δὲ τούς τε » γνωρίμους, ἐὰν μὴ σφόδρα ἐγγὺς ὦσιν οἰκειότητος. πλὴν δὲ τούτους ὥσπερ πλὴν αὐτῶν μέλλοντας ἔχουσι. » Exemplum eſto. ſi quis filium ſuum videat duci ad cædem; aut vnco dilacerari; non quidem illum commiſerari propriè dici poterit; nam maiore quadam affici illum neceſſe eſt perturbatione; id quod Amaſidi contigiſſe olim narrat Ariſtoteles eodem loco. & nos ſuperius, alia de cauſa retulimus, neque enim (tanta erat vis doloris) illacrymatus eſt, cum tamen idem commiſeratus amicum inopem, ſtipemque petentem, vt mẽdici, & proſeuchæ ſolent, lacrymas ſtatim effuderit. reddens huius rei rationẽ Ariſtoteles ait lib. Rhet. II. τοῦτο μὲν γὰρ ἐλεεινὸν, ἐκεῖνο δὲ δεινόν. τὸ γὰρ δεινὸν ἕτερον τοῦ ἐλεεινοῦ, καὶ ἐκπερ- » σικὸν τοῦ ἐλέου. καὶ πολλάκις τῷ ἀναιδὶ χρήσιμον. tantã igitur habet vim τὸ δεινὸν, vt pellat, trudatque τὸν ἔλεον. Cum igitur Ariſtoteles paulò poſt in hoc contextu poëtices, explicet ad tragœdiam apta eſſe ea mala, quæ accidunt & oriuntur inter conſanguineos. Ideò

© SCD - Université de Poitiers

Propoſuit ſe locuturum de iis, quæ δεινὰ vocantur, nunc ſic appellantur, non autē ἐλεεινὰ. Sed obiiciat ſe quiſpiam Ariſtoteli hoc loco, dicatque illum non conſentanea loqui. Dixit enim ante ſæpè dicetque poſtea, proprium eſſe tragœdiæ concitare commiſerationē, cur igitur nunc non loquitur περὶ ἐλεεινῶν ſed περὶ δεινῶν; quæ duo, cū ſimul eſſe non poſsint, repugnantia, atque contraria videntur eſſe. nam τὸ δεινὸν eſt (vt ait) ἐκπερουστικὸν τῆ ἐλέου. Reſpondeo Ariſtotelem non loqui repugnantia. nam idem dici, diuerſa ratione, poteſt, & δεινὸν. & ἐλεεινὸν. quod apertiſsimè probo. diligenterque velim āb omnibus cōſiderari, vt intelligant quàm ingeniosè omnia protulerit Ariſtoteles, quàmque hæc bellè conueniant illis, quæ ab eo tradita ſunt lib. 11. Rhetoricorum. Cædes filiorum, ac dilaceratio, aliaque huiuſmodi patri dicantur accidere non quidē ἐλεεινὰ, ſed δεινὰ. Eadem verò dici poterunt accidere amicis, qui illos cognoſcebant de facie; ἐλεεινὰ. Si igitur ad conſanguineos conſanguineorū mala teferas, rationeque ipſorum conſideres; ſunt δεινὰ hoc eſt, grauia, atrociaque vocanda. ſi autem ad amicos, qui illos tantūmodo norint referas, vocabuntur eadem tunc ἐλεεινὰ, hoc eſt commiſerabilia. Cum igitur Ariſtoteles pollicetur hoc loco ſi locuturum περὶ δεινῶν. reſpexit ad cō ſanguineos: primum enim ea inter conſanguineos mala oriuntur; mox incurrunt in oculos amicorum, qui commiſeratione mouentur; & vocantur ratione ipſorū ἐλεεινὰ. atque hoc modo aliquando, commiſerabilia, non atrocia, dicit ſpectare ad tragœdiā. multoque crebrius vſurpat eam appellationem, quia ferè ſemper reſpicit ad auditores, & ſpectatores; nunc verò reſpexit ad ipſorum naturam & ortum. nam primū exiſtunt, & oriuntur δεινὰ inter conſanguineos; mox aliis, qui ipſos cognoſcūt, oblata amicis fiūt ἐλεεινὰ. oportet autem ipſum poëtam primum noſſe illud, quàm hoc; nam hoc ex illo pendet; aptè igitur volens declarare commiſerabilia, prius conſiderat τὰ δεινὰ, ab ipſo enim ortu inter ignotos ita vocari incipiunt, vt antè diximus. mox ad alios relata, dicuntur ἐλεεινὰ. Hinc magno artificio Demoſthenes in oratione περὶ παραπρεσ. lo
» quens de calamitate Phocenſium, ait. θέαμα δεινὸν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, καὶ ἐλεεινὸν. ὅτε γὰρ νῦν
» ἐπορευόμεθα εἰσ δελφοὺσ ἐξ ἀνάγκησ ἵν' ὁρᾶν ἦμῖν πάντα τἀῦτα. hoc eſt. Spectaculum atrox, & cō miſerabile; vtrunque enim protulit, & δεινὸν, et ἐλεεινὸν, quoniā mala quę acciderāt Phocenſibus ratione ipſorū, qui inter ſe cōſanguinei erāt, vocari poterāt δεινὰ. ratione aūt Athenienſiū, qui ipſis erant amici, ἐλεεινὰ. vel etiā propter ipſos Athenienſes δεινὰ. nā ea ratione voluit Demoſthenes, ſignificare, magnā coniunctionem animorum, quæ erat inter Athenienſes, & Phocenſes, quaſi conſanguinei forent. Hermogenes, vbi loquitur περὶ δεινότητοσ. ſatis declarat, quomodo veteres protulerint hanc dictionē, his verbis. εἰ δὲ ἴσον ἦμῖν περὶ τῆ ὀνόματοσ διοισεται, δεινὸν ἔστιν λέγων ῥήτορα τὸν φοβερὸν, ἢ μέγαν, ἢ ἰσχυρὸν, ἢ πάν
» τα τἀῦτα, τοῦνομα γὰρ τὸ τ' δεινότητοσ διδα μεν ταῦτ' εἶναι τὰσ ἀρχαίουσ ὡσ τούτων. His declaratis; redeo ad Ariſtotelis contextum. Enumeratione colligit Ariſtoteles, quot ſint hominū genera, inter quos oriri poſsint facta δεινὰ. ſeu atrocia; atque enumeratio cum ſit triplex, eam retinet partē, quæ videtur ad rem, de qua agit, ſpectare. Atrocia, vtpotè cædes, fiūt aut inter inimicos, aut inter amicos. aut inter neutros. Si inter inimicos, nulla poteſt eſſe commiſeratio, præterquàm ex ipſa re. quod poſtea explicabimus. ſi inter neutros, qui ſcilicet ſe ipſos mutuò nō cognoſcant; nulla commiſeratio exiſtet. Ergo inter amicos hæc ſi fiant, ad tragœdiam pertinent; neutros μηδετέρουσ vocat Ariſtoteles. Cicero lib. 11. de Diuinatione. videdum verò quid bonum, quid malum; quid neutrum. Sic enim vocat, quod eſt neque bonū, neque malum. de qua re nos ſuperius copiosè ſatis diximus. ſic idem Cic. Anguem appellauit neutrum, ideſt neque marem, neque fœminā. hanc veteres nōnulli Philoſophi, quod docet in Academicis quęſtionibus Cic. vocabant ἀδιαφορίαν. Medium igitur collocatur inter inimicū, & amicum, per negationem NEVTER. Ariſtoteles libro Ethicorum quarto; vbi conatur ſtatuere medium inter ἄρεσκον. & δύσκολον, ſeu δυσερῆ. planè neutrum, qualem hoc loco effingit, mihi videtur ſignificare, his verbis. οἱ μὲν ἄρεσκοι δοκοῦσιν εἶναι οἱ πάντα πρὸσ ἡδονὴν ἐπαι-
» νοῦντεσ, καὶ οὐδὲν ἀντιτείνοντεσ. οἱ δ' ἐξ ἐναντίασ τούτοισ πρὸσ πάντα ἀντιτυποῦντεσ, καὶ τὸ λυπεῖν
» δοκοῦσιν φρονίζοντεσ, δυσκολοι, καὶ δυσερισταὶ καλοῦνται. ἡ δὲ μέση τούτων ἕξισ ἐπαινετὴ. ὄνομα δ' οὐκ
» ἀποδέδοται αὐτῆ. ἔοικε δὲ μάλιστα φιλία. διαφέρει δὲ τ' φιλίασ ὅτι ἄνευ πάθουσ ἐστί. καὶ τὸ σέργειν διὰ

ὁμιλεῖ.

© SCD - Université de Poitiers

» ὁμιλεῖ. ὅτε γὰρ τῷ φιλεῖν. ἢ ἐχθραίνειν ἀποδέχεται ἕκαστα ὡσ ἀλεῖ. ἀλλὰ τῷ τοιοῦτοσ εἶναι, ὁμοίωσ γὰρ πρὸσ
» ἀγνῶτασ, καὶ γνωρίμουσ, καὶ σωήθησ, καὶ ἀσωήθεισ αὐτὸ ποιήσει, πλὴν καὶ οὐ ἑκάστοισ ὡσ ἁρμόζει. Hæc
verba ſiquis diligenter conſideret, videat bel le conuenire ei, de quo loquimur. ſed talem medium hominem ait Ariſtoteles carere nomine. Sunt quædam genera cõtrariorum, quæ, quia habent medium nomine carens, videntur eſſe ex eo genere, quæ non habẽt. Nos de hac re ſuperius ſatis multa. Ariſtoteles verò paulò poſt lib. III. Ethi. ait
» ἀνθρωπεῖσθαι ἢ φαίνεται τὸ ἄκρα ἑαυτοῖσ δεῖ· τὸ ἀνώνυμον ἔστω δὲ μέσον. NEVTRVM igitur vocamus,
qui medius eſt inter amicum, & inimicum, quia vt ait Ariſtoteles, ὃ τι ἔστιν ἄνευ πάθουσ, neque amat, neque odit. Nũc redeo ad primum enumerationis membrum, quod eſt,
» ἂν μὲν ἔσθ' ἐχθρὸσ ἐχθρὸν ἀποκτείνῃ. Si inimicus inimicum perimat; factum illud non modo atrox, ſed etiam egregiũ exiſtimatur; fortitudiniſque laudem in ſe habet; vt Achilles, qui Hectorem peremit. ita enim cõparatum eſt natura, vt omnes homines inimicos perdere, ac proſternere cupiant. Adde quòd inimicitiis ortum dedit contumelia, aut iniuria aliqua, quâ vlciſci honorificũ eſſe omnes putant. hinc Ariſtoteles lib. Rhet. II.
» ait. ποιητικὰ δὲ ἐχθρασ ὀργὴ, ἐπηρεασμὸσ, διαβολή. ſciendum verò inter ſe differre ὀργὴν & ἔχ-
» θραν. nam ἔχθρα (vt ibidem ait Ariſtoteles) καὶ ἔστιν ἄνευ τῆσ πρὸσ ἑαυτὸν. ἐὰν γὰρ ὑπολάβωμεν εἶναι
» τοιόνδε, μισοῦμεν. καὶ ἡ μὲν ὀργὴ ἀεὶ ἐστὶ τοῦ καθ' ἕκαστα, οἷον καλλίαν, Σωκράτη. Cum igitur inimicitiæ, & odium duplicem habeant vim. nam ſuſcipiuntur non modò in hunc, vel illum hominem, vt potè Socratẽ, Philippum, ſed etiam in talem, vel talem, vt furem, latronem, auarum. & aliquando in totam nationem, vt in Tauroſcythas, quos mactare homines audimus; aut in Paphlagonas, & Myſos, quos deſides, inerteſque eſſe ſcimus. Prẽterea cum inimicitiæ ex ira oriantur, iraque in ſe iucunditatem quandam habeat, propter vltionis appetitionem; nulla commiſeratio cieri poteſt; cum inimicus inimicum perimit, vlciſcendi cauſa. id enim experti etiam nos aliquando ſcimus eſſe iucundum. propèque innatum hominibus. hinc Ariſtoteles lib. Rhetor. II. οὐδεὶσ γὰρ ὀργίζεται
» τῷ ἀδικοῦντι φαινομένῳ ὑμωρίασ τυχεῖν. οὐδὲ τοῖσ πολὺ ὑπερβάλλουσι τῇ δικαίᾳ, ἢ οὐκ ὀργίζονται, ἢ
» ἧττον. ibidẽ paulò poſt. καὶ τὸ ὑμωρεῖσθαι ἡδύ, οὗ γὰρ τὸ μὴ τυγχάνειν λυπηρὸν ἐστί, τὸ τυγχάνειν ἡδύ,
» οἱ δ' ὀργιζόμενοι λυποῦνται ἀνυπερβλήτωσ μὴ ὑμωρούμενοι, ἐλπίζοντεσ δὲ χαίρουσι. Idem Ariſtoteles lib. Politicorum. V. ait, contumeliæ partes eſſe plures, atque earum vnamquamque iram concitare, quæ poſtea homines impellunt ad vlciſcendum. αἱ δ' ὕβρεωσ οὐσίαι πολυμε-
» ροῦσ ἕκαστον αὐτῆσ εἶδοσ γίγνεται τὸ ὀργῆσ τῆσ δ' ὀργιζομένων σχεδὸν οἱ πλεῖστοι ὑμωρίασ χάριν ἐπιτίθον-
» ται, ἀλλ' οὐχ ὑπεροχῆσ, οἷον ἡ μὲν τῆσ πάσησαλιδῶν δεῖ· τὸ προσπηλακίσαι μὲν τῶν ἁρμοδίου, ἀδελφῶν
» ἐπηρεάσαι δ' ἁρμόδιον. Idem paulò poſt. iram, ait, eſſe odii particulam quandam eſſeq. interdum ire vim maiorem, quàm odii. Verba ſunt hæc. μόριον δ' ἴσωσ τοῦ μίσουσ ἡ τῶν ὀργῶν δεῖ λαβεῖ
» ναι, φόβον γάρ ἴσωσ τῆσ αὐτῆσ αἰτίασ γίνεται πράξεων, πολλάκισ δ' καὶ πρακτικώτερον τοῦ μίσουσ. σωστικώ-
» τερον γὰρ ἐπιτίθεται, δεῖ τὸ μὴ χρῆσθαι λογισμῷ τὸ πάθοσ. Cũ igitur talis natura inimicitiarũ, inimicorũque ſit, vt ſibi mutuò cædẽ inferãt, cõmiſeratio nulla oriri poterit. Orietur fortaſſe cõmotio quædam animi (vt inquit Ariſtoteles in contextu) κατ' αὐτὸ τὸ πάθοσ. quatenus homines ſunt; homines enim natura mirabili quadam ſocietate, ac lege συμπαθείασ cõiuncti inter ſe ſunt. Affectio autẽ hæc, vt antè diximus, φιλανθρωπία vocatur; de qua Ariſtoteles. lib. VIII. Ethicorum, cum loquitur, ait. φύσει τ' οἰκεία ἐστὶν ἕξισ
» πρὸσ δ' γιγνομένων τῷ γινώσκειν, καὶ οὐ μόνον οὐ ἀνθρώποισ, ἀλλὰ καὶ οὐ ὀρνέοισ, καὶ οὐ τοῖσ πλείστοισ
» τῶν ζώων, καὶ τοῖσ ὁμοεθνέσι πρὸσ ἄλληλα, καὶ μάλιστα τοῖσ ἀνθρώποισ, ὅθεν δὴ φιλανθρώποισ ἐπαινοῦμεν.
» ἴδοισ δ' ἂν τισ, καὶ οὐ ταῖσ πλάναισ ὡσ οἰκεῖον ἅπασ ἄνθρωποσ ἀνθρώπῳ, καὶ φίλον. Notanda verò etiã illa verba in cõtextu. οὔτε ποιῶν, οὔτε μέλλων. nam ſententia eſt Ariſtotelis hæc. inimicus, neque patrans cædẽ, neque patraturus, hoc eſt, ita affectus; vt patrare omninò velit, ſi poſsit. commiſerationem ciere poteſt. quale autem hoc ſit declarabimus paulò poſt apertius. Multò minus, hoc poſsunt efficere οἱ μηδετέρωσ ἔχοντεσ. quia ſeipſos non cognoſcunt; ergo duæ partes enumerationis iam excluduntur, ac reiiciuntur tanquàm parum aptæ ad tragœdiam.

» Ὅταν δ' ἐν ταῖσ φιλίαισ ἐγγένηται τὰ παθη, οἷον, ἢ ἀδελφὸσ ἀδελφὸν, ἢ υἱὸσ πατέρα
» ἢ μήτηρ υἱὸν, ἢ υἱὸσ μητέρα ἀποκτείνῃ, ἢ μέλλῃ, ἢ τοιοῦτόν τι ἄλλο δρᾶν, ταῦτα ζητητέον.

© SCD - Université de Poitiers

» Perturbationes verò ipſæ,quando euenerint inter neceſſarios, ve-
» luti ſi frater fratrem,filius patrem,mater filium,filius matrem vel ne-
» cet,vel necaturus ſit,aut etiam tale quid facinus patret, patraturus ue
» ſit,captandæ ſunt.

Relinquitur igitur vnum tantum genus actionum,& perſonarum aptum ad tragœdiam,quod continet ea,quæ accidunt,atrocia inter amicos,nam hæc plurimum in ſe habent cõmiſerationis. Verùm obiiciat ſe aliquis fortaſſe hoc loco Ariſtoteli, dicatque,ipſum repugnantia loqui;dixit enim antè,ea,quæ accidunt inter inimicos;neque atrocia eſſe,neque commiſerabilia; Nunc verò ait; ſi accidant inter amicos;eſſe atrocia,& commiſeratione digna;exemplum eſt,Oreſtis,qui peremit Clytemneſtram matrem:& Alcmæonis,qui Eriphylen. At patet hos cum patrata fuit cædes,non fuiſſe amicos, ſed inimicos, alioqui patrari non potuiſſet, niſi odio impulſus ille patraſſet. quomodo igitur atrocia hæc accidere ait Ariſtoteles inter amicos?Reſpondeo,duplici modo id fieri poſſe,neque repugnãtia loqui Ariſtotelem.nam atrocia accidunt inter amicos ignorantes id ita eſe habere, quod tamen paulò poſt detectum ſcelus factumque atrox eſſe apparet,vt in Oedipode,qui imprudens patrem peremit; & cum Iocaſte matre concubuit poſtquam enim reſciuit,atque agnouit, factum vtrumque nefarium,atque atrox viſum eſt.Altero modo atrocia fiunt inter amicos; cum orta in eos ſimultate,exulceratiſque odio animis,propter iniuriam illatam;amicitia,coniunctioque non modo dirimitur,ſed etiam mutatur in contrarium; Exemplum Alcmæonis eſto,qui prius matrem quidem ſingulari pietate complectebatur;mox cum illa patrem Amphiaraum peremiſſet;irritatus ea iniuria Alcmæon matrem odiſſe cœpit, atque eo odio adductus vlciſci patris mortem cupiens;peremit.Cædes igitur hæc ab inimicis,nõ ab amicis fit.Sed rurſus dicat aliquis,ſi ab inimicis in inimicos hæc proueniunt,quomodo cõmiſerationem excitabunt,aut quomodo atrocia videri poterunt? reſpondeo vtrumque in his ineſſe propter conſanguinitatem,cuius ius,cum maximũ ſanctiſsimumq. ſit à natura ipſa ſancitum inter homines, nefas videtur eſſe violare; Quòd ſi quando contingit vt violetur,atrox videtur factum,atq. legibus naturæ repugnare. Eorum igitur calamitatem,qui odio aliquo impulſi,cõiunctionem conſanguinitatis dirimunt;contemptoque omni iure naturali,ſe ipſos perimunt;nõ commiſeramur modo,ſed & cædem intuentes illorum inhorreſcimus,quòd non ſine Deorũ ira talia patrari poſſe exiſtimamus;qui homines improbos vlciſci pro ſua æquitate dum volunt;efficiunt ſæpe,vt præteritorum ſcelerum,quæ ab auis,proauiſque fuerint admiſſa;nepotes pœnas luant;atque furore exagitati ſeipſos perimant.Hinc Horatius, de Romanis libro tertio Odarum ait.

» Delicta maiorum immeritus lues
» Romane.

Et Idem paulò poſt in Epodis.

» Sic eſt, acerba fata Romanos agunt.
» Sceluſque frater næ necis,
» Vt immerentis fluxit in terram Remi,
» Sacer nepotibus cruor.

Huiuſmodi igitur facta atrocia,ob hanc cauſam hominum animis iniiciunt terrorem.Et atrocia quidem ſunt(vt antè diximus)ipſis conſanguineis inter ſe,reliquis verò qui ipſos norunt de facie,atque amicitiæ aliquo vinculo cum illis coniuncti ſunt; commiſerabilia,& horribilia; omnes enim homines (ut inquit Ariſtoteles lib. Rhet.
» ſecũdo) ἐλεοῦσι τοὺς γνωρίμους.nam ſi fuerint σφόδρα ἐγγὺς(proferam illius verba) οἰκιότητος tunc erunt ἀλγὰ,non ἐλεεινά.Verùm de hac re ſatis multa ſuperius à nobis dicta ſunt, Nunc alia quædam explicanda,quæ ſunt in contextu; Ac primùm quidem ſciendum,
» cum Ariſtoteles dixit οἱ τοῖς φιλίοις.non amicitia,quæ vulgò conglutinari inter homines ſolent mutua collocutione,& conſuetudine;ſed affinitatem,cognationem, conſangui-

ſanguinitatemque intellexiſſe eorum,qui inter ſe arctiore quodam vinculo natura cõ iuncti ſunt,Satis verò patet hoc,libro octauo Ethicorũ,vbi varia amicitiarum genera enumerans Ariſt.hanc quoq. ſanguinis generiſque coniunctionem φιλίαν vocat, his verbis.ἕτερον δὲ δεῖ φιλίας εἶδος τὸ κατ' ὑπεροχὴν,οἷον πατρὶ πρὸς υἱὸν,καὶ ὅλως πρεσβυτέρῳ πρὸς νεώτερον,ἀνδρί τε πρὸς γυναῖκα,καὶ παντὶ ἄρχοντι πρὸς ἀρχόμενον. διαφέρουσι,δὶ αὐτῶν καὶ ἀλλήλων,ἡ γὰρ αὐτὴ γοναῖσι πρὸς τέκνα,καὶ ἄρχουσι πρὸς ἀρχομένους. ἀλλ' ὁδὲ πατρὶ πρὸς υἱὸν,καὶ υἱῷ πρὸς πατέρα, ὁδὶ ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα, καὶ γυναικὶ πρὸς ἄνδρα ἑτέρα γὰρ ἑκάστῳ τούτων ἀρετὴ, καὶ τὸ ἔργον: ἕτερα δὲ καὶ διὰ ἃ φιλοῦσι. ἕτερα δὴ καὶ φιλήσεως, καὶ φιλίαι.Amicitiam in his verbis vocat κατ' ὑπεροχὴν coniunctionem,conſanguinitatem filiorum cum patre, & patris cum filiis, viri cum vxore. et vxoris cum viro.differunt autem ſingulæ hæ inter ſe cognationes, & coniunctiones,ſeu(ſi malis vti verbo Ariſtotelis Græco) φιλίαι, quia diuerſis è cauſis oriuntur;diuerſaque eſt ſingularum vis;Non fuerit autem alienum à poëtica facultate,ſi diligentius;ex Ariſtotelis præſcripto,harum vnumquodque genus ſingillatim cõſideraverimus,facilius enim intelligemus,quomodo hæ ad tragœdiam adaptari poſſint.Omnis quidem φιλία συγγενικὴ(ſic enim etiã vocat Ariſto. à cæteris diſtinguens)varia eſt;ſed tota pendet ex ea,quæ πατρικὴ φιλία dicitur, hoc eſt paterna conſanguinitas. Parentes igitur liberos amant tanquam partem quandam ſuimet ipſorum, & rem, quæ ex ipſis extiterit.Liberi autem parentes amant,tanquã ii,qui ſe agnoſcunt,ac ſentiunt illorum eſſe partemquandam;aut quiddam,quod ab ipſis extiterit. Magis autẽ & prius liberos ſuos diligunt ipſi parentes,quàm liberi ſuos parentes.magis quidem, quia maior coniunctionis cauſa eſt,quæ prouenit ab aliquo erga aliquem, nam inde principium veluti quoddam ducit;indeq. vincula exiſtunt,quibus alterum ipſi adiungitur;maximè enim agnatum eſt aliquis ei,ex quo pendet,& ortum eſt, verba Ariſtotelis libro octauo Ethicorum ſunt,τὸ γὰρ εἶναι αὐτῶν οἰκεῖον τῷ ἀφ' οὗ. Prius autem incipiunt parentes diligere liberos,quam liberi parentes, quia prius intelligunt illos ex ſe procreatos,quam hi ſe ex illis.Paulatim enim liberi incipiunt,progrediente ætate,parentes ſuos internoſcere.hinc matres,fit,vt magis liberos ament,quia ex ipſis primũ procreantur exeuntque in lucem,ipſæque prius internoſcere liberos ſuos incipiunt.Fratres verò ſeſe mutuo amant, quia ex iiſdem ſe procreatos intelligunt, ideò dicere ſolemus ταυτὸν αἷμα(inquit Ariſtoteles)καὶ ῥίζαν,καὶ ἕξ τοιαῦτα.hinc Horatius,ad Piſones ſcribens ait.

Vos ò Pompilius ſanguis.

Et Vergilius libro ſexto quamuis ad nepotem referat,eſt enim à proauo,ſeu authore gentis Anchiſæ prolatum.

Proiice tela manu ſanguis meus.

Sophocles ſæpe ὁμαίμους fratres vocat eadem ratione.Augetur fraternus amor,educatione,quæ ſimul fit,& æquali ætate,nam,vt eſt in vetere adagio.ἥλιξ ἥλικα. proferam autem ipſius Ariſtotelis verba;nam loquens de fratribus, φιλίαν vocat ipſorum coniunctionem,his verbis.μέγα δὲ πρὸς φιλίαν καὶ τὸ συνέφηφον καὶ τὸ καθ' ἡλικίαν.διὸ καὶ ἀδελφικὴ τῇ ἑταιρικῇ ὁμοιοῦται. Patrueles autem ſororum, fratrumque filii: priuigni, vitrici,nouercæ, aliique id genus, vt propius, longiusue à primo coniunctionis genere abfuerint, ita etiam minus,magiſue amant,habet autem fratrum(ait Ariſtoteles ibidem) φιλία τὸ ἡδὺ καὶ τὸ χρήσιμον.Rurſus inter vxorem,& maritum φιλία videtur eſſe ſecundum naturam; nam homo animal eſt πολιτικὸν, καὶ συνδυαστικὸν ,coniunctioniſque,& ſocietatis appetentiſsimus.præterea liberorum procreatio arctiore quodam vinculo, maritũ vxoremque coniungit,ſunt enim liberi veluti pignora quædam mutuæ fidei,& ſocietatis;cõmuniſque conuictus.Hæc ego recenſere volui,tùm vt oſtenderem Ariſtotelẽ, φίλους conſanguineos,& agnatos ſeu affines vocare,φιλίαν verò ipſam affinitatem & conſanguinitatẽ;tùm vt vnuſquiſq.perſpiceret,quantopere hæc poëtis ſcripturis tragœdiam vtilia ſint;noſſe enim illos exactè oportet ortũ,naturamq.omnis affinitatis; & cõſanguinitatis quid ex quaq.proueniat,quid huius,quid illius propriũ;quàm arcta hęc ſit, quã illa arctior;qua re quælibet ipſarũ innitatur;quale ſit officiũ huius erga illũ quale alterius erga alterum,Nam qui hæc non internoſcit,ac diiudicat; non ſatis apte mihi

© SCD - Université de Poitiers

Videtur argumenta tragica tractaturus,aut veterum poëtarũ fabulas,quæ extant,diiit dicaturus,nã si Euripidé legas,aut Sophoc.Iphigenia sese tibi offert, quæ exprimitur qualis sit erga Orestẽ fratrem,qualis Orestes erga illã.Qualis Clytemnestra erga Electrã,qualis Electra erga Agamemnonem patrẽ.Antigone erga Polynicen fratrẽ mortuũ; Admetus erga Alcestin,Medea erga Iasonẽ;ac ne singula cõnumerẽ (nõ est enim necesse) planè omnia,quæ in tragœdiis insunt,ex his fontibus mana runt; sunt igitur etiã,atque etiã diligenter considerandа exempla, quæ affert Aristo.in contextu poë-
» tices;his verbis. οἷον ἢ ἀδελφὸν ἀδελφῷ,ἢ υἱὸς πατέρα. ἢ μήτηρ υἱόν,ἢ υἱὸς μητέρα ἀποκτείνῃ. Signi-
» ficauit enim φιλίαν ἀδελφικὴν(vtar enim appellationibus,quibus vtitur ipse Aristoteles
» libro octauo Ethicorum)καὶ φιλίαν πατρικὴν.aliasquoque expressерunt tragici poëtæ, vt
» Euripides in Alcestide τὴν ξενικὴν,in persona Herculis, erga Admetũ.Idem in Iphige-
» nia τὴν ἑταιρικὴν.in persona Pyladæ erga Orestẽ.τὴν βασιλικὴν expresit Sophocles in
Oedipode Tyranno erga Thebanos,sub initium tragœdiæ ipsius.Verum vt redeam
» ad Aristotelis contextum, non temere addidit.ἢ μέλλῃ,ἢ τοιοῦτον τι ἄλλο δρᾶν.Nam tragœ
diæ non semper patrantes facinus aliquod, sed patraturos aliquando solùm faciunt
homines;cum tamen non patrent postea,quale exemplum peti potest ex Iphigenia.
Et quoniam non semper de cæde agitur in tragœdiis, verum etiam de aliis nefariis
» rebus,ideo additum est.ἢ τοιοῦτον τι ἄλλο δρᾶν.Quòd siquis quærat exempla rerum atro
cium,quæ accidunt inter filium,& patrem.Esto exemplum Oedipodis, qui peremit
Laium,quamuis imprudens; nam qui volens peremerit, vix vspiam legitur in Tra-
gœdiis:quamuis matrem quoque perimere per se nefarium est. Sed si addas, vlciscen
di patris causa,iam nõ videtur nefarium,sed fortasse æquum.Aristoteles libro secun-
do Rhetoricorum,vbi de locis Enthymematum agit, hoc dicit esse ἐκ διαιρέσεως, his
» verbis.ἢ τὸ οἱ τῷ ὁρίσῃ τῷ θεοδέκτου. ἐκ διαιρέσεως γὰρ ἔστι. δίκαιον ἔστιν,εἰ τις ἀν κτείνῃ πόσῳ,ἀποθνήσ-
» κει ταύτῃ,καὶ τῷ πατρί γε τιμωρεῖν τὸν υἱὸν.οὐκοῦν τοῦτ' ἢ πέπρακται. σωτιθεὶς γὰρ ἴσως, οὐκέτι δί-
» καιον.nam perimere eam,quæ maritum occidit; iustum est. Si ita seiunctum proferas;
filium autem perimere matrem,vlciscendi patris causa,non est fortasse æquum, si ita
coniunctim proferas.cædis inter matrem & filium exemplum est in Electra Euripi-
dis, & Sophoclis;nam Orestes Clytemnestram perimit.cædis rursus filiorum à matre
patratæ,exemplum est in Medea Euripidis.

» Τοῖς μὲν δὴ παρειλημμένοις μύθοις λύειν οὐκ ἔστι· λέγω δὲ οἷον, τὴν Κλυταιμνήστραν
» ἀποθανοῦσαν ὑπὸ τοῦ Ὀρέστου, καὶ τὴν Ἐριφύλην ὑπὸ τοῦ Ἀλκμαίωνος. αὐτὰ δὲ δυρίσκειν
» δεῖ, καὶ τοῖς παραδεδομένοις χρῆσθαι καλῶς. τὸ δὲ καλῶς, τί λέγομεν, εἰρήσεται σαφέστερον.

» Proinde receptas fabulas mutare non licet:verbi gratia.Clytemne
» stram ab Oreste extinctam, Eriphylen ad Alcmæone:quas sanè inue
» nire,atque susceptis iam rectè vti oportet.Id autem,quod diximus re-
» ctè,exactius declarandum.

Consequitur præceptum pulcherrimum.non oportere in fabulis tragicis immutari euenta;sed eodem modo esse narranda,quo semel narrata fuerunt.exempla sunt hęc. Clytemnestra ab Oreste filio interfecta fuit. Eriphyle ab Alcmęone ibidem filio.qui secus narrare voluerit, aut non vlciscendi, patris causa vtrunque matrem peremisse
» aut non peremisse ipsos,sed alios misisse,qui perimerent,grauissimè peccabit,nam Fa
bularum,actionumque tragicarum constitutiones,quæ semel receptæ sunt;nõ debẽt
immutari.de hac etiam Horatius ad Pisones scribens,ait.

Siquid inexpertum scenæ committis,& audes
Personam formare nouam,seruetur ad imum
Qualis ab incepto processerit,& sibi constet.
Difficile est propriè communia dicere.Tuque
Rectius Iliacum carmen deducis in actus.
Quàm si proferres ignota,indictaque primus.

Notan-

© SCD - Université de Poitiers

» Notandũ verò quàm ingeniosè exempla illa protulerit Arist. in cõtextu. Sic. οἷον τὼ κλυ
» ταιμνήστραν ἀπαλλαγῆναι ὑπὸ τοῦ ὀρέστου, καὶ τὼ ἐριφύλλω ὑπὸ τοῦ ἀλκμαίωνος. hæc enim pauca verba
euentũ tantũmodo ipsum rei cõplectuntur; actionemque exprimunt. satis enim per
hoc ostendit eã nõ esse immutandam; sed semper eodẽ euentu esse cõstituendã. Reli-
qua, quæ circa actionẽ euẽtumq. ipsius, si eo narres modo, quo alter narrauit, aut ali-
quantò secius; nihil refert. imò prologũ, episodia, exodũ, choricũque immutate licet
pro arbitratu. si enim non liceret; nõ posset eiusdem actionis Fabulo scribi à duobus
poëtis, aut pluribus etiam, id quod factum tamen artificiosè ea ratione videmus, qua
dixi. Esto igitur euentum rei semper idem. actioque non immutetur vnquàm. re
liqua, vt libuerit scribenti, immutentur, quę circa actionẽ versantur extrinsecus sum-
pta. Verùm de hac re satis. nam superius aliquantò copiosius diximus. Adnotanda ver
» ba, quæ sequũtur. αὐτὸν δὲ εὑρίσκειν δεῖ, καὶ τοῖς παραδεδομένοις χρῆσθαι καλῶς. hæc ita vertit
» Paccius. quas sanè inuenire, atque susceptis iam rectè vti oportet. Verũ tu aptius aper
tiusque ita vertas. Ipsum aũt inuenire oportet et iã receptis rectè vti. Videtur. n. innue
re Arist. fabulas aut esse nouas, nuperque inuẽtas. aut antè vsitatas, pertractatasque ab
aliis. Si nouæ fuerint; licet poëtæ eas pro arbitratu confingere, et constituere vt vo
luerit. Si vsitatæ ab aliis, rectè iis vtatur oportet. et quoniã in cõtextu dictũ erat καλῶς,
declarat apertius (sicuti sæpè solet) quid sibi velit per eã dictionẽ. nã magnã habet vim.
RECTÈ is poëta vtitur fabulis, qui nihil inducit factũ, prẽter id, quod tragicũ videri
possit. Quatenus verò illa inuenire poëtã oportere dixit Aristoteles, his aũt rectè vti;
non dissimili ratione locutus est libro primo Rhetor. vbi agit de artificialibus, & inar
tificialibus argumentationibus. Postquàm enim vtranque qualia sint declarauit, ad-
» dit hæc verba, ὥστε δεῖ τούτων τοῖς μὲν χρῆσθαι, τὰ δὲ εὑρεῖν. Artificialia enim argumenta
ipse orator inuenit, inartificialia verò nõ inuenit quidem, quia suppeditant aliunde,
sed vtitur tantùm, atque in eo multùm operæ ponit, vt artificiosè, rectéque vtatur:
idem igitur faciendũ poëtæ in iam receptis vsitatisque fabulis. Hermogenes in libro
» περὶ γοργότητος. vbi agit περὶ δεινότητος. eadẽ ferè ratione locutus videtur, cũ ait. ἁπλῶς
» τε, ὅπερ ἔφην τὸ πᾶσι τοῖς πεφυκόσι σῶμα λόγου ποιεῖν χρῆσθαι δεῖ ὡσαύτως, καὶ καθ' καιρὸν. ὥσπερ
» γὰρ δεῖ ὧδε χρῆσθαι πράγμασι λέγεται δεῖ πουθεν. ὁ εἰς δέον τοῖς παραπεπτωκόσι πράγμασι χρώμενος. οἷον
» ὕλῃ ζωνὴ ἔσῃ· ὥσπερ τέχνης αὐτῆς. καὶ δεινὸς στρατηγὸς ὁ τοῖς ὑπὸ τὼ στρατηγείαν πράγμασιν εἰδὼς εἰς
» δέον χρῆσθαι. οὕτω καὶ ῥήτωρ ἂν εἴη δεινὸς ὁ τοῖς τ' ῥητορικῆς πράγμασι, καὶ ταῖς ὕλαις αὐτῆς εἰς δέον
» χρώμενος. Eodem igitur modo dixit Aristoteles debere poëtam χρῆσθαι καλῶς fabulis
» Sed idem Hermogenes de eadẽ re loquens adhuc apertius ait καὶ αὐτῇ τῇ χρῆσθαι δεινότητι,
» καὶ τέχνῃ, τοῖς εἰδόσι τὸ λόγου γινώσκουσι τε ὡς δεῖ χρῆσθαι, καὶ δεωμένοις; duo enim requirun-
» tur, vt & aliquis norit rectè vti; & possit etiam vti, quæ, quamuis ab Hermogene de
oratore dicantur; possunt aptè tamen referri quoque ad poëtam.

Ἔστι μὲν γὰρ οὕτω γίνεσθαι τὼ πρᾶξιν, ὥσπερ οἱ παλαιοὶ ἐποίουν, εἰδότας καὶ γινώσκοντας
» καθάπερ καὶ Εὐριπίδης ἐποίησεν ἀποκτείνουσαν τοὺς παῖδας τὼ Μήδειαν.
»

Fit enim interdum sic ipsa actio, quod antiqui obseruabant, perin-
» de ac ab scientibus, & agnoscentibus, vt Euripides fecit: qui filios ne-
» cantem Medeam induxit.
»

Vt doceat Aristoteles, quomodo receptis iam fabulis poëta recte vti possit: facta tra
gica, per enumerationem colligit, quot sint, & qualia. Sunt autem modi horum qua-
tuor, quos ego summatim colligo, subiicioque omnes oculis simul, mox singillatim
declaro. Aliquis aut patrat scelus, aut patraturus est. Si patrat, aut sciens, & cogno-
scens: aut ignorans, & imprudens: sed mox agniturus. Si patraturus; aut imprudens,
aut sciens. Si imprudens, non perficit tamen, quia, agnitione facta, desistit ab eo, quod
erat aggressus. Si sciens, aliquando tamen non conficit; quia non potest, etiam si confi
cere optat. Quatuor hi sunt modi actionum tragicarum, neque sanè plures his excogi-
tari possunt. Primus modus est, qui primum vsitatus fuit apud veteres poëtas, si-

© SCD - Université de Poitiers

ne vlla agnitione & peripetia; explicabant enim illi factum aliquod atrox, & cædẽ; satisque se putabant artificiosè ea ratione tragœdiam scripsisse. hic autem modus erat. vt exprimerent aliquem scientem alterum, vltionis gratia, perimere. Rudis sanè, simplexque modus, qui in actione ipsa nihil habet artificii; nulloque eget ingenio aut industria poëtæ constitutio illius, vt apta appareat. sed tragicus tamen, quia continet τὰ πάθη, & ἀναγνωρίσεις. eo, quo antè diximus, modo. exemplum affert Aristoteles ex Euripidis Medea. illa enim sciens dilacerat liberos, vt dolorem, luctumque afferat Iasoni eius vlciscendi causa; Crudele planè factum, atrox, & cõmiserabile. Quòd autem sciens satis patet, lepidè verò, & artificiosè hæsitantẽ illam, et ambigentem, priusquàm perimeret filios; facit Euripides.

» αἰαῖ αἰαῖ τί δράσω; καρδία γὰρ οἴχεται
» γυναῖκες. ὄμμα φοινικοῦν ὡς εἰσιὸν τέκνων
» ἐκ ἄν δακρύσαιμι. κἂν ἐρέτῳ βουλεύματα
» τὰ πρόσθεν ἄξω παῖδας ἐκ γαίας ἐμούς.
» τί δεῖ με πατέρα τῶνδε τοῖς τούτων κακοῖς
» λυποῦσαν, αὐτὴ δὶς τόσα κτᾶσθαι κακά;
» δόξω τ' ἐγώγε. κἂν ἐρέτῳ βουλεύματα.
» καί τοι τί πάσχω; βούλομαι γέλωτ' ὀφλεῖν,
» ἐχθροὺς μεθεῖσα τοὺς ἐμούς ἀζημίους;
» τολμητέον τάδε. Et quæ sequuntur.

Nec verò temerè Aristoteles Euripidis ex Medea attulit in primis exemplum. Nam cum ante dixisset oportere poëtam fabulis iam receptis rectè vti, velletque declarare, quomodo posset aliquis iis rectè vti; modos omnes enumerare est aggressus actionũ tragicarum: & de primo cum loqueretur modo, Medeæ ex Euripide protulit exemplum, quia satis constat, suadentibus Corinthiis, (id quod antè quoque à me dictum fuit) Euripidem talem confinxisse fabulam; cum res secus accidisset, præter omnem historiæ fidem. Sed appono ipsius Aeliani verba, quæ sunt libro. v. sub finem. λέγει δὲ ὁ λόγος τὴν φήμην τὴν κατὰ τὴν Μηδείαν ψευσθῆναι, μὴ γὰρ αὐτὴν ἀποκτεῖναι τὰ τέκνα, ἀλλὰ κορινθίους. τὸ δὲ μυθολόγημα τοῦτο ὑπὸ τὴν κωμῳδίαν ἐστὶν ὃ ἐποίησε Εὐριπίδης φασὶ διαπλάσαι σκηνοῦντων κορινθίων, καὶ ἐπικρατῆσαι τὸ ἀληθοῦς τὸ ψεῦδος δι' ἡδονὴν τῶν τὸ ποιητὸν ἀγαπώντων. κωμῳδὸς δὲ τὸ τολμήματος φασὶ τὴν παίδων μέχρι τοῦ ναοῦ συναγόντων τοῖς παισὶ κορινθίοις, οἱονεὶ διασμὸν τούτοις ἀποδιδόντα. Iam verò cum Euripides Medeæ actionem ita primus constituerit, etiã si constat aliter sese habere, non licet alteri poëtæ alio quodam modo ipsam constituere. Sed est potius primo modo, quãmuis falsus, confictusque ab Euripide præter veritatem sit, insistendũ. Hac igitur planè de causa putarim Medeæ exemplum ab Aristotele prolatũ, quia sciebat vir summus, qua ratione id fuisset totum ab Euripide confictum in illa actione cõstituenda, vt Corinthiis morem gereret. Idem Aristoteles lib. ii. Rhetoricorũ, sub finem de Medea loquens ait, vbi differit de Enthymematũ locis. ἄλλος τόπος τὸ ἐκ τῶν ἁμαρτηθέντων κατηγορεῖν, ἢ ἀπολογεῖσθαι, οἷον εἰ καρκίνου Μηδείᾳ, οἱ μὲν κατηγοροῦσιν ὅτι τοὺς παῖδας ἀπέκτεινεν. ὁ φαίνεσθαι γοῦν αὐτοὺς ἥμαρτε. ἡ Μήδεια τοῦδε τὸν ἀποσολῶν τοὺς παίδων. εἰ δ' ἀπολογεῖται, ὅτι ἐκ ἂν ἄν τοὺς παῖδας, ἀλλὰ τὸν ἰάσονα ἂν ἀπέκτεινε. τοῦτο γὰρ ἥμαρτον ἂν μὴ ποιήσασα. εἰ περ καὶ θάτερον ἐποίησεν. qui locus est diligenter considerandus, quia valde cõfirmat ea, quæ à nobis antè dicta fuerunt. Carcinus poëta tragicus scripsit olim tragœdiã, quæ inscribebatur Medea. Sed constitutio actionis in ea fabula longè fuit diuersa ab ea, quam scripsit Euripides. Videtur enim Carcinus feciisse Medeam, non perimentem quidem filios, sicuti facit Euripides; sed amandantem illos procul in nauẽ impositos, vt incolumes essent; eandem postea perimere cupientem ipsum Iasonem maritum, à quo fuerat deserta, & eiecta. Cum igitur accusaretur Medea, quòd filios peremisset (nusquam enim visebãtur, indeque coniectura omnis, atque suspicio oriebatur) respondit illa, se quidem liberos non peremisse, sed in aliam regionem amãdasse; se verò affirmauit Iasonem ipsum peremisse voluisse, si potuisset, rationemque vtriusque facti attulit; inquit enim, nisi peremisset Iasonem, se reprehensione dignam fore etiam si filios peremisset. Licet, opinor, vnicuique perspicere, quàm diuersa ratione actionem Medeæ constituerit Carcinus,

cinus,ab Euripide.hic enim (quod antè dixi) dum obsequi vellet Corinthiis,rem se cus narrauit;Carcinus autem fidem historiæ; veritatemque facti secutus;aliter fabulam scripsit;Quod siquis roget,cum diuerso modo à duodus poëtis actio huiusmodi fuerit constituta; utram potius sequi debeamus, respondeo,eam pro recepta habendam esse,quæ prius fuerit constituta, quàmuis falsa sit.& altera vera;nimirũ enim magnam habent vim fabulæ semel receptæ,neque facilè possunt immutari.

» Ἔστι δὲ πρᾶξαι μὲν, ἀγνοοῦντας δὲ πρᾶξαι τὸ δεινὸν, εἶθ' ὕστερον ἀναγνωρίσαι τὰ πρά-
» γματα, ὥσπερ ὁ Σοφοκλέους Οἰδίπους, ἔξω μὲν δὴ ἔξω τοῦ δράματος· ἐν δ' αὐτῇ τῇ τραγῳ-
» δίᾳ, οἷον, ὁ Ἀλκμαίωνος Ἀστυδάμας, ἢ ὁ Τηλέγονος ὁ ἐν τῷ τραυματίᾳ Ὀδυσσεῖ.

» Fit etiam ab ignorantibus quidẽ vim facinoris ,agnituris verò mox
» necessitudinẽ:qualis Sophocleus est Oedipus.id quod omnino est ex-
» tra tragœdiam:in tragœdia verò ipsa vt Alcmæonẽ Astydamas , Te-
» legonus'ue in Vlysse vulnerato.

Secundus modus est,cum aliquis imprudens patrat graue aliquod, atque atrox facinus,postea autem agnoscit atrocitatem facti, ex amicitia , & propinquitate quam simul etiam agnoscit;cum ante ignoraret , nam factum quidem id à se sciebat,sed atrox non videbatur,quia ignorabat esse amicum, ac propinquum sibi consanguinitate,quẽ peremit , aut in quem scelus aliquod patrauit ; qualecunque sit , modo nefarium appareat. Vtitur rursus boc loco Aristoteles ea dictione , cum ait , ὕστερον ἀναγνωρίσαι τὸν φιλίαν, intelligitque consanguinitatem , & cognationem. Exemplum verò affertur Oedipodis Sophoclei , nam Oedipus patrem Laium imprudens peremit ; cumque Iocaste matre concubuit , & multo post vtrumque agnouit se patrasse. Adnotandum diligenter in hoc secundo modo , ea , quæ patrantur ab ignaris , et agnoscuntur postea ; aut agnosci post multum temporis in ipso dramate , aut patrari in tragœdia , mox in eadem statim agnosci , Exemplum prioris est in Oedipode Sophoclis , nam patrata quæ fuerunt ab illo , non patrantur in ipso dramate , sed antea cũ fuissent patrata , eorum agnitio fit in dramate . Antequàm enim regnum Thebanæ vrbis obtineret Oedipus,soluto sphingis ænigmate, Laium patrem peremerat ; mox regno potitus vxorem duxit Iocasten matrem,ex eaque liberos suscepit; multosque annos post agnouit vtrumque,hæc verò agnitio cadit in ipsum Drama. Fuit quippe necesse fabulam ita constituere , nam tragœdia periodo vnius Solis actionẽ suam transigit , neque potest,sicuti Epopœia,imitationem complecti rerum , quæ longissimo temporis spatio videantur actæ. Cum igitur Sophocli esset eius rei tragœdia cõstituenda;coactus fuit properare ad vltima,& agnitione inducta,simul complecti, quæ multis annis antè fuerant acta. Exemplum alterius est in Vlysse vulnerato; & in Alcmæone Astydamantis tragici poëtę , nam perperàm legũtur verba illa in impressis libris.ὁ Ἀλκμαίωνος ἀστυδάμας.cum sit legendum.ὁ Ἀλκμαίων τοῦ Ἀστυδάμαντος.Astydamantẽ tragicũ,præter cęteros,nominat Atheneus,sub initium lib.x.cuius Herculẽ satyricũ citat. Isocratis auditor primũ hic fuit , cum eloquentiæ nauaret operam,mox se ad tragœdias scribẽdas trãstulit.De Aclmęone aũt Thucydides sub finẽ lib.II.ait λέγεται δὲ καὶ Ἀλκμαίωνι τῷ Ἀμ-
» φιάρεω ὅτε δὴ ἀλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν φόνον τῆς μητρὸς, τὸν Ἀπόλλω ταύτῃ τῇ γῇ χρῆσαι οἰκεῖν, ὑπὸ-
» πόντια οὐκ εἶναι λῦσιν τῶν δεινῶν, πρὶν ἂν βίῳ ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ κατοικίσῃ, ἢ ὅτε ἔκτισε τὴν μη-
» τέρα μήπω ὑπὸ ἡλίου ἐπόπτου, μηδὲ γῆ ἰδοῦσα, ὡς τι ἄλλως αὐτῷ μεμιασμένον ὃ δὴ ἀπορεῦν ὡς φασὶ , μόλις
» κατενόησε τὴν πρόφασιν ταύτην τοῦ Ἀχελῴου.& quæ sequuntur;tragœdiã Vlysis vulnerati
» citat Atheneus quoque lib.XIII,quã scripsit Cheræmon.Verba illius sunt hęc θεόφρα-
» στος δὲ ἐν τῷ ἐρωτικῷ Χαιρήμονα φησὶ τὸν τραγικὸν λέγειν, ὡς τὸν οἶνον τῆς χρωμένων κεράννυσθαι, ὅτῳ καὶ
» τὸν ἔρωτα.ὅσα μεριζόμενον μὲν ὄξινον οὐχ ἁρμόττει, ἐπιτεινόμενον δὲ καὶ πλατυτέρᾳ χαλεπώτατος, διόπερ ὁ ποιη-
» τὴς ἔτος οὐ κακῶς αὐτὸ τοῖς Λιτυέρσαις φησὶ, δίδυμα γὰρ τόξα αὐτὸν ἐκτείνεσθαι χαρίτων.

» τὸ μὲν ἐπ' οἰκείοις τύχα
» τὸ δ' ὠδὶ συγχύσῃ βιοτάς.

© SCD - Université de Poitiers

» ὁσὶ αὐτὸς ποιητὴς καὶ τοῦ τῶν ἐρώντων οἷ τῷ ἐπιγραφομένῳ φαυμαλίᾳ φησὶν οὕτως.
» Ἴσ οὐχὶ φησὶ τοῦς ἐρῶντας ζῶν μόνους.
» Εἶτ πρῶτον μὲν σρατολικωτάτους εἶναι
» πονεῖν τε φαυμένους τοῖς σώμασι
» πολικοὺς ἱζαμοὺς, προθύμους, εὐπόρους.

Libuit verò hæc omnia quia perlepida ſunt, apponere. Idem Athenæus ex Antiphane tragico citat φαυμαλίαν libro decimo, ὁ αὐτὸς φησὶν ἀνωφάνησ οἷ τῷ φαυμαλίᾳ. tametſi nō nominat Vlyſſem; licet tamen ſuſpicari illum eſſe. Epicharmi poëtæ Vlyſſem quoque ψευδάγδυ libro decimoquarto idem nominat, vbi ait Diomum bubulcum Siculum primùm Inuenuiſſe Idyllia. Verba ſunt hæc: ὧν δὲ καὶ τοῖσ ἡγουμένοισ τοῦ βοσκημάτων ὁ ζσκολιασμὸσ καλούμενοσ. Δίομοσ δὲ ὁ βουκόλοσ σικελιώτησ ὁ πρῶτοσ εὑρὼν τὸ εἶδοσ. eundem αὐτόμολον, eiuſdem Epicharmi. Neque verò mirum ex Vlyſsis perſona, tum comicos tum tragicos multas ſumpſiſſe fabulas, quatenus enim leuia quàm plurima & humilia narrantur ab Homero, de eo, de Penelope, de procis, comicis apta viſa ſunt. Eiuſdem quoque Vlyſsis calamitates variæ cum extiterint, varia quoque argumenta tragicis poëtis præbuerunt ſcribendarum tragœdiarum, ſingula autem ab eodem Homero ſumpta ſunt, nam naufragum inducit Vlyſſem; magnoque cum periculo vix enatantem facit ad Phæacū littora libro quinto Odyſſ. Rurſus eundem αὐτόμολον libro decimoquarto, cum ſopitū, ſolum in littus Phæaces expoſuerunt. Sed redeo ad Vlyſſem φαυμαλίαν. Telegonus ex Circe Vlyſsis filius patrem vulnerauit, & interfecit imprudens, ignaruſque. Hinc Horatius libro primo Odarum ait,

» Telegoni iuga parricidæ,

Sed Aſtydamas poëta tragicus (vt ait Ariſtoteles in contextu) & patrātem & agnoſcētem ſimul in eodem dramate faciebat Telegonum. Vtroque enim modo aptè fieri poteſt, tum extra Drama, tum in ipſo Dramate, ſed Agnitio ſemper in dramate ſit oportet; Non fuerit autem difficile ingenioſo poëtæ intuenti naturam rerum, et actionum vel hoc, vel illud efficere. Cum enim neceſſe eſſet Telegonum filium, qui in eodem conuictu patris erat, ſtatim reſcire mortem patris; atque intelligere quo loco, & quo telo fuiſſet peremptus; eodem ſolis periodo, & factam cædem, & agnitionem, facile, imò verò opus erat potius, complecti, præterquam quòd aliquis per imprudentiam alium perimens ex conſanguineis ſuis; cum latitantem videret, crederetque hoſtem in inſidiis collocatum, ſagitta, aut telo aliquo, ſtatim per ſe proxime accedens ad hominem peremptum; agnouiſſe illum induci poteſt. Hæc igitur patrantur, agnoſcunturque ſimul ſtatim in eodem dramate.

» Ἔτι δὲ ζίτον πρὸς ταῦτα ἢ μέλλοντα ποιεῖν τι τῶν ἀνηκέστων, δι' ἄγνοιαν ἀναγνωρίσαι,
» πρὶν πρᾶξαι.

» Tertius præterea modus eſt, per ignorantiam: videlicet debere aliquem hæc facinora patrare, inter patrandum verò agnoſcere.

Tertius modus eſt, cum aliquis ignorans aliquid patraturus eſt; mox tamen agnoſcens, ſcienſque factus, non patrat. Exemplum eſto in Iphigenia Euripidis; mactatura enim Oreſtem fratrem cum eſſet, ſtatim agnoſcens non mactat. Addit verò Ariſtoteles in contextu ἢ τῶν ἀνηκέστων. graue enim atroxque factum illud in tragœdiis eſſe oportet, quod aliquis patraturus fermè fuerit, quia maximum affert auditoribus terrorem qui proprius tragœdiæ eſt; & admirationē incredibilem. Aiunt enim. Quid ſi mactaſſet? quàm parum abfuit à cæde? Quàm variis imaginibus miſeri mortales illuduntur? Verba illa ſunt annotanda ἀναγνωρίσαι πρὶν ποιῆσαι, id enim maximè, in primiſque requiritur in hoc tertiò modo, vt agnoſcat, ante quàm patret; ſtatimque deſiſtat ab eo patrando.

» Καὶ παρὰ ταῦτα οὐκ ἔστιν ἄλλως, ἢ γὰρ πρᾶξαι ἀνάγκη, ἢ μὴ, καὶ εἰδότας, ἢ μὴ εἰδότας·
» Præter hos, nullus eſt alius, ſiquidem quid agi, vel non agi, idque à ſcientibus

» ſcientibus, vel neſcientibus neceſſe eſt.

Colligit Ariſtoteles neceſſaria enumeratione plures his quatuor modis (nam quartum explicabit poſtea) excogitari nullum poſſe. Ante vero colligit per enumerationẽ tres tantùm modos, quàm explicet quartum, quia quartus ad tragœdiam nõ eſt aptus, ſicuti dicemus.



Licet vnicuique intueri in hac figura exprimi tres actionũ tragicarum modos aptos. Vnum non aptum.

» Τούτων δὲ τὸ μὲν γινώσκοντα μελλῆσαι, καὶ μὴ ποιῆσαι χείριστον. πρῶτον, τὸ γὰρ μιαρὸν ἔχει, καὶ » οὐ τραγικὸν. ἀπαθὲς γὰρ. διὸ σπανίως οὐδεὶς ποιεῖ ὁμοίως, εἰ μὴ ὀλιγάκις. οἷον, ἐν Ἀντιγόνῃ τὸν » Κρέοντα ὁ Αἵμων.

» E quibus facinus prudentẽ aggredi, minime verò perficere eſt abſurdum: cùm non tragicum quidem, velut perturbationis expers, ſed omnino ſceleroſum præſe ferat. Quo fit vt huiuſmodi actionẽ ſequatur nemo, vel certe rariſsima ſit inuentu, vt in Antigone Creontem Aemo fecit.

Quartus modus eſt cũ aliquis ſciens patraturus eſt; & nõ patrat: hunc quartum modum deterrimum omnium ferè à tragœdia reiicit Ariſtoteles, quia non conuenit tragœdiæ, eſt enim expers omnis perturbationis, quia nefarium eſt, & ſceleratum facinus. Adnotandum tamen eſt, non prorſus reiici hunc quartum modum ab Ariſtotele; quia veteres poëtæ aliquando ipſo vſi ſunt, tamen ait eſſe χείριστον ideſt deterrimum. Ratio autem affertur duplex, primùm enim continet ea, quæ procul abeſſe debent à tragœdia; Deinde non continet ea, quæ in tragœdia in primis ineſſe debent. continet τὸ μιαρὸν. quod ſuperius diximus, procul amouendum eſſe ab actione; non habet autem τὸ ἐλεεινὸν, & τὸ φοβερὸν, quæ in tragœdia inſint oportet. Cicero » libro primo Epiſtol. familiarium ſcribens ad Lentulum, ait. In eo, in quo non poſ» ſis inimicum lædere, non eſſe lædendi cupiditatem oſtendendam. Ideò hic quartus modus rarò inuenitur in tragœdia; ſemel tamen eo vſus eſt Sophocles in Antigone, vbi Hæmon in Creontem patrem nudato enſe impetum facit illum peremptur us. Res autem ita ſeſe habet. Antigone Oedipodis filia fratrem deflet Polynicen inhumatum, iuſſu Creontis Regis, qui & ipſam viuam defodi iuſsit. Creõtis filius Hæmõ Antigonen peritè amat, iraſcitur patri Creonti; multaque minatur; ſed mox abſtinens à cæde patris, ſe ipſum perimit. Verſus Sophoclis hi ſunt in quibus minitantem facit Hæmonem patri.

» Κρ. ταῦτ' οὖν πρὸς ἀνδρὸς ὄπωρ' ἔμ' ἔξω γαμεῖσ'.
» Αἱ. ἥδ' οὖν θανεῖται. καὶ θανοῦσ' ὀλεῖ τινά.
» Κρ. ἦν ἀπ' ἀπειλῶν ὧδ' ἐπεξέρχῃ θρασύς;
» Αἱ. ὑμᾶς δίκαιος ἀπειλῶν πρὸς κακοὺς γνώμας λέγειν;
» Κρ. κλαίων φρονήσεις, ὢν φρενῶν αὐτὸς κενός.

Paulo poſt vbi loquitur nuncius.

© SCD - Université de Poitiers

» ὁσὶ ὡσ ὁρᾷ σφε συγγνὸν οἰμώξασ ἔσω
» χωρεῖ πρὸσ αὐτὸν, κἀνακωκύξασ καλεῖ.
» ὦ τλῆμον, οἷον ἔργον εἰργάσω; ἵνα
» νοῦν ἔχ ὅσ; σὺ τῷ ξυμφορᾷσ ἀπεφθάρησ;
» ἔξελθε τέκνων ἱκέσιοσ σε λίσσομαι.
» τόνδ' ἀγρίσιοσ ὅσοισι παπτήνασ ὁ παῖσ,
» πλυξασ προσώπῳ, κ' οὐδὲν αὐτάπων, ξίφουσ
» ἕλκ' ἁπλοῦσ κυώλουσασ. ἐκ δ' ὁρμωμένου
» πατρὸσ φυγαῖσιν ἤμπλακ' εἶθ' ὁ δύσμορσ
» αὑτῷ χολωθεὶσ, ὥσπερ εἶχ σὺν ἐπτύξατο,
» ἤρεισε πλευρᾷσ μέσον ἔγχοσ. Et quæ ſequuntur.

Tametſi interpres quicunque ille ſit, aliter omnia interpretatur cum ait: οὐ κυρίωσ προσπλυξασ τῷ πατρὶ. ὄχ εἵλκε δὲ ξίφοσ καθ' ἁ πατρὸσ ὥσπερ ᾤετο. εἶπε γὰρ ἄνω.

» ἤδ' ὅν θανεῖν, καὶ θανοῦσ' ὀλεῖ νιν.

» ὁ ἄγγελοσ δὲ οὕτω νομίζων ἀπαγγέλλ. Vel igitur nuncius ita exiſtimarit; vel alia quæuis ſententia ſubſit, certè ita verba ſonant, & ſuperior ille verſus ambiguum habet ſenſum. Si igitur in Sophocleis his verſibus non inducitur Hæmon, qualem ſuperius diximus aliterque verſus, quoniam ambiguè prolati ſunt, intelligi debent, ab alio exemplum poëta ſumpſit Ariſtoteles, ſed Sophoclis hi verſus rem totam bellè exprimere mihi videntur, cum præſertim fugiſſe præ metum Creontem ait, cum in ſe ſtringi à filio gladium vidit.

» ἐκ δ' ὁρμωμένου.
» πατρὸσ φυγαῖσιν ἤμπλακε.

Euripides in Phœniſſis Creontem facit deſpondẽtem Antigonem Hęmoni filio, illã reluctantem, & ſequi cupientem patrem Oedipodem, nihil præterea de hac re.

» Τὸ γὰρ πρᾶξαι λύτρον.

» Proximum huic erit, ſcelus patrare.

Iam verò comparat inter ſe hos quatuor modos Ariſtoteles. quartus ille de quo locuti fuimus; (cum aliquis ſciens patraturus eſt cædem, neque patrat) vltimus; omniũ deterrimus eſt cenſendus, infimoque gradu collocandus; Primas autem (ſequor ordinem ſuperius inſtitutum ab Ariſtotele) modus, cum ſcilicet ſciens aliquis cædem patrat; paulò altiore gradu ſtatuendus eſt; aliquantoque probatior eſt quarto, infimum igitur gradum obtinet quartus modus. Proximum huic primus, quia patratur cædes; & habet in ſe illud τὸ δεινὸν, & ἐλεεινὸν. quod requirit tragœdia.

» Βέλτιον δὲ δ' ἀγνοοῦντα μὲν πρᾶξαι, πρ�ξαντα δὲ ἀναγνωρίσαι. τό, τε γὰρ μιαρὸν
» οὐ πρόσεστι, καὶ ἡ ἀναγνώρισις ἐκπληκτικόν.

» Quo ſane potius eſt imprudentem quidem patrare, patrantem verò agnoſcere, etenim & à facinore ſcelus abeſt: & ipſa planè agnitio ſtuporis eſt plena.

Secundus modus præſtantior primo; altioreque gradu cõſtituendus, eſt autem hic. cum imprudens aliquis cædem patrat, aut aliud quoduis facinus atrox, & nefarium poſtea verò agnoſcit ſe patraſſe. Nam modus hic non habet in ſe quidpiam μιαρὸν, & multa continet, quæ præſeferunt τὸ ἐκπληκτικὸν. nam in præſentia vocat, quod antè tàm ſæpe vocauit φοβερὸν. nam ἐκπλήττοντα, & καταπλήττοντα vocantur ea, quæ iniiciunt metum, ac horrorem, Demoſthenes in Orat. πρὸσ στέφανον ait. παρακαλεῖν δὲ αὐτὸσ μηδὲν καταπλαγήτασ τὸν φίλιππον αὐτέχεσθαι τ' ἑαυτοῦ, καὶ τῶν ἄλλων ἑλλήνων ἐλευθερίασ.

» Κράτιστον δὲ τὸ τελευταῖον. λέγω δὲ. οἷον, σὺ τῷ Κρεσφόντῃ ἡ μελλ τὸν υἱὸν ἀποκτείνυν. ἀγνοῶν δὲ οὐκ, ἀλλ' ἀναγνώρισε καὶ σὺ τὴν ἱερωσύνην ἡ ἀδελφὴ τὸν ἀδελφόν· κἦ

» ἐν τῇ Ελλῃ ὁ υἱὸς τὴν μητέρα ἐκδιδόναι μέλλων, ἀνεγνώρισεν.

» Nouissimum verò præstantissimum est: exempli gratia: in Cresphõ
» te, Merope filium interficere debet, non autem interficit, ita etiam
» & in Iphigenia soror fratrem, in Helle filius matrem abalienaturus
» agnoscit.

Tertius modus omnium præstantissimus est, supremoque gradu collocandus. Est autem hic, cum aliquis patraturus cædem; antequàm patret, agnoscit, & ideò non patrat. Affert huiusmodi exemplа duo Aristoteles. Prius est, in Cresphonte (sic enim inscribebatur tragœdia) Mérope filiũ interfectura, nõ interficit quia agnoscit. De Cresphonte meminit Demosthenes in oratione τὴν περὶ στεφάνου, vbi illudit Aeschinem, tanquam histrionem, qui in tragœdiis personam referret Cresphontæ, & aliorum Regũ.

» σὲ δὲ μισῶ ἥρωα τὴν τυχόντα, ἀλλὰ τούτων ἕνεκα τῆς ἀρχῆς τ' ἀκλωῆτος κρεισσόντων, ἢ κρέουσα, ἢ ὃν οὐ κολύσῃ ποτὲ οἰνόμαον κακῶς ὑποκρινόμενος ἐπέρριψας. Aristoteles quoque libro Ethic. tertio sub initium fermè, his verbis, vbi enumerat omnes modos, quibus aliquis aliquid ignorare dici potest; mirificè autem tota illa disputatio ad tragœdiæ hunc modum, de quo

» loquimur, spectat. ἅπαντα μὲν δὴ ταῦτα οὐδεὶς ἂν ἀγνοήσειε μὴ μανομένου· ὅλως δὲ ὡς οὐδὲ τὸν πράττοντα, παῦσι γὰρ ἑαυτόν γε. ὁ δὲ πράττει ἀγνοήσαν ἄν τι ποιήσειε. δῖον λέγουσιν ἐκπεσεῖν αὐτόν, ἢ οὐ εἰδέναι, ὅτι ἀπόῤῥητα ἦν, ὥσπερ καὶ ἐν Υλοσκόπῳ τῷ μυσικῷ, ἢ δεῖξαι βουλόμενος ἀφεῖναι. ὡς ὁ τὸν καταπέλτην, οἰκεῖον δ' ἂν ποιοῦσι καὶ τὸν υἱὸν πολέμιον εἶναι, ὥσπερ ἡ Μερόπη καὶ ἐσφαιρώθαι δ' ἐλέγχῳ φιλίαν δόξαν. ἢ τὸν λίθον κίονηρὸν εἶναι, μὴ ἀδεῖ σωτηρίᾳ παίζοντ' ἀποκτεῖναι ἄν, καὶ δεῖξαι βουλόμενος, ὥσπερ οἱ ἀκροχειρίζόμενοι, παίζειν ἄν. πάντα δὴ ταῦτα τ' ἀγνοίας ὄντος, οὐ δίς ἡ πρᾶξις ὁ τούτων τι ἀγνοήσας ἄκων ἔοικεν πεπραχέναι. & quæ sequuntur. Plutarchus quoq. lib. 11. περὶ ἀφεκοφαγίας de Merope loquens, profert nonnulla, quæ maximè illustrant hunc Aristotelis locum. σκόπει δὲ καὶ τὸν ἐν Φαγεδαίνῃ Μερόπην ἀεὶ τὸν υἱὸν αὐτὸν ὡς φονέα τῆς υἱοῦ πέλεκον ἀραμένην, καὶ λέγουσαν.

» ὡνητέραν τὴν ἐμὴν ἐδέξω πλαγάν.

» ὅθεν ἐν θεάτρῳ κίνημα ποιεῖ ξωκεροθαίζουσα φασιν. καὶ ἐκεῖ μὴ φθάσῃ τὸν ἐπιλαμβανόμενον γέροντα, καὶ φωνὴ τὸ μιαιφόνον εἰ δὲ ἕτερος λέγων παρεισέρχεται γέρων.

» παῖζον, πολέμιος ἔσῃ. ἕτερος δὲ

» μὴ παίσῃς υἱὸς ἔσῃ.

» πότερον ἀδίκημα μεῖζον, ἐχθρὸν κολάσιν ἐκλιπεῖν δι' ὃν υἱόν, ἢ τεκνοτονίαν περιπεσεῖν ὑπὸ τῆς πρὸς τὸν ἐχθρὸν ὀργῆς. ὁπότε τοίνυν οὐ μῖσος ἔσῃν. οὐδὲ θυμὸς ὁ πρὸς τὸν φόνον ὑφάγων ἡμᾶς, οὐδὲ ἀμωσία τις οὐδὲ φόβος ἐστὶν αὐτῆς ἀλλ' εἰς ἡδονῆς μέρος. & quæ sequũtur. Debet hic locus diligenter considerari; nam explicat totam actionem tragicam Meropes, quæ filium peremptura erat, tanquàm eum qui filium peremisset. Mox aũt agnitio pulcherrima facta est, præterea quatenus ait subesse semper oportere causam aliquam cædis patrandæ, aut odiũ, aut iram, aut vltionis appetitum, aut metum; ostendit qualia conueniant facinora imitationi tragicæ. si enim voluptas tantum hominem ad patrandam cædem impellat; is planè nefarius existimari debet; neque aptus ad tragœdiam. Alterum exemplum, quod affert Aristoteles, ex tragœdia, quæ inscribebatur Helle, seu Phrixus. Filius enim matrem cum esset amandaturus in aliquam solitudinem, mox eam agnoscens, destitit. ἐκποιήσαι μέλλων. (abalienaturus vertit Paccius). Athenæus lib. v 1. vbi loquitur de seruis, nominat tragœdiã Euripidis, atque ex ea versus recitat vnũ. καὶ Εὐριπίδης δὲ ἐν Φρίξῳ λάφυρα αὐτὸν ὀνομάζει δι' ἃ τούτων.

» λάτρις πενέστης ἀμὸς ἀρχαίων δόμων.

Fabula verò tùm Meropes, tùm Helles, satis vulgò nota est, ideo nihil de iis hoc loco dicam; Alterum potest addi exemplum simile superioribus ex Iphigenia Euripidis; nam soror mactatura fratrem, non mactat, quia agnoscit. de qua re satis multa antè dicta sunt.

» Διὸ δεῖ ὅπερ, ὅπερ πάλαι εἴρηται, οὐ περὶ πολλὰ γένη αἱ τραγῳδίαι εἰσὶ ζητοῦντες γὰρ οὐκ ἀπὸ τέχνης, ἀλλ' ἀπὸ τύχης εὗρον τὸ τοιοῦτον παρασκευάζειν ἐν τοῖς μύθοις. ἀναγκάζονται δὴ ζῆν ταύτας τὰς οἰκίας ἁπάντων, ὅσοις τὰ τοιαῦτα συμβέβηκε πάθη.

© SCD - Université de Poitiers

» Quapropter (ſicuti iam pridem diximus) multarum familiarum
» Tragœdiæ non ſunt. ſiquidem quærentes non ab arte quidem, ſed
» à fortuna mutuati ſunt: ita fabulas contexere. Itaque fit, vt inuiti coga
» mur ad eaſdem ſæpius familias recidere, quibus videlicet huiuſmodi
» perturbationes contigere.

Hactenus explicati ſunt omnes modi actionum tragicarũ; quales ſint. Nunc ex iis, quæ antè dicta fuerunt, deducit concluſionem Ariſtoteles huiuſmodi; Non eſſe omnium perſonarum, non omnium actionum, & euentorum tragœdiam; ſed neceſſariò ad pauca euenta, & paucas admodum familias redigi. Notãdum veteres non tantùm à perſona, cui accidit calamitas, captaſſe tragœdiarum argumenta; ſed etiam à conſanguineis, cognatiſque illius, qui non expertes eſſe videbantur eiuſdẽ calamitatis. & ſic ex vna familia multæ tragœdiæ quidẽ deductæ ſunt, at è diuerſis perſonis. ex eadem tamen calamitate omnes manarunt. Ratio verò ſuperioris concluſionis hæc affertur; quia argumenta tragica, et actiones magis ab ipſa fortuna, atque euentu, quàm ab arte petenda ſunt. Innuit vtique Ariſtoteles, ſi fieri poſsit, oportere actiones tragicas eſſe veras, quia ita acciderint, ea, quæ ipſis continentur; ars enim excogitat, confingitque veriſimilia; etiam ſi non acciderint. Verùm illud magis propriũ tragœdiæ, quàm hoc. τὰ φοβερὰ, τὰ ἐλεεινὰ, τὰ θαυμαστὰ, ex quibus actiones tragicæ conſtituantur rarò accidunt ita, vt ſimul in eadem actione inſint; fortuita enim ſunt; & fati quandam vim præſeferunt. ideò paucarum familiarum tragœdiæ ſiunt. vt Pelopidarum, Labdacidarũ, Heraclidarum. atque hinc factum omnino, vt videas veteres poëtas omnes eadem tractaſſe argumenta, ſed mutatis Epiſodiis; nam mutatio hæc facit, vt diuerſo modo ſcribatur fabula, quia ducuntur ex veriſimili, & coniunguntur cum actione, quæ vera eſt, & nunquàm mutatur. aut rarò quidem: Calamitates vero Troianæ vrbis magnã ſegetem præbuerunt ſcribendarum tragœdiarum. quod ex Horatio antè retulimus, & Thucydides libro primo hiſtoriarum ſuarum ait ſepè obſcuratam veritatem rerum geſtarum, Troianis illis perſonis & narrationib. ſub quarum inuolucro res geſtas ſuæ ætatis proferebant.

» περὶ μὲν οὖν τῆς τῶν πραγμάτων συστάσεως, ἐκ ποίους, καὶ πόσους ἔστι δεῖ τοὺς μύθους, εἴρηται
» ἱκανῶς.

» Igitur tum quales eſſe fabulas oporteat, ſatis iam dictum.

Poſtquàm Ariſtoteles ſatis diſſeruit de prima tragœdiæ parte, quæ eſt Fabula. declarauitque omnia, quæ eò ſpectant; quales, quæue eſſe debeant; quales perſonas complecti, quo ordine contexi, quibus partibus conſtare oporteat. Epilogum ſtatuit, vt commodius, ſicuti requirit Methodus certa artificioſè ſcribẽdi, qua ipſe vbique vtitur, de artibus, & ſcientiis ad reliquas partes, quæ antè ſuis locis diſpoſitæ fuerunt, tranſgrediatur: appellat verò fabulam etiã in Epilogo σύστασιν πραγμάτων. ſicuti antè, nihil enim aliud eſt fabula tragica, quam actionis conſtitutio, quę cõmiſerationem, terroremque afferre poſsit ob ſui atrocitatem.

» περὶ δὲ τὰ ἤθη τέτταρά ἐστιν, ὧν δεῖ στοχάζεσθαι,

» Quantũ ad mores, quatuor ſanè ſunt, quæ indigent cõſideratione.

Tragœdiæ partes antè ſtatuit Ariſtoteles ex certa methodo, quã ſecutus eſt in ipſis inueniendis, & ordinandis, eſſe ſex. FABVLAM. MORES. SENTENTIAM. DICTIONEM. APPARATVM. MELODIAM. Iam de vna harum, hoc eſt de fabula, & eius conſtitutione egit. Nunc igitur aggreditur ſecundã, hoc eſt MORES. nam moratum oportet eſſe omne poëma; & tragœdiam in primis, quæ redundat affectionibus, ac perturbationibus, nam vt Ariſtotelis ſententiam ſecutus Hermogenes in libro

» περὶ ἰδεῶν ait. ἡ τραγῳδία πλοκὴ ἔκτοσθεν, καὶ θεῦμα, ὅπερ δεῖ καταμαθεῖν καὶ ἐκ τῆς τραγῳδίας,
» οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ὁμήρου τοῦτον γὰρ φησὶν ὁ πλάτων πατέρα τραγῳδίας εἶναι, καὶ χορηγόν. εὑρὼν

μὲν

© SCD - Université de Poitiers

» μὲν δὴ οὖ τοῖς προοιμίοις αὐτῆς ἀναμίξ ὄικτον, καὶ θαῦμα. Omnis autem commiseratio, terror
& admiratio, ex oratione morata proficiscitur, hæc autem ex mistione morum confi-
» citur, rursus repetit verbum illud σοχάζεσθαι Aristoteles, quia Poëtice, sicuti etiam
» Rhetorice, ars est σοχαστικὴ quatenus ex verisimili multa deducit. Sic etiam Proclus
» in Quęstionib. poëticis ait. δεῖ γὰρ τὸν ποιητικὸν διὰλογίσασθαι σοχάζεσθαι, μὴ ἀναρμοσίας, μὴ δυρυθμίας.
In moribus Poëtæ quatuor sunt diligenter considerանda. Totidem autem, nec plura
considerari oportere colligi potest hac enumeratione, & methodo. Mores duplici mo
do considerantur à poëta, aut secundum habitum, quo modo etiam considerantur à
Philosophis. Habitus autem est animi (vt Cice. libro primo de Inuẽtione philosopho-
rum, atque Aristotelis in primis sententiam secutus ait) cõstans, & absoluta aliqua in
re perfectio, vt virtutis aut artis alicuius perceptio, aut cuiusuis scientiæ. Vel mores
(nã hic est alter modus) cõsiderantur à poëta, quatenus in personis insunt his vel his.
Quatenus igitur primo modo cõsiderantur mores à poëta, existit prima pars Enume
nis, boni ne sint, an mali, hoc enim totum ab habitu prouenit. Rursus quarta pars enu
merationis, itidem & tertia ex eodem primo modo existit; nam, cum habitus animi
omnis, sit constans; æquabiles, similesque mores esse oportet, duo enim hæc sunt sepa-
rata, τὸ ὁμαλὸν. τὸ ὅμοιον, vt postea dicemus. Quatenus autem secundo modo consideran
tur mores à poëta, existit secunda pars enumerationis, quam vocat Aristoles τὸ ἁρ-
μόττον hoc enim seruari non potest, nisi ad personas respicias, vel has, vel illas, nam
quot modis distinguantur, dicemus paulò post copiosè. Hæc est igitur ratio, quam se-
cutus est Aristoteles in hac enumeratione, seu diuisione.

» Ἓν μὲν οὖν πρῶτον, ὅπως χρηστὰ ἦ. ἔξει δὲ ἦθος μὲν, ἐὰν, ὥσπερ ἐλέχθη, ποιῇ φανερὰν ὁ
» λόγος, ἢ ἡ προαίρεσις προαίρεσίν τινα, φαῦλον μὲν, ἐὰν φαύλην. χρηστὸν δὲ, ἐὰν χρηστήν. ἔστι δὲ
» ἐν ἑκάστῳ γένει. καὶ γὰρ γυνή ἐστι χρηστὴ, καὶ δοῦλος. καίτοιγε ἴσως τούτων ἡ μὲν χεῖρον. τὸ δὲ
» ὅλως φαῦλόν ἐστι.

» Eorum vnum, idque primùm est, vt probitatem præ se ferant. vt-
» cunque enim mos inerit: si, quemadmodum dictum est, tum sermo,
» tum actio animi propositum, qualecunque fuerit, indicauerit: impro-
» bus quidem si improbum, probus si probũ: id verò inest in vno quo-
» que genere. Nam & mulier proba est, & seruus, tametsi forte hoc
» deterius, illud omnino improbum sit.

Prima pars enumerationis quadripertitæ, continet hoc ὅπως χρηστὰ ἦθη. Vt sint
probi mores. Sed interim declarat Aristoteles id quod antè copiosè dictum fuit.
Si quis enim quærat; quando ne oratio, seu poëma dicetur habere mores; Respon-
det ipsemet in contextu; quando vel actio, vel sermo indicauerit animi habitum, &
electionem, qualis sit. Duo vero protulit, & actionem, & sermonem, quia his duo-
bus significatur, detegiturque animi habitus, alioqui occultus, & abditus, neque
enim cadit sub sensum. Sed tunc primum cognoscimus aliquem, qualibus moribus sit
præditus, cum illum agentem videmus aliquid; aut loquentem, index enim animi, mo
rumque est sermo, de hac re plura dicerem, sed non est necesse, quia superiùs hæc co-
piosè à me declarata fuerunt. Sed adnotandum hoc loco ingeniosè ab Aristotele di-
ctum fuisse ὅπως χρηστὰ ἦ tantùmmodo, non autem φαῦλα etiam, innuit enim summus
vir, poëtam non debere in suis poëmatibus improbos mores effingere, atque hac in re
conuenit cum Platone; nam (vt Proclus testatur, satisque patet apud ipsum in Dia-
logis de rep.) Duæ causæ Platonem impulerunt, vt poëmata tragica, comica, reli-
quaque omnia reiiceret, in quibus esset imitatio. Altera quidem διὰ τὸ ποικίλον. Altera
» autem διὰ τὸ τῶν παθῶν ἀμέτρως κινητικόν. Varietas est (Sic enim appello τὸ ποικίλον, seu ποικιλίαν
à Proclo vocatam) cum imitamur tam bonos, quàm malos, temperatos, iustos, incon-
tinentes, & iniustos, fures, adulteros; & huiusmodi mistim, ham Plato non probat hãc
mistam varietatem, quia si poësis hoc sibi habet vnum propositum semper, vt vtilita-

© SCD - Université de Poitiers

tem afferat institutioni hominum; non est necesse imitari vllum hominum genus, præter bonos, & sapientes; nam si varietas insit in poëmate, illa cum homines suapte natura propensiores ad voluptatem sint, quàm ad virtutem, & sapientiam, necesse est vt illorum mores corrumpantur; dum student illis similes esse. Est quidem (inquit Proclus) illa ποικίλη imitatio iucundissima; sed non est παιδευτικὴ ideòt non pertinet ad rectè instituendam hominum vitam. Hæc ego pauca excerpsi ex Proclo in libro de Quæstionibus poëticis. Aristoteles igitur Platonis sententiam partim nõ probauit, partim probauit; nõ probauit, quatenus Plato redundare affectionibus, & perturbationibus animi nolebat poëmata; nam tali imitatione putauit, longè aliter quàm sentiebat Plato; non modo corrumpi mores hominum; affluereque ipsorum animos talibus affectionibus, sed expurgari potius ab omni genere perturbationum; qua autem ratione id fieri posse existimet Aristoteles, nos superius in definitione tragœdiæ, copiosè declarauimus. Probauit autem Platonis sententiam Aristoteles, quatenus improborũ non vult morum imitationem fieri in tragœdia, neque aliis poëmatibus, nisi forte in comœdia, est enim maximè necesse pro rerum materie, de quibus illic agitur. Quamuis, cum Platoni vix videretur imitatio cõstare posse, nisi improborum mistio fieret, tollendam prorsus omnem imitationem esse aliquando existimarit. Hinc Proclus in Quæstione quarta; Is erit, inquit, secundum τὸν τύπον à Platone descriptos absolutissimus laudatissimusq. poëta, qui sublata omni varietate, & mutatiõe imitationis, erit tã tummodo Deorum, & bonorum virorum laudator, vel, vt ipsius proferam verba, τῆς θεῶν, ἢ τῆς ἀνδρῶν ἀγαθοποιῶν ὑμνῳδὸς. Quod si voluerit tamen aliquas fabulas per imitationem effingere, nam hoc aliquando concedit Plato; necesse erit vt fabulas aptè fingat ductas, vel à rebus naturalibus, quæ præter naturam non sunt, vel ἀπὸ τῆς ἢ θικῶν, λαμβάνων τὸ εὐθὲσμα καὶ ἄξια τῆς ἀληθῶ καὶ ἀγαθῷ κεκοσμημένων, οἷον νόμων ἐπίλυσιν παίδων εἰς πατέρας ὑμᾶς, καὶ τοῦτο ἔοικεν πρέπον τὸ περιπλάσμασι τῆς θείων ἐννοημάτων. Vocat autem περιπλάσματα fabulas, ideòt integumenta, & inuolucra quædam rerum diuinarum, ea enim de causa ab antiquis philosophis, vt alibi diximus, cum eiusmodi vigeret philosophandi ratio, fabulæ confictæ fuerunt. Addit paulò post Proclus. Si contigerit, vt de Heroibus mẽtio fiat, vt in singulis actionibus ipsorum expressa appareat imitatio; nam præclaræ sunt, & pertinent ad rectè instituendam hominum vitam; Si autem contigerit, vt improborum mores sint exprimendi, id nisi coactus poëta rarò faciat; sit saltem eorum imitatio ἐπιεικεστέρα, ἵν' ᾖ τοῖς νέοις ὠφέλιμος πρὸς ἀκρόασιν. Idem paulo post, imitatio sit tantùm virorum bonorum; & si quando contigerit imitari hominem agitatum perturbationibus (παθαινόμενον ipse vocat) aut improbum, vt saltem non sit ἀνεπίπληκτος ideòt desperatæ improbitatis, quæ corrigi nequeat. Sed adhuc apertius in Quæstione tertia idem Proclus ait imitationẽ fieri debere tantũ bonorũ morũ. Disciplina (inquit) alia est vniuersalis; alia particularis. Vniuersalis ad philosophum, aut legum latorem pertinet. Particularis autem est propria ἀγαθοῦ ἑνὸς δηλῶ τὰ ὑμνῳδίαν (poëtam significans) καὶ γὰρ καὶ οὗτος δεῖ παιδεύεσθαι ὑπὸ τρόπος τοῖς ἀρχαίοις μάλιστα σωφρόνως δηλῶ δὲ ἵνα πεῖραν τῆς κατ' ἀρετὰ ζησάντων, ὁρμηγεῖν ἄλλους κατ' ἐκείνων μίμησιν εἰς ἀρετὰ. οἷον τὸ ὁμήρου.

καὶ τῆς προσθεν ἐπευξόμεθα κλέος ἀνδρῶν. καὶ τόδε.

οὐχ ὁράᾳς οἷον κλέος ἔλαχε δῖος ὀδυσσεύς.

πάντεσσιν ἐπ' ἀνθρώποισι. καὶ τόδε.

ὃ γὰρ τοίους ἤθεσιν ἀνέρας ὧδε ἐοικέναι

καρτίστοι μὲν ἔασι, καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο.

ἕκαστα γὰρ τοιούτων παιδεύει μὲν, ἀλλὰ δηλῶ παραδείγματων. Hæc ego volui referre ex Proclo, vt quilibet perspiceret non sine causa, cum Arist. loqueretur de moribus; primùm monuisse; vt effingant poëtæ τὰ χρηστὰ ἤθη; nam in tragœdiis; an secus sit aliquando factum; an quoque rectè factum à veteribus poëtis, postea dicemus. Nunc redeo ad cõtextum Aristotelis explicandum. Bonos mores ait esse considerandos οὗ ἑκάστῳ γένει. Videndum quid intelligi debeat per illã dictionem γένος. duplex apponit ipse exemplum, cum ait. γυναῖ, & ἀνδρῶν; nam illud ad sexum, hoc ad fortunam refertur. Cice. quoque libro primo de Inuentione, vbi dat confirmationis præcepta, ait, atque hominum genus quidem

dem etiam in ſexu conſideratur, virile, an muliebre. Idem paulò poſt. In fortuna quæritur, ſeruus ſit, an liber; pecunioſus, an tenuis; priuatus, an cum poteſtate; felix an clarus, an contra. Ariſt. ipſe lib. Rhetoric. III. vbi loquitur de oratione morata, ait ipſam
» duplicem eſſe, nam ἀκολουθεῖ ἑρμόττουσα ἑκάστῳ γένει, καὶ ἴδιά. Declarat autẽ quid ſit γένος. his
» verbis, λέγω δὲ γένος μὲν καθ' ἡλικίαν, οἷον παῖδα, ἢ ἄνδρα, ἢ γέροντα, ἢ γυναῖκα ἀνδρὸς καὶ λάκωνα. Aetatem, ſexum. nationem, ea vna dictione exprimit, ſed hoc loco in Poëtice, ſicuti diximus, ſexum tantùm, & fortunam. Verum de his poſtea copioſius agemus. Probitas morum non ſimplici quadã ratione per ſe eſt conſideranda; ſed propter ea, in quibus ineſt; nã iidem mores, qui in aliqua perſona laudantur; in alia iidem non fuerint laudabiles, exemplum horũ eſto. Neſtor, Socrates, Pericles, probus, mulier proba, ſeruus probus quilibet horum in ſuo genere probus. Sed hic, ſi cum altero conferatur, minus probus; imò vero improbus dici poteſt. Tantum diſcrepantiæ, ac diuerſitatis eſt in moribus propter perſonas. Da mihi ſeruum aliquem non eſſe furacẽ, in ſeruo hęc erit ſumma virtus & probitas; In viro inſigni, ac Herôe, nulla laus. In muliere laus eſt texere, pingere acu, nere: in viro hæc non laudãtur. Hinc Athenæus Alexidis poëtæ Comici libro ſexto citat ὁμοιοσία ὑφαίνουσα. per iocum enim, vt ſolẽt Comici, poëta ille tale cõfinxit drama. Alexandrum accepimus à Philippo Macedonũ Rege patre reprehenſum, cum eum inter cantores canentem deprehendiſſet, quòd regi non conueniret. Neroni datum probro, quòd peritus eſſet cantor, quòdque verſus ſcriberet. Cõmodo quòd optimè luctaretur, & iacularetur; Quare laudes eæ, quę conueniunt inferioribus, laudes nõ ſunt, ſi attribuantur præſtantioribus. Verùm de his hactenus. nã ſpectãt fortaſſe ad ſecundam partẽ potius. Illa verba adnotanda in contextu. NAM ET MVLIER proba, & ſeruus probus. Sic enim vertit Paccius, ſed malè: nam γυνὴ hic ſignificat vxorem. Hoc loco velim omnes cõſiderent, quanti referat perperam vnam dictionem vertere. tametſi fortaſſe hoc χεῖρον, illud omninò φαῦλον ſit, nam ſententia Ariſtotelis hæc
» eſt, probitas vxoris ſi attribuatur viro iam deterior fit; Si ſerui mores attribuantur Re
» gi, aut viro alicui inſigni, non modò deterior, ſed malus etiam videri poterit, ex quo patet, eam, quæ in ſeruo erat probitas, iam in Rege eſſe vitium. vxor igitur proba eſt, ſi caſta, ſi verecunda, ſi taciturna, ſi officioſa erga virum. Seruus probus, ſi fidelis, ſi ſedulus, ſi obſequens, ſi officioſus erga dominum; Rex probus, ſi iuſtus, ſi vigi-
» lãs, ſi officioſus erga populos ſibi ſubiectos. De ſeruo Ariſt. lib. VIII. Ethi. ait, ἀλλ' οἷον
» τεχνίτῃ πρὸς ὄργανον, καὶ ψυχῇ πρὸς σῶμα καὶ θεραπόντῃ πρὸς δεσπότην πρὸς δοῦλον, ὠφελεῖται μὲν γὰρ τοῦτο ὑπὸ τ
» χρωμένων, φιλία δὲ οὐκ ἔστι πρὸς ἄψυχα. ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ἵππον ἢ βοῦν, οὐδὲ πρὸς δοῦλον, ᾗ δοῦλος, οὐδὲν
» γὰρ κοινόν ἐστιν, ὁ γὰρ δοῦλος ἔμψυχον ὄργανον, τὸ δ' ὄργανον, ἄψυχος δοῦλος. ἢ μὲν οὖν δοῦλος οὐκ ἔστι φιλία
» πρὸς αὐτόν. probat his verbis Ariſtoteles non poſſe amicitiam vocari inter dominum, & ſeruum, ſed quatenus ait ſeruum eſſe animatum inſtrumentum, quo vtitur dominus, vel ex hoc ipſo ſatis cognoſci poteſt, quale ſit officium, probitaſque ſerui, vt ſcilicet ſui vſum domino in omnibus rebus præbeat. De hac re Horatius ad Piſones ſcribens ait. Intererit multum Dauus ne loquatur an heros, Maturus ue ſenex, an adhuc florente iuuenta, Feruidus, an matrona potens, an ſedula nutrix Mercator ue vagus, cultor ue virentis agelli, Colchus, an Aſſyrius, Thebis nutritus, an Argis.

» Δεύτερον δὲ τὰ ἁρμόττοντα. ἔστι γὰρ ἀνδρεῖον μὲν τὸ ἦθος, ἀλλ' οὐχ ἁρμόττον γυναικὶ, δ'
» ἀνδρείαν, ἢ δεινὴν εἶναι.

» Secundo loco ſequitur, vt conuenientes ſint. Fortitudo enim mos
» eſt: ſed eſſe vel fortem, vel prudentem, vtique mulieri non conuenit.

Alterum, quod requiritur in moribus; eſt, vt ſint conuenientes. Fortitudo enim virtus eſt ſumma. At ſi attribuatur fœminæ; & poëta fœminã effingat fortẽ, qualis Achilles effingitur ab Homero, non conuenire illi videbitur; Si quis quærat, quid ſit illud quo hæc ſecunda pars differat à prima; iam diximus antè, cum declararemus methodum huius enumerationis, ſeu diuiſionis: Addo tamen hoc præterea. Requirebamus

© SCD - Université de Poitiers

antè, vt in personis exprimeretur probitas, quæ diuersa est, pro diuerso hominum genere; hic verò requiritur conuenientia, ideſt τὸ ἁρμόττον. exemplum, quod retuli, in Græco cõtextu, ita sese habet: ὅτι γὰρ ἀνδρεῖον μὲν τὸ ἦθος, ἀλλ' οὐχ ἁρμόττον γυναικὶ τὸ ἀνδρεῖαν, ἢ δεινὴν εἶναι. hoc loco illa dictio γυναικὶ rectè vertitur mulieri, seu fœminæ, nam sexum significauit Aristoteles. Sed non possum satis mirari; quomodo interdum fiat vt tantopere hallucinentur aliquando homines in vertendo; quid enim erat? quod Paccius, in superiore loco nõ animaduerteret γυναῖκα vxorem significare; si enim de muliere id quoque proferatur; non'ne idem bis proferre videbitur Aristoteles? aut quæso, quomodo opponetur vnquam MVLIER SERVO? aut quomodo secunda pars à prima distingui poterit? Hoc quidem erat saltem animaduertendum, Hermogenes quoque

» optimè explicat huoc locum, in libro secundo τοῦδὲ γοργότητος. his verbis, ἠθικὰς δὲ λόγους γένοιτο ἄν, εἰ τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις οἰκείους, καὶ περὶ ποτὲ ἕκαστα τοὺς λόγους περιάπτοι τις, οἷον ἕρκτικοῖς. ἢ ἐν τόρσει, ἢ τοῖς ἐθίμοις ὀνομασθεῖσιν ἠθικοῖς, οἷον λίχνοις, ἢ φιλόλοις, ἢ φιλαργύροις, ἢ τοῖς τοιούτοις, καὶ μαθησόμεθα ποῖα εἰδὴ ἔσται ἁρμόττοντα προσώποις ἐν τῷ τοῦδὲ μὴ ὑπότητος. Paulò post. ἦθος τοίνυν ἐν λόγῳ ποιεῖ ἐπιείκεια, καὶ ἀφέλεια, καὶ πρὸς τοῦτο τὸ κατ' αὐτὴν ἐμφαινόμενον ἀληθὲς, καὶ οἰκεῖον.

» τον. Horatius ad Pisones scribens, de moribus adaptandis cuique ætati; ait.

» Si Plausoris eges aulæa manentis, & vsque
» Sessuri donec cantor (Vos Plaudite) dicat.
» Ætatis cuiusque notandi sunt tibi mores.
» Mobilibusque decor naturis dandus, & annis, & quæ sequuuntur,

» Idem paulò post. Ne fortè seniles
» Mandentur iuueni partes, pueroque viriles.
» Semper in adiunctis, æuoque morabimur aptis;

Paulò post autem idem ipsum, quod Aristoteles hoc loco, ita explicat

» Qui didicit patriæ quid debeat, & quid amicis
» Quo sit amore parens, quo frater amandus, & hospes
» Quod sit conscripti, quod iudicis officium, quæ
» Partes in bellum missi ducis; ille profectò
» Reddere personæ scit conuenientia cuique
» Respicere exemplar vitæ morumque iubebo
» Doctum imitatorem, & veras hinc ducere voces.

De iis etiam quæ propria sunt singularum ætatum, qui volet, copiosè poterit legere Apud Aristotelem libro Rhetoric. secundo: vbi quales homines sint moribus, affectionibus, habitibus, ætate, fortunaque describit.

» Τρίτον δὲ τὸ ὅμοιον. ἔστιν γὰρ ἕτερον τοῦ χρηστὸν τὸ ἦθος, καὶ ἁρμόττον ποιῆσαι, ὥσπερ εἴρηται.

» Tertio, vt constent sibi, est enim separatum hoc ab eo, quod est præ
» se ferre per mores probitatem, conueniensque seruare.

Tertium, quod requiritur in moribus est τὸ ὅμοιον ideſt. SIMILE. Similes enim effingi semper oportet. Hoc autem differt à superiore; nam τὸ ἁρμόττον refertur ad sexum, ætatem, & dignitatem. τὸ ὅμοιον autem refertur ad aliquem hominem, vt pote Socratem. Platonem. Periclem. cuius mores exprimi debent, sicuti antè ab aliis poëtis, qui antè scripserunt, expressi fuerunt. τὸ ὅμοιον igitur deducitur ex fama iam confirmata, & opinione ab hominibus recepta; sed rem totam apertius declaro. Si Poëta effingit aliquam personam, debet quàm maxime fieri potest, effingere secundum simile; simile autem tunc agnoscetur, cum talia aget, & dicet, qualia homines iam sciunt, ipsum agere solere & dicere. exempli causa. Receptum est in opinionem hominum; Achillem inexorabilem esse; acrem; talis est igitur effingẽdus. Vlyssem callidum esse, ac vafrum; talis exprimendus. Medeam ferocem; talis igitur exprimenda secundum simile. de qua re Horatius ad Pisones scribens ait.

» Aut famam sequere, aut sibi conuenientia finge

Scriptor;

© SCD - Université de Poitiers

» Scriptor;honoratum ſi forte reponis Achillem;
» Impiger,iracundus,inexorabilis,acer;
» Iura neget ſibi nata;nihil non arroget,armis.
» Sit Medea ferox,inuictaque flebilis Inò.
» Perfidus Ixion,Iò vaga,triſtis Oreſtes.

Proclus, Platonis inter pres, Philoſophus doctiſs.in Quæſtione prima poëtica.vbi quærit,reddereque conatur rationem, cur Plato non recipiat in ſuam remp.poëticē, poëtaſque, qui imitantur;ait; qui ἀνομοίως imitantur; ideſt non exprimunt perſonas, quales ſunt,ſecundum ſimile. Sed ipſe'met Proclus explicat, quid ſit ἀνομοίως imitari; Cum aut Herôas,aut Deos imitantur, iis attribuentes ea,quæ hominibus cõueniũt. ἀνομοίως etiam, quia ipſis ſermones perturbationis plenos attribuunt, quos ipſe vo-
» cat λόγους ἐμπαθεῖς, cum dii omnibus vacent perturbationibus. δεῖ δὲ (referam enim
» Procli ipſius verba) τὸν μιμητὴν, καὶ τοὺς οἰκείους οἰκείως παρέχεσθαι τοῖς πράγμασιν εἰκόνας ἐκείνων
» ἓν βουλομένους, καὶ τὰ ὀνόματα πρέπον τοῖς οἰκείοις ἐκλέγεσθαι. Hinc Plato ſæpè dicere ſolet Homerũ de Diis καλῶς ψεύδεσθαι. ideſt pulchre,honorificeque mentiri;pulchrum mendaciũ appellãs,quod fit διὰ ὀνομάτων καλῶν, hoc eſt ſub prætextu honeſtorũ nominũ;quibus inuoluit veritatem. Præterea eundē Homerum de Heroibus parũ honorificè mẽtiri,dum iis attribuit illa,quę hominũ propria ſunt. Et ſic Homerum, cũ fuerit opus mentiri;non honeſtè mentiri, propter improprietatem nominũ quæ Diis non conueniunt.Cũ aũt fuerit opus vera proferre,ipſum mẽtiri, quia falsò perturbationes attribuit Diis quæ mortalium propriæ ſunt. Cauſam verò horum erratorum explicat
» Plato in Timæo.ſic. ὅλῳ τὸ μιμητικὸν ἔθνος (poëtas intelligens) οἷον ἂν οὐδεμιᾷ. αὐτὰ μιμεῖσθαι
» ἀμαθέστερα μᾶλλον. ὃ δὲ ἔστι παρὰ τὰ φαῦλα ἑκάστῳ difficile eſt imitari τῷ ἔργῳ ideſt,reipſa; multò autem difficilius ſermone. Et ideò poëtæ nõ poſſunt Herôum facta exprimere;neque illorum vitam fortem, prudentem, atque honeſtam imitari; neque illorum effingere ſermones, quos in bello cum hoſtibus, vel in vrbe inter ſuos ciues proferunt;ſed eos ipſis attribuunt ſermones,quibus vulgò homines improbi,ac parum prudentes vtuntur;inde ſumẽtes nomina & appellationes,hoc eſt ab iis rebus,& nominibus, quibus à pueritia aſſueti ſunt.Imitatio igitur (inquit Proclus) ἀνόμοιος duplex eſt; Altera quidem,vt ſi pictor Achillẽ volens exprimere, Therſiten exprimat.Altera autẽ, vt Achillem quidem exprimat; ſed illi artribuat res non conuenientes, & effingat aliquando. ἐκ φυλακτέον τὰ ζωὴν ἀνοήμονα. ideſt nõ ſeruantem rationem viuendi virilem;qualem ipſum ſecutum ſemper conſtat.

» Τέταρτον δὲ, τὸ ὁμαλόν. κἂν γὰρ ἀνώμαλος τις ᾖ ὁ τὴν μίμησιν παρέχων, μὴ τοιοῦτον
» ἦθος ὑποτιθεὶς, ὅμως ὁμαλῶς ἀνώμαλον δεῖ εἶναι.

» Quarto vt æquali tenore procedant. Quanquam enim hiſtrio, vt
» qui talem perſonam induerit,inæqualis appareat, omnino tamen illa
» inæquabilitas æquabiliter perpetuò regenda.

Quartum,quod ait Ariſtoteles in moribus eſſe ſeruandũ à poëtis,eſt τὸ ὅμαλον. ideſt æquabilitas,ſic enim etiam τὸ ἀνώμαλον inæqualitatẽ vocare poſsis; æquabilitas hæc poſtulat,vt quem ſemel poëta iracundum effinxerit, eundem vſque ad exitum effingat iracundum;quem placidum,eodem modo.modo,& fortem,& callidum; ſingulaque huiuſmodi;differt pars hæc à priore,quia τὸ ὅμοιον ducitur ab iis, qui antè ſcripſerunt; τὸ ὁμαλὸν autem non itidem; nam præceptio hæc refertur potiſsimum.ad eos, qui nuper à poëta fuerint expreſſi mores in noua aliqua perſona, quam faciat loquentẽ.Prętera neceſſe fuit hoc addere priori,quia poterit fortaſſe quiſpiam exprimere τὸ ὅμοιον, ſed ἀναμάλως; id docet Ariſtoteles diligenter eſſe cauendum. Ratio autem huius præceptionis eſt huiuſmodi.mores,actioneſque ex habitu proueniunt;Habitus aũt conſtans eſt,ſemperque ſe eodem modo habet, debent igitur æquabiliter mores in omni perſona exprimi. Atque hoc ſanè videtur eſſe ſecũdum genus imitationis ἀνομοίου, de

© SCD - Université de Poitiers

» quo differt Proclus in Quæstionibus poëticis;vt paulò antè retulimus,cum afferebamus exemplum eorum, qui effingunt Achillẽ aliquando ὁ διαφυλάττον τὸ ἑλληνικὸν
» debet enim semper fortis, viriliſque exprimi Achilles:atque ſic in eius perſona ſeruabitur τὸ ὁμαλὸν,id quod ingeniosè eſt ab Homero factum.Sed,quoniam erat conſuetudo olim,vt vnus tantùm,mox duo;poſtea tres ad ſummum(hoc enim ſuperius ex Ariſtotelis præſcripto à nobis declaratum fuit,cum loquerem ur περὶ φιλοτεχνισοῦ) hiſtriones adhiberentur in recitandis tragœdiis;contingere poterat, vt culpa hiſtrionis diuerſorum hominum diuerſos mores in eadem tragœdia referentis; appareret aliqua inæquabilitas;innuit Ariſtoteles,debere quidem ipſum hiſtrionem ſeruare æquabilitatem in tota tragœdia;ſed hoc magis eſſe poſitum in artificio poëtarum qui tales, effingant vſque ad exitum perſonas, vt nulla deprehendatur in moribus diſcrepantia. quamuis igitur inæquabilis ſit vox,& actio hiſtrionis (neceſſe eſt enim vt id aliquando fiat,quòd variarum perſonarum refert mores, ſubinde tantùm mutatis veſtibus) æquabiliter tamen inequabilem eſſe oportet. quod argutè,breuiterque ab Ariſtotele dictum ita videtur intelligendum.Hiſtrio æquabilitatem ſeruat in Oreſte,in Oedipode,in Aiace,quotieſcunque eiuſdem hominis reſumens perſonam,mutatis veſtibus, ita aptè effingit,vt ille ipſe videatur,non ſecus, ac ſi nunquàm aliam poſtea, mutatis veſtibus,ſumpſiſſet perſonam. Idem hiſtrio ἀνώμαλος dici poteſt,quia nõ eiuſdem perſonæ mores ſemper in eadem tragœdia effingit.Eſt igitur ὁμαλῶς ἀνώμαλος.ideſt. æquabiliter inæquabilis.ἀνώμαλος quidem,quatenus varios diuerſarum perſonarum mores effingit.ὁμαλὸς autem,quatenus poſt aliquod temporis interuallum,eandem reſumẽs perſonã, poſt aliã diuerſam,ita effingit, ac ſi ab ea effingenda nunquàm diſceſſiſſet. Horatius quoque de hac re locutus videtur,cum ait.

» Siquid inexpertum ſcenæ committis;& audes
» Perſonam formare nouam,ſeruetur ad imum
» Qualis ab incepto proceſſerit,& ſibi conſtet.

» Ἔστι δὲ παράδειγμα πονηρίας μὲν ἤθους μὴ ἀναγκαίου,οἷον,ὁ Μενέλαος ἐν τῷ Ὀρέστῃ.

» Exemplum improbi moris ſit alioqui minimè neceſſarium: verbi
» gratia:in Oreſte Menelaus.

Declarat ſingillatim Ariſt.ea,quæ prius dicta ſunt,pertinere ad mores,appoſitis exẽplis ex veterũ tragœdiis;nõ omnia tamẽ,ſed tria tantũ,nam prætermittit τὸ ὅμοιον. exẽpla enim hæc eo ſpectant;nõ fuiſſe hæc à poëtis aliquãdo,præſertim ab Euripide,ſeruata in moribus effingendis,atq.ideo ipſum reprehendendũ eſſe. Exemplũ,quo primùm demonſtrat Ariſtoteles,non exprimi mores bonos, ſicuti oportet; ſumitur ex tragœdia Euripidis,quæ Oreſtes inſcribitur,inducitur enim in eam, perſona Menelai, cuius implorabat opem Oreſtes poſt cædem Clytemneſtræ,&Aegiſthi.At Menelaus adductus oratione Tyndarei patris Helenes,& Clytemneſtræ,aduerſatur Oreſtę,in iudicio: Oreſtes indignatus Hermionen Menelai filiam,& Helenen ipſius vxorem perimere ſtatuit.Magnæ vtrinque turbæ,& minæ,ex Machina ſub exitum fabulæ loquitur Apollo, qui omnes turbas ſedat. Quatenus igitur Menelaus non fert opem Oreſtę Agamennonis fratris filio, qui iuſtiſsima de cauſa,vlciſcendi patris gratia,improbam matrem,atque impudicam peremerat;ſed aduerſatur potius; improbus videtur. Verſus Euripidis hi ſunt.

» - Ορ. Λῆφόσ κακθ' ἡμῶν οἵσιζε τῆσδε ἡμέρας
» - Με. φεύγειν πόλιν τλώσῃ; ἢ θανεῖν; ἢ μὴ θανεῖν;
» Ορ. θανεῖν ὑπ' ἀσῶν λυσίμῳ πειρώμενος.
» - Μεν. κἄτ' ἐχὶ φεύγεσ γᾶσ ὑπερβαλὼν ὄρουσ;
» - Ορ. κύκλῳ γὰρ εἱλισσόμεθα παγχάλκαισ ὅπλοισ.
» Με. ἰδίᾳ πρὸσ ἐχθρῶν, ἢ πρὸσ ἀργείασ χθονὸσ;
» - Ορ. πάντων πρὸσ ἀσῶν ὡσ θάνῳ. βραχὺσ λόγοσ

© SCD - Université de Poitiers

Με. ὦ Μένελεως ἥκιστ' ξυμφορᾶς εἶσ' τἀξ ἁπάντων.
Ορ. εἶσ' σ' ἐλπὶς ἢ μὴ καζαφυγὰς ἔχ' ἀκακῶν.
ἀλλ' ἀθλίως πρᾶσσουσιν δύτυχ' ἂς μολὼν,
μεζόνως φίλοισι σοῖσι σῶς δύναξίας. Et qui ſequuntur.

Paulò poſt hi verſus ſunt, in quibus Tyndareum inducit iraſcentem Menelao, quòd colloqueretur cum Oreſte.

Τυν. Μενέλαε πρόσφθεγγμ' ὃν ἀνόσιον κάρα;
Με. ἦ γάρ; φίλου μοι παζὸς ὄζιν ἔγγονος;
Τυν. κείνου γὰρ ὅδε πέφυκε τοιοῦτος γεγὼς.
Με. πέφυκεν· εἰ δὲ δύσυχ' εἶ. μὴ μὴ τέσο.
Τυν. βεβαζέβαρύνθη, χρόνος ὢν οἰ βαρὺς ἔρως. Idem aliquantò poſt.
Τυν. μενέλαε σοὶ δὲ τἄ σε λέγω. σῴζεσω τέ πρόσ.
εἰ τοὔμὸν ἐχθρὸς ἀναριθμεῖ, κἠδίον τέμον,
μὴ τῷ σ' ἀμύνειν φόνον ἀναγκάζον θέδισ.
ἔα σ' ὑπ' ἀσῶν καζαφονεύθωσι πέζοισ.
ἢ μὴ 'πίσαινε σπαρμὰ δύσισσ' χθονός.
τοζοῦτ' ἀκούζεσ, ἴσθι. μηδὲ δύναξεῖσ
ἔλη παρώζεσ δύσεβεσέρουσ φίλους.

Paulò poſt Menelaus recuſans ferre opem Oreſti ait.

Μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τοὺς ἄγαν προθυμίαις
Μιζοῦσί σ' ἀσοί. Et quæ ſequuntur.

Reſpondens verò Oreſtes, inquit:

ὦ πλεῖν γυναικὸς ἔνικ' ἐρασθῆναι κακῆς
τἄλλ' οὐδέν. ὦ κάκιστε. μισεῖν φίλους
φύγλος; ἀπόζαφεὶς με; τάδ' ἀγαθὰ μισοῦσ'
φροῦδ'; ἄφιλος ἦσθ' ἄρ ὦ πάτερ, πρᾶσσων κακῶς.
ὄμοι προδέδομαι, κοὐκέτ' εἰσὶν ἐλπίδες.

Hæc quidem ita ſeſe habent apud Euripidem in Oreſte. Eius autem interpres, quiſquis ille fuit, qui Argumenta tragœdiarum ſcripſit; vel quòd Ariſtotelis poëticen legiſſet, vel, quòd rectè ipſe per ſe rem totam diiudicaſſet, ait, τὸ δρᾶμα τῶν ἀδόκιμον σωζῆναι δύναται (de Oreſte loquitur) χείρισον ὂν τοῖς ἤθεσι, πλεῖν γὰρ πυλάδου πάντων φαῦλος ἂν quamuis & Pylades ipſe (meo iudicio) ſit φαῦλος, nam ſuadet perimendam Hermionen, & Helenen. Adnotandum verò, quod ait interpres in his verbis. Oreſten tragœdiã Euripidis vnam ex illis fuiſſe, quæ plurimum populo in ſcena placuerunt; nam cõuenit cũ eò, quod ante ab Ariſtotele dictum fuit; populi iudicium, non eſſe magni faciendum in tragœdiis, ſæpe enim probat, quæ minus probandæ ſunt; propriam enim magis reſpicit voluptatem, quàm artificiũ, quod requiritur in tali poëmatum genere. Exemplũ, quo mores improbi demonſtrantur, peti etiam poteſt ex Oedipode Tyranno Sophoclis, vbi Iocaſten impia de oraculis loquentem facit.

Ιο. σὺ ναῦ ἀφεὶς σεαυτὸν ὧν λέγλς περί,
ἐμοῦ ἐπάκουσον, καὶ μαθ' ὅτι σοι βροτῶν οὐδὲν μαντικῆς ἔχον τέχνης
φανῶ δέ σοι σύντομα. Et quæ ſequuntur. Paulò poſt.
χρησμὸς γὰρ ἦλθε. Et quæ ſequuntur. Paulò poſt.
τοιαῦτα φῆμαι μαντικαὶ διώρισαν
ὧν οὐδὲν οὔτε μαντείας γ' ἂν οὔτε τῆσδ' ἐγὼ
βλέψαιμ' ἂν οὔτε τῆσδ' ἂν ὕστερον.

Sed excuſari facilè poteſt Sophocles; nam præterquàm quòd non ἐπιῤῥαπίζουσιν (vt Proclus ait) Chorum facit ſtatim reprehẽdentem verba nefaria Iocaſtes; atque multa proferentem contra eos, qui oraculorum religionem ſanctiſſimam tollere, aut aliqua ex parte violare conantur, quæ omnia illic legi poſſunt. Adde quòd Iocaſtæ concedi illa poſſunt, cupienti Oedipodem ſolari, atque ex illius animo omnẽ metum abſtergere;

© SCD - Université de Poitiers

» Τοῦ δὲ ἀπρεποῦς, καὶ μὴ ἁρμόττοντος ὅ, τε θρηνῶδες ὀδυσσέως ἐν τῇ Σκύλλῃ, καὶ ἡ τοῦ Μενα-
» λίππης ῥῆσις.

» Indecori, atque inconuenientis Vlyssis eiulatio in Scylla: Menalip-
» pesque sermo.

Exempla affert Aristoteles, ex quibus cognoscas veterum errata poëtarum, quòd in sermone non seruarint τὸ ἁρμόττον, quod secundo loco requirebamus. Poëtæ, qui non seruant τὸ ἁρμόττον, cõficiunt sermonem ἀπρεπῆ. nam τὸ πρέπον idem est, quod ἁρμόττον, & sic vocat Cicero in eo libro qui inscribitur Orator. Exempla autem duo afferuntur ab Aristo. Alterum Vlyssis, Alterum Menalippes. Dicendum igitur, quale sit vtrumque. Ac primùm de Vlysse. Athenæus libro decimoquarto citat ex Epicharmo ὀδυσσέα ναυαγὸν, ideſt naufragum; quod etiam superius retulimus alio loco. Homerus quoque in naufragio periclitantem Vlyssem ita facit loquentem.

» ὢ πόποι μάκαρες Δαναοὶ, καὶ τερφάκις οἱ τότ' ὄλοντο
» Τρωϊὴ ἐν δουρείῃ χάριν Ἀτρεΐδῃσι φέροντες
» ὡς ὄφελον θανέειν, καὶ πότμον ἐπισπεῖν

Quem locum refert Vergi. libro primo Aeneid. cum ait.

O Terque, quaterque beati. & quæ sequuntur

Reprehendit verò Aristoteles; quia non decet viros magnos et sapiẽtes eiulare: de qua re quid sentiendum sit; narrat A. Gell. libro primo ex sententia Stoicorum. De Menalippes sermone leguntur quædam libro decimoquarto apud eundem Athenæum, qui Euripidis citans δεσμῶτιν, ἢ Μεναλίππῳ, profert hos versus, qui quoniam lepidi sunt, & graues, apponentur à me.

» ἀνδρῶν δὲ πολλοὶ τὸ γέλωτος οὕνεκα
» ἀσκοῦσι χάριτας κερτόμους, ἐγὼ δέ πως
» Μισῶ γελοίους, οἵ ἄνους μὲν ὠδὶ σοφῶν
» ἀχ' ἁλιᾶ ἔχουσι σόμαζε, κ' εἰσ ἀνδρῶν μὲν ὃ
» τελοῦσιν ἀριθμόν. οὐ γέλωτι δ' ὀρθοῦσι.

Idem Menalippen Eurip. citat libro duodecimo. sciendum verò, cum Euripides philosophiæ operam dedisset; multosque annos audiuisset Anaxagoram primùm, postea Socratem, voluisse interdum opiniones insignium illorum philosophorum consignatas relinquere suis tragœdiis. Quare factum, vt Menalippen faciens loquentẽ, expresserit Anaxagoræ sententiam: de hac re meminit Dionysius Halicarnasseus in suis Rhetoricis, vbi loquitur περὶ ἐχημαλισμένου λόγου. verba sunt hæc. Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς οὐ ὅλῳ
» δράματι λόγον ἐχημαλισμένον παρήνεγκεν ἐν τῇ Μεναλίππῃ τῇ σοφῇ. κ' ἐκεῖ δὲ τὸ ἀχῆμα διπλοῦν, τὸ μὲν αὐ-
» τὸ τὸ ποιητὸ, τὸ δὲ τὸ ὑποκρινομένου προσώπου τ' Μεναλίππης. συγγένειαν Ἀναξαγόρᾳ ὁ Εὐριπίδης, δό-
» γμα δὲ ὧν Ἀναξαγόρου τὸ ὁμοῦ πάντα χρήματα. μεθ' ἑαυτὰ συγχωρούμενος σωκράτει, καὶ κρείττονος λό-
» γου μεταλαχὼν ἀξιώσας, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τὸν Ἀναξαγόρου λόγον μνήμης ἐν τοῖς δράμασιν, ἐξήγαγεν αὐ-
» τὸ τὸ δόγμα ἐν τῇ Μεναλίππῃ τῇ σοφῇ. ita enim inscripserat Tragœdiam, quia eam philosophicè loquentem faciebat, atque apertè fatentem se ab aliis ea accepisse, hoc est à sua matre, quòd ea ratione occultare philosophica dogmata voluit Euripides. atque ideò tale sermonis genus Halicarnasseus vocat ἐχημαλισμένον. sequuntur verba hæc, quæ rem magis declarant. ἡ γοῦν ἀρχὴ τοῦ λόγου αὐτῷ αἰνίττεται τὼ πρὸς τὸν διδάσκαλον σύνοιαν. φησὶ
» γὰρ ἡ Μεναλίππη,

» καὶ οὐκ ἐμὸς μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα.

Euripidis igitur ἐχημαλισμὸς οὗτος, quem narrauimus, sed & alter est ἐχημαλισμὸς non quidem poëtæ, sed ipsius Menalippes loquentis, quẽ explicat idẽ Halicarnas. nam exposuerat quidẽ infantes inter stabula boum, cum autem pater ipsius putaret hoc esse ostentum, decreuerat cremare infantes. Menalippe verò cum vellet eos seruare; philosophicis rationibus ostendit illud non esse ostentũ, & sic ἐν παραινέσεως σχήματι φιλοσοφεῖ. ideſt sub prætextu admonendi, et hortandi patrẽ philosophatur. Hoc verò nihil aliud est, quàm quod Cice. sæpè ait, Oratores ex infinita quæstione ducere, quàm plurima,

quæ

© SCD - Université de Poitiers

quæ inuoluunt circumstantiis quęstionis finitæ,nam non adhibitis personis, temporibus,locis ue quæstiones infinitas tractare,philosophorũ propriũ est munus, sed sub prætextu,figuraque sermonis forensis,qui ad quęstionem finitam spectat sæpè philosophantur Oratores; sicuti fecisse Euripidem patet,& si fortasse nimius in ea re fuit Euripides;Id verò etiam in comœdiis olim factum est;licetq ue omnino fieri,si modò intra modum fiat,& ἐκ μαλισμένως,nam apertè id efficere philosophorum est munus,

» Hinc eodem loco Dionysius .ἡ δέ γε κωμῳδία ὅλη πολιτεύεται ἐν τοῖς δράμασι, καὶ φιλοσοφεῖ ἡ
» τοιδὶ τὸν κρατῖνον, καὶ Ἀριστοφάνην, καὶ δῆπολιν, ἢ δεῖ καὶ λέγειν; ἡ γὰρ τοι κωμῳδία αὐτὴ τὸ γελοῖον προ
» σκεκαλυμμένη φιλοσοφεῖ. Neque aliò respexisse puto Horatium, cum ait.

» Scribendi rectè sapere est,& principium,& fons;
» Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ.

Sed idem Dionysius Halicar.in secnnda disputatione adhuc apertius, quod ad Menalippen spectat, declarat his verbis ἡ Μεναλίππη σοφή. τὸ δρᾶμα Εὐριπίδου ἐπιγεγραπται μὲν σοφὴ
» ὅλη φιλοσοφεῖ, καὶ διὰ τοῦτο τοιαύτης μηδὲν δεῖται, ἵνα μὴ ἀπίθανος ᾖ ἡ φιλοσοφία. ἔχει δὲ διπλοῦν ἄχθος, τὸ
» μὲν τῆς ποιητοῦ τοιόνδε. τὸ δὲ τῆς προσώπου τῆς εἰς τῷ δράματι τῆς Μεναλίππης, ὃ δὲ τῆς προσώπου τοιόνδε.
» Ἀναξαγόρας προσεφοίτησεν Εὐριπίδῃ. Ἀναξαγόρου δὲ λόγος ἐστὶν ὅλη πάντα εἰς πᾶσιν εἶτα ὕστερον διακρίθη.
» μετὰ ταῦτα ὡμίλησε καὶ Σωκράτει. καὶ ὁμολογεῖ τὴν διδασκαλίαν τὴν ἀρχαίαν διὰ τῆς Μεναλίππης.
» καὶ ἐκ ἐμοῦ ὁ μῦθος ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα.
» ὡς ὄρνιθος γαλατημορφίας
» οὕτω μὲν ὁ ποιητὴς ἄχθος ἀφαιρεῖται τὸ αὑτῆς. ἡ δὲ Μεναλίππη ἐπαισθύνη μὲν ὑπὸ τῆς ποσφδιδὸς
» νοσ, γέγονε δὲ ταύτης παιδία. ἰᾶται δὲ αὐτὰ εἰς τὰ τῆς μητρὸς βουφόρβια, ὁ δὲ πατὴρ ἡγεῖται ἐκ βοὸς εἶναι.
» καὶ ὡς τέρασι βούλεται καὶ κακοῦται. Sed ostendere nititur Menalippe ostentum non esse,putabat enim pater quòd infantes inter boues fuissent inuenti; ex bobus fuisse prognatos;non potuit autem,nisi philosophicis rationibus hoc patri persuadere. Paulò post.

» περιεχόμενη γὰρ πάθος αἰδίως τὸ σῶμα τὰ παιδία, λέγει.
» εἰ δὲ παρθένος φθαρεῖσα ἰᾶται τὰ παιδία
» καὶ φοβουμένη τὸν πατέρα, σὺ φόνον δράσασα;

Quamobrem (inquit Halicarnasseus artificium totum hoc considerans) Menalippe suum ipsius factum exponit αὐτὴ ἐκ μαλὶ συμβουλῆς. Hęc ego volui copiosius aliquantò exponere, verbaque ipsius Dionysii apponere, tùm quia locus valdè videtur adnotandus,tùm quia mirifice explicat sententiam Aristotelis. Dionysius enim vt doceret qua ratione fieret sermo ἐκ μαλισμένος,hoc protulit exemplum,quamuis & alia multa,quale in primis est illud ex Xenophonte, cum enim apertè nõ auderet Socratem laudare, laudat tamen sub prætextu τῶν ἀπομνημονευμάτων. Aristoteles verò,idẽ Menalippes exemplum hoc loco protulit, vt ostenderet non seruari in moribus τὸ πρέπον seu τὸ ἁρμόττον, quod ipse vocat;nõ enim tàm graues è media philosophia sermones deducti Menalippe mulieri conuenire videntur.

» Τοῦ δὲ ἀνωμάλου, ἡ ἐν αὐλίδι Ἰφιγένεια. οὐδὲν γὰρ ἔοικεν ἡ ἱκετεύουσα τῇ ὑστέρᾳ.

» Inæquabilis Iphigenia in Aulide, vt cui posterior supplicatio priori
» non consonet.

Tertio loco affert Aristoteles exemplum morum inæquabilium, atque illud quidẽ etiam ex Euripide sumptum;(vt mireris doctum poẽtam tantopere in morum artificio hallucinatum)in Iphigenia in Aulide,quæ tragœdia extat adhuc. Adnotanda illa Paccii verba in versione. VT CVI posterior supplicatio priori non consonet.in Greco
» contextu ita scribitur,οὐδὲν ἔοικεν ἡ ἱκετεύουσα τῇ ὑστέρᾳ,quæ verba ita debebant verti. Nulla ex parte similis est Iphigenia supplicans ei,qualem se gerit postea. Vel.sic. Non talis videtur postea esse Iphigenia,qualis ante,cum prostrata ad patris pedes,illi supplicabat pro sua salute. Versus Euripidis, in quibus Iphigeniam facit supplicem esse patri, hi sunt.

» ΙΦΙ. εἰ μὲν τὸν ὀρφέως εἶχον ὦ πάτερ λόγον
» πείθειν ἐπᾴδουσ' ὥστε δάμαρτεῖν μοι πέτρας

© SCD - Université de Poitiers

καλεῖν τε τοῖσ λόγοισιν οὐσ ἐβουλόμην
αὐταῦθ' ἂν ἦλθον. νῦν δὲ τ' ἀπ' ἐμοῦ σφᾶ
δάκρυα παρέξω. ταῦτα γὰρ δεδοικάμεθα.
ἱκετηρίαν δὲ γόνασιν ἐξάπτω σέθεν.
τὸ σῶμα τ' ἄμὸν, ὅπερ ἔλκτον ἦλθ' ἔσι,
μή μ' ἀπολέσησ' ἄωρον. ἡδὺ γὰρ τὸ φῶσ
βλέπειν. τάδ' ὑπὸ γῆσ μὴ μ' ἴδεῖν ἀναγκάσῃσ. Et qui sequuntur.

Mox verò, cum Achilles polliceretur, se non permissurum eam mactari; forti animo respondet, se omnino mactari velle pro salute Græcorum. Versus hi sunt in quibus Achilles alloquitur Iphigeniam.

Α'χ. μᾶλλον δὲ λέκτρων τῶν πόθοσ μ' εἰσέρχεται,
εἰσ τὼ φύσιν βλέψαντα. γεννάια γὰρ εἶ.
ὦρα δέ. ἐγὼ γὰρ βούλομαι σ' ὐπεργετεῖν,
λαβεῖν τ' ἐσ οἶκουσ, ἄχθομαι τ' ἴσω θέλων,
εἰ μή σε σώσω δεινὰ δείσασα δι' μάχασ
ἐλθοῦσ'. ἄθρησον. ὁ θάνατοσ δεινὸν κακὸν
Ι'φι. λέγω τάδ' οὐδὲν οὐδέν' ὐλαβουμένη.
ἢ τῶν δεινῶν παῖσ δι' τὸ σῶμ' ἄρχει μάχασ
ἀνδρῶν ἄθεῖσα, καὶ φόνουσ, σύ δ', ὦ ξένε,
μὴ θῦσόν με δι' ἐμέ, μηδ' ἀποκτείνῃσ ἐνά.
ἔα δὲ σῶσαι μ' ἑλλάδ' ὧδ' ἀνώμεθα.

Eadem Iphigenia paulò post, fortiore adhuc animo talia profert, alloquens matrem Clytemnestram.

Ι'φ. παῦσαι με, μὴ κάκιζε. τάδ' ἐμοὶ πιθοῦ
μητ' ὄν γε τὸν σὸν πλόκαμον ἐκτέμῃσ φίλοσ,
μήτ' ἀμφὶ σῶμα μέλανοσ ἀμπίσχῃ πέπλουσ
Κλυ. ἰὼ δύστασ τόδ' ἔπασ ὦ τέκνον, ἀπολέσασά σε;
Ι'φι. ὁ σύγε. σέσωσμαι, κατ' ἐμὲ δ' ὐκλεὴσ ἔσῃ Paulò post.
ὡσ δύτυχοῦσά γ' ἑλλάδ' εὖ δυεργέτισα.

Atque hæc quidem ita sese habent. Iam vero Paccius interpres duas videtur supplicationes intelligere, cùm tamen vna tantùm sit apud Euripidem, vt patet.

Χρὴ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἤθεσιν, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ τῶν πραγμάτων συστάσει ἀεὶ ζητεῖν ἢ τ' ἀναγκαῖον, ἢ τ' εἰκός· καὶ ὅταν μὰ τόδε τόδε γίνεσθαι ἢ ἀναγκαῖον, ἢ εἰκός.

Et sanè in moribus, sicut in ipsa rerum compositione, tum necessarium, tum verisimile exquirendum est: atque etiam vti necessariò veri simili ue ordine cuncta procedant.

Præceptum duplex est, quod tradit Aristoteles hoc loco, postquã ostendit in singulis, quæ in moribus requirũtur veterum, ac Euripidis in primis errata; Primum quidem est huiusmodi. Necessarium, & verisimile in moribus est seruãdum, non secus ac antè dictum est seruari debere in fabula, rerumque & actionum constitutione; si in moribus seruetur necessariũ ac verisimile, non fuerit in ipsis vllum genus errati quale superius ostendimus; qui enim ex necessario, aut verisimili mores exprimit personarum, seruat τὸ ἁρμόττον, τὸ ὅμοιον, τὸ ὁμαλὸν. quæ tria superius in moribus requiri declarauimus. Nam & quartum illud, quod requiritur, si scierit poëta viros tãtum bonos sibi in tragœdiis esse effingendos, eorumque mores solùm exprimendos; non alios vtique sibi proposuerit; quos imitetur. Quod siquis sese mihi obiiciat hoc loco, dicatque Sophoclem in Electra exprimere improborum mores Aegisthi, & Clytemnestræ; respondeo verum id quidem esse; sed exitum ipsorum infelicitatis plenissimum demonstrari; cũ enim hoc fit, licet pro arbitratu vnicuique tales effingere, præsertim in duplici fabularũ genere, de quo superius locuti fuimus; Si igitur Menalippes cùm

sibi

ſibi propoſuit exprimendos mores Euripides,diligenter cogitaſſet;mulierem illã eſſe quam effingebat,neque probabile,aut veriſimile viſum iri auditoribus,vt tàm doctè, grauiterq. loquatur de rebus quę ad philoſophiam pertinent, planè ſeruaſſet τὸ ἁρμόττον; neque lapſus eſſet in tàm præclaro tragœdiæ ſcribendæ artificio; Quod ſiquis quærat,cur in moribus vtrunque protulerit Ariſtoteles,ſicuti etiam in fabula,neceſſarium,& veriſimile;is ſciat velit hac ratione factum mores à poëta aut exprimuntur in iis perſonis,quæ tales vixerunt,quorumque euenta,& actiones ſumptæ ad tragœdiam ſcribendam,veræ ſunt.aut in iis,quę effinguntur;non enim omnes in tragœdia debent fingi.vt antè docuimus.Si igitur perſonæ veræ ſunt,& facta ab ipſis,euẽtaque rerum,quæ narrantur, vera ſunt;debent tunc perſonarum mores exprimi à poëta,ſecundum neceſſarium.hoc eſt (vt aptè declarat Auerroës) ſecundum veritatem.Si no uæ ſint perſonæ,illarum mores exprimendi erunt ſecundum veriſimile.hoc eſt(vt idẽ interpretatur Auerroës) ſecundum plurimorum opinionem. Hæc duo qui diligenter conſiderauerit effeceritque planè in moribus perſonarum effingendis,non peccabit vnquàm.Poſſem hoc loco ex Sophocle,& Euripide (non enim vbique peccauit) afferre exempla aliquot, ad cõprobanda,& demõſtranda apertius ea,quæ dicta ſunt; ſed quia non magnopere videtur neceſſe, breuitatis cauſa,prætermitto,pro ſe igitur quiſque perquirat;ſunt enim in promptu. Alterum præceptum eſt huiuſmodi.Ordo ex neceſſario,aut veriſimili ductus , eſt in moribus perſonarum exprimendis ſeruandus.verba Græca ſunt Ariſtotelis hęc.καὶ τοῦτο μετὰ τοῦτο γίνεσθαι ἢ ἀναγκαῖον,ἢ εἰκὸς.ideſt. Et
» hoc poſt hoc eſſe,fieriq́ue oportet ſecundum neceſſariũ , vel veriſimile.qui locus obſcuriſsimus eſt;ſed hunc omnino habet ſenſum.Mores diuerſi , diſcrepanteſq́ue inter ſe ſunt pro diſsimilitudine perſonarum,ac diſcrepantia animorum.neque poſſunt interdum alii alios ſubſequi;aut ſimul cohærere.quare danda opera eſt, vt ſimul cohæreant;vnumq́ue genus,ex altero ſimili, & cognato deducatur.hoc verò effi cere non poterit,niſi ſingulorum morum, affectionũ, habituumq́ue naturã optime norit. Sed exemplis allatis hoc totum quale ſit breuiter declaro.Contemptio, iniuriam; iniuria dolorem,dolor cupiditatem vlciſcendi parit,excitatq́ue in animis hominum. At hæc ſunt mutuo cohærentia,vt dici poſsint.hæc poſt hæc. Euripides igitur in Oreſte hæc omnia exprimit in moribus perſonarũ,ſimul ſeruans τὸ ἁρμόττον. implorat opem à Menelao patris fratre Oreſtes contra Tyndareum, & Argiuos,contemnit Oreſten Menelaus;indignatur Oreſtes . mox cum Pylade init conſilium perimendæ Helenes , & Hermiones, vt vlciſcatur Menelaum. Sic videas in maximo periculo extimeſcentem Oreſten; imbellem Menelaum, ſuorumq́ue contemptorem ; iracundum fortemq́ue Oreſten.Nõ diſsimili ratione Sophocles in Aiace.Teucer fratrem,pro pietate ſingulari erga illum,humare ſtudet:Menelaus prohibet humari:hinc concertatio , & rixa. Superueniens Vlyſſes alterum alteri conciliat.In harum quoque perſonarum moribus exprimendis videre eſt,quod ait Ariſtoteles.HAEC POST HAEC ex neceſſario, & veriſimili.Fratri enim erga fratrem conuenit pietas, officii amoriſq́ue pleniſsima. Pietatem exigit,officiumq́ue fraterna calamitas . miſeriis inimicorum inſultant magis magiſq́ue inimici,ac lætantur . imbelles pauidiq́ue etiam mortuos,cum viuos nõ potuerint, vlciſci cupiunt.prudentes forteſq́ue viri mortuos non oderunt inimicos; conciliantq́ue iratos. Pius Teucer erga Aiacẽ , quia calamitoſus.inſultat Teucro,& Aiaci mortuo inprimis Menelaus,quia inimicus,imbellis, & pauidus. Prudens, fortiſq́ue Vlyſſes Menelaum Teucro conciliat. Tales hæ quidem perſonæ effinguntur moribus κατὰ τὸ ὅμοιον , nam tales fuiſſe accepimus , cum vixerunt. Sed apparet etiam in his moribus.HOC POST HOC.ex neceſſario , ſeu veriſimili ductum. Hæc igitur Ariſtotelis præceptio hanc habet vim.quam in omnibus veterum tragœdiis conſideres licet.nam in Iphigenia in Aulide,Achilles cum fortis effingatur κατὰ τὸ ὅμοιον , talis enim vixit . ſtudet è periculo Iphigeniam liberare.hoc enim proprium eſt fortitudinis.Tecmeſſa in Aiace,vnà cum filiolo inferias ſoluunt Aiaci.quod propriũ eſt coniugis,& filiorum.atque hoc faciunt poſt hoc:nam Iphigeniæ periculum ingens excitat Achillis fortitudinẽ.Aiacis mors,& calamitas,ciet lacrymas , ſuſcitatq́ue officiũ,

© SCD - Université de Poitiers

& pietatem Tecmeſſæ;verum de his hactenus.puto enim iam ſatis patefactum hunc Ariſtotelis locum alioqui obſcuriſimum.Sed miretur fortaſſe aliquis hoc. Cur,cum dicat hoc loco Ariſtoteles,in moribus requiri eundem ordinem,& ſeriem,quæ requi rebatur in conſtitutione actionum, ſeu fabula,ex neceſſario,et veriſimili; illic dederit præceptionem, oportere non HAEC POST HAEC, SED HAEC PER HAEC. tanquàm ex cauſa dependentia mutuò conſtitui; non autem conſequentia tempore, ſicuti illic copiosè declarauimus; nunc de moribus loquens det præceptionem oportere exprimi,tanquàm Hæc poſt Hæc. Reſpondeo tamen, cum, Hoc poſt Hoc,nihilò minus etiã cauſam, effectumque ſignificet,quàm tempus:nam effectum eſt poſt cauſam,rectè de moribus cum loqueretur,dixiſſe HOC POST HOC. cum præſertim in moribus nõ ſolum cauſa,effectumque,ſed etiam interuallum temporis conſideretur; nam prius hic irritat,mox ille iraſcitur.hic prius in calamitatem labitur;mox ille officioſus eſt erga lapſum in calamitatem. Sed in fabula,actionumque conſtitutione,cũ interuallum, ſerieſque temporis nulla prorſus ratione deberet conſiderari, ſed cauſæ tantum mutuò ex ſe pendentes,alia ex alia;fuit neceſſe dicere. HAEC PER HAEC.hic enim modus loquendi, cauſas tantũ ſignificat.cũ alter modus HAEC POST HAEC, & cauſas,& tempus prius,ac poſterius denotet. Neque verò illud prætermittendum puto;Hoc ipſum,quod requirit in moribus Ariſtoteles,artificium, nõ multum diſcrepare ab eo,quod requirit Hermogenes, aliique Rhetores,qui eandem rationem ſcribendi de arte ſecuti ſunt.nã ſicuti ille lib.II. περὶ γοργότητος, vbi docet quomodo conficiatur forenſis, & oratorius ſermo, quem ipſe πολιτικὸν vocat, requirit aptè miſceri ſuas illas ſpecies & formas orationis inter ſe, alias minus,alias magis. Sic. φημὶ τόνων
„ οὖ τοιούτῳ λόγῳ πλεονάζειν μὲν ἀεὶ τόντε πρὸς ἐυφωίειαν ποιοῦντα τύπον,καὶ ἐν ἠθικῷ τε καὶ ἀληθῆ, καὶ
„ μέχρι τούτου τὸ γοργόν. ἧττον δὲ καθαρότητα τε, καὶ δυκρίνειαν. πρὸς μέντοι φαχύτητα τε, καὶ σφο-
„ δρότητα παρίσθαι μὲν τοῖς ἐρημίοις, ἀκμὴν δὲ καὶ σεμνότητα ἀπ' οὐδενὸς καὶ ἧκιστα λαμπρότητα ἕξιν μὲν
„ ὀφείλει, οὐ μὴν οὕτως οὐδ' ἔστι τοῦτον, ἐφ' οἷον αἱ προφημίαι πρὸς ἡδονήν. Non diuerſo planè modo in tragœdiis.commiſceri mores oportet perſonarum.vt alii grauitatem,et ſanctitatem.alii iracundiam. alii pietatem, & officium.alii improbitatem,plus minus ue præferant.Verùm hæc longiore egent diſputatione, dabimus igitur operam, vt de tali miſtione morum alio loco copioſius diſſeramus; qualiſque in tragœdia,& comœdia, aliiſque poëmatum generibus requiratur,oſtendamus.

Φανερὸν δέν, ὅτι αἱ τῶν λύσεις τῶν μύθων ἐξ αὐτῆς δεῖ τῆς μύθου συμβαίνειν, καὶ μὴ, ὥσπερ ἐν
„ τῇ Μηδείᾳ, ἀπὸ μηχανῆς, καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι τὰ περὶ ἀπόπλουν.

„ Quare manifeſtum eſt, fabularum ſolutiones ex ipſiſmet potiſsi-
„ mum fabulis proficiſci debere,non autem ab aliquo artificioſo: vt in
„ Medea, & in Iliade illa per nauigationem.

Paccius locum hunc non intellexit,quod fortaſſe mireris,ſed ita planè eſt.dormitant aliquãdo homines,& hallucinãtur in re etiam perſpicua.per ea enim verba ἀπὸ μηχα-
„ νῆς cum Machinam ſcenicam, qua inducebantur repentè loquentes Dii, Ariſtoteles
„ intellexerit, vertit Paccius. Artificioſo aliquo, quod perridiculum videri poteſt; ſed redeo ad declarandum Ariſtotelis contextum;ex ſuperius dictis deducitur pulcherrima præceptio,quæ ſpectat ad artificium ſoluendarum fabularum. Qui mores optimè in perſonis exprimere ſcierit;alioſque poſt alios pro eorum natura, ex veriſimili effingere,facilè inueniet ſolutionem fabulæ,tota enim pendet ex perſonarum moribus;vitabitque erratum, in quod ſæpè veteres poëtæ inciderunt, qui per machinã inducentes Deos,Deas ue,ſoluunt fabulam,atque exodum,quæ vltima eſt tragœdiæ pars, cõficiunt.nam ſolutio fabulæ,eſt ipſa exodus, ſeu exitus fabulæ.exitus verò debet deduci ex præcedentibus moribus,non quibuſuis, ſed qui magis accommodati ad ſoluendam fabulam videbuntur;quod ſi videatur non poſſe deduci ex præcedentibus,ingenioſus,perituſque poëta debebit excogitare aliquid veriſimile,quod cum iis,quę ante dicta ſunt,ſit coniunctum,quaſi pars, ex quo deducat exodum,ſeu ſolutionem fabulæ

© SCD - Université de Poitiers

bulæ.id verò fit multis modis, ſed aliquando etiam, inducendo in ſcenam perſonam aliquam, quæ antè non fuerit inducta.modò ſit eiuſmodi, vt eius ſermo,propter aliquam probabilem cauſam, coniungi cum aliis antè dictis poſsit.Exemplum huius rei peti poteſt ex Aiace Sophoclis;nam cum Aiax ſibi mortem conſciuiſſet, eſſet ſolutio fabulæ conſtituenda;neque deduci poſſet à perſona Tecmeſſæ,quæ captiua erat mulier;neque à perſona filioli, tum propter ætatem, quæ omni ſenſu,ratiocinationeque caret earum rerum, quæ aut voluptatem, aut dolorem afferunt;tùm quia ex captiua natus erat.neque itidem ex perſona Teucri fratris;cui, quòd vir erat, lugere non ſatis erat decorum,tum propter alias cauſas;nam quatenus conuenit,lugentem ſatis do lentemque facit Teucrum Sophocles; neceſſe fuit captare exodium fabulæ à perſona Menelai,& Agamemnonis,quorum vterque inimiciſsimus cum fuiſſet Aiaci,prohibere conatus eſt,ne humaretur Aiax; quamuis poſtea exorante Vlyſſe conceſſerint. Exodus hæc tota ex moribus ducta eſt ſecundum veriſimile.Quamobrem cum ſolutio,exituſque fabulę,ſemper ab ingenioſo poëta,ſi modo naturam, conuenientiamq. morum ſingularum perſonarum cõſiderare diligenter voluerit.ex veriſimili, aut neceſſario deduci poſsit, improbat Ariſtoteles morem ſoluendi fabulas, quo ſæpe veteres vſi fuerunt,ex machina;inducentes Deum, Deam'ue aliquam loquentem. Horatius quoque ad Piſones ſcribens monuit hoc rarò eſſe faciendum.cum ait.

» . Nec Deus interſit,niſi dignus vindice nodus.

Cicero libro de Nat.Deorum.1.innuit hoc ipſum olim à poëtis tragicis factum,vt fa
» bulam ſoluerent.his verbis.vt tragici poëtæ,cum explicare argumenti exitum nõ po
» teſtis,ad Deum confugitis.Plato quoque in Cratylo ὥσπερ οἱ γραμματοποιοὶ, ἐπειδὰν μὰ πο-
» ρῶσι ἐπὶ τὰς μηχανὰς ἀποφεύγουσι τοὺς θεοὺς αἴροντες, quem locum nõ putat Eraſmus cognitũ
» fuiſſe Ficino interpreti, qui ita vertit:quibuſdam machinamẽtis ad Deos confugitis. Hæc Eraſmus in Agadiis;ſed nimirum non video, quare reprehendi poſsit Ficinus, cũ ſatis aperte Machinam ſcenicam expreſſerit;ex qua loquebantur Dii.ſed illo omiſſo.affero ego locum Polybii aptiſsimum ad rem hanc intelligendam.nam vbi de traiectione alpium Annibalis loquitur,nonnullos reprehendit hiſtoricos,qui quaſi rem ſupra omnem fidem narraturi eſſent, tragicos videntur imitati, qui ad Machinam ſæpè
» confugiunt.his verbis. ἅμα γὰρ τὸν Ἀννίβαν ἀμήχανον ὄντα παραδόξοντος πρᾶτηγὸν, καὶ τόλμῃ καὶ
» προνοίᾳ τὸν ὁμολογουμένως ἀποδεικνύουσιν ἡμῖν ἀλογιστότατον. ἅμα δὲ καταφρονῶ οὐ δυνάμενοι λαμ-
» βάνειν οὐδὲ ἔξοδον τοῦ φόβου, θεοὺς, καὶ θεῶν παῖδας εἰς πραγματικὴν ἱστορίαν παρεισάγουσι: Exempla Machinæ affert Ariſtoteles, ex tragœdia, quæ inſcribitur Medea; extat quidem nunc Euripidis Medea, in qua tamen nullus Deus ἀπὸ τ' μηχανῆς. de alia igitur Medea locutus eſt Ariſtoteles ab alio poëta edita;nam idem lib.11. Rhetoricorum Carcini Medeam citat;de qua re ſuperius ſatis. Alterũ exemplum ſumitur ex Homeri Iliade;vbi explicantur τὰ περὶ ἀποπλοῦν. Verba hæc, propter ignorationem loci Homerici, quod ſatis mirari non poſſum, non intellexit,neque aptè vertit Paccius. ait enim
» vt illa per nauigationem;nam ita debent verti, vt ea, quæ pertinent ad enauigationẽ;
» ſeu diſceſſum,quem parabant,Claſsis Græcorum.Innuit Ariſtoteles ea,quæ narrantur ab Homero lib.11.Iliados.Cum Græci,deſperata Ilii expugnatione,cogitarent de diſceſſu,& multa inter ſe conſultarent,Homerus facit Iunonem alloquentem Mineruam,vt è cœlo deſcẽdens rectà pergat ad Vlyſſem; iubeatque diſſuadere, ne re infecta diſcedant. Verſus ibi ſunt.

» βῆ δὲ κατ' ἀλυμπου καρήνων αἶξασα. Paulò poſt.
» ἀγχοῦ δ' Ἰσαμένην προσέφη γλαυκῶπις Ἀθήνη
» διογενὲς λαερτιάδη πολυμήχαν' ὀδυσσεῦ
» οὕτω δὴ οἶκονδε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν
» φεύξεσθ' οὐ νήεσσι πολυκλήϊσι πεσόντες. Et qui ſequuntur.

Rurſus Priamum eodem modo Iris alloquitur, in his verſibus.

» ὣς φάτο δ' ἄγγελος ἦλθε ποδήνεμος ὠκέα ἶρις
» πὰρ δίφρον αἰγιόχοιο σὺν ἀγγελίῃ ἀλεγεινῇ Paulò poſt.
» Ἀγχοῦ δ' Ἰσαμένην προσέφη πόδας ὠκέα ἶρις. Et qui ſequuntur.

© SCD - Université de Poitiers

Locum igitur priorem, fortasse & hunc, reprehendit Aristoteles quia inducit Deam Minerua, atque Iridem veluti ἐκ μηχανῆς: poterat enim Homerus alia vti solutione deducta ex ipsis rebus, & facere aliquem ex Græcis ducibus, suo consilio, ac prudentia, potius quàm monitu Deorum ex machina loquentem, vehementius discessum dissuadentem, ac post longam orationem demum persuadentem.

» Ἀλλὰ μηχανῇ χρηστέον ἔξω τοῦ πράγματος, ἢ ὅσα πρὸ τοῦ γέγονεν, ἃ οὐκ οἷόντε ἄν-
» θρωπον εἰδέναι, ἢ ὕστερον, ἃ δεῖ προειρῆσθαι καὶ ἀγγελίας· ἃ πάντα γὰρ ἀποδί-
» δομεν τοῖς θεοῖς ὁρᾶν.

» Quo sanè artificioso vtendum in iis, quæ extra Tragœdiam sunt:
» quæcunque videlicet vel prius fuêre, quæ neutiquam fieri potest, vt
» alio pacto ad humanam peruenerint notitiam: vel quæ futura denun-
» ciatione, diuinatione'ue indigeant, quandoquidem deos cuncta inspi-
» cere, satis quidem apud nos constat.

Docet Aristoteles, qua ratione aliquando veteres poëtæ in tragœdiis vsi fuerint machina; vt ostendat inutilem omnino esse, possèque solui fabulam facilè absque machina. Si Machina adhibenda est; semper in iis rebus ea vti debemus, quæ extra tragœdiã sunt; Ea solutio dicitur esse posita extra tragœdiam, quæ nõ deducitur ex ipsis rebus, quæ tragœdiæ actione, fabulaque continentur. Duobus igitur de causis machina vsi sunt veteres poëtæ tragici in tragœdiis, aut vt declararent res præteritas, & factas, aut vt declararent res futuras, quæque mox essent faciendæ. In declarandis præteritis hoc requiritur, vt alio modo nõ possint à nobis cognosci; In declarandis autẽ futuris hoc requiritur, vt egeant prædictione, & diuinatione, seu præceptione, & mãdato. Exemplum prioris modi, sumi potest ex Euripide in tragœdia, quæ inscribitur Orestes. in qua de raptu Helenes loquens inducitur Apollo, omniaque patefaciens, quæ antè ignorabantur. Versus hi sunt.

» Ἀπ. Μενέλαε παῦσαι λῆμ' ἔχων πεπαγμένον
» φοίβου σ' ὁ λητῶος παῖς ὅσ' ἐγγὺς ὢν καλῶ.
» σὺ δ' ὅσ' ξιφήρης τῆσδ' ἐφεδρεύεις κόρης
» Ὀρέστ' ἵν' εἰσῇς οὔσ' ἔφ' ἕρκεσιν ἥκω λόγους.
» Ἑλένην μὲν, ὡς σὺ διολέσαι προθυμοσ ὤν
» ἥμαρτες ὀργῇ. Μενέλεῳ ποιουμένοσ
» καὶ δῆτα, ὡς ὁρᾶτ' αὐτὸν αἰθέροσ πτυχαῖσ.
» σεσωσμένην τε, κοὐ θανοῦσαν πρὸσ σέθεν.
» ἐγὼ νιν ἁρπάσασ', κἀκπὸ φασγάνου
» σῶν οὖσ' μελλυσθεῖσ' ἥρπασ' ἐκ θυοσ παρὸσ.
» ζώσασ γὰρ ὄψιν ζῶσ' νιν ἄφθιτον χρεών.
» κάσοφ τε πολυπλοκὰ τ' αὐ αἰθέροσ πτυχαῖσ
» σωφέρονσ' ἔσαι νιν Ἰλιοσ σωτῆροσ.

Hactenus igitur patefiunt res, quæ antè ignorabantur à Menelao, ex Oreste: Mox idem Apollo ex Machina præscribit, mandatque Oresti ea, quæ sunt agenda. Sic.

» σὲ δ' αὖ χρεών
» ὀρέστα γαίασ τ' ἐσ ὑπερκαλόνθ' ὄρουσ
» παρ' ὁράσιον οἰκεῖν πλάτισμον οἰνωπὸν κύκλον
» κεκλήσεσθαι δὲ σῆσ φυλῆσ ἐπώνυμον. Et quæ sequuntur.

Paulò post idem Appollo vaticinatur, panditque, ea, quæ euentura sunt Oresti. his verbis.

» ἐφ' ἵπποισ δ' ἔχθροσ Ὀρέστασ φάσγανον σέθεν,
» γῆμαι πέπρωται σ' Ἑρμιόνην, οὗ δ' οἴκεται
» Νεοπτόλεμοσ γαμεῖν νιν, δοὺ γαμεῖ ποτε.
» θανεῖν γὰρ αὐτῷ μοῖρα φιλτάτῃ ξίφει. Et quæ sequuntur.

Sermo

Sermo igitur hic Apollinis ex machina tria illa omnia, quæ requirebat Aristoteles, continet. Non dissimile quoque exemplum posterioris modi, cum scilicet ex Machina Dii prædicunt futura, sumi potest ex Euripidis Electra, & Helene eiusdem; in qua ex machina διόσκουροι Castor & Pollux loquuntur, patefaciuntque Theoclymeni, quæ fato euentura erant ipsi, Helenæ, & Menelao. hoc verò differt exemplum à priore, quòd prius illud tria simul omnia continet; hoc verò vnum seperatim, hoc est, futurarum prædictionem. Exemplum quoque prioris, quatenus & facta narrantur, & futura prædicuntur, peti potest ex Iphigenia in Tauris. Ego, ne longior sim, versus non appono; eiusdem modi exemplum legi potest in Hippolyto, vbi loquitur Diana; et in Andromache, vbi loquitur Thetis. nec nõ & in Rheso, vbi Minerua loquitur. Est verò obseruatione dignum, Deos etiam in Prologo tragœdiarum induci loquentes, & si non semper ex Machina; sed in ipsa scena, vt apud Euripidem Bacchus in Bacchis. ait enim.

» ἥκω διὸς παῖς τῆιδε θηβαίων χθόνα
» διόνυσος, οὗ τίκτει ποθ' ἡ κάδμου κόρη.
» σεμέλη λοχεύθεῖσ' ἀστραπηφόρῳ πυρί.

Non ex machina quidem hæc profert Bacchus, sed in scena versans inter mortales. & apud eundem Euripidem eodem modo in Troadibus Neptunus, cum ait.

ἥκω λιπὼν αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος.

» Rursus apud eundem eodem modo in Ione Mercurius, vbi inquit;

» Ἄτλας ὁ χαλκέοισι νώτοις οὐρανὸν
» θεῶν παλαιὸν οἶκον ἐκρίβων. Paulò post.
» ἥκω δὲ σκηπτῶν τῆιδε γῆς. & quæ sequuntur.

» Omnes Dii in prologis loquentes, aiunt se venisse in ea loca, vbi cõsistunt locuturi. sicuti patet in exemplis allatis, tollendę admirationis gratia. Apud Sophoclem quoq. in Aiace Minerua in prologo alloquitur Vlyssem. Sed in eadem tragœdia aliquando videas, & in prologo, vti diximus, in scenam aduentantes, loquentesque Deos; & rursus ex Machina alios loquẽtes in solutione, & exodo fabulæ. exemplum huius rei peti potest ex Euripide in Ione. nã Minerua ex Machina loquẽs, soluit fabulam; sedatque omnes turbas. Origo autem inducendi Deos in scenã per Machinam, fluxit ex ea opinione, quæ omnium mortalium ferè animis insita est, Deos hominum negocia procurare, cunctaque veluti ex alto despicere: quæ quidem opinio ab omnibus philosophis, vno excepto Epicuro, probata fuit; multisque rationibus cõfirmata. Hanc verò » vigilantiam πρόνοιαν veteres in Diis vocarunt. Cic. lib. de Diuinat. II. Deos esse, & eo» rum prouidentia mundum administrari, eosdemque consulere rebus humanis, nec so» lùm vniuersis, sed etiam singulis. Idem lib. III. de natura Deorũ. Sit igitur persuasum » omnibus, dominos esse omnium rerum, ac moderatores Deos, eaque, quæ gerantur eorum geri ditione, et numine, eosdemque optimè de genere hominũ mereri, et qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, scire. Xenophon. lib. primo ἀπομνημονευμάτων. καὶ γὰρ ἐπιμελεῖσθαι θεοὺς οὐόμενον (de Socrate loquitur) ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐ τρόπον οἱ πολλοὶ νομίζουσι, δῆλόν τοι μὲν γὰρ οἴονται τοὺς θεοὺς τὰ μὲν εἰδέναι τὰ δ' οὐκ εἰδέναι. σωκράτης δὲ πάντα μὲν ἡγεῖτο θεοὺς εἰδέναι, τά τε λεγόμενα καὶ πρασσόμενα, καὶ τὰ σιγῇ βουλευόμενα, πανταχοῦ δὲ παρεῖναι, καὶ σημαίνειν τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι περὶ τῶν ἀνθρωπείων πάντων.

Ἄλογον δὲ μηδὲν εἶναι ἐν τοῖς πεπραγμασιν· εἰ δὲ μή, ἔξω τῆς τραγῳδίας, οἷον, ταῦτα τῷ Οἰδίποδι τῷ Σοφοκλέους.

» Quodcunque verò rationi consentaneum minus sit, explodendum quidem ab ipsis actionibus, si non prorsus, at à Tragœdia: vt est in Sophoclis Oedipode.

Tam longè aberrauit à sententia Aristotelis Paccius in hoc loco vertendo, vt planè mirari satis nõ possim; illum verba Aristotelis alioqui aperta, et perspicua non intellexisse. Debent igitur ita verti. Absurdũ enim fuerit, si quis dicat, credatúe, nihil in ipsis

rebus ineſſe, aut ſaltem extra Tragœdiam aliquid eſſe, ex quo deducatur ſolutio fabulæ,qualia ſunt illa apud Sophoclem in Oedipode; Videtur Ariſtoteles obiectioni alicuius aduerſari,qui fortaſſe dicat.Neceſſe eſſe aliquando fabulas ex machina ſolue re,quia ſolutio,ſeu exodus non ſemper à rebus,quæ inſunt in tragœdia duci poteſt. Sed reſpondet Ariſtoteles;Stulti eſſe,parumque periti hominis hoc putare,nam in rebus ſemper ineſt aliquid,vnde ſolutio fabulæ aptè deducatur, ſine machina. Quòd ſi aliquando contingat, vt in rebus nihil inſit; eſſe tamen multa extrà tragœdiam,quæ idem poterunt præſtare.Sicuti patet in Oedipode Sophoclis.Locus verò hic diligenter adnotandus;quia difficilis videtur,et obſcurus,ſed ego breuiter aperteque omnia declarare conabor.Ea dicuntur ineſſe in rebus,quæ maximè pertinent ad fabulam,& ſine quibus actio non conſtituitur tragica,actionem voco eam,quam in primis imitari conatur poëta.Exempli cauſa.Actio in Aiace eſt hæc,Aiax poſtquam reſciuit, quæ fecit per inſaniam;gladio incubuit.rurſus in Oedipode Tyranno.Oedipus, poſtquã agnouit ſe patrem peremiſſe,& cum Iocaſte matre concubuiſſe,oculis ſe ipſum priuauit; regnoque deiectus eſt. In Electra quoque. Oreſtes cum iam in adultam veniſſet ætatem,clàm Argos veniens Aegiſthum,Clytemneſtramque perimit.Atque ſic patet in omnibus tragœdiis;actionem vnam eſſe,quæ ſi per ſe conſideretur, remotis Prologo,Epiſodiis,& Exodo;nudata apparebit magis,& vnã tantũ perſonã,aut duas ad ſummũ continebit;Ea itaq.dicuntur ineſſe in rebus ab Ariſtot. quæ inſunt in ipſa actione neceſſariò,ſpectantq.ad eas perſonas quę neceſſario ad conſtitutionẽ actionis requiruntur.Exitus igitur,ſolutioq.fabulæ ab iis, ſi poſsit,peti debet;nã hoc maximè artificioſum eſt, ſicuti Sophocles in Electra videtur feciſſe, nam ſolutio ducitur ex ipſamet actione; in qua Oreſtes Aegiſthum, & Clytemneſtram perimit.In Trachiniis quoque eodem modo,nam exodus ſumitur ab ipſo Hercule eunte in Pyram; vt concremaretur.Atque hæc quidem ita ſeſe habent. Ea verò dicuntur eſſe extra rem, quæ adiuncta quidem ſunt,& cohærentia, ſed non conſtituunt ipſam actionem per ſe,vel potius ſine quibus actio integra permanet,atque hæc ſunt ea,ex quibus Epiſodia ducuntur,nam Epiſodia continent perſonas etiam,quarum non eſt actio ipſa;ſed adiunctas ad ipſam,vt ornatior,amplioique fiat. Ex his igitur ait Ariſtoteles ſaltem petendam eſſe ſolutionem fabulæ, atque exemplum affert Oedipodis Tyrrani Sophoclei.Cum enim in ea tragœdia poſt agnitionem facta fuiſſet peripetia; Soluendaque eſſet fabula,neque poſſet ſolui ex actione ipſa,quia tota collocata fuerat in Epiſodio, quo continetur peripetia,neceſſe fuit,vt ſolutionem duceret ab iis,quæ extra actionem erant;ſed adiuncta tamen ipſi actioni,duxit igitur eam Sophocles à perſona Creontis,qui Oedipodi iam perpeſſo grauem illam calamitatem,ſuperuenit. Verſus hi ſunt.

Χο. Ἀλλ' ὧν ἐπαιτεῖσ', ἐσθλὸν πάρεσθ' ὅσῃ
κρέων, τὸ πρόσθεν, καὶ τὸ βουλεύειν. ἐπεὶ
χώρασ' λελεῖφθαι μοῦνοσ ἀντὶ σοῦ φυλαξ.
Οι. οἴμοι τί δῆτα λέξομεν πρὸσ τόνδ' ἔποσ;
τίσ μοι φανεῖται πίστισ ἐνθένδε σοι, τὰ γὰρ
πάρουσ πρὸσ αὐτὸν πάντ' ἐφεύρημαι κακὸσ.
Κρέ. ἦλθ' ὡσ γελασθησ οὐκ ἐπ' ὀνείδεσιν μολὼν
ἢ εἰ τὰ σὰ πρὸ τῶν πάροσ κακῶν.

Solutio autem fabulæ eſt in illis verbis aperta.

Κρ. ἄγετ' ἐν δόμοισι τοὺσδε τάχιστα.
ἀλλ' ἴθι σίγησ' ἔτω.

Atque videtur quidem Sophocles magnopere laudandus,qui omnia fecit,quare non cogeretur ad Machinam confugere,atque ex ea ſolutionem fabulæ ducere, non enim ea vſus eſt Sophocles vnquam,aut ſemel tantum(loquor de tragœdiis,quæ extant)in Philoctete; ſed planè,ſi conſideres tragœdiæ curſum,coactus fuit ex Machina inducere Herculem,qui futura euenta pandens Philoctete ſolueret fabulam. In Aiace autẽ magis apertè videri poteſt, quomodo ſolutio ducatur ab iis, quæ extra rem ſunt, & actionem,

actionem,nam postquàm Aiax sibi mortẽ conscisset; atque tota actio iam esset tragœdiæ confecta,sublata persona,circa quam versabatur,facit Sophocles superuenientem Menelaum, & Agamemnonem,concertantemque cum Teucro de Aiacis sepultura;mox litem diremptam ab Vlysse,ex quibus omnibus extra rem,actionemq. positis,adiunctis tamen & cohærentibus cum actione,ducitur fabulæ solutio.Eodem modo soluitur tragœdia eiusdem Sophoclis,quę inscribitur Oedipus ἐπὶ κολωνῷ;nam post obitum Oedipodis, cum solutio non posset deduci ab illius persona, quæ actionem cõstituebat,deducitur à persona Thesei superuenientis,& colloquentis cum Antigone.Iam(nisi fallor)satis illustratus est Aristotelis locus obscurus,tùm explicatione verborum,tùm exemplis allatis.

„ Ἐπεὶ δὲ μίμησις ἐστὶν ἡ τραγῳδία βελτιόνων, ἡμᾶς δεῖ μιμεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς εἰκονογρά-
„ φους. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἀποδιδόντες τὴν οἰκείαν μορφὴν ὁμοίους ποιοῦντες, καλλίους γράφου
„ σιν. οὕτω καὶ τὸν ποιητὴν μιμούμενον καὶ ὀργίλους, καὶ ῥαθύμους, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα. ἔχον-
„ τας ἐπὶ τῶν ἠθῶν, ἐπιεικείας ποιεῖν παράδειγμα, ἢ σκληρότητος δεῖ, οἷον τὸν Ἀχιλλέα ἀγα-
„ θὸν καὶ Ὅμηρος.

„ Cum verò Tragœdia præstãtiorum imitatio sit, par fuerit quoque
„ nos ab excellentium pictorum more nõ discedere:qui dum proprias,
„ verisque similimas imagines referre studẽt, pulchriores sanè depin
„ gunt.ita etiam poëta, iracundos videlicet, desidesque dum imitatur,
„ huiusmodique alia circa mores habentes, probitatis quidẽ,atque ira-
„ cundiæ sibi exemplum proponere debet, velut fortem Achillem: vt
„ ipse Homerus.

Dat Aristoteles aliud præceptum, quod spectat ad artificium morum effingendorum;ducitur autem ex quibusdam proloquiis antè probatis: Proloquia enim appello decreta quędam cõclusa,atque cõfirmata prius multis rationibus quorum vnum hoc fuit. Comœdiam esse imitationem τῶν φαυλοτέρων. idest viliorum;Alterum vero,hoc. Tragœdiam esse imitationem præstantiorum.Hoc igitur repetens concluſum Aristoteles,ex eo elicit præceptum maxime necessarium,quod est huiusmodi.In describendis moribus, cum tragœdia sit imitatio βελτιόνων,videndum est vt poëta effingat eos quàm aptissime,& politissime fieri potest.Id autem fiet,si non respiciat singillatim ad eius mores,quem effingit,& imitatur;sed ad naturam ipsam, & perfectum exemplar morum,quorum descriptio est facienda;vt si iracundum aliquem velit imitari, non ad illum,quem imitaturus est,sed ad naturam ,exemplarque absolutum iracundiæ respiciat:Si fortem;si iustum;ad fortitudinis,iustitiæque formam ipsam animũ aduertat, id quod exactè seruatum est ab Homero;in Agamemnone,Vlysse,Nestore, & Achille in primis;nam(vt scribit Plutarchus)voluit in Iliade,in persona Achillis ἀνδρείαν ipsam,ab omni parte absolutam describere.Huiusmodi rationem scribendi(vt alibi diximus)secutus est Xenophon in Cyro;Eandem Plato in rep.describenda.Hinc Cicero.in oratore ad Brutum ait,Has rerum formas appellat ideas ille, non intelligendi solùm,
„ sed etiam dicendi grauissimus author, & magister Plato, easque gigni negat; & ait
„ semper esse,ac ratione,et intelligentia contineri,cętera nasci,occidere,fluere,labi,nec
„ diutius esse vno,& eodem statu.Quicquid est igitur,de quo ratione, & via disputetur,id est ad vltimam sui generis formam,speciemque redigendum. Ridetur ob hoc
„ ipsum Plato apud Athenæum libro duodecimo sub finem his verbis. ἔοικεν δ' ὁ Πλά-
„ των μὴ τοῖς δοκοῦσιν ἀνθρώποις γράφειν τοὺς νόμους, ἀλλὰ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διαπλαττομένοις. Ibidem ex
„ Theopompo explicatur, quàm irrita fuerit omnis illius de rep. sermo, & institutio, quòd supra hominum captum,atque naturam eam descripserit,narranturque omnes illius auditores ferè,qui tàm præclaram reip.institutionem ab eo didicerunt, Tyrannidis potiundæ cupidos fuisse, vbi postremo de Xenocratis exitio hæc proferuntur

© SCD - Université de Poitiers

rebus ineſſe, aut ſaltem extra Tragœdiam aliquid eſſe, ex quo deducatur ſolutio fabulæ,qualia ſunt illa apud Sophoclem in Oedipode; Videtur Ariſtoteles obiectioni alicuius aduerſari,qui fortaſſe dicat.Neceſſe eſſe aliquando fabulas ex machina ſolue re,quia ſolutio,ſeu exodus non ſemper à rebus,quæ inſunt in tragœdia duci poteſt. Sed reſpondet Ariſtoteles;Stulti eſſe,parumque periti hominis hoc putare,nam in rebus ſemper ineſt aliquid,vnde ſolutio fabulæ aptè deducatur, ſine machina. Quòd ſi aliquando contingat, vt in rebus nihil inſit; eſſe tamen multa extrà tragœdiam,quæ idem poterunt præſtare.Sicuti patet in Oedipode Sophoclis.Locus verò hic diligenter adnotandus;quia difficilis videtur,et obſcurus,ſed ego breuiter aperteque omnia declarare conabor.Ea dicuntur ineſſe in rebus,quæ maximè pertinent ad fabulam,& ſine quibus actio non conſtituitur tragica,actionem voco eam,quam in primis imitari conatur poëta.Exempli cauſa.Actio in Aiace eſt hæc,Aiax poſtquam reſciuit, quæ fecit per inſaniam;gladio incubuit.rurſus in Oedipode Tyranno.Oedipus, poſtquã agnouit ſe patrem peremiſſe,& cum Iocaſte matre concubuiſſe,oculis ſe ipſum priuauit; regnoque deiectus eſt. In Electra quoque. Oreſtes cum iam in adultam veniſſet ætatem,clàm Argos veniens Aegiſthum,Clytemneſtramque perimit.Atque ſic patet in omnibus tragœdiis;actionem vnam eſſe,quæ ſi per ſe conſideretur, remotis Prologo,Epiſodiis,& Exodo;nudata apparebit magis,& vnã tantũ perſonã,aut duas ad ſummũ continebit;Ea itaq.dicuntur ineſſe in rebus ab Ariſtot. quæ inſunt in ipſa actione neceſſariò,ſpectantq.ad eas perſonas quę neceſſario ad conſtitutionẽ actionis requiruntur.Exitus igitur,ſolutioq.fabulæ ab iis, ſi poſsit,peti debet;nã hoc maximè artificioſum eſt, ſicuti Sophocles in Electra videtur feciſſe, nam ſolutio ducitur ex ipſamet actione; in qua Oreſtes Aegiſthum, & Clytemneſtram perimit.In Trachiniis quoque eodem modo,nam exodus ſumitur ab ipſo Hercule eunte in Pyram; vt concremaretur.Atque hæc quidem ita ſeſe habent. Ea verò dicuntur eſſe extra rem, quæ adiuncta quidem ſunt,& cohærentia, ſed non conſtituunt ipſam actionem per ſe,vel potius ſine quibus actio integra permanet,atque hæc ſunt ea,ex quibus Epiſodia ducuntur,nam Epiſodia continent perſonas etiam,quarum non eſt actio ipſa;ſed adiunctas ad ipſam,vt ornatior,ampliorque fiat. Ex his igitur ait Ariſtoteles ſaltem petendam eſſe ſolutionem fabulæ, atque exemplum affert Oedipodis Tyrrani Sophoclei.Cum enim in ea tragœdia poſt agnitionem facta fuiſſet peripetia; Soluendaque eſſet fabula,neque poſſet ſolui ex actione ipſa,quia tota collocata fuerat in Epiſodio, quo continetur peripetia,neceſſe fuit,vt ſolutionem duceret ab iis.quæ extra actionem erant;ſed adiuncta tamen ipſi actioni,duxit igitur eam Sophocles à perſona Creontis,qui Oedipodi iam perpeſſo grauem illam calamitatem,ſuperuenit. Verſus hi ſunt.

Χο. Ἀλλ' ὧν ἐπαυτεῖσ', ἐσθλὸν πάρεσθ' ὅπλε
κρέων, τὸ πρόσθεν, καὶ τὸ βουλεύειν. ἐπεὶ
χώρασ λέλειπται μοῦνοσ ἀντὶ σοῦ φύλαξ.
Οι. οἴμοι τί δῆτα λέξομεν πρὸσ τόνδ' ἔποσ;
τίσ μοι φανεῖται πίστισ ἔνδικοσ, τὰ γὰρ
πάροσ πρὸσ αὐτὸν πάντ' ἐφεύρημαι κακόσ.
Κρέ. οὐχ ὡσ γελασθὴσ οἰδίποσ ἐλήλυθασ.
εἰδ' ὡσ ὀνήσων εἴ τιν' ἢ πάροσ κακῶν.

Solutio autem fabulæ eſt in illis verbis aperta.

Κρ. ἄλισ' ἵν' ἕζηκεισ δακρύων.
ἀλλ' ἴθι σέγασ ἔτω.

Atque videtur quidem Sophocles magnopere laudandus,qui omnia fecit,quare non cogeretur ad Machinam confugere,atque ex ea ſolutionem fabulæ ducere,non enim ea vſus eſt Sophocles vnquam,aut ſemel tantum(loquor de tragœdiis,quæ extant)in Philoctete;ſed planè,ſi conſideres tragœdiæ curſum,coactus fuit ex Machina inducere Herculem,qui futura euenta pandens Philoctete ſolueret fabulam. In Aiace autẽ magis apertè videri poteſt, quomodo ſolutio ducatur ab iis, quæ extra rem ſunt, & actionem,

© SCD - Université de Poitiers

Præceptum aliud dat Ariſtoteles; quod latè patet prioraque illa omnia complectitur, eſt autem huiuſmodi. Poëtam in effingendis moribus perſonarum, reſpicere oportet eos ſenſus omnes, qui neceſſariò poëticen ſequuntur. Poëmata recitantur, ergo audiũtur; Ab Hiſtrionibus in ſcena, vbi Apparatus eſt, ergo ſpectantur. Duo igitur ſenſus poëticæ facultati inſeruiunt. Viſus, & auditus, nam oculis ſcenam, & apparatum, habitumque omnem hiſtrionum, auribus autem ſermonem ipſorum homines percipiunt. Prẽterea poëmata ſcenica conſtant ſermone, rhythmo, harmonia. Sermo et harmonia auribus; rhythmus oculis percipitur. His igitur ſenſibus accõmodanda omnis poëſis. Senſus hi duo auditus & viſus (vt inquit Ariſtoteles in libro de Senſu) multas
» percipiunt rerum diſſimilitudines, & diſcrepantiam ſingularum rerum cognoſcunt:
» tantamque habent vim in hominibus, vt per hos tàm earũ rerum, quæ mente, cogita-
» tioneque comprehenduntur, quàm illarum, quæ ſub ſenſum actionemque cadunt, pe
» ritia comparetur; in iis quidem, quæ ad vitæ vſum pertinent; magis homines viſu iu-
» uantur, quàm auditu; ad diſciplinam autem & inſtitutionem, cultumque omnem
» animi capeſſendum, magis conducit auditus. Nam viſus quàm plurimas variaſque dif
» ferentias diſcernit, quia omnes res, quæ corpore conſtant aliquo, colore prædite ſunt,
» Quid multis? viſus percipit ea, quæ maximè communia ſunt, vtpote figuram, magni-
» tudinem, motum, ſtatum, numerum. Auditus verò ſonos percipit tantùm eorumque differentiam omnem diiudicat; & quamuis ad parandam ſapientiam, & ſcientiam magnum hominibus prębet vſum, non tamen per ſe; nam ſermo, qui percipitur auditu, non eſt per ſe cauſa diſciplinæ, conſtat enim ex nominibus, ſed per accidens; nomina enim ſigna quædam tantùm ſunt quarundam notionum. M. Cice. libro de Natura Deorum primo ait. Epicurum vocare ſolitum ſenſus veritatis nũcios, et Idem libro
» de Legibus primo, profert hæc verba. Homini ſenſus, tanquam ſatellites quoſdam na
» tura attribuit, & rerum plurimarum obſcuras, & neceſſarias intelligentias enodauit,
» quaſi fundamenta quædam ſcientiæ. Idem Cice. in libro qui Orator inſcribitur, ait de
» auditu loquens. Aures, vel animus aurium nuncio naturalem quandam in ſe conti-
» net vocum omnium menſionem; Themiſtius quoque Ariſtotelis interpres. libro ſecundo de Anima, ait quinque ſenſus homini datos à natura tanquam nuncios, & exploratores rerum omnium. Cum igitur ſenſus hi duo tantam habeant vim in rebus omnibus percipiendis, & internoſcendis; poëticaque facultas ad hos omnia referat; his inſeruiat poëta oportet, ſic enim omnia conſentanea ſcribet, nihil repugnans; ſeruabitque in moribus τὸ ὅμοιον, καὶ τὸ ἀρμόττον, καὶ τὸ ὁμαλὸν. hæc enim ſenſibus potiſsimum; imò nulla alia via; niſi ſenſibus, diiudicantur. Euripides, qui, vt antè diximus, in choro fœminas tanquam mares fecit loquentes, non inſeruiuit ſenſui oculorũ, neque aurium, Hiſtrio aliquis, qui tragicos ſermones recitaturus, hilarem præferret vultum, aut habitum Comicum, non inſeruiret oculis ſpectatorum; ſic igitur, patet; hoc præcepto voluiſſe Ariſtotelem tria illa ſimul complecti; nam qui inſeruit ſenſibus, qui ad poëticen neceſſariò referuntur; is exactè ſeruat tria illa, de quibus ſingillatim ſuo loco, copioſè locuti fuimus. Hinc Cice. non minus verè quàm doctè in eo libro, qui in-
» ſcribitur Orator, ait. Sed eſt eloquentiæ, ſicuti reliquarum rerum fundamentum ſa-
» pientia, vt enim in vita, ſic in oratione, nihil eſt difficilius, quàm, quid deceat, videre;
» πρέπον appellant hoc Græci; nos dicamus ſanè decorũ, de quo præclarè, & multa præ-
» cipiuntur, & res eſt cognitione digniſsima. Huius ignoratione non modo in vita, ſed
» ſæpiſsime & in poëmatis, & in oratione peccatur, eſt autem, quid deceat, Oratori vi-
» dendum, non in ſententiis ſolùm, ſed etiam in verbis; non enim omnis fortuna, non
» omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis ætas, nec verò locus, aut tempus, aut
» auditor omnis eodem aut verborum genere tractandus eſt, aut ſententiarum, ſem-
» perque in omni parte orationis, vt vitę, quid deceat eſt conſiderandum, quod et in re,
» de qua agitur, poſitum eſt, & in perſonis, & eorum, qui dicunt, & eorũ, qui audiunt.
» Idem eodem libro paulò poſt. Quod ſi poëta fugit, vt maximum vitium, qui peccat
» etiam cum probam orationem affingit improbo, ſtultoúe ſapientis, ſi denique pictor
» ille vidit; cum immolanda Iphigenia triſtis Calchas eſſet, mœſtior Vlyſſes, mœreret

© SCD - Université de Poitiers

» Verba.ταῦτ' ὠφελῆσαι ἐν τ' καλῷ πολιτείᾳ, καὶ τῷ παρανόμων νόμων Hermogenes ſcripturus libros περὶ ἰδεῶν eandem viam eſt ingreſſus;neque vllum ſibi propoſuit certum homi nem,ex cuius ratione artem ſumeret rectè dicendi;ſed communem quandam formam
» reſpexit.verba ipſius hæc ſunt.μέλλων δὲ ἐπ' αὐτὸ χωρεῖν ἔδοξε τὸ διδάσκειν περὶ ἑκάστου τούτων,
» τοῦτον προσδιορισάμενος αὐτὸ ποιήσω. οἷον νῦν ἔστιν ἡμῖν, ὁ περὶ τ' πλάτωνος, ἢ δημοσθένους, ἢ τῶν ἄλ-
» λων ἰδέας ὁλόγους, λελέξεται μὲν γὰρ ἐν ὑστέρῳ καὶ περὶ τούτων. ἐ δὲ νῦν ὁ περὶ τούτων, ἀλλ' αὐτὸ ἕκα-
» στον καθ' αὑ τὸ πρόκεισθαι ὁποῖον τι ἔδει σημῆναι δεῖξαι, καὶ ὅπως γίνεσθαι. & quæ ſequuntur. Explicat verò in contextu præceptum hoc quale ſit,ſimilitudine ducta à pictoribus;ſicuti enim pictores imaginem aliquam expreſſuri,conantur multò pulchriorem effingere,quàm eſt;non enim ad ipſam reſpiciunt,ſed ad exemplar quoddam generale eius figuræ;ſic poëtæ hęc eadem ratio debet eſſe propoſita in moribus perſonarum effingendis.Hinc Hora.ad Piſones ſcribens, ait.

» Reſpicere exemplar vitæ,morumque iubebo
» Doctum imitatorem.

Cicero vero in Oratore ad Brutum politiſsimè omnium de hac ſimilitudine loquitur his verbis.Sed ego ſic ſtatuo nihil eſſe in vllo genere tàm pulchrũ,quo non pulchrius id ſit,vnde illud,vt ex ore aliquo,quaſi imago exprimatur,quod neque oculis, neque auribus,neque vllo ſenſu percipi poteſt,cogitatione tantùm,et mente complectimur. Itaque & Phidiæ ſimulacris,quibus nihil in illo genere perfectius videmus,& his picturis,quas nominaui;cogitare tamen poſſumus pulchiora.Nec verò ille artifex,cum faceret Iouis formam, aut Mineruæ,contemplabatur aliquem, è quo ſimilitudinem duceret,ſed ipſius in mente inſidebat ſpecies pulchritudinis eximia quædam,quam intuens,in eaque defixus ad illius ſimilitudinem artem,& manum dirigebat. Huc ſpectat & illa Ciceronis narratio de Zeuxide pictore, apud Crotoniatas libro ſecundo de Inuentione,quæ illic commodè ab omnibus legi poteſt;Sed oritur quæſtio hoc loco non leuis.Si enim exemplar iracundię,non illum ipſum hominem,quem deſcriptu rus eſt aliquis poëta;intueri oportet in moribus exprimendis,neque exprimere, qualis ille ſit,ſed qualis eſſe debuit;conſequitur quiddam maximè abſurdum;nam non exprimet mores κατὰ τὸ ὅμοιον.quod in primis ſeruandum eſſe ſuperius diximus. Reſpondet Ariſtoteles,poëtas, etiam ſi intueantur perfectam morum formam,non tamen impediri,quo minus exprimant in iis τὸ ὅμοιον,nam illud ipſum exprimunt ſub excellentiore quadam figura;in eo genere, quod ſibi propoſuerint, nã ſi ad aliud genus tranſgrederẽtur;id fortaſſe nõ efficerent, eſſentque reprehendendi ſed vnumquodque genus perſe ſupremos quoſdam habet decoris gradus, & abſolutiſsimam recipit formã non tamen degenerãs à ſua natura,& effigie priſtina. hæc omnia ſignificauit Ariſto
» teles de pictoribus loquens,his verbis ; καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἀποδιδόντες τὴν οἰκείαν μορφὴν ὁμοίους
» ποιοῦντες καλοὺς γράφουσι hoc eſt,pictores propriam effigiem vniuſcuiuſque effingentes, ſimilem exprimere quidem conantur;ſed formoſiorem ;& venuſtiorem multò. exemplum verò affert Ariſtoteles ex Homero , Achillis , in quo effingendo omnem operam poſuit ſuam egregius ille poëta . Non diſsimili ratione Dionyſius Halicarnaſſeus in ſuis Rhetoricis,vbi loquitur περὶ ἐκ ἡμαλισμένων λόγων,conatur exemplis Homericis probare omne ſermonis genus;nam Homerus in Aiace,in Vlyſſe,in Neſtore, in Phœnice;& reliquis,exactè omnia expreſsit,exemplar ipſum talium perſonarum, potius,quam illas perſonas intuens; quod optimus quiſque poëta etiam efficere debet ſummo ſtudio.

» Ταῦτα δὴ δεῖ διατηρεῖν, καὶ πρὸς τούτοις ταῖς παρὰ τὰς αὐάγκης ἀκολουθούσας α-
» δήτοις τῇ ποιητικῇ. καὶ γὰρ κατ' αὐτάς ἐστιν ἁμαρτάνειν πολλάκις, εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν
» ἐν τοῖς ἐκδεδομένοις λόγοις ἱκανῶς.

» Hæc profectò ſeruare oportet, inſuperque ſenſus ipſos, qui Poëticam conſequuntur,præter illa, quæ neceſſaria ſunt. Etenim in his falli
» mur ſæpenumero.ſed in ſermonibus iam editis ſatis dictum de his.

Præceptum

» Horum rurſus ingenita aliqua:verbi gratia:lancea, quam Terrige-
» næ geſtare ſolent, vel aſtra, qualia in Thyeſte Carcinus:aduẽtitia ali-
» qua,ſed hæc vel in corpore, vt per cicatrices: vel extrinſecus, vel per
» monilia,per torques,&,vt in Tyro,per ſcapham.Poſſumus autem me
» lioribus his vti, itemque deterioribus:verbi gratia:ex cicatrice quidẽ
» Vlyſſes agnoſcitur:non tamen eodem modo à nutrice, & à ſubulcis:
» quandoquidem hæc fidei faciendæ gratia, artificii ſunt expertia, cæte
» raque huiuſmodi. Quæ verò ex peripetia, qualia in Niptris, meliora.

Cum igitur prima agnitio ducatur ex ſignis,declarat Ariſto.quot ſint, qualiaque ſignorum genera.Signorũ alia ſunt. σύμφυτα. ideſt,inſita, ſeu ingenita.alia ἐπίκτητα.ideſt adſcita,& aduentitia. rurſus aduentitia in duas ſecantur partes; nam aut in corpore inſunt;aut extrinſecus poſita. Hæc ſingillatim ſunt declaranda. Ingenita ſigna ſunt, quæ nunquàm abſunt à re.vt lancea,quam terrigenæ,ſeu gigantes ſolent geſtare.Sicuti Hercules clauam,& leoninam pellem. Sicuti Pallas caſsidem,haſtam,& Gorgonẽ. Hęc ſigna,ſi conſideres,nõ ſunt quidẽ propriè ingenita;nã tolli poſſunt à re,ſine illius detrimento; ſed quia adeò vſitata ſigna hæc erant in illis perſonis, vt nunquàm aut à pictoribus,aut à ſculptoribus effingerentur, ſine illis ſignis, vt ab omnibus agnoſcerentur.inſita quodammodo dici poſſunt; et ingenita;non ſecus ac illa, quæ propriè hoc nomine vocantur à Philoſophis. Sed planè non in omnibus eſt quærendum illud τὸ ἀκριβὲς, ſicuti docet Ariſtoteles libro primo Ethicorum. Aliud ex emplum affertur ex Carcino tragico,de quo,præter Suidam, & Athenæum, qui ipſius nominant aliquot fabulas, etiam Ariſtoteles in Ethicis, meminit, vt alibi eſt à me dictum.is Thyeſten ſcripſit fabulam, agnitionemque confecit ἐκ τῶν ἀστέρων. hoc eſt; ex aſtris. Thyeſten quidem Agathonis citat Athenæus; ſed non Carcini: de hac vero agnitione,cum nihil vſpiam legerim; non facilè ſententiam meam poſſum proferre, qualis fuerit: ſed ſatis patet locus Ariſtotelis. Aduentitia ſigna, quæ ab Ariſtotele vocantur ἐπίκτητα,aut inſunt in corpore, vt cicatrices:aut extrinſecus poſita; vt monilia. Τὰ περιδέραια inquit Ariſtoteles; quæ vox generalis eſt, & ampla; neque monilia tantum complectitur;ſed ita libuit Paccio vertere. Aliud exemplum citat Ariſtote
» les,ex tragœdia,quæ inſcribebatur τυρῶ; in qua agnitio fiebat δι' σκάφου. de ea legere
» eſt in Scholiis Apollonii; vbi hæc ſunt verba. τυρὼ Καλμωνέως θυγάτηρ ἔτεκεν ἐκ ποσειδῶνος
» Νηλέα,καὶ Πελίαν,εἶτα γαμεῖται κρηθεῖ τῷ αἰόλου,καὶ Αἴκτῃ Αἴολον, Φέρητα; & quæ ſequuntur. Fa-
» bulam Tyrûs citat Athenæus ex Sophocle lib. III. & lib. XI. vbi hæc ſunt verba. Σοφο
» κλῆς δὲ τυρῶ προσῆναι μέσῳ φάπελαν ἀμφὶ σπλᾶ τε καὶ καρχήσια τῷ τράπελαν φάσκων προσελθυθέαν
» ἂν ἀράκοντας, καὶ γενέσθαι σοβὰ τὰ σπλᾶ, καὶ τὰ καρχήσια, ἕθος γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις οὕτω τὰς φαπε-
» λὰς λέγειν κεκραμένα ὑδρίαις ποτήρια. Vſus autem duplex eſt horum ſignorum, ad conficiendam agnitionem. alius χείρων,hoc eſt minus probatus,& deterior; alius βελτίων. ideſt præſtantior,& probatior.Vſus deterior eſt,cum fit confirmandæ agnitionis cauſa; & vt ipſe ait οἷον πίστεως. vt in Vlyſſe,ex cicatrice,qui tamen aliter agnitus fuit à nutrice, & ſubulcis.Locus hic legi poteſt apud Homerum in Odyſſea lib.XVIII.& lib.XX.nam Euryclea pedes Vlyſsis lauans ex cicatrice illum agnouit. Eumæus vero & Melanthius nõ agnouerunt quidẽ ipſi Vlyſſem;ſed ille ſe agnoſcendum præbuit; cum eandem oſtendiſſet cicatricem;ideò Ariſtoteles in cõtextu ait;aliter à ſubulcis, aliter à nutrice agnoſci Vlyſſem. Verſus Homeri ſuperius appoſuimus, in quibus Euryclea dũ lauat illius pedes, Vlyſſem agnoſcit.non eſt igitur neceſſe,vt rurſus apponamus.Rurſus,in quibus agnoſcendum ſe Vlyſſes præbet ſubulcis.hi ſunt lib.XX. Odyſſ.

» αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τόν γε νόον νημερτὲς ἀγείνω,
» ἐξ οὐλῆς σφ' ἐπέεσσιν ἀμειβόμενος προσέφην·
» εὖδον μὲν δὴ ὅδ' αὐτὸς ἐγὼ κακὰ πολλὰ μογήσας
» ἤλυθον εἰνοσῴ ἐς τεῖ ἐὸν παρὰ δῶμα γαῖαν
» γνῶσκω δ' ὡς σφῶϊν.

Et quæ ſequuntur.

© SCD - Université de Poitiers

" Menelaus,obuoluendum caput Agamemnonis esse, quoniam summũ illum luctum
" penicillo non posset imitari;Si denique histrio, quid deceat quærit, quid faciendum
" oratori putemus?Hæc Ciceronis verba libenter appositui,quia,quamuis de oratore lo
quatur, multa tamen de poëtis etiam profert, mirificeque explicat ea quæ pertinent
ad seruandum τὸ πρέπον,quò respiciebat omnis Aristotelis disputatio. Ait verò Ari-
stoteles,se de his rebus copiosius locutum fuisse ἐν λόγοις ἐκδεδομένοις. Nimirum enim
(vt inquit Cicero de eadem re loquens)magnus est hic locus, & magnum volumen
aliud desiderat;Paulò post.idem Cice.totam disputationem τοῦ πρέποντος colligens,
verba hæc profert,quæ quoniam huc spectant,apponenda putaui. Vtrum decere, an
" oportere dicas.Oportere enim perfectionem declarat officii,quo & semper vtendum
" est,& omnibus. Decere,quasi aptum esse,cõsentaneumque tempori,et personæ,quod
" cum in factis sæpissimè,tum in dictis valet,in vultu denique,& gestu,& incessu; con-
traque item Dedecere.

" Ἀναγνώρισις δέ τί μέν ἐστιν, εἴρηται πρότερον. εἰδῶν δὲ αὐτῆς τὰ μὲν ἧττον
" τεχνικά ἐστιν, καὶ ἃ πολλοῖς χρῶνται δι' ἀπορίαν, ἤ λέγω τὰ σημεῖα.

" Sanè quid sit agnitio,superius declarauimus.nunc verò de ipsius ge
" neribus.Primũ quidẽ, vt est minimè artificiosum, ita à plurimis vsur-
" patum,aut per dubitationem fit,aut per signa.

Hactenus Aristo.de Moribus,quæ secunda erat pars tragœdię,locutus est.Nunc ge
nera Agnitionum enumerat,explicatque singillatim. Sed miretur fortasse aliquis,cur
in hunc locum distulerit disputationem de agnitione;cum antè fabulæ partem dixe-
rit illam esse,& nõnulla de ipsa tunc protulerit;Verùm ego putarim hoc summo cum
artificio ab Aristotele factum, nam agnitionis definitio ad fabulam spectat; cum
fabulæ pars sit. Sed ipsius exacta explicatio erat in hunc locum reiicienda; quo-
niam melius, faciliusque intelligi potest qualis sit, quomodoque fieri potest, iam
declaratis moribus. Cum enim in moribus sit seruandum τὸ ἁρμόττον agnitiones
quoque ex eo duci in primis videntur debere, vt conuenientes, consentaneæque
sint rebus,de quibus agitur, & personis accommodatæ; adde quòd agnitiones cũ du-
cantur à signis;signa verò in ipsis personis sint insita; pro illorum varietate, quæ non
aliunde, quàm ex genere personarum existit; varias quoque agnitiones esse oportet;
Præterea morata oratio valde augetur atque exornatur,interposita aliqua agnitione;
quæ ex personarum natura, moribusque necessariò enascitur. His rationibus adduc-
tum crediderim Aristotelem, vt hoc loco de agnitionum generibus loqueretur, ta-
lemque institueret suæ disputationis ordinem.nam ipse met satis ostendit hoc à se cõ
sulto factum,cum ait Τί μὲν ὄντων ἀναγνωρισις εἴρηται πρότερον hoc est. prius quidem agni-
tionis definitio allata fuit:hæc enim repetit Aristoteles, quasi velit se memorem osten
dere sui artificii,quo in contexenda vtitur disputatione; ac methodo libri huius. Sex
vero enumerat Aristoteles agnitionis modos; seu species. Prima species agnitio-
nis non est quidem admodum artificiosa; à multis ideo poëtis vsurpata; necesse est
autem,vt quæ primùm in vsum,tractationemque veniunt;parùm in se decoris,atque
artificii habeãt.rudia enim sunt. Prima igitur agnitionis huius parùm artificiosæ spe
cies ambiguitatis tollendæ causa videtur adhiberi cœpisse,ducique ex signis.

" Τούτων δὲ τὰ μὲν σύμφυτα, οἷον, λόγχῃ, ἣν φοροῦσι γηγενεῖς, ἢ ἀστέρας, οἵους ἐν τῷ
" Θυέστῃ Καρκῖνος. Τὰ δὲ ἐκτὸς τὰ, καὶ τούτων τὰ μὲν ἐν τῷ σώματι, οἷον, οὐλαί, τὰ δὲ ἐκ-
" τός, τὰ περιβραία, ἢ οἷον ἐν τῇ τυρρῇ ἔχει ὁ σκάφις ἔστι δὲ ἢ τούτοις χρῆσθαι ἢ βέλτιον, ἢ χεί
" ρον, οἷον, Ὀδυσσεὺς ἔχει τὴν οὐλήν. ἄλλως ἀνεγνωρίσθη διὰ τὴν ἀποφοράν, ἢ ἄλλως διὰ τὴν συβώτην.
" εἰσὶ γὰρ αἱ μὲν πίστεως ἕνεκα ἀτεχνότεραι καὶ αἱ τοιαῦται πᾶσαι. αἱδὲ ἐκ περιπετείας
" ὥσπερ ἡ ἐν τοῖς νίπτροις, βελτίους.

horum

© SCD - Université de Poitiers

rursus apponantur. Sciendum verò, hic vulgatos libros habere hiatum; essequé interruptos. Duo libri, qui in Medicæa sunt bibliotheca, alter manu Politiani descriptus,
» alter uetustior ita habet, ἐκείνη μὲν γὰρ δὴ τ' ἐπιστολῆσ, ἐκεῖνοσ δὲ αὐτὸσ λέγει. ἃ βούλεται ὁ ποιητὴσ ἀλλ' οὐχ ὁ μῦθοσ. quæ tamen verba adhuc interrupta sunt, ni fallor, sicuti vulgata. Alius liber manuscriptus, qui apud me est, peruetustus, habet & ipse locum interruptum,
» sed manu docti cuiusdam viri interposita est dictio hæc. ἐκ τῆσ ὑφασμάτων. quam lectionem, etiam si coniectura potius quadam video ita conglutinatam, libenter sequor; do nec verior ex probabiliore aliquo libro proferatur, totũ igitur locum ita legendum
» censeo. ἐκείνη μὲν γὰρ δὴ τ' ἐπιστολῆσ, ἐκεῖνοσ δὲ ἐκ τῆσ ὑφασμάτων. Verũ his omissis, quatenus ad Aristotelis sententiam spectat; sciendum cum duas habeat Euripidis Iphigenia agnitiones, alteram Orestæ erga Iphigeniam per epistolam. Alteram Iphigeniæ erga Orestem, per textam vestem; priorem illam esse εὐτεχνον, qualem explicat Aristoteles in secunda specie collocandam. Posteriorem autem esse ἄτεχνον: qualem in prima specie diximus reponi debere: nam fit posterior hæc ab Oreste, ἐνίκα πίστεωσ, & peripetiam non habet, sicuti prior illa, euidentem, & fortuitam. Est apud Sophoclem quoque in Electra agnitio; in qua se Orestes sorori agnoscendum præbet, ἐκ τ' σφραγῖδοσ. hæc verò fit
» ἐνίκα πίστεωσ cum enim adduci non posset ad credendum Electra Orestem viuere, il-
» lumque esse, quo cum loquebatur, eo modo fidem facit. Versus hi sunt.

» Ο'ρ. εἴπερ ἔμψυχοσ γ' εἶγὼ.
» Η'λ. ἢ γὰρ σὺ κεῖνοσ;
» Ο'ρ. τῶνδε προσβλέψασ' ἐμοῦ
» σφραγῖδα παφὸσ, ἔνθαδ' εἰ σαφῆ λέγω.
» Η'λ. ὦ φίλτατον φῶσ.

» Ταῦτα δὲν αὐτὸς λέγει, ἃ βούλεται ὁ ποιητὴς, ἀλλ' οὐχ ὁ μῦθος. δεῖ δ' ἐγγὺς τ' εἰρημένων
» ἁμαρτίας εἶναι. ἐξὸν γὰρ αὖ εἰκὸσ καὶ ἀνεπιτήδειον, ἐν τῷ Σοφοκλέους τηρεῖ ἡ τ' κερκίδος φωνὴ.

» Hæc itaque pro arbitrio poëta profert, non ipsa fabula. ideoque in
» peccatum supradictum facilè lapsum habent. quippe nonnulla afferre
» permissum est: vt in Sophoclis Thereo radii vox.

Huiusmodi signa, ex quibus secunda hæc agnitio constat; excogitantur, confinguntúrque ab ipso poëta, pro suo arbitratu; Sed magnum periculum impendet, ne iudicio labatur in iis excogitandis, & confingendis, nam non omnia conueniunt tragœdiæ; nihilque cõfingendum est præter verisimile, et probabile: sicuti antea sæpe docuimus, omniaque sunt accommodanda ad sensus, qui poëticæ facultati inseruiũt. Periculum verò ideo inest in hac re, quia parum absunt à vitio; ac planè in huiusmodi facilè decipiuntur homines; Sunt igitur diligenter consideranda; quæ liceat, quæ'ue non liceat confingere. nam quamuis dicat aliquis, nihil quod animæ expers sensusque sit, loquẽs aut vocem emittens vllam, in scenam posse induci, quia id non patitur natura, & similitudo veri; tamen sæpe videas nõnulla eiusmodi concedi posse, quale est illud Catulli carmen, in quo Ianuam loquentem facit, nam aut proxima quadam affinitate rerum, aut ipsorum poëtarum authoritate, aut ratione aliqua diuina quæ subsit, supra captũ mortalium, vitiosa videri non debent, quamuis præter verisimile proferantur. Huius verò rei probandæ causa exemplum affert ex Sophoclis tragœdia, quæ inscribebatur Tereus; his verbis, καὶ ἐν τῷ Σοφοκλέους τηρεῖ. manuscripti libri duo habent οἷον ἐν τῷ Σοφο-
» κλέους τηρεῖ, nam illa dictio καὶ, cum suo non fungeretur coniungendi munere, obrepsit
» se in alienum locum importunè videbatur. Sophocles induxerat in eam fabulam Terei, vocem emissam è radio, nam κερκίδα vocamus radium, quo texentes vtuntur, facilè suspicari possit aliquis, agnitionem aliquam confictam fuisse à Sophocle, quæ duceba tur ex radii voce, præter verisimile quidem; sed adeò aptè excogitatam, vt reprehendi nõ posset. Citat Athenæus libro tertio Canthari poëtæ Tereum vbi loquitur de Cydoniis malis. Philomela narratur à Tereo vitiata; cui præterea linguam exectam aiunt

© SCD - Université de Poitiers

Paulò poſt hi ſunt verſus, in quibus oſtendentem cicatricem facit ſubulcis.

» ὡς εἰπὼν ῥάκεα μεγάλης ἀποείργαδεν οὐλῆς.
» τὼ δ' ἐπὶ εἰσιδέτην δῦ τ' ἐφράσσαντο ἕκαστα
» κλαῖον ἄρ' ἀμφ' ὀδυσῆα δαΐφρονα χεῖρε βαλόντε
» καὶ κύνεον ἀγαπαζόμενοι κεφαλάς τε καὶ χεῖρας ἔκυσε.

Sed conſideremus, cur Ariſtoteles deteriorem hanc agnitionem illa eſſe dixerit. Deterior hæc eſt agnitio, quia Vlyſſes ſponte vlcus oſtendit ſubulcis, vt ſe agnoſcerent; cum illi ne ſuſpicarentur quidem Vlyſſem eũ eſſe; ſed omnia alia cogitarent, quotieſcunque igitur aliquis ſignum aliquod oſtendit alteri ſui detegendi gratiã; hoc eſt, vt ab altero, cui tunc erat ignotus, agnoſcatur; minus artificioſa eſt, & deterior; quia nullam in ſe peripetiam habet; ſed tantùm εἵνεκα πίστεως, hoc eſt confirmandæ fidei cauſa; atque vt perſuaſiſsimum ſit illi, à quo agnoſci volumus, nos illos eſſe, quos diximus. Vlyſſes enim cũ ſubulcis dixiſſet ſe Vlyſſem eſſe, ambigere adhuc potuiſſent; neque ſatis credere illius dicto; ſed ſtatim oſtenſa cicatrice, ſimul ſui dicti veritatem, illorumque opinionem confirmauit; effecitque omnino; vt apertè cognoſcerent ſe Vlyſſem eſſe. Altera agnitio, cuius exemplum protulimus ſuperius, in Eurycleę nutricis perſona ex Homero, multò eſt præſtantior; nam habet in ſe peripetiam. quotieſcunque igitur agnitio fit præter ſpem inter duos, quorum neuter alterum cognoſcebat; habito inter ſe ſermone de eo, quem poſtea alter agnoſcit, ex eo ipſo ſermone, præter omnem inquam ſpem, hæc valde probari; percellit enim mirificè animos eorum, qui agnoſcunt, et illorum qui agnoſcuntur, cum ipſi paulò poſt in agnitionem quoque alteram producantur. Vlyſſes enim ſe ſponte non præbuit agnoſcendum Eurycleæ; Sed ſemper ſe occultare conatus eſt. at illa præter omnem ſpem, cum illum abſentem deſleret, dum pedes ablueret, ex cicatrice Vlyſſem agnouit. Verba illa Ariſtotelis, ἐν νιπτῆρσι hoc eſt, in lauacris, reſpiciunt locum Homericum, quem paulò ante attulimus in medium. Veteres enim in Homerico poëmate, ſingulis Epiſodiis ſua imponere conſueuerant nomina; vt ſuperius ἀπόπλοιν, nunc νιπτῆρα: paulò poſt ἔκθεσιν videbimus ab Ariſtotele vocatum, cum Vlyſſes à Phæacibus in Ithacenſe littus exponitur.

Δεύτερον δὲ καὶ τὸ κατὰ τὴν ποίησιν. διὸ οὐκ ἄτεχνοι, οἷον, Ὀρέστης ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ ἀνέγνωσε τὴν ἀδελφήν, ἀναγνωρισθεὶς ὑπ' ἐκείνης, ἐκείνη μὲν γὰρ ὡς τὰ εἰκότα ἐδήλωσε, ἐκεῖνος δὲ, ὡς σημείων.

» Ordine huic proxima ſunt, quæ quoniam à poëtis confinguntur, artificio non carent: qualis in Iphigenia Oreſtes: qui & ſororem agnouit, & agnitus ab ea eſt. agnouit quidem ex epiſtola: agnitus autem ex indiciis,

Vertit Paccius. Ordine huic proxima ſunt, neque ſatis cognoſcas referre ne voluerit ad ſigna, an ad agnitionẽ. ad hanc enim referantur oportet, cũ enim genera ipſius ſex enumeret; hoc loco ſtatuit ſecundum genus. Dicendum igitur, vt apertior ſit diuiſio, Secunda autem ſpecies agnitionum eſt; Declarat igitur Ariſtoteles ſecundam agnitionis ſpeciem. Signa, ex quibus ſecunda agnitio fit, differunt à prioribus ſignis, ex quibus fit prima agnitio; quia illa carent artificio; ſuppetunt enim per ſe ex rebus ipſis; neque alia poſſunt, præter illa, excogitari, ex quibus commode duci poſsit agnitio: hæc autem ſigna ex quibus conficitur ſecunda agnitio, non carent artificio, quia confinguntur à poëtis ſecundum veriſimile; & alia atque alia poſsunt excogitari, ex quibus nihilominus agnitio conficiatur quàm ex illis. Patet verò Ariſtotelem etiam hoc loco ita proferre has dictiones, εὔτεχνα, καὶ ἄτεχνα, ſicuti protulit; & explicauit quoque libro primo Rhetor. ad Theodecten. Exemplum ſecundę agnitionis ſumptum eſt ex Iphigenia Euripidis, in qua Oreſtes Iphigeniam agnouit ex Epiſtola. Iphigenia autem Oreſten ἐκ τῶν ὑφασμάτων ideſt ex textilibus veſtimentis. Nos locum hunc totum ſuperius retulimus; atque verſus Euripidis appoſuimus, non eſt igitur opus, vt

rurſus

» ὡς σ' οἱ μὲν ἐϋσσέλμων ἐπιπωλῶν
» βάντες σὺν ἀπήμονι πυρὶ κλισίηνδε βάλοντες
» Ἀργεῖοι. Paulò post.
» ἠείδη δ' ὡς ἄσυ πλατὺ πρόσθεν ὕδωρ ἀχαιῶν
» ἵππόθεν ἐκχυμένοι κοῖλον λόχον ἐκπρολιπόντες
» ἄλλον δ' Ἄλλη ἄφαρ πόλιν ἠραίζομεν αἰπήν.
» αὐτὰρ ὀδυσσῆα πρῶτ' ἀνὰ μάχην ἀμφιδάηον. Et quæ sequuntur.

Paulò post.

» ταῦτ' ἄρ' ἀοιδὸς ἄφαρ περικλυτὸς, αὐτὰρ ὀδυσσεὺς
» τήκετο, δάκρυ δ' ἔβλυσεν ὑπὸ βλεφάροισι παρειάς.
» ὡς δὲ γυνὴ κλαίῃσι φίλον πόσιν ἀμφιπεσοῦσα,
» ὅς τε ἑῆς πρόσθεν πόλιος, λαῶν τε πέσῃσιν
» ἄστεϊ καὶ τεκέεσσιν ἀμύνων νηλεὲς ἦμαρ
» ἠμὲν τὸν θνήσκοντα, καὶ ἀσπαίροντ' ἐσιδοῦσα
» ἀμφ' αὐτῷ χυμένη λίγα κωκύει.
» ὡς ὀδυσεὺς ἐλεεινὸν ὑπ' ὀφρύσι λάκρυον εἶβεν. Et quæ sequuntur.

Hanc agnitionem imitatus est Vergilius lib. primo Aeneidos vbi Aeneã facit intuentem picturam, quæ erat in templo, rerum Troianarum; atque ex ea recordatũ huius, atque illius Herôis non sine lacrymis; suique ipsius.

» Sic ait, atque animum pictura pascit inani,
» Multa gemens, largòque humectat flumine vultum.
» Nanque videbat vti bellantes Pergama circum Et quæ sequuntur.
» Nec procul hinc Rhœsi niues tentoria velis.
» Agnoscit lacrymans.

Talem picturam in suo poëmate expressit vetustissimus poëta Dicæogenes; ex qua oriretur recordatio præteritorum malorum, magno cum luctu. nam sicuti recordatio præteritæ felicitatis, & voluptatis iucũda est; sic infelicitatis recordatio dolorem affert; ac sanè de hac re copiosius aliquantò loqui non grauarer, quia locus postulat, nisi sperarem me propediem editurum Philosophica problemata ex poëtarum versi-
» bus excerpta. Verba in contextu Aristotelis illa, καὶ ἡ ἐν Ἀλκινόου ἀπολόγῳ, quæ vertit Paccius. Et in sermone apud Alcinoum, mendum habẽt, quod tollo adiutus ope manuscriptorum trium librorum, quorum vnus apud me est; alii duo in Medicæa bibliotheca. in omnibus enim scriptum est. ἢ ἐν Ἀλκινόου ἀφ' λόγου. Sensus est pulcherrimus horum verborum, nam cum dixisset agnitionem fieri ex recordatione; seu memoria; memoriam significare voluit Aristoteles excitari in nobis aut inspectione imaginũ, quæ referunt, representantque nobis, ea, quorum tunc vehementius recordamur, aut recitatione sermonis alicuius, in quo audiamus illarum rerum mentionem fieri; quarum memoria statim excitatur. duplici igitur modo talem memoriam in nobis gigni docuit Aristoteles: Sed Paccius, quòd non intellexit, perperamque vertit hæc verba, non distinxit; quo fit; vt perspici satis nõ possit in illius versione duplex hic memoriæ, agnitionisq. modus; de quo loquitur Aristoteles, nam apud Homerum alter horum fit ἀφ' λόγου. ideſt à sermone, quem audiens Vlysses apud Alcinoum; statim recordatus est illorum omnium, quæ in eo sermone proferebantur. Sunt verò in contextu et illa verba perpendenda τὸ αἰσθέσθαι τί ἰδόντα. ideſt conspicatum aliquid sentire. vel cum aliquid aliquis viderit, rursus id sensu percipiat. exempli causa. Conspicatus ego fui Athenis Socratem, eundem postea in Gallia pictum videns, illius recordor statim. Sed Aristoteles ait, αἰσθέσθαι. quia non semper memoria fit, ex sensu videndi; nam tantundem fiet, si audiero aliquem loquentem; ex sermone, in quo illius mentio facta sit: Colligo igitur summatim ea, quæ dicta sunt. Memoria fit, quotiescunque aliquem conspicati prius, & allocuti, rursus eundem intuemur, aut alloquimur. Nec tamen refert intuearis rursus ipsum'met, aut imaginem ipsius expressam. tantundem enim memoria ex pictura renouabitur. atque hic primus est modus, qui fit per sensum oculorum. Memoria eadem fit etiam, quotiescunq. aliquem prius conspicati fuimus, aut

© SCD - Université de Poitiers

ab eodem, ne ſtuprum panderet; ſed illam acu pinxiſſe rem totam, quaſi ſcripſiſſet; aptè deſcriptis literis. Huius igitur fabulæ actionem tragicæ cum conſtituiſſet Sophocles; fortaſſe agnitione aliqua cum opus eſſet in tragœdia, eam à radii, quod texentium mulierum inſtrumentũ eſſe cõſtat, voce deduxit; planè mihi videor rem ipſam, et ſi non extat tragœdia, intueri. Sunt in Epigrammatũ Græcorum libro primo verſus hi, quibus poëta quidam eleganter exprimit ſermones Philomelæ acu pingentis, & ſcelus Terei pandentis ſorori Procnæ.

» χαῖρε πρόκνη παρὰ σεῖο κασιγνήτης φιλομήλης
» χαίρω εἰ τόδε γ' ἔστιν. ἐμοῦ δὲ σοὶ ἄλγεα θυμοῦ
» πέπλος ἀπαγγείλει, τά μοι λυγρὰ ὦπασε τηρεύς.
» ὅς μ' ἔρξας βαρύποτμον οὐ ἔρκεσι μηλονομήων
» πρῶτον παρθενίης, μετέπειτα δὲ νώσφισε φωνῆς.

de Tereo fabula Anaxandridæ comici meminit Athenæus lib. nono Ἀναξανδρίδης τηρεῖ.

» οὐχ δυομένους δὲ τοὺς κάπρους.
» καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας θεωρεῖν ἄσμενος.

de eadem autem fabula Tereo quid ſentiat, profert ibidem Athenæus, ex Chamæleonte his verbis: ἐπεὶ δὲ τὸ κωμικοῦ τούτου ἐμνήσθην, καὶ ὀψὰ τοῦ τοῦ τὸ ἡδύσμα τοὺς τηρεύσι κεκριμένον οὐ πρώτοις, ἐκθήσομαι ὑμῖν ἀνάληψιν φίλοις ἐσ κρίσιν ἃ εἴρηκε τοῦτ' αὐτὸ χαμαιλέων ὁ ἡρακλεώτης ἔκτῳ τούτῳ κωμῳδίας, γράφων ὧδε. Ἀναξανδρίδης διδάσκων ποτὲ ἀθυρόμβοις Ἀθήνησιν εἰσῆλθεν εἰς ἵππους. καί τινι γάλα τῶν ἐν τῷ ἄσματος. ὧν δὲ τὴν ὄψιν καλὸς, καὶ μέγας, καὶ κόμην φέρει, καὶ ἐφόρει ἀλουργίδα, καὶ κράσπεδα χρυσᾶ. Solebat Anaxandrides (quod lepidum eſt, & dignum cognitu) Fabulas, quæ populo non placuiſſent, ſcindere, atque ad Pharmacopolas mittere, vt inuoluerent thus, & ſcombros. Sicuti etiam Catullus ait ridens ineptos verſus cuiuſdam.

» Pleni thuris & inficitiarum, & Horatius non ſemel, aliique poëtæ. Verba Athenæi ex Chamæleonte ſunt hæc. πρὸς δὲ ὧν τὸ ἦθος ἐποίει τοιοῦτον τοὺς κωμῳδίας, ὅτε γὰρ μὴ νικῶν λαμβάνων ἔδωκεν εἰς τὸν λυσανιστὸν καζατιμεῖν, καὶ οὐ μετεσκεύαζεν ὥσπερ οἱ πολλοί, ἀλλὰ πολλὰ ἔχοντα κομῳδὸς τῶν ἡρακλεωτῶν φάσκοντος, δυσκολαίνειν τοῖς θεαταῖς δοκεῖ· τὸ γὰρ θαυμάζω ἐν πᾶσι, καὶ ὁ τηρεὺς περισώθη μὴ τυχὼν νίκης, καὶ ἄλλα ἡρέμα τοῦτο τῶν ὁμοίων τοῦ αὐτοῦ.

» Τρίτη δὲ ἡ διὰ μνήμης, τὸ αἰσθέσθαι τι ἰδόντα. ὥσπερ οἱ ἐν Κυπρίοις τοῖς Δικαιογένους. ἰδὼν γὰρ τὴν γραφὴν ἔκλαυσε. καὶ ἐν Ἀλκινόου ἀπολόγῳ. ἀκούων γὰρ τοῦ κιθαριστοῦ, καὶ μνησθεὶς ἐδάκρυσεν. ὅθεν ἀνεγνωρίσθη.

» Tertio per reminiſcentiam fit, dum ſpectando aliquid, in animum » quid reuocamus, quemadmodum in Dicæogenis Cypriis, picturam » quidem ille inſpiciens ingemuit: & in ſermone apud Alcinoum au» diens citharœdum Vlyſſes, ex recordatione fleuit, vel agnitus eſt.

Tertia agnitionis ſpecies declaratur ab Ariſtotele, quæ fit per memoriã. Vertit Paccius, per reminiſcentiam. Ac ſanè miror virum alioqui doctiſſ. ignoraſſe, quid eſſet diſcrepantiæ inter memoriam, & reminiſcentiam. præſertim apud Ariſtotelem. nã is reminiſcentiam vocat. ἀνάμνησιν. reminiſci autem appellat μνημονεύειν. ſic enim librum illum ſuum inſcribit; ſed allatis definitionibus ex Ariſtotelis libro, περὶ μνήμης, καὶ τοῦ μνημονεύειν, oſtendamus, qualis vtraque ſit; & vtra huic loco conueniat. Memoriam ait eſſe Ariſtoteles, rei abſentis quidem maximè propriè. præſentis quoque, nõ tamen rei, ſed imaginis rei ipſius. Reminiſcentiam verò, eſſe reparationẽ lapſæ memoriæ ex quibuſdam veſtigiis, quæ adhuc reliqua erãt in cogitatione. & ideò dictum eſt ante à nobis hanc fieri ſemper, intercedente obliuione. Hinc Ariſtoteles, docet in libro de reminiſcentia, eam ab his locis reparari. à ſimili, à contrario, à proximo, & huiuſmodi. quę qui volet, poterit illic copioſius legere. Exemplum huius agnitionis, quæ per memoriam fit, affert Ariſtoteles ex Deceogene in Cypriis. alterũ quoque ex Homeri Odyſſea in ſermone, qui habetur apud Alcinoum Regem Phæacum in conuiuio. Verſus Homeri hi ſunt libro octauo.

ὡς ἴδε μιν

» ploque id probat Demosthenis, mox ex Aeolo Euripidis hæc profert. ἀλλὰ καὶ Εὐριπί-
» δου δὲ ὅλων λόγων διοικήσεως ἀχθῆναι περαίνῃ οὐ ὅλῳ δράματι. πρότερον δὲ διέξιμεν οὐ ὅλῳ δράματι οὐ μέ-
» ρει ἴσως ἀχθῆναι διοικούμενον. οὐ τῷ Αἰόλῳ ὁ Μακαρεὺς ὅσὸν ὁμιλήσας τῇ ἀδελφῇ καὶ λανθάνων, καὶ συμβου-
» λεύων τῷ παιδὶ τοῖς ἀδελφαῖς τοῖς ἀδελφοῖς σωτηρίαν. ἵνα τὸ οἰκεῖον διοικήσηται. καὶ οὕτως ἀχθῆ-
» ναι ὁ λόγος κοινῇ γνώμῃ, καὶ συμβουλῇ; Hæc, atque alia multa si nonnulli nostræ ætatis homines alioqui doctissimi, qui tragœdias scribunt; diligenter considerassent in hac eadem Macarei actione constituenda; non tàm procul aberrassent à veterum norma, & artificio. Verùm redeo ad Polyidem: de eo qui volet, legere nonnulla poterit apud Suidam. Exemplum simile illi esse poterit, si dicas Athenis exularunt multi philosophi, probabile est igitur ratiocinatum fuisse aliquando Aristotelem, se quoque exulaturum.

» Καὶὴ οὐ τῷ τοῦ Θεοδέκτου τυδεῖ, ὅτι ἐλθὼν, ὡς δυρήσων ὑὸν αὐτοῦ, ἀπόλλυται. κἠ οὐ ταῖς
» Φοινίσιν. ἰδοῦσαι γὰρ τὸν τόπον συνελογίζαντο τὴν ἁμαρτίαν, ὅτι οὐ τοῦτῳ εἵμαρτο ἀπο-
» θανεῖν αὐταῖς. κἠ γὰρ ὄφεσθαι ἔμελλον οὐ ταὐθα.

» Tale est illud in Theodectæ Tydeo veniens ille, quasi natum in-
» uenturus extinguitur: & in Phœnissis, quæ locum conspicatæ instare
» sibi fatum propterea commentæ sunt: quoniam in fatis haberent, ibi
» debere mori: etenim in eo fuerunt expositæ.

Affert aliud exemplum Aristoteles ex tragœdia Theodectæ, quæ inscribebatur Tydeus: non extat fabula hæc, ideò difficile est rem totam exactè intelligere, de Tydeo quidem legitur apud Euripidem in Phœnissis quiddam, quod ad illius calamitatem demonstrandam pertinet, exulasse enim eum refert Euripides, & patria pulsum, sicuti Eteocles quoque, qui ambo Adrasti erant generi facti, spe reuertendi in pa
» triam, illius ope nixi. Verba Aristotelis in contextu hæc sunt. ὅτι ἐλθὼν ὡς δυρήσων υἱὸν
» αὐτοῦ ἀπόλλυται. Sed aliter se habẽt in manuscriptis libris, tùm illis duobus, qui sunt in
» Mediceæ bibliotheca; tùm in eo, qui est apud me, nã sic legũtur, ὅτι ἐλθὼν ὡς δυρήσων υἱὸν,
» ὡστὸν ἀπόλλυται. quæ verba multò sunt apertiora, & magis pertinere videntur ad rem, nam peripetiã quandam habent in se: & si agnitionis nullum vestigiũ apparet. De Tydeo multa legi possunt apud Statium, ideo nihil est necesse, vt ego plura proferam. Aliud exemplum affert Aristoteles ex eodem, vt opinor, Theodecte, Græcus contex-
» tus habet. καὶὴ οὐ φοινίσιν. quæ verba planè nihil significant. Paccius vertit Phœnissis, sed ego pro certo affirmo, cum Euripidis Phœnissæ extent; non esse quidpiam simile in ea tragœdia, manuscripti libri omnes habent οὐ τοῖς φινίδαις, quam lectionem non prorsus reiicio, nam Phineũ fortasse, aut Phinei filios aliquis tragica imitatione expresit; atque Theodectes ipse, vt opinor φόινικα. & si Suidas scribat φινείδησι, itaque postulat ratio. Nisi fortè legas φοίνιξιν. nam Athenæus fabulam Sophoclis citat libro xi.
» vbi loquitur de Cinara. Idem quoque Ionis Chii φοίνικα sæpè nominat diuersis locis, & Eubuli. Diiudicent docti, quid sit hoc loco reponendum potius, ego magnopere sequor manuscriptorum librorum authoritatem, qui de Phineo, aut Phinei filiis quidpiam præseferunt: nam Phineus vxoris suasu filios excęcauit, ira Deorum postea & ipse luminibus priuatus fuit; iniuriamque diu passus est Harpyiarum: postremò ab Hercule peremptus, qui in sylua deprehendit errantes filios Phinei excæcatos; & ab iis cum audisset scelus patris, vehementer indignatus hominem peremit; Hinc tragœdiæ argumentũ extitit de Phinei, & eius filiorũ calamitate. inducebantur autem in eã tragœdiam mulieres, quæ conspicatæ locum, in quo antè audierant se morituras, statim secum supputantes locum illum ita vocari; agnouerunt sibi impendere exitiũ. Atque hæc quidem agnitio est ex ratiocinatione. Non dissimilis agnitio est illa Oedipodis ἐπὶ κολωνῷ apud Sophoclem, quam superius retulimus.

» . Εἰ δέ τις μὴ σώθειος ἐκ παραλογισμοῦ τοῦ θεάτου, οἷον, οὐ τῷ Ὀδυσσεῖ τῷ ψευδαγγέ-

© SCD - Université de Poitiers

aliquid geſsimus;rurſus audimus aliquem de iis loquentem;ſermo enim ille memoriã affert; atque alter hic eſt modus, qui ad ſenſum aurium pertinet; fitque audiendo, vtrunque igitur volens complecti, atque exprimere Ariſtoteles,ait, αἰσθέσθαι generali vocabulo,ſentiẽdi, vſus.quia per vtrunque ſenſum memoria fit.

Τεταρτη δὲ ἡ ἐκ συλλογισμοῦ, οἷον αἱ Χοηφόροις. ὅτι ὅμοιός τις ἐλήλυθεν. ὅμοιος δὲ οὐ-
θεὶς, ἀλλ' ἢ Ορέστης· οὗτος ἄρ' ἐλήλυθεν. ἢ πολυίδου τὸ σοφιστοῦ περὶ τ' Ἰφιγενείας, εἰκὸς
γὰρ τὸν Ορέστην συλλογίσασθαι, ὅτι ἡ τ' ἀδελφὴ ἐτύθη, ἢ αὐτῷ συμβαίνει θύεσθαι.

Quartum per ſyllogiſmum:vt in Cloëphoris,quod ſimilis quidam acceſsit:ſimilis autem præter Oreſtem nemo : Oreſtes ergo acceſsit. tum quod Polyidis de Iphigenia eſt.veriſimile eſt enim ratiocinatum fuiſſe Oreſtem:quòd,cum immolata ſoror fuerit,ſibi quoque, vt immoletur,contingere.

Nunc declarat Ariſtoteles,quartam ſpeciem agnitionis. quæ fit per rationem,hanc vocat Ariſtoteles συλλογισμὸν,quia colligitur ex eo quid erat ante notum neque diſcrepat à forma ſyllogiſmorum,quàmuis fortaſſe ſimpliciore quodã modo,& latius hinc accipitur, neque adeò exactè. Ducitur verò huiuſmodi ratiocinatio ex qua oritur agnitio à ſimilitudine aut morum,aut ſtaturæ corporis;exemplum eſt ex Cloëphoris, huiuſmodi.Acceſsit quidã ſimilis;Nemo ſimilis præter Oreſtẽ,ergo acceſsit Oreſtes. Satis patet,quã elegans,artificioſaq.agnitio ducatur ex ratiocinatione in hoc exẽplo, erat enim illud notum,ac probatũ;neminẽ ſimilẽ illi eſſe præter Oreſtem,ex qua altera ſimul propoſitione,concluſio ducitur.Videtur aliquis poëta loquens de Iphigenia tali vſus ratiocinatione,ſeu de Electra;nam Sophocles in hac,Euripides in illa inducit agnitionem erga Oreſten,alio tamen modo,ſicuti patet;nam diuerſæ ſunt fabularum conſtitutiones,diuerſa epiſodia,diuerſæ ſolutiones quoque, etiam ſi circa eandem perſonam,& actionem verſentur;quod ſuperius copioſè docuimus, vnum hoc in præſentia de Cloëphoris dicam;Morem fuiſſe apud Athenienſes ſacra Cereris celebrari;quo tempore virerent ſegetes;nam χλόην gramen virentemque herbam vocabant.Sacerdotes vero dicti à reipſa χλοηφόροι,ſicuti in aliis eiuſdem ſacris dictæ κανηφόροι de quibus quia paſsim apud Græcos;& Latinos multa legi poſſunt;ideo à me præter mittuntur.Alterum Exemplum affert Ariſtoteles,ex Polyide Sophiſta,qui poſtea tragœdias ſcripſit,eſt autem huiuſmodi;Oreſtes cum audiſſet mactatam Iphigeniam ſororem iuſſu patris,facilè ratiocinari potuit ſe quoque mactatum iri, quòd eſſet eius frater,atque hæc ſanè eſt illa ratiocinatio, qua vtimur, quotieſcunque timemus aut comiſeramur;nam cum videmus,hominem ſimilem nobis malum aliquod,& incommodũ fuiſſe perpeſsũ;timemus ſtatim,ne aliquando idẽ nobis accidat,ac omnis planè timor ille,& comiſeratio fit per ratiocinationẽ.licet verò ſuſpicari ex hoc exẽplo, variis modis à veteribus in tragœdiis conficta epiſodia;plurimi enim refert, qualia ſint, quàmque cohærentia cum actione;nam(vti toties dictum eſt) in hoc omnis verſatur poëtarum induſtria;poſſuntque pro ſuo iure Epiſodia varia excogitare; modo actionem ipſam non mutent. Exemplum ſi quæras præter ea quæ dicta ſunt antè, poterit hoc cognoſci,ex Macareo,qui imprudens,latenſque ſe ipſum,concubuit cum ſorore; mox tamen agnouit, ſed antequàm agnoſceret, inducebatur ab Euripide ſuadens Aeolo patri,vt ſorores fratribus deſpõderet;cõiungiique vinculo iungeret,rem quippe ſuam Macareus agebat,at inſcius,imprudensque, vti diximus.Actio igitur hęc eſt; vt dicatur Macareus imprudens cum imprudente,ignoranteque idipſum ſorore coiuiſſe:ad quem verò modũ referenda ſit,ſatis patet ex iis,quę ſuperius declarata ſunt. reliqua,vt magis artificioſa eſſet fabulæ peripetia,excogitata ſnnt ab Euripide, atque Epiſodiis incluſa. de hac re meminit Dionyſius Halicarnaſſeus libro ſecundo, περὶ ἰσχναλισμένου λόγου,vbi ait ab oratore multa eo artificio proferri,vt diſsimulanter,atq. inconſultò dicta videantur, quæ tamen poſtea conſultò dicta videri poſsint. exemploque

Rhetoricorum II. non longè à fine, locum ſimilem demonſtrat apud oratores in cauſis. Solent enim ſæpe amplificare factum, antequàm oſtendunt factum. Exempli cauſa. Roſcius parricidii accuſatur. Conatur accuſator miris modis amplificare ſcelus, eiuſque fœditatem, & atrocitatem oſtendere antequàm cõiecturis probarit ab eo patrem peremptum, quod Roſcius inficiabatur. Si iudices igitur, patiantur ſe tranſuerſos agi turbulenta illa oratione; vt damnandum cenſeant parricidii Roſcium, nec animaduerterint, factum nõ fuiſſe probatum; fiet ab oratore callido paralogiſmus, quo decipiet parum cautos iudices. Verba Ariſtotelis ſunt. ἄλλοσ δὲ τόποσ τὸ δεινώσαι καὶ ἀσκυβάλιζιν, ἢ ἀνασκυβάλευσιν, τοῦτο δὲ ὅσην οὖσαν μὴ δείξας οὐδὲ ἐποίησεν αὔξησι τὸ πρᾶγμα. ποιεῖ γὰρ φαίνεσθαι, ἢ ὡσ ἔστε πεποίηκεν, οὖσαν ὁ τὼ αἰτίαν ἔχον αὔξη, ἢ ὡσ πεποίηκεν, οὖσαν ὁ κατηγορῶν ὀργίζεται, ἀκοῦν ὅσην οὐθύμημα παραλογίζεται γὰρ ὁ ἀκροατὴσ, οὐδὲ ἐποίησεν, ἢ οὐκ ἐποίησεν οὐ δεδιγμένου Græcus Ariſtotelis interpres, rectè locum hunc interpretatur, & aptè. his verbis. ὅταν πρὸ τοῦ δείξαι, οὐδὲ ὅλωσ ἐφόνευσεν, αὐξήσῃ τὸ πρᾶγμα ὡσ μέγα, καὶ δεινὸν τὸ παρὰ τοῦτο πραχθέν, δοκεῖ γὰρ ὡσ οὐκ ἂν ἄλλωσ πρὸσ αὔξησιν ἔχ ὥρησε τοῦ πράγματοσ, εἰ μὴ ἔδειξεν ὁμολογουμένωσ τόνγε φονεύσαντα. Paulò poſt. δοκεῖ γὰρ προσποιεῖσθαι οὐδὲ πεποίηκεν ὁ φεύγων τὸν φόνον, καὶ τοῦτο μὴ δείξασ τοῦτ' αὐτὸ ὁ γὰρ ἀκροατὴσ παραλογίζεται, καὶ ἀπατᾶται, καὶ οἴεται τὸν κατηγοροῦντα ἀποδείξαι οὐδὲ ἐποίησεν ὁ φεύγων τὸν φόνον οὐ τῷ ἀκούειν αὐτοῦ χωροῦντοσ πρὸσ αὔξησιν τοῦ πράγματοσ. Sic iam, opinor patet locus, qui ante obſcuriſsimus videri poterat.

πασῶν δὲ βελτίστη ἀναγνώρισις ἡ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐν ᾗ παλὺ ξεως γιγνομένης δι' εἰκότων, οἷον, ἢ ἐν τῷ Σοφοκλέους Οἰδίποδι, καὶ τῇ Ἰφιγενείᾳ. εἰκὸς γὰρ βούλεσθαι ἐπιθεῖναι γράμματα, αἱ γὰρ τοιαῦται μόναι ἄνευ τῶν πεποιημένων σημείων, καὶ περιδέραιων.

Omnium verò optima ex parte rerum agnitio eſt: à qua videlicet ex veriſimilibus admiratio ipſa paritur, qualis illa in Sophoclis Oedipode, & in Iphigenia. Siquidem veriſimile eſt literas hanc mittere cupiuiſſe. Huiuſmodi enim ſolæ abſque vllo vel impreſſo ſigno, aut etiã extrinſecus, vt monile, fiunt.

Sexta agnitionis ſpecies eſt, quæ enaſcitur ex rebus ipſis paulatim deducta ſecũdum veriſimile, aut neceſſarium; cum magna admiratione, & ſtupore animi illius qui agnoſcit, tùm etiam aliorum omnium, qui audiũt. Atque ſanè ita debet intelligi locus hic. cum in actione ipſa aliquid ineſt, ex quo exiſtit agnitio; quod quale ſit declaratur exemplo allato ex tragœdia Sophoclis Oedipode Tyranno. Cum enim Tireſias vates incitatum Oedipodem dixiſſet cæde Laii; neque adduci ad id credendum poſſet Oedipus, ſed exiſtimaret potius, vatem à Creonte corruptum talia protuliſſe; ſerueretque ira, ſuperueniens nuncius, qui illi nunciauit mortuum Polybum patrem, vocarique illum à Corinthiis ad regni adminiſtrationem; dumque ſe redire Corinthum nolle affirmat Oedipus, metu inceſtandæ matris, (ſic enim acceperat ab Oraculo) ille verò vt metu Oedipodem liberaret ait, matrem illam ipſius non eſſe; paulatimque dum narrat vt à paſtore inuentus in ſylua, vbi fuerat infans expoſitus, allatuſque Corinthum ad Polybum Regem, & ab illo educatus fuiſſet, agnitionem vides enaſci ex ipſa narratione, quæ circa actionẽ fabulæ verſatur; neque extrinſecus ſumi ab vlla re; ſed ne confingi quidem ferè ab ipſo poëta, quia ex actione prorſus pendet. hæc quippè agnitio magnam admirationem affert auditoribus; tùm etiã Oedipodi ipſi; mirisque quibuſdam modis illius, cæterorumque animos percellit. quia præter omnem ſpem contingit, & miſeriam affert; cum potiſsimum felicitas expectaretur, & ſolutio ab omni metu. Hæc cõmodè poterit quilibet attentè legens apud Sophoclem obſeruare; animaduertereque quomodo ex actione ipſa, & rebus, quæ fabula cõtinetur, agnitio tota exiſtat. Ac planè ſi diligenter conſideres, agnitio hæc, cum rebus ipſis tam arctè cohæreat, ſecũdum neceſſarium videtur eſſe ducta. tali igitur artificio vſus eſt Sophocles in ea tragœdia; quale neſcio, an in vlla alia, vel apud ipſum, vel alios poëtas perſpicere quiſpiam; ſed ne excogitare quidem, poſsit. Alterum exemplum affert Ariſtote-

© SCD - Université de Poitiers

» λω, ὁ μεν γὰρ ἀ τόξον ἔφη γνώσεσθαι, ὃ οὐκ ἑωράκει. ὁ δὲ ὡς δι' ἐκείνου ἀναγνωρισοῦντος. διὰ
» τοῦτου ἐποίησεν παραλογισμον.

» Huic & adiungitur illud, quod in theatro per paralogiſmum fit:
» exempli gratia, in Vlyſſe falſo nuncio, hic quidē arcum cogniturum
» ſe dixit, ille verò tanquam arcu cognoſcendo ab eo, propterea paralo-
» giſmum facit.

Poſtquàm ſatis multis exemplis declarauit Ariſtoteles, qualis ſit agnitio, quæ fit per ratiocinationem; exponit quintam Agnitionis ſpeciem; quam ait compoſitam eſſe ex paralogiſmo theatri; qui paralogiſmus ſpeciem quandam habet ſyllogiſmi. nihil enim aliud eſt paralogiſmus, quàm falſa ratiocinatio, quæ reprehendi poteſt, quòd in ea ex iis, quæ ſumpta ſunt, non conceditur vnum, plura'ue. (ſic enim Cicero ait lib. primo de Inuentione. capite de reprehenſione) quod recētiores vocant peccare in materie. Sed conſideremus hunc locum aliquantò diligentius, eſt enim perquàm difficilis, & obſcurus. Paralogiſmus non ita exactè debet accipi hoc loco dictum, vt ſolet apud Dialecticos, in vna tantum concluſione. ſed referri ad totam fabulam, ſeu partem fabulæ, in qua agnitio fit; recenſenturque ea, quæ conſequuntur agnitionem, nam in tragœdia agnitio per paralogiſmum vocatur ex ſimilitudine eius paralogiſmi; de quo loquuntur Dialectici. Sicuti enim omnis argumentatio, quæ propter aliquam ex iis cauſis, quas enumerat Ariſtoteles in libro τῶν ἐλέγχων, vbi agit de Paralogiſmo, minus colligit, atque concludit, eo nomine vocatur; Sic apud tragicos agnitio per paralogiſmum dicitur, quæ minus firma eſt, quia priora, ex quibus deducitur, aut falſa ſunt; aut parum ſolida. præterea ſicuti ſæpe contingit, vt paralogiſmo ſæpe decipiantur ii, quibus cum ſuſcepta eſt diſputatio, ſi parum perſpicaces fuerint in vitio argumentationis perſpiciendo, antequàm cōcludatur: ſic ſæpè fit; vt poētæ tragici agnitionem faciant inter aliquos, parùm veram. fit autem huiuſmodi quotieſcunque ex rebus ignoratis, veluti cognitis deducitur; errore illius, qui antecedentia agnitionē non videt repugnare agnitioni ipſi, & iis quæ conſequuntur agnitionem. Atque, vt exemplis omnia patefaciamus, res ita ſeſe habet. Socrates Romæ non fuit vnquàm. aitque ſe non fuiſſe, verum agnoſcere ſe pictam in tabella vrbem, ſingulasque regiones vrbis, Theatra, Turres, Templa, & domos. Repugnantia hæc ſunt; aliquid non vidiſſe vnquàm; & dicere ſe agnoſcere poſtea. nam nihil recognoſcimus, niſi antè prius conſpeximus. Verùm eſto; aliquis nō animaduertens illa repugnantia eſſe; cum eo loquitur, de rebus, quæ Romæ factæ ſunt; deque ſingulis hominibus, templis, ædibusque, ac ſi Romæ ille diutius eſſet commoratus, poſſetque agnoſcere ipſam. Sermo hic quia habetur cum eo, videtur fieri per paralogiſmum. Exemplum, quod affertur ab Ariſtotele, huiuſmodi eſt. in tragœdia quæ inſcribebatur. ὀδυσσεὺς ψευδάγγελος quidam di-
» xit ſe arcum eſſe cogniturum, quem antea nunquàm viderat; hæc ſibi repugnant, vt patet; Alter verò tanquàm ſi ille agniturus fuiſſet arcum; ita locutus eſt cum eo deinceps. Atque ſic in agnitione factus eſt paralogiſmus. Sed ſi quis roget; quomodo hic Theatri, ſpectatorumque paralogiſmus eſt ab Ariſtotele vocatus? nō potius eius, qui loquebatur cum eo, tanquàm ſi agnouiſſet? Reſpondeo in nonnullis fabulis neceſſe eſſe id aliquando fieri, egereque ſummo artificio; cùm aliter agnitio confici non poſsit, neque ſolutio fabulæ. Adde quòd tragœdia illa vocabatur ψευδάγγελος, ideſt falſa nuncians qui falſa nunciat; decipiat alterum oportet mentiendo. artificioſè igitur poēta is confinxiſſe videtur falſam agnitionem per paralogiſmum, ſic enim poſtulabat fabulæ ratio, ne quis fortaſſe credat id vitio poētæ factum. induxit igitur ſolidum hominem poētæ, (quisquis ille fuit) deceptum repugnātibus illis duabus rebus, quæ ſunt arcum non vidiſſe, & arcum tamen ſe agniturum. artifex enim mendacii hoc laqueo hominem irretiuit; vt poſtea multa alia ab eo eliceret. Spectatorum verò gratia hic fit paralogiſmus; vt decipiantur, etiam ipſi, ſi minus obſeruent mentientis artificium; vix enim à paucis, beneque peritis hominibus paralogiſmi cognoſcuntur. Ariſtoteles lib.

Rhetoricorum

© SCD - Université de Poitiers

ligenter omnes legant, Obseruentque METHODVM hanc præclaram Aristotelis; quę nihil vtilius, nihil pulchrius excogitari potest. Primum præceptum est, vt poëta, qui aggreditur scribendam tragœdiam, fabulam constituat. Constituere autem fabulam nihil aliud est, quàm breuiter colligere, atque explicare summatim actionem, cuius imitatio facienda est, ex hac re hoc capiet commodum, quòd facilè perspiciet, qualis sit fabula, quàm tragica, An peripetiã habeat, agnitionem, & perturbationem; An denique simplex sit, an duplex; An tota; & integra, An vna, an plures. Magni enim refert hęc omnia antequàm describatur tragœdia, habere cognita; Sed non satis est simplici quadam ratione fabulam, actionemque constituere; conari etiam debet poëta; vt aptis, ornatisque, ac maximè significantibus verbis eam constituat; sibique cultiore quadam forma expolitam ponat antè oculos; sic enim facilius dilucidiusque perspiciet, quid deceat, quidue non deceat; quid superfluum sit; quid mutilum, non secus ac solet in Theatro spectator, auditorque ipse, qui singula optimè diiudicat; omniaque, si quæ insunt, perspicit vitia fabulæ, & errata poëtæ, digno scitque quid tenue, quid exile, quid nimis tumidum, quid redundans fuerit. recitatio enim ipsa & actio scenica omnia detegit vitia, quæ alioqui latent legentem, & scribentem. Poëta igitur qui actionem fabulæ ornatè descriptam sibi proposuerit; quasi spectator quidam in scena intuebitur singula exactè; intereritque ipse agendæ fabulę. maximum est iudicium vulgi, in picturis, pœmatibusque iudicandis; nec mirum, si Cicero accommodatè ad aures vulgi sæpè scribendum dicendumque oratoribus esse monet. acerrimus enim iudex populus est simul collectus in vnum; omniaque subodoratur diligenter; Poëtæ difficillimus is est propositus in scribendo labor, vt inueniat τὸ πρέπον. inuentumque dispertiatur in singula genera personarum, moratamque aptè ab omni parte suam faciat orationem. Sed nulla via facilior, apertiorque est ad inueniendum τὸ πρέπον, quàm vt fabulam constituat, ornateque descriptam subiiciat sibi ante oculos, sic enim fiet vt statim decorum videat quale sit; quomodoque seruari debeat. Cic.
» in Oratore ad Brutum ait. Mihil difficilius est in oratione, quàm quid decet videre,
» πρέπον appellant hoc Græci. Atque sanè maxima erratorum pars in scriptis oratorũ, & poëtarum prouenit ex huius ignoratione. summum vitium in oratione, vt sint aliqua repugnantia, neque consentanea. Vitabitur igitur ab eo, qui perspiciet τὸ πρέπον. perspicietur autem facillime eo, quo est antè dictum, modo.

» Σημεῖον δὲ τούτου, ὁ ἐπιτιμᾶ τῷ Καρκίνῳ. ὁ γὰρ Ἀμφιάραος ἐξ ἱεροῦ ἀνέβη, ὃ μὴ ὁρῶν-
» τα ἂν θεατὴν ἐλάνθανεν. ἔπεσε δὲ τ σκηνῆς ὀξέως, δυσχεραινόντων ἅπαν τ θεατ.

» Argumento sit illud: quod Carcino vitio datur, etenim Amphia-
» raus è templo exibat: id verò, cum non videret spectator, obscu-
» rum fuit, cecidit autem hic à scena cunctis ob id spectatoribus indi-
» gnantibus.

Exemplo probat id, quod dixit Aristoteles; nã Carcinus in scribenda tragœdia, quæ inscribebatur Amphiaraus, cum confusè, temereque omnia proferret; turpiter est lapsus. nam cum tota ipsa fabula in Amphiarao verfaretur, omnia erant exactè exprimẽda, quæ ab ipso dicebantur, & agebantur, vt ne quid lateret spectatorem, ex iis præsertim, quę magni sunt ponderis; in primis constituunt actionem. exemplum sumi potest ex Oedipode Sophoclis. Circa eius personam tota versatur actio. in actione autem in primis cõsideratur peripetia, atque calamitas; appareat itaque perspicueque videatur oportet, id per quod veluti medium transit à felicitate in infelicitatẽ; hoc si lateat spectatorem, (latet autem quotiescunque non exprimitur euidenter) meritò indignatur, exploditque poëtam; Atque vt propius rem attingam, sicuti meus est mos, iuuandi studiosos gratia. Si Oedipus versus eos non protulisset, postquàm agnitio facta est.

» (οἰ. ἰὼ ἰώ, τὰ πάντ' ἂν ἐξίκοι σαφῆ.
» ὦ φῶς σ τελευταῖόν σε προσβλέψαιμι νῦν.

© SCD - Université de Poitiers

les ex Euripidis Iphigenia; in qua, sicuti diximus omnis agnitio existit ex verisimili, quia confinxit secundum probabile Euripides Iphigeniã epistolam scribere ad Orestem fratrem, in Græciam, cum nacta esset occasionem eius mittendæ. Hæc agnitio, si consideres, non ita insita est in ipsis rebus, sicuti prior illa Sophoclis, neque tàm arctè cohæret. Epistola enim illa præsefert quiddam, quod extra fabulam, actionemque est; et si connectitur per Episodium miro quodam artificio. Huiusmodi igitur sunt agnitiones, quæ ex rebus ipsis ducuntur, atque ex actione enascuntur, non autem à signis, quæ vel à poëta confingantur, vel sint περιθήκαια, vt anuli, monilia, & huiusmodi. Verùm dicat aliquis in Iphigenia duci agnitionem ἐκ τῆς σημείων, & quidem περιθηκαίων. hoc est ex anuli sigillo, quod ostendit Orestes. Respondeo in ea tragœdia duplicem esse agnitionem, et priorem quidẽ esse magis artificiosam, in qua Orestes agnoscit Iphigeniã; Alterã verò, in qua Iphigenia Orestem agnoscit, minus esse artificiosam, quia
» ducitur ἐκ τῆς περιθηκαίων. Sed de priore loquutum Aristotelem. Verba illa, ἄνευ τῆς πεποιημένων σημείων, καὶ περιθηκαίων. non aptè vertit, neque intellexit Paccius, cum ait. Huius-
» modi enim solæ absque vllo vel impresso signo, aut etiam extrinsecus, vt monile, fiunt. nam πεποιημένα σημεῖα appellauit Aristoteles, ea, quæ à poëtis confinguntur ex verisimili.

» Δευτέραι δὲ αἱ ἐκ συλλογισμοῦ.

» Ab his verò probantur, quæ ex syllogismo.

Postquam Aristoteles omnia genera agnitionum exposuit, diiudicauitque omniũ præstantissimam agnitionem esse, quæ ex ipsis rebus, fabulæque actione ducitur; exponit etiam, qualis secundo loco sit collocanda, eam autẽ censet secundo loco ponendã, quæ fit per ratiocinationem; Atque summatim vt dicam; Aristoteles præstantiores eas iudicauit esse agnitiones, quæ propius accederent ad eam, quam præstantissimã esse dixit: eæ autẽ propius accedunt, quæ magis ex rebus insitis in fabula & ipsis viscera ribus actionis sumi videntur. Extremo igitur loco ponendæ illæ, quæ ex signis ducuntur; atque ex his illæ minus artificiosæ, quæ à signis extrinsecus positis in corpore, vt à monilibus, anulis, nam aliquantò præstantiores sunt, quæ ducuntur ex signis à poëta confictis. hac igitur norma agnitionum genera distinguit, ac diiudicat Aristoteles. Verba Græca, quæ sunt in contextu aptius potuissent verti, sic. Secundo loco censendæ sunt eæ agnitiones, quæ per ratiocinationem fiunt.

» Δεῖ δὲ τοὺς μύθους συνιστάναι, καὶ τῇ λέξει συναπεργάζεσθαι, ὅτι μάλιστα πρὸ ὀμμάτων
» τιθέμενον. οὕτω γὰρ ἂν ἐναργέστατα ὁρῶν, ὥσπερ παρὰ αὐτοῖς γιγνόμενος τοῖς πραττομέ-
» νοις, εὑρίσκοι τ' πρέπον, καὶ ἥκιστα ἂν λανθάνοιτο τὰ ὑπεναντία.

» Cæterum cõstituere fabulas oportet, & ita eas elocutione construe
» re, vt quàm maximè rem ante oculos ponant, sic enim quæ manifestis-
» sima fient poëta inspiciens, perinde ac rebus, dum aguntur, interfit, cũ
» decorum ipsum inuenerit, tũ pugnantia minimè illũ latere poterunt.

Hactenus Aristoteles de moribus, quæ secunda erat tragœdiæ pars, atque de generibus agnitionum exactè locutus est; aliud quidpiam aggreditur, quod maximè necessarium esse videbatur iis, qui tragœdias essent aliquando scripturi. Non quiuis callet artem scribendi tragœdias, nam multi confusè, temereque scribunt; nulla vtentes partium dispositione, neque perspicientes satis, quid deceat, quid'ue non deceat; sæpeque extremas partes actionis ita effingunt, vt discrepent à primis; aut cum illis non cohæreant; neque rationem habent auditorum, quorum oculis, auribusque in primis est inseruiẽdum; Quid multis? absona quàm plurima, & absurda videas in illorum scriptis. Aristoteles igitur dat hoc loco certam normam, & Methodum, quam sequi poëtæ debent in scribendis tragœdiis; Et nimirum eiusmodi est, vt si exactè eam seruare voluerit; nihil vnquã perperàm scripturi sint, quòd iure reprehendi possit. Velim igitur diligenter

© SCD - Université de Poitiers

» exeuntem è ſenatu,et cum Panſa noſtro,& cum Curione.F.colloquentem facit,cum » ſenatum Ceſar Coſ.habuiſſet,omnisque ille ſermo ductus è percunctatione filii,quid » in ſenatu eſſet actum.in quo multis verbis cum inueheretur in Cæſarem Curio, di- » ſputatioque eſſet inter eos,vt eſt cõſuetudo dialogorum,cum ſermo eſſet inſtitutus, » ſenatu miſſo,quem ſenatum Cæſar Coſ.habuiſſet,reprehendit eas res,quas idem Cæ » ſar anno poſt,& deinceps reliquis annis adminiſtrauiſſet in Gallia. Paulò poſt.de eo- » dem. Sed ita totus errat, vt in eodem ſermone dicat in ſenatu ſe Cæſare Coſ.non ac- » cedere.ſed id dicat ipſo Coſ.exiens è ſenatu.Hæc ſunt igitur repugnantia,quæ Ariſto teles vocat ὑπεναντία,quæ ſiquis in ſuis ſcriptis nõ videt,turpiter errat.eſtque magno- pere reprehendendus.Opus eſt autem in hac re vitanda ea animi parte,quę cuſtos eſt cæterarum ingenii partium memoria. hac qui debiles ſunt poëtæ vel etiam qui debi- les non ſunt;vti debent hoc adiumento,quod exponit Ariſtoteles in contextu; conſti tuendæ ſummatim ante oculos fabulæ;atque actionis, quam eſt expreſſurus. Neque alia ratione adducti fuerunt antiqui Rhetores, vt docerent, primùm in cauſis foren- ſibus conſiderandam eſſe iudicationem,et conſtitutionem cauſæ,ex intentione accu- ſatoris,& depulſione rei;ſic enim facilius tota cauſa qualis ſit, quibuſque egeat argu- mentis,quomodoque ſit tractanda,cognoſci poteſt.Verùm de his hactenus:nunc re- deo ad contextum Ariſtotelis. Amphiaraus propter calamitatem in quam lapſus eſt calliditate,& proditione Eriphyles vxoris, magnam ſegetem præbuit ſcribendi tragi cis poëtis. ſicuti etiam Alcmæon filius, qui matrem peremit, Amphiarai patris vlci- ſcendi gratia. Sed hæc vulgò iam nota ſunt,& nos de Alcmæone ſuperius, ſatis mul- ta diximus. Verba illa. ἐξέπεσεν ἐκ τῆς σκηνῆς ad Carcinum poëtam debent refer- ri,ait enim Ariſtoteles,ob id, quòd euidenter exeuntem è templo non feciſſet Am- phiaraum à ſpectatoribus in ipſa ſcena, dum recitaretur tragœdia, antequàm perue- niret ad exodum,fuiſſe exploſum. Sic igitur ἐκπεσεῖν ideſt cecidiſſe ob errat um, & ac- clamationem aduerſam ſpectatorum dicitur Carcinus.non diſsimili ratione locutus » eſt idem Ariſtoteles libro Ethic. tertio cum ait. ὁ δὲ πρᾶττῃ, ἀγνοήσαν μὲν ἥδιον, οἷον λέγοντες ἐκ- » φασὶν ἐκπεσεῖν αὐτόν, ἢ αὐτοὺς εἰδέναι, ὅτι ἀπόρρητα ἐλάλει. Plutarchus quoque in Sympoſiacis quæ- » ſtionibus libro ſeptimo ait οὐ γὰρ ἀνελπιστία παρόντων ἐκείνων ἐκπεσεῖν θαυμαστὸν ἦν, ἀλλὰ εἰ μὴ νὴ » πότου,καὶ σίτου λήθην κατελάμβανον ὑφ' ἡδονῆς,καὶ κλήσεως τὸ συμπόσιον. Sed paulò poſt ipſe Ari ſtoteles loquens de poëtis,qui errant, explodunturque. ait. ἐκπίπτουσι, quod ſuo loco declarabimus. Amphiaraum ex Philippide citat Athenæus libro tertio, vbi de vrtica piſce loquitur; apponit illius verſum hunc. φιλιππίδης δ' ἀμφιαράῳ.

» ὅσῤῥ', ἀκαλήφας, λεπάδας παρεθηκέ μοι.

» Ὅσα δὲ δύναται ἐν τοῖς ἤθεσι συναπεργαζόμενον ποιεῖν. πιθανώτατοι γὰρ ἁπλῶς τοῖς αὐ- » τῆς φύσεως οἱ αὐτοῖς πάθεσίν εἰσι, διὸ ὁ μὲν χειμαίνει ὁ χειμαζόμενος, μὲν χαλεπαίνει ὁ ὀργιζό- » μενος ἀληθινώτατα.

» Proinde quantum fieri poteſt fingendum illud : quod ex habitibus » naturalibus paratur.quãdoquidem hi maximè ſuapte natura perſua- » dent,qui perturbationibus affecti ſunt. Quo fit vt exagitatus exagitet, » perturbetque veriſsime perturbatus.

Aliud dat præceptum Ariſtoteles poëtæ ſcripturo tragœdiã, valde neceſſarium.eſt autem huiuſmodi. Debet poëta, vt facilius, aptiusque exprimat in ſingulis perſonis animi motiones, ac perturbationes, ſermonesque, qui inde proueniunt; ita ſingulas perſonas,dum ſcribit, ſibi effingere, atque ponere antè oculos earum omnem habitũ tũ animi,tum corporis;oculos, frontẽ, vultũ denique ipſum; vt intueri ſibi videatur; tunc enim facillimè ea ratione poterit ſingulis attribuere ſermonem κατὰ τὸ πρέπον. & ex ipſis habitibus elicere mores,atque orationem omnẽ,quę conueniat ſingulis per- ſonis.Nihil quippè difficilius eſt hoc,neque vlla in re magis requiritur officiũ, artifi ciumque poëtæ;optimum igitur fuerit, vt ſi poſsit,ipſe met diuerſos earum perſona-

© SCD - Université de Poitiers

ὅσιο πέφασμαι φὺσ τ' ἀφ' ὧν οὐ χρῶ, ξυὼ οἷσ
τ' ἐ χρῶ μ' ὁμιλῶν. ἄσ τε μ' οὐκ ἰόλλ κτανών.)

non significasſetque ſe omnia agnouiſſe; mœroremque maximum nõ prætuliſſet ob id facinus nefarium, quamuis per imprudentiã admiſſum; dixiſſet inſuper decreuiſſe ſe, nolle amplius lucem intueri; fruſtrà poſtea Nuncius in ſcenam veniſſet nuncians; illum ſibi ipſi oculos confodiſſe. ac paulò poſt ipſe met lugens prodiiſſet;

οἰδί. αἰ αἰ
φεῦ φεῦ διύσανοσ ἐγώ, ποῖ γᾶσ
φέρομαι τλάμων. Et quæ ſequuntur.

Atque hæc eiu latio vt euidentior eſſet, Chorus, dum egreditur Oedipus. ita inducitur loquens,

χο. ὦ δεινὸν ἰδεῖν πάθοσ ἀνθρώποισ,
ὦ δεινότατον πάντων, ὅσ' ἐγὼ
προσέκυρσ' ἤδη, ὦ σ' ὦ τλῆμων
προσέβη μανία; Et quæ ſequuntur.

Nam artificioſe prolixius loquentem facit Chorum Sophocles, dum exit in ſcenam Oedipus confoſſus oculos; vt præparatiores ſint ad eam calamitatem Oedipodis ſpectandum ſpectatores. Idem Sophocles in eâdem tragœdia; vbi Iocaſten facit agnouiſſe nefaria ſcelera per imprudentiam admiſſa; non eam quidem clàm inducit diſcedentem è ſcena, nam ſi id feciſſet, cùm paulò poſt Nuncius eſſet nunciaturus ſuſpendio illam ſponte periiſſe; minus euidens fuiſſet actio, fefelliſſetque ſpectatores. diſceſſura igitur Iocaſte hæc profert.

Ιο. ἰοὺ ἰοὺ, δύσπονα. τῦτο γὰρ σ' ἔχω
μόνον προσφθεγεῖν ἄλλο δ' οὔποθ' ὕστερον. Subinde Chorus.

χο. Τί ποτε θέσπικεν οἰδίπουσ ὑπ' ὀργίασ
αἰξαφὲ λύπησ ἡ γωὴ; δείσαισ' ὅπωσ
μὴ κ τ' σιωπῆσ τ' δ' ἀναῤῥήξῃ κακά.
οἰδί ῥᾳδίωσ χρήζει ῥηγνύτω.

Hæc atq. alia euidentiã afferũt futuro ſuſpẽdio, & calamitati Iocaſtes. Idem per ſe quiuis poterit obſeruare, hæc veſtigia ſecutus, in Aiace eiuſdẽ Sopho. nã vt euidens eſſet illius diſceſſus in ſolitudinem, vbi gladio incubuit, atque eius tota calamitas apertius cognoſceretur; magna vſus eſt προπαρασκευῇ. primum illius cõquerentis, ac diſcedentis; mox Nuncii properantis ad Tecmeſſam iuſſu Teucri, ne pateretur eo die Aiacem exire è tentorio ſolum; quòd audiſſet à Calchante vate; fatalem eum diem, exitioſumque eſſe Aiaci; mox Tecmeſſę quærentis Aiacem; dolentisque, ac ſuſpicantis magnum aliquod impendere malum, quòd exiſſet.

χορ. οὐκ οἶδον, ἀλλὰ φροῦδοσ ἀῤῥίωσ νέασ
βουλὰσ νέοισιν ἐγκαθιζὼ ξύναρ ῥόποισ.
Ἄγγ. ἰοὺ, ἰοὺ. ἰοὺ,
βραδεῖαν ἡμᾶσ ἆῤ ὁ τλήμων ἐλᾷ πλὼ ὁδὸν,
πέμπων ἔπεμψεν. ἢ φανίωσ ἐγὼ βραδύσ, Aliquantò poſt.
τεκ. οἵ ἐγὼ φίλοι πρόσηντ' ἀναγκαίσαν τύχην
καὶ σωθῆναι οἱ μὴ τδύκηρον οἴ θέλειν μολεῖν. Et quæ ſequuntur.

Hæc igitur peritè, artificioſeque ita ſunt à Sophocle ſcripta; vt nihil, quod ad actionẽ primariam pertinebat, ſpectatores ſubterfugeret. Carcinus verò exeuntẽ ſine vlla euidentia fecit è templo Amphiaraum, cum tota peripetia fabulæ ex ea vna re penderet. Oblitus enim eſt poëta, neque vidit, quia confuſè ſcripſit, neque tragœdiæ actionem conſtituit ſummatim collectam ſibi ante oculos, antequàm ſcriberet. M. Cic. in Bruto vbi de Cn. Sicinio loquitur; non diſsimile quiddam recenſet, ei oratori in ſcribendo contigiſſe. Sed proferã ipſius Ciceronis verba, vt facilius res tota intelligatur. Memoria autem ita fuit nulla, vt aliquoties tria cum propoſuiſſet, aut quartum adderet, aut tertium quæreret; Magna hæc immemoris ingenii ſigna, ſed nihil turpius, quàm quod etiam in ſcriptis obliuiſcebatur, quid paulò ante poſuiſſet, vt in eo libro, vbi ſe

exeuntem

» καὶ ἐκχέοντας ἂν οἴεσθαι πρὸ τῆς ποδῶν, ἢ Ἀχιλλέα ὠδὶ τὸν Ἕκτορα ὀρμῶντα, ἢ καὶ τῆς ὠδὶ Ἀνδρομάχω ἐλεφνῶν ἢ, ἢ ὠδὶ Ἑκάβω, ἢ ὠδὶ πρίαμον; τότε πότερον ἔμφρων ἐστὶ, ἢ ἔξω αὑτῆς γίγνηται, καὶ παρὰ τοῖς πράγμασιν οἴεται οὐκ εἶναι ἢ ψυχῆ, οἷς λέγει σὺν θουσιάζουσα, ἢ οὐ ἰθάκης οὖσιν. ἢ οὐ φοίξ, ἢ ὅπως ἂν ἡ ζωὴ ἔπη ἔχῃ Ιων. ἐγὼ μὲν ὦ σώκρατες, ὅταν ἐλεφνὸν ἢ λέγω ἀκριβῶν ἐμπίπλανταί μου οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅταν τε φοβερὸν, ἢ ἀλγὸν ὀρθαὶ αἱ τρίχες ἵστανται ὑπὸ τῆς φόβου, καὶ ἡ καρδία πηδᾷ. Non multò post idem Plato de Histrionibus recitantibus in scena ait. καθορῶ γὰρ ἑκάστοτε αὐτοὺς ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ βήματος » κλαίοντάς τε, καὶ δεινὸν ἐμβλέποντας, καὶ συνθαμβοῦντας τοῖς λεγομένοις.

» Διὸ ὅ εὐφυοῦς ἡ ποιητικὴ ἐστιν ἢ μανικοῦ· τούτων γὰρ οἱ μὲν, εὔπλαστοι, οἱ δὲ, ἐξεταστικοί » εἰσιν.

» Quapropter vel versatilis ingenii viri, vel furore perciti poëtica » est, etenim poëtarum aliqui ab ipsa natura ad poëticam bene formati » sunt, aliqui autem à mente abstrahuntur.

Paccius hæc, quæ postremo loco ab Aristo. dicuntur, non intellexisse videtur, cũ ait. Etenim poëtarũ aliqui ab ipsa natura ad poëticã bene formati sunt, aliqui autẽ à mente abstrahuntur. Debent igitur verti sic. ex his enim hi quidem ficti factique sunt ab ipsa natura apti ad confingendum; & comminiscendum, illi verò optimè indagant, inquiruntque omnia propter incredibilem aciem mentis. Vel, si paucioribus verbis volueris referre. sic. hi enim apti sunt ad fingendum; illi vero ad inquirendum, & indagandum. Deducit conclusionem quandam Aristoteles ex iis, quę superius dicta sunt, quæ est huiusmodi. Poëticam facultatem non in quouis homine esse, sed in iis tantum aut qui admirabili quadam acie mentis prediti sunt, aut qui furore agitantur. Videtur Aristoteles tùm Platonis explicare sententiam, qui existimabat poëtas furore mentis impelli, tùm suam quoque quæ aliquantò apertior est; neque inuoluta metaphorarum latebris; aut allegoriarum; sub quarum velamine multa protulit Plato, veterem secutus philosophandi rationem, is igitur in Dialogo, qui inscribitur Ion. οὐ » τούτῳ γὰρ δή μάλιστα μοι δοκεῖ ὁ θεὸς σὺν δείξασθαι ἡμῖν, ἵνα μὴ διστάζωμεν, ὅτι οὐκ ἀνθρώπινα ταῦτα τὰ καλὰ » ταῦτα ποιήματα, οὐδὲ ἀνθρώπων ἀλλὰ θεῖα καὶ θεῶν. οἱ δὲ ποιηταὶ οὐδὲν ἄλλ' ἢ ἑρμηνῆς εἰσι τῶν θεῶν κα- » τεχόμενοι ἐξ ὅτου ἂν ἕκαστος κατέχηται. Hinc à veteribus dictum ab Appollinis Musarumq. » furore impelli mentes poëtarum. neq. posse, illis non aspirantibus quicquàm quod » probandum sit, scribere: de qua re Plato quoque ait in eodem Dialogo. λέγουσι γὰρ δήπου » θεοὶ πρὸς ἡμᾶς οἱ ποιηταὶ, ὅτι ἀπὸ κρηνῶν μελιρρύτων, ἐκ μουσῶν κήπων τινῶν, καὶ νάπῶν δρεπόμενοι » τὰ μέλη ἡμῖν φέρουσιν, ὥσπερ αἱ μέλιτται. καὶ ἀληθῆ λέγουσι· κοῦφον γὰρ χρῆμα ὁ ποιητὴς ἐστι, καὶ πτηνὸν, » καὶ ἱερὸν, καὶ οὐ πρότερον οἷός τε ποιεῖν πρὶν ἂν ἔνθεός τε γένηται, καὶ ἔκφρων, καὶ ὁ νοῦς μηκέτι ἐν αὐτῷ » ἐνῇ· ἕως δ' ἂν τοῦτ' ἔχῃ τὸ κτῆμα ἀνθρώπου πᾶν ποιεῖν δύναται ἄνθρωπος, καὶ χρησμῳδεῖν. Paulò antè verò hoc apertissimè demonstrat. θεία δὲ δύναμις ἡ σε κινεῖ ὥσπερ ἐν τῇ λίθῳ. ἣν εὐριπίδης μὲν μα- » γνῆτιν ὠνόμασεν, ἣν δὲ πολλοὶ ἡράκλειαν. Et quæ sequuntur.

» Horatius quoque ad Pisones scribens ait.

Natura fieret laudabile carmen, an arte
» Quæsitum est; ego nec studium sine diuite vena
» Nec rude quid prosit video ingenium, Alterius sic
» Altera poscit opem res, & coniurat amicè.

Quos verò Aristoteles in contextu vocat εὐφυεῖς, idest ingeniosos. Isocrates quoque de discipulis loquens in Paræneſi ait. παρὰ τῆς εὐφυΐας δεῖ μέγαν λαμβάνειν. μισθὸν ὅτι πολλὰ μανθάνουσι. παρὰ δὲ τῆς ἀφυΐας. ὅτι πολλοῦ κόπου παρέχουσι. nam ἀφυεῖς rudi ingenio preditos, obtusaque mentis acie vocat homines; ac minimè dociles. Hinc veteres sæpe εὐφυΐαν dixerunt. Sed videamus quomodo Aristoteles tùm furorem, tùm ingenium requirat in poëtica facultate, qui scribit poëmata; aliorum mores, affectiones, sermonesque referat necesse est; id verò commodè satis efficere nunquam poterit, nisi planè sui immemor, illorum suscipiat mores, & affectiones omnes; habitumq. induat; hoc ipsum igitur est furere; extra se ipsum sæpe esse, in alienisque viuere sensibus, & immorari perturbationibus. Hinc Horatius de furore Bacchi loquens libro tertio Odarum ait.

© SCD - Université de Poitiers

rum habitus induat;dumque ſcribit, atque effingit huius,illius'ue ſermones, ſe totũ in illum transferat; quaſique ſui oblitus,illum ſe putet eſſe.Hoc ſi efficiet, magnum pondus,vimque addet ſermoni,atque in quamcunque voluerit partem animos audi torum impellet; is enim deniq; auditorum mentes permouet, qui aptè imitatur; is verò recte imitatur,qui quaſi ille ipſe ſit,quem imitatur;ita ſcribit loquentemque facit.hinc Horatius ad Piſones ſcribens ait.

» Format enim natura prius nos intus ad omnem
» Fortunarum habitum;iuuat aut impellit ad iram,
» Aut ad humum mœrore graui deducit, & angit.
» Poſt effert animi motus interprete lingua.
» Si dicentis erunt fortunis abſona dicta
» Romani tollent equites, peditesque cachinnum.

Auerroës quoque in ſua Paraphraſi locum hunc ita explicat(verba enim ipſius appo nã;ſed elimatiora,quàm ſunt in verſione Latina) Sermonis poëtice ſumma perfectio,
» & laus eſt,cum poëta ita omnia narrat,atque exprimit;vt rem narratam, quaſi præ-
» ſentem ſub ſenſu,& aſpectu auditorum ponat,vt non ſolum rem narratam compre-
» hendat, ſed etiam mentibus auditorum repræſentet,quaſi intueantur: hoc verò non
» niſi periti,& exercitati poëtæ faciunt. Idem paulò poſt. Optimè ergo poterit aliquis
» referre ea,quæ ipſe cum quibuſlibet circumſtantiis ſuis propriis per ſe comprehen-
» dit,quaſique præſens oculis intuetur:talia enim facilius referre, exprimereque pote-
» rit:atque figuris poëticis informare, ſeu concipere mente imitationem, quam poſtea
» exprimat metro.Verba illa Ariſtot. πιθανώτατοι γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῶν φύσεως οἱ τοῖς πάθεσι λόγοι ſunt diligenter perpendenda,nam ſenſus eſt.Ii ſermones maximè perſuadent,permouent,qui ab ipſa natura non ficti ab arte,ſed veri proueniunt: aut ſi ab arte proximè ſecundum naturam,fuerint efficti; ſi tales enim fuerint,non differunt à naturalibus. Naturales autem ſermones tunc dicuntur, cum proferuntur ab ipſis'met hominibus, qui ſunt in calamitate poſiti; & ea perturbatione ãgitantur,qui enim vacant aliqua perturbatione,fieri non poteſt, vt exacte in eo genere exprimãt ſermonem. Imitatio igitur perducit poëtam neceſſariò ad habitus naturales ſuſcipiendos,alioqui non rectè imitari poteſt,nam iratus melius irati exprimet ſermonem,ac vultum. Dolens dolentis,& amans amantis. Hinc Horatius ad Piſones ſcribens ait.

» Telephus,& Peleus cum pauper,& exul vterque
» Proiicit ampullas,& ſeſquipedalia verba.
» Sicurat cor ſpectantis tetigiſſe quærela.
» Non ſatis eſt pulchra eſſe poémata; dulcia ſunto,
» Et quocunque volent animum auditoris agunto.
» Vt ridentibus arrident;ita flentibus adſint
» Humani vultus; ſi vis me flere dolendum eſt
» Primùm ipſi tibi,tunc tua me infortunia lædent
» Telephe vel Peleu, male ſi mandata loqueris
» Aut dormitabo,aut ridebo;triſtia mœſtum
» Vultum verba decent,iratum plena minarum.

Refert A.Gellius, Polum biſtrionem,cum in ſcena referret ſermonem Electræ lugentis Oreſten fratrem,ſicuti videre eſt apud Sophoclem,in his verſibus dum vrnam teneret,in qua cineres eſſe putabat fratris.

» Ηλ. ὦ φιλτάτου μνημεῖον ἀνθρώπων ἐμοὶ
» λυχνῆσ' ὁρᾶσον λοιπόν. Et qui ſequuntur.

Polum inquam refert A.Gellius eo tempore verè luxiſſe,magnopereque commouiſſe animos ſpectatorum,quòd vrna in qua filii mortui erant cineres manibus teneret; Nimirum enim ex habitu naturali verus exiſtit fletus, ira, dolor, & lætitia, cæteraque omnes animi affectiones.Plato in Dialogo,qui inſcribitur Ion,ſiue de Furore
» poëtarum,multa in hanc ſententiam diſſerit. εἰπέ μοι ὦ Ἴων, ὅταν σὺ εὖ πῃς ἐπῃ, καὶ ἐκπλήξῃς μάλιστα τῶν θεωμένων, ἢ τὸν Ὀδυσέα, ὅταν ὡδὶ τὸν οὐδὸν ἐφαλλόμενον ἄδῃς, ἐκφανῆ γινόμενον τοῖς μνηστῆρσι καὶ

© SCD - Université de Poitiers

Sed maxima pars ſcribentium ignorat, quo ordine ſit progrediendum, quæ via, ratioque ineunda ſit ſcribendi. Epiſodia extrinſecus ſumuntur; vt toties docuimus,
» ſunt enim πράγματα ἐξαγώνια; ſed oportet ea παρυφέρειν, quod verbum ſatis demonſtrat, debere illa coniungi cum actione ita, vt inſerta ſint, et cohæreant; non ſecus ac emblemata & teſſerulę in vermiculato opere inſeri ſolent; aliquantoque etiã arctius, ſiquid tale excogitari poteſt, quod Epiſodiorum connexioni cum actione ſimile ſit. multò ſanè aptius excogitantur Epiſodia, interſeruntur que, poſtquàm actio fuerit ſummatim conſtituta, quàm ſi prius ea volueris cõfingere, quàm actionem conſtitueris. Hic igitur ordo ſeruandus, hæc via, ratioque ineunda eſt ſcribendæ tragœdiæ. hinc enim conſequetur illud Horatianum.

» Cui lecta potenter erit res,
» Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo.
» Ordinis hæc virtus erit, & Venus, aut ego fallor,
» Vt iam nunc dicat; iam nunc debentia dici
» Pleraque differat, & præſens in tempus omittat
» Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi carminis author

Omnia enim hæc fiunt in Epiſodiis; neque ſine his talis ordo, qui proprius eſt poëmatum, poſſet ſeruari; vti ſatis patere poteſt vnicuique, qui rem attentè conſiderare voluerit. neque aliò reſpexit Horatius, quàm ad methodum collocandorum Epiſodiorum; ſed de hac fortaſſe copioſius agemus, cum de Epopœia loquemur.

» Λέγω δὲ οὕτως αὖ θεωρεῖσθαι τὸ καθόλου, οἷον τὴν Ἰφιγενείας τυθείσης τινὸς κόρης, καὶ ἀφανισθείσης ἀδήλως τοῖς θύσασιν, ἱδρυθείσης δὲ εἰς ἄλλην χώραν, ἐν ᾗ νόμος ἦν τοὺς ξένους θύειν τῇ θεῷ, ταύτην ἔχειν τὴν ἱδρυσιν. χρόνῳ δ' ὕστερον τῷ ἀδελφῷ συμβῆναι ἐλθεῖν τῆς ἱερείας.

» Ad hunc verò modũ vniuerſale illud ſpeculari oportere dico. ver
» bi gratia: Iphigenia conſtituta ad aras quædam virgo, atque ex oculis
» ſacrificantium clàm ſurrepta, delata verò in aliam regionem, in qua
» deæ, hoſpitum ſacrificia ex lege debebãtur, eius ſacri miniſterio ipſa
» præpoſita eſt. procedente tempore ſacerdotis fratri illuc accedere
» contigit.

Quoniam dixerat Ariſtoteles ab initio methodi huius, quam tradere inſtituit, ſcribẽdæ tragœdiæ. generalem quandam fabulæ explicationis ſummam eſſe colligendam in vnum, atque ob oculos ponendam; vt facilius eam poſſet poëta intueri, atque perpendere, qualis eſſet. Nunc affert exemplum, ſummatimque ipſe exponit generalem actionis conſtitutionem quãdam, qualem ipſe requirit, poſtulatque fieri à poëta, antequam ſcribere incipiat. Sumptum eſt autem ex Iphigenia Euripidis in Tauris. τὸ καθόλου θεωρεῖσθαι ideò vocat in contextu, quia ſpeculatio quædam eſt actionis ſegregatæ ab omni circumſtantia, locorum, perſonarum, & temporum; ſicuti Cicero infinitam generalemque ait quæſtionem apud oratores (quam θέσιν vocant) omnibus nudatam eſſe circunſtantiis. nam quotieſcunque addũtur circunſtantiæ, particularis, finitaque fit quæſtio. Quòd ſi quæras, quænam vtilitas capiatur ex hac generalis fabulæ conſtitutionis ſpeculatione; Reſpondeo in hoc velu ti typo quodam perſpici poſſe, qualis ſit fabula futura, quàm apta ad tragœdiam, quàm affluens affectionibus; quomodo ſit inter ſe connexa; quàm prolixa; an ſimplex, an implexa, an peripetiam poſsit recipere. Hæ, atque aliæ multæ cõmoditates, ſicuti etiam alio loco diximus, capi poſſunt ex hac generali actionis conſtitutione. Quæ narrantur in contextu per ſe notiſſima ſunt, neque vlla egent explicatione. Vnum tantũ dicam, quod attinet ad morem mactandi hoſpites, & homines, nã Porphyrius in lib. II. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων ſub finem
» ait. φυλαρχοῦσι δὲ κοινῶς πάντες τοῦ ἕλληνας πρὶν Τροίαν πολεμῆσαι ἰδιώτας ἀνθρωποκτονεῖν ἱερεῖ, μὴ παρόντα

» Quò me Bacche rapis tui
» Plenum? quæ nemora, aut quos agor in ſpecus
» Velox mente noua, quibus
» Antris egregii Cæſaris audiar
» Aeternum meditans decus
» Stellis inſerere, & concilio Iouis? Paulò poſt.
» Nil paruum, aut humili modo,
» Nil mortale loquor.

Furori enim Apollinis & Muſarum affinem veteres eſſe dixerunt furorem Bacchi. Nonnulli Græcorum poëtas vocarunt hac de cauſa μουσοπάτ ζ γεσ quaſi furore Muſarũ impulſos, aut à Muſis perculſos. Rurſus poëtam nemo negarit oportere in ſcribendo eſſe vigilantem, multaque perquirere, & indagare, quæ ad mores hominum exprimendos ſpectant; tota autem hæc perſpicacia mentis, & vis excogitandi, atque indagandi à natura prouenit. Hinc Horatius libro Odarum quarto ait,

» Quem tu Melpomene ſemel
» Naſcentem Placido lumine videris,
» Illum non labor Iſthmius
» Clarabit pugilem, non equus impiger
» Curru ducet Achaico
» Victorem, neque res bellica Deliis
» Ornatum foliis ducem
» Oſtendet Capitolio,
» Sed quæ Tybur aquæ fertile perfluunt
» Et ſpiſſæ nemorum comæ
» Fingent Aeolio carmine nobilem Paulò poſt.
» O' Mutis quoque piſcibus
» Donatura Cycni, ſi libeat, vocem.
» Totum muneris hoc tui eſt,
» Quòd monſtror digito prætereuntium
» Romanæ fidicen lyræ,
» Quòd ſpiro & placeo, ſi placeo, tuum eſt.

Planè enim Horat. in his verſib. nihil aliud ſignificare voluit, quàm à natura homines gigni aptos ad poëticen, mireque beatos illos eſſe, cui hoc ab incunabulis contigerit vt ingenio ſiat perſpicaci, atque apto ad pangenda poëmata.

» Τοὺς τε λόγους τοὺς ποιημένους δεῖ αὐτὸν ποιοῦντα ἐκτίθεσθαι καθόλου, εἶθ' οὕτως
» ἐπεισοδιοῦν, καὶ παρενείρειν.

» Cæterùm confictos ſermones oportet etiam confingentem ipſum
» vniuersè explicare, moxque Epiſodiis ad hunc modum vti, ac rem
» diducere.

Tertium hoc eſt præceptum, quod traditur ab Ariſtotele, & ſpectat ad methodum qua vti debet poëta in ſcribenda tragœdia. eſt autem huiuſmodi. Oportet ipſum poëtam, poſtquàm ſummatim expoſuerit actionem, de qua ſcripturus eſt fabulam, eoque modo, quo dictum eſt antè, ſingula inſpexerit, vt nihil ſit in ea repugnãs, indagare loca, quibus aptè inſeri poſſint Epiſodia, & coniungi cum actione. Hoc præceptũ pulcherrimum eſt, & vtiliſsimum. eorumque ſatis arguit imperitiam, qui temere aggrediuntur poemata ſcribere; vt neque actionem dignoſcant ab Epiſodiis, neque Epiſodia qualia ſint, quo'ue ordine collocari debeant, ſatis ſciant; Cùm nonnulli etiam ſint, qui ne nomina hæc quidẽ artis, & appellationes partium tragœdiæ norint; quare minus mirari debemus tam paucos reperiri probatos poëtas.

» Scribimus indocti, doctique poëmata paſsim. Inquit Horat.

Sed

© SCD - Université de Poitiers

Ἰφ. τέθνηκε; ποίᾳ συμφορᾷ: Ὀλωλεν ἐγώ. admiratur Oreſtes.
Ὀρ. Ὑπὸ ἐσυλλαξας τοῦτο μῶν προσῆκέ σοι. propè agnitio facta eſt. Sed rurſus, ne exitum haberet fabula, longè receditur ab hac. hoc eſt magni artificii, ſicut antè monuimus.
Ἰφ. τὸν ὄλεθρον αὐτῆ τὸν πάροιθ' ἀνασυναίζω. recedit à ſuſpicione gemitus Oreſtes.
Ὀρ. ἀλλὰ γὰρ ἐκ γυναικὸς οἴχεται σφαγείσ. Rurſus ingemiſcit Iphig.
Ἰφ. ὦ παυσάμενος ἢ κρυπτὸς ἦ κρανοῦς χ' ὡς κρανών. Iam renuit Oreſtes ſe de hac re plura dicere velle, ea de cauſa, qua diximus, ante; ne cogeretur omnium factorum reddere cauſam, & ſic actio fieret multiplex.
Ὀρ. παῦσαι νῦν ἤδη, μηδ' ἐρωτήσῃς πέρα.
Ἰφ. τοσόνδε γ' εἰ ζῇ τὸν Ὀλαιπώρου δάμαρ.
Ὀρ. οὐκ ἔστι. πῶς γὰρ νιν ἐτεχ' οὗτος ὤλεσεν.

Tantùm attingit hanc rem; nec plura profert, ita igitur actio remanet ſimplex, & fit paucis iis dictis maior quædam προπαρασκευὴ agnitionis futuræ paulò poſt. Rurſus, ſi quis quærat addi aliam percunctationem & cauſam; poſtquam in Tauricam regionẽ, vt ſe expiaret materna cæde audierit, veniſſe Oreſtem; quæ eſſet futura ratio expiationis, vel potius, poſtquam apertum erat Oreſtem veniſſe eò monitu Apollinis, ſub inde aliquis quæreret. Cur? vt ſe expiaret, ſi reſponderet Oreſtes, cæde materna, hæc fuerit extra fabulam; ideò prętermitti debet, nam actio tota illa ſimplex, verſatur circa mactationẽ futurã hoſpitũ, & agnitionẽ, poſtquam mactatio nõ fit. Sed ſalus ac lætitia inſperata vtriq. euenit, cũ tamen interim expiatio fiat, & ſi eam fileat Oreſtes ſibi mandatam ab Apolline; auferturque ſimulacrum Dianæ. Hæc enim erant præter actionẽ; ideo explicanda non fuerunt, nam actio, inquit Ariſtoteles hæc eſt. ἐλθὼν, καὶ ληφθεὶσ θυθῆναι μέλλων ἀνεγνώρισεν. quicquid eſt præter hæc eſt extra actionem, neque addi debent; ſed aut leuiter perſtringi; aut omnino prætermitti; quia alterius ſunt actionis. Ex his igitur patet, quantum diligentiæ adhibere oportet poëtam in conſtituenda actione, quantopereque cauere, ne affinitate rerum, quæ proximæ ſunt, & iungi ferè poſſe videntur cum actione, deceptus, multiplicem conſtituat actionem, cum debeat eſſe ſimplex.

Εἴθ' ὡς Εὐριπίδης, εἴθ' ὡς Πολυίδης ἐποίησε κατὰ τὸ εἰκὸς εἰπών, ὅτι οὐκ ἄρα μόνον τὴν ἀδελφὴν, ἀλλὰ τὴν αὐτὸν ἔδει τυθῆναι. ἐν τούτῳ ἦν σωτηρία.

Siue vt Euripides finxit, ſiue, vt Polyides, ex veriſimilibus locutus: quòd non modo ſororem, verùm & ipſum ſacrificari oportebat. vnde quidem ſalus parta eſt.

Coniunguntur hæc arctè cum ſuperioribus, cùm enim Ariſtoteles ſummatim expoſuiſſet actionis totius conſtitutionem. ſic. ἐλθὼν καὶ ληφθεὶσ, θυθῆναι μέλλων ἀνεγνώρισε. vt apertè cognoſci poſſent ea, quæ extra actionem erant, deducit ab extremo verbo conſequentia omnia, ſic. Agnouit, vel vt Euripides confinxit, vel vt Polyides. Agnitio duplici modo, ac diuerſo facta eſt à duobus poëtis antiquiſſimis, & peritiſſimis, vt cognoſcere poſſis iam veriſimum eſſe, quod toties à me ſuperius dictum fuit, licere eiuſdem actionis fabulam ſcribere, ita vt nihil in ea immutetur, vetat enim lex tragœdiarum, mutatis tamen, varioque modo confictis Epiſodiis, prologo, ſolutione, & agnitione; Nam ſi hoc non liceret; nulla eſſet ars ſcribendarum tragœdiarum; laborarentque inopia rerum poëtæ; & nouæ ſemper actiones ex euentis quæ contigiſſent eſſent afferendæ in medium; aut ex veriſimili confingendæ. Sed cum liceat pro arbitratu, ingenioque vniuſcuiuſque hæc omnia comminiſci, modò ducantur ex veriſimili; ideo diuerſam rationem in agnitione eiuſdem fabulæ confingenda ſecuti ſunt Euripides, & Polyides. Licet verò artificium huius cum illius artificio conferre, diiudicareque vtrum laudatius, Euripides ex epiſtolę ſcriptione deduxit agnitionem. Polyides ex ratiocinatione, vti etiam dictum eſt antè, Oreſtæ, qui cum duceretur ad Aram ma

© SCD - Université de Poitiers

» θρᾷκας καὶ σκύθας. Idem paulò antè teſtatur etiam apud Rhodios mactari conſueuiſſe
» olim homines Saturno his verbis: ἐθύετο γὰρ καὶ οἱ Ῥόδῳ μέντοι μεταγενεστέρως ἑκατὸν ἐξαμέτρου ἀνθρώ-
» που τῷ κρόνῳ: ibidem refert Mineruæ, Agraulo, & Diomedi Salaminios hominem ſa-
» crificare conſueuiſſe in hunc modum. ὁ δὲ σφαγιαζόμενος ὑπὸ τῶν ἐφήβων ἀγόμενος ζῶσι περιέθει
» τὸν βωμὸν, εἶτα ὁ ἱερεὺς αὐτὸν λόγχῃ ἔπαιεν κατὰ τοῦ στόμαχου, καὶ οὕτως αὐτὸν ἐπὶ τῶν ἐνθεῖεν πυ-
» ρὰν ὁλοκαύτιζον. Sed conſuetudinem hanc ſuſtuliſſe fertur Cyprierum Rex Diphilus,
» εἰς βουθυσίαν μεταστήσας προσήκατο δὲ ὁ Διάμων ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπου τὸν βοῦν. Non diuerſa ratione
Amoſin Regem aiunt legem mactandi homines ſuſtuliſſe, propter fœdam immanita-
» tem, hoc ita refert Porphyrius: κατέλυσε δὲ αὐτὸ Ἡλίου πόλις τὸν τοῦ ἀνθρωποκτονίας
» νόμον Ἄμωσις. ἐθύοντο δὲ τοῖς ἡμέραις ὡρισμέναις τῇ Ἥρᾳ καὶ ἐλοιμάζοντο, καθάπερ οἱ ζητούμενοι καθαροὶ μόλις,
» καὶ συσφραγιζόμενοι. Lacedæmonii quoque Marti hominem mactabant. Phœnices præte
rea in magnis calamitatibus vel bellorum, vel peſtilentiæ, vel annonæ inopiæ Saturno
» mactabant hominem ſibi coniunctiſsimum. Φοίνικες δὲ οἱ τοῖς μεγάλοις συμφοραῖς ἢ πολέμων,
» ἢ αὐχμῶν, ἢ λοιμῶν ἐθύοντο τῶν φιλτάτων τινὰ ἐπιψηφίζοντες τῷ κρόνῳ

» Διατί; ὅτι αἰτίαν ὁ θεὸς διά τινα αἰτίαν. ἔξω τοῦ καθόλου ἐλθεῖν ἐκεῖ, μὴ ἐφ' ὅτι δὲ, ἔξω
» τοῦ μύθου· ἐλθὼν δὲ μὴ ληφθεὶς θύεσθαι μέλλων ἀνεγνώρισεν.

» Cur autem contigerit, vt ipſum Deus ob quandam culpam venire
» illuc impulerit, extra vniuerſale eſt: quorſum verò, extra fabulam. ita-
» que cum acceſsiſſet, captus, immolandusque mox, ſororẽ agnouit.

Oſtendit Ariſtoteles nonnulla eſſe optima ratione prætermittenda, quia ſunt præ-
ter actionem; cuius facienda eſt conſtitutio. Si quis enim quærat Cur in generali
fabulæ explicatione, non eſt additum hoc. Cur in Tauricam regionem frater illius
Virginis ſacerdotis Dianæ venerit; hoc enim ſequebatur ſtatim, vt explicaretur,
cum ante dictum eſſet Aliquantò autem poſt fratri contigit eò venire. Cur? di-
cat aliquis. Reſpondet Ariſtoteles hanc αἰτιολογίαν, ſeu cauſæ explicationem non
eſſe addendam, quia eſt præter generalem illam actionis conſtitutionem. Nimirum
in tragœdia multa ſunt prætermittenda tanquam nota paſsim, aut minus ſpectan-
tia ad actionem; quæ quàm maxime ſimplex debet conſtitui, atque expedita à pluri
mis quæſtionibus, quæ alioqui in ipſam deriuari poſſent: exempli cauſa, ſi quis dicat,
Cur Oreſtes in Tauricam regionem venit? monitus oraculo, vt ſe expiaret à ſcele-
re matris cæſæ. Cur matrem occidit? quia illa patrem peremerat? cur illa patrem pe-
remit? vt vlciſceretur mortem filiæ mactatæ, Cur eam mactauit pater? pro incolumi-
tate totius exercitus, monente Calchante vate. Patet longam hanc eſſe cauſarum con
nexionem; quæ mutuò cohærent inter ſe. Sed ſingulæ ex his cauſis, vnam continet per
ſe actionem tragicam; ſtatim igitur ab initio αἰτιολογία prima excludenda eſt, ne ſi ad-
mittatur illa, cogamur & aliam ſubinde, mox & aliam afferre; quod fuerit in tragœ-
dia ſummum vitium, nam actio non erit vna, & ſimplex; ſed multiplex, ſicuti patet.
Prudenter igitur, & artificiosè actio eſt ab Euripide conſtuta, qui actionem eſt com-
plexus, ſed cauſam actionis prætermiſit, vt pote minime conuenientem actioni, quæ
erat conſtituenda. Percunctatur Iphigenia, ante agnitionem, ab Oreſte, quæ geran-
tur Argis, ſic.

ΙΦ. Ἀχέων ἐλέγετο δὴ τῶν Ἀγαμέμνων ἄναξ.
» Ο. οὐκ οἶδ' ἄπελθε τοῦ λόγου τούτου γένοι.

» Videtur nolle Oreſtes ingredi narrationem necis Agamemnonis; non tàm, vt, quòd
refugeret animus ea recenſere, quæ luctum ipſi innouarent, quàm, quoniam artificio
poëtæ id eſt factum, qui αἰτιολογίαν factorum fugiebat, ne multiplex fieret actio cum de
beat eſſe vna, & ſimplex. Sed quia gemitus erat eliciendus Iphigeniæ ex commemora-
tione earum rerum, vt facilius peripetia, & agnitio, quæ paulò poſt erat facienda, fie-
ret; ait igitur, inſtans Iphigenia, vt proferat.

» ΙΦ. μὴ πρὸς θεῶν ἀλλ' εἴφ' ἵν' οὐφραθῶ ξένε, profert Oreſtes
» Ο. τέθνηκεν ὁ τλήμων. πρὸς σ' ἀπώλεσεν ἴνα. ingemiſcit Iphigenia.

ΙΦ. τέθνηκε

eſt hæc. Videndum diligenter, vt epiſodia ſint propria, coniunctaque actioni. οἰκεῖα vo
cat ipſe, legitima vertit Paccius; non ſatis apte, vti mihi quidem videtur. Nam Ariſto.
ſententia hęc eſt, vt Epiſodia ducantur ex rebus agnatis, coniunctisque & affectis ad
actionem; quæ enim docet Cicero in Topicis affecta vocari; hęc ego putarim ab Ari-
ſtotele vocari hoc in loco οἰκεῖα. Non longè igitur ducantur Epiſodia oportet à re-
bus longinquis; Rhetores vbi proœmiorum tradunt artificium, monẽt ſeparatum eſ-
ſe non oportere exordium; ſeparatum enim eſt, quod nõ ex ipſa cauſa ductum eſt; nec
ſicut aliquod membrum annexum orationi. Exordiũ quippe, & Epilogus quid aliud
ſunt, quàm Epiſodia quædam orationis forenſis? Eadem igitur ratio præcipiendi eſt
in his ſeruanda. Preceptionem hanc, vt facilius intelligeremus, qualis ſit, exemplo de-
» clarauit Ariſtoteles. quod continetur his verbis. οἷον οὐ τῷ ὀρέστην μανίᾳ δεθῆναι, καὶ ἡ
» σωτηρία δι' ἐκείνου. Breuiter cõplexus eſt Ariſtoteles ea, ex quibus Epiſodia totius
illius tragœdiæ, quæ Iphigenia in Tauris inſcribitur: ne ſingillatim omnia Epiſodia
cogeretur recenſere; quamuis enim plura Epiſodia ſint; omnia tamen ex eodem ma-
nãt fonte; hoc eſt inſania Oreſtis, quæ erat expianda. hæc quidẽ nõ ineſt in fabula, ſed
breuiter narratur, & extrinſecus poſita gignit omnia Epiſodia; fabulæ materiem prę
bet. ſemper igitur Epiſodia conficere volenti, reſpiciendum eſt ad proximam cauſam
actionis: ſicuti etiam Sophocles facit in Oedipode Tyranno. Nam actio eſt. Oedipus
vt agnouit ſe patrem Laium peremiſſe, & cum matre cõcubuiſſe, ſeipſum excæcauit;
regnoque pulſus eſt. Cauſa proxima agnitionis, peſtilentia eſt, quæ impulit Oedipo-
dem, vt mitteret ad oraculum, à quo tulit reſponſum, expiandã eſſe necem Laii; Hinc
omnia manant Epiſodia. Et peſtilentiæ quidem breuis quædam mentio fit in prolo-
go; Sed apud Euripidem inſaniæ in prologo non eſt vlla mentio; ex quo obſeruari po
teſt, vel à proxima cauſa prologum ducendum; vel ſi libuerit prætermittere, aliud ex-
trinſecus quærendum eſſe, ſicuti fecit Euripides, qui prologum à ſomnio Iphigeniæ
duxit; non ab inſania Oreſtis, de qua poſtea in quodam Epiſodio breuiter meminit
poſt agnitionem, & ſi ea cauſa eſt quodãmodo ipſius actionis proxima. Rurſus quo-
niam ſicuti proxima cauſa actionis fuit inſania (proximam voco, quia aliæ multæ cau
ſæ hanc ordine collocatæ præcedunt) ita alteram cauſam veluti finem, cuius gratia,
poſtremo loco, poſt actionem ſtatuere oportet. vt actio media ſit inter hanc, & illam.
Cauſa veluti finis cuius gratia in tragœdia Euripidis eadem eſt, expiatio inſaniæ; &
ſceleris admiſsi in cædenda matre atque exportatio ſimulacri: in Oedipode aũt auer-
runcatio peſtilentiæ: & iræ Deorum. Sed ſummi eſt artificii, hanc non inſerere in tra-
gœdia. Nam quàmuis hoc fuerit ab Euripide factum, Sophocles tamen non feciſſe vi
detur, quod eſt multò artificioſius; Euripides dicentem facit in quodã Epiſodio Ore
ſtem ſe eò veniſſe ſui expiandi cauſa, & exportãdi Deæ ſimulachri; aſſequitur igitur
expiationem, quæ fit hoc modo. prætenditur fuga, ea vt cautius iniri poſsit; ſimulat
Iphigenia expurgandum ſimulacrum Deæ, quod fuerat inceſtatũ intuitu nefarii ho-
minis qui matrem peremerat. expurgatio autẽ fit ablutione aquæ marinæ; atque amo
uẽtur procul Tauroſcythę, ne & ipſi inceſtentur; verùm prætextus hic commoditatẽ
fugę, & exportationi ſimulacri magnam affert. dum igitur prætextum fugæ quęrunt,
expiatur Oreſtes, & exportatur in Græciam ſimulacrum. quod fit adiuuante Iphige-
nia, præter id quod ſperant cum paulò antè fuiſſet ferè ab ea mactandus; ſed apud So-
phoclem illud factum quod erat propoſitum tanquàm finis, næ exprimitur, ſed factũ
intelligitur, dum alterum fit. Atque hæc proprie in tragœdiis vocatur peripetia. vt ali
quid agas, quod non propoſueras tibi agendũ, & id tamen agendo conſequare, quod
in animo habebas, tibique ab initio propoſueras; in quo perſpici poteſt, id quod in pri
mis proponi debebat agendum, & erat in animo, vt ageretur; fortuitò fieri; id verò
quod fortuitò, & ſecundario modo factum, primarium illud conſequi debebat tan-
quàm primarium fieri; perinde ac ſi illud ab initio fuiſſet propoſitum, quod ageretur.
In Oedipode igitur Sophoclis perſpicere licet de peſtilentiæ auerruncatione, qui fi-
nis erat in actione, nullam poſtea fieri; ſed alterum tantùm euentum narrari, qui non
erat in primis propoſitus in imitatione actionis; ex qua re ſatis cognoſcas, qualis ſit pe

© SCD - Université de Poitiers

ctandus,talia protulit verba.fato quodam id ſibi videri accidiſſe; vt cum ſoror Iphigenia antè eodem mactationis genere periiſſet,ipſe quoque mactaretur,nec diſpari vteretur fortuna;cum frater illius eſſet. Hæc audiens Iphigenia ſtatim agnouit Oreſtem fratrem, neque mactauit.differt igitur hæc agnitio ab illa, quia diuerſo modo confi-cta fuit ; Præterea apud Euripidem Oreſtes prior Iphigeniam agnoſcit. Sed Polyides Iphigeniam prius agnoſcentem faciebat Oreſtem.Adnotanda illa verba,vbi loquitur
» Ariſtoteles de Polyide.καζὰ τὸ εἰκὸσ ἐποίησε. dicat enim fortaſſe aliquis.Nonne & Euripides καζὰ τὸ εἰκὸσ ſuam confinxit agnitionem?Reſpondeo hoc veriſimum eſſe, & verba illa ad vtrumque referenda: tam enim hic, quàm ille ex veriſimili agnitionem confinxit;Nec deſint alii modi eiuſdem agnitionis confingendæ aliis poëtis,ſi voluerint diuerſa ratione eandem actionem Iphigeniæ pertractare,latè enim patet id quod eſt veriſimile,& varium multiplexque eſt ; cum veritas vna tantùm, ſimplexque ſit.
» Rurſus illa verba perpendenda . καὶ ὀντόθεν ἡ σωτηρία . Hæc enim coniungenda cum ſuperioribus;quia continent finem exitumque agnitionis . Agnitio in tragœdiis non fit,niſi vt referatur ad alium finem;hoc eſt,vt ex ea aut felicitas,aut infelicitas proueniat;ex agnitione igitur Oreſtis,& Iphigeniæ parta eſt vtrique ſalus,& felicitas.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἤδη ἴσως θετέα τὰ ὀνόματα ἐπεισοδιοῦν.
»

» Quo facto nominibus ſtatim ſubſtitutis Epiſodia aggredienda.

Pergit Ariſtoteles declarare methodum,ordinemque,quo progrediendũ eſt in ſcribendis tragœdiis.aliudque dat præceptũ,quod eſt huiuſmodi. Poſtquàm Poëta actionem conſtituerit;ſatisque intuitus fuerit generalem ipſius conſtitutionem ſine circũſtantiis,vti dictum eſt,debebit mox apponere circumſtantias perſonarum et locorum hoc eſt ipſa nomina;vt ex generali particularis actio fiat & ſimilis ſit ὑποθέσι ſeu queſtioni finitæ Rhetorum.neque tantùm nomina imponet illis perſonis,circa quas potiſſimum verſatur actio; vt potè Oreſti,& Iphigeniæ; Sed conſiderans,quot, qualiaq. requirantur Epiſodia; nomina quoq. imponet iis perſonis,ex quib. Epiſodia fuerint deducenda.exempli cauſa.in Eurip. Iphig. Pylades,Thoas,Bubulcus:nonnulla.n. nomina aut vera proferuntur certorum hominũ vt Pylades, Thoas, & reliqua huiuſmodi aut à generali appellatione ficta ſumuntur . vt ibidem Bubulcus , ac παιδαγωγὸσ,apud Sophoclem in Electra.& cætera id genus.in choris quoq. eodẽ modo.nam nunquam certæ perſonæ in choris loquuntur.ſed generali appellatione cõſtant aut mulierũ,aut virorũ, qui ætate diſtinguuntur:aliquando.n.ſenes,aliquando iuuenes;neq.verò hoc difficile factu,cũ enim Chorus ſemper adiutorẽ ſe præbeat ac ſuaſorẽ alicui;tales perſonæ fuerint fingendæ,qualis fuerit illa cui σωαγωνίζεται. Hinc apud Sophoclẽ in Oedipode , Chorus complectitur viros prouectiores , ciues Thebanos , quia σωαγωνίζονται Oedipodi. Apud Euripidem in Iphigenia Chorus conſtat ex mulieribus æqualibus ipſi Iphigeniæ,quia ipſi opem erant laturę.Hæc eſt igitur ratio confingendorum nominum in tragœdiis;ac ſanè meminiſſe oportet eius,quod eſt antè dictum ab Ariſtotele;in tragœdiis aliquando omnia confingi nomina.Aliquando vno vero retento,reliqua confingi.Aliquando,omnia vera proferri certarum perſonarum. Sed conſiderãdum quid poſit impoſitionem nominum Poëtam efficere oportet. Debet, inquit Ariſtoteles,operam ſuam omnem ponere Poëta in Epiſodiis conſtituendis.

» Ὅπως δὲ ἔσται οἰκεῖα τὰ ἐπεισόδια,σκοπεῖν, οἷον,ἐν τῷ Ὀρέστῃ ἡ μανία,δι' ἣς ἐλήφθη,καὶ
» ἡ σωτηρία δι' ἁπλῆς καθάρσεως.

» Sed hæc quo pacto legitima ſint, ſanè conſiderandum:veluti furor
» in Oreſte,propter quem captus eſt,ſalusque per expurgationem.

Poſtquàm Ariſtoteles in Methodo,ordineque tradendo , quem inire oportet ſcribẽdarum tragœdiarum;docuit,quo tempore primùm ſunt Epiſodia conſtituenda in fabula;Dat præceptiones duas,quæ pertinent ad artificium Epiſodiorum.quarũ Prior

eſt

© SCD - Université de Poitiers

» -ς νόσον πολυσόμενον πατρὸς φίλου ἰῶ που ἀκούσῃ.

Licet perſpicere duplicem Epiſodiorum diſtributionem futuram: nam alia ducuntur à perſona Vlyſsis, alia autem à perſona Telemachi. Primũ Epiſodium eſt, in quo Minerua Mentoris habitum ſumens Ithacam ad Telemachũ venit cum eo collocutura libro primo. Alterum Epiſodium eſt libro ſecundo, in quo Telemachus concionem habet, & conqueritur de procis, tametſi fortaſſe hæc actionis eſt pars, nõ Epiſodium. Tertium Epiſodium eſt eodem libro, in quo ſe parat ad nauigationem Telemachus profecturus ad Neſtorem. Quartum Epiſodium, eſt libro tertio, in quo Telemachus hoſpitatur apud Neſtorem, & cum eo colloquitur. Quintum Epiſodium libro quarto, in quo hoſpitatur Telemachus apud Menelaum, & cum illo de variis rebus colloquitur. Sextum Epiſodium eodem libro, in quo Menelaus Protei vaticinia refert; & ex iis ſignificat Telemacho (id enim à Proteo audierat) Vlyſſem, apud Calypsò inuitum detineri. Septimo loco poſt Epiſodiũ hoc conſequitur narratio, ſic enim appellãda, quæ ad actionem ſpectat ipſam, eſtque libro eodem, in qua Proci, audita profectione Telemachi, ira perciti, parare conãtur inſidias illi redeunti; vt perimerent: Hactenus protenduntur Epiſodia, quę ducuntur ex perſona Telemachi: Octauum Epiſodium eodem libro eſt, in quo Penelope luget propter diſceſſum Telemachi. & eam in ſomnis ſolatur Minerua. Rurſus Nonum Epiſodium, niſi malis narrationem ipſius actionem vocare, eſt libro quinto, in quo Mercurius à Ioue miſſus Calypsò alloquitur, mandatque, vt diſcedere patiatur Vlyſſem. Decimo loco narratio (nõ iam Epiſodium) quæ ad ipſam actionem pertinet, eſt eodem libro Calypsûs & Vlyſsis collocutionem cõtinens, et eiuſdem Vlyſsis ratem ſibi fabricantis laborem. Vndecimo loco narratio cõſequitur altera, quę actionis eſt pars, nõ Epiſodiũ, eodem libro eſt, in quo ob tempeſtatẽ à Neptuno, excitatam, qui Vlyſsi iratus erat; fracta rate, ac diſſoluta naufragium patitur Vlyſſes, magnoque labore, & periculo, ſoſpes quidem enatat ope Inûs ad Phæacum littora; ſed omnium egenus, nudusque. Duodecimo loco, non Epiſodiũ, ſed actionis primariæ narratio eſt libro ſexto Nauſicaæ proficiſcentis ad littus & ſupplicem Vlyſſem commiſerantis. Tertiodecimo loco itidem, nõ Epiſodium, ſed actio ipſa libro ſeptimo eſt Vlyſsis ad Regiam Alcinõi venientis, et apud illum hoſpitantis, quæ quidem narratio tota ad actionem ſpectat; Spectare ad actionem ſæpe dico, non quòd Epiſodia quoque ad actionem non ſpectent; ſed quia illæ narrationes inſunt in primaria actione, quã ſibi propoſuit poẽta. Quartodecimo loco altera actionis pars, ſiue narratio, libro quarto cõſultantium Phęacum de reducendo Vlyſſe; eorundem Epulantium, & certantium diſco. Quintodecimo loco poſt has actionis primarię narrationes cõſequitur epiſodiũ eodẽ libro Demodoci canentis furta Veneris, & Martis. Iliacamq. expugnationẽ; quã audiens, ob memoriam priſtinæ infelicitatis, luget Vlyſſes, agnoſciturque ab Alcinoo. Poſtea libro nono exiſtit Epiſodium illud longiſsimũ narrationum Vlyſsis, quo Epiſodio alia innumerabilia continentur, ſed poſtremo expoſitum facit à Phæacibus in Ithacam libro decimoquarto. Rurſus poſtquam ſatis multa Epiſodia duxit Homerus ex perſona Vlyſsis lib. decimoquinto, digreditur ad perſonam Telemachi, Aliudque Epiſodiũ facit eius diſcedentis à Menelao, & redeuntis Ithacã, & digrediẽtis ad Eumæum ſubulcum. Rurſus illic Epiſodiũ alterum videas colloquentium inter ſe Eumæi, & Vlyſsis multa confingentis, ne à ſubulco agnoſceretur. Libro decimoſexto agnitio inter Vlyſſem, & Telemachum, & ſic deinceps aliæ multæ agnitiones. Poſtea quæ narrantur omnia, non Epiſodia ſunt; ſed narrationes, & membra ipſius actionis; vel potius actio ipſa eſt, nam ait in contextu actionẽ exponens Ariſtoteles. καὶ ἀναγνωρίζεσθαι δύναται, αὐτοῦ ἐπιθέμενος αὐτὸς μὲν ἐσώθη, τοὺς δὲ ἐχθροὺς ἀπέφθειρε. Tametſi Ariſtoteles videtur in contextu omnia, quæ ad procos ſpectant; & ad naufragium Vlyſsis, actione primaria velle cõtineri. Id ſi ita eſt, non erunt Epiſodia vocanda, ſed actionis partes. Atque ego ſanè totum vt poëma diſtinguerem normam Ariſtotelis ſecutus, alia Epiſodia, alias narrationes ipſius actionis vocari. Apponerem hoc loco par exemplum, ac ſimilem diſtributionẽ Aeneidos Vergilianæ; vt perſpicere poſſet vnuſquiſque, quæ actio eſt primaria, quæ rurſus, & quot, qualiaque

© SCD - Université de Poitiers

ripetia. Hanc ego discrepantiam, quam mihi perspexisse videbar in laudatissimis horum duorum poëtarum tragœdiis, exponere volui; non quòd animus sit discedere, aut suadere alicui, vt discedat à præscripto Aristotelis, qui Euripidis vestigia in Iphigenia secutus videtur; Hoc igitur doctorum virorum iudicio perpendendum etiam atque etiam relinquo.

» Ἐν μὲν οὖν τοῖς δράμασι τὰ ἐπεισόδια σώτομα, ἡ δ' ἐποποιία τούτοις μηκύνεται.

» In dramatibus itaque, siue actibus Episodia ipsa breuia esse debẽt,
» contra in his longior Epopœia fit.

Alterum hoc est præceptum, quod spectat ad artificium Episodiorũ. Dramata vocat Aristoteles tragœdiam, & comœdiam, reliquaque huiusmodi poëmata, in quibus negociantes homines, & agentes exprimuntur; nihilque poëta ipse profert sub sua persona. In his igitur ait breuia oportere esse Episodia; in Epopœia verò longa esse, ac produci pro arbitratu Poëtæ. Vtrunque Poëma & Tragicum, & Epicum per Episodia augetur; sed Epicũ longiora, pluraque recipit Episodio, quia imitatione sua complectitur res multorum annorum: Tragicum Poëma non excedit periodũ vnius Solis; necesse est igitur, vt breuia illius sint Episodia. de qua re superius locuti fuimus, vbi differebat Aristoteles de longitudine fabularum. Nec multò post de Epopœia, eiusque incremento, quod totum per Episodia fit, copiosius loquemur; quo loco de illius omni artificio disputat Aristoteles.

» Τῆς γὰρ Ὀδυσσείας μακρὸς ὁ λόγος ἐστίν, ἀποδημοῦντός τινος ἔτη πολλά, καὶ παραφυ-
» λαττομένου ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ μόνου ὄντος. ἐπεὶ δὲ τὰ οἴκοι οὕτως εἶχεν τῶν, ὥστε τὰ χρή-
» ματα ὑπὸ μνηστήρων ἀναλίσκεσθαι, καὶ τὸν υἱὸν ἐπιβουλεύεσθαι, αὐτὸς ἀφικνεῖται χειμα-
» θεὶς, καὶ ἀναγνωρίσας τινὰς, αὐτοῖς ἐπιθέμενος. αὐτὸς μὲν ἐσώθη, τοὺς δ' ἐχθροὺς διέφθει-
» ρε. Τὸ μὲν οὖν ἴδιον τοῦτο, τὰ δ' ἄλλα ἐπεισόδια.

» Nimirum Odysseæ longus est sermo. Per multos annos peregrè
» quidam cùm iret, & à Neptuno obseruatus, & à cunctis relictus, ita re
» bus ipsius domesticis constitutis, vt fortunæ omnes à procis absume-
» rentur: filioque insidiæ iam instarent, iactatus pelago domum perue-
» nit: cumque aliquos agnouisset, illos aggressus. ipse quidem sospes eua
» sit, inimicos autem perdidit. Hoc itaque proprium eius poëmatis est.
» nam cætera ad Episodia pertinent.

Quoniam dixerat Aristoteles in tragœdia breuia esse Episodia; in Epopeia verò prolixa; quia totum incrementum ipsius, ex iis prouenit, probat idem, aperteque demonstrat exemplo allato ex Homeri Odyssea. Exponit enim primum summatim actionem propriam eius poëmatis; mox considerandum relinquit, quot, qualiaque sint Episodia. ἀποδημοῦντος γὰρ ἔτη πολλὰ, καὶ παραφυλαττομένου ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ μόνου ὄντος. Hæc perspiciuntur libro primo, nam hospitantem illum facit apud Calypsò Atlantis filiã in insula in qua Dea inhabitabat, eò autẽ naufragio eiectus venerat, solus superstes, cum omnes socii iam vario exitio extincti periissent. Sed eodem libro primo in illis versibus.

» ἑρμείαν μὲν ἔπειτα διάκτορον ἀργεϊφόντην
» νῆσον ἐς ὠγυγίην ὀφομήσομεν ὄφρα τάχιστα
» νύμφην δυπλοκάμιδα θεὰν νημερτέα βουλὴν
» νόστον ὀδυσσῆος τλαπάφρονος ὥς κε νέηται,
» Αὐτάρ ἐγὼν ἐθάκηνδε μολὼν ὀτρυνέμεν υἱὸν, Et quæ sequuntur.

Paulò post in iis

» πέμψω δίς σ' ἀπάρτιν τε, καὶ ἐς πύλον ἠμαθόεντα

se mihi obtulerit occasio, copiosius agemus. Nunc ad institutam explicationem Aristotelis est redeundum.

» Λέγω δὲ δέσιν μὲν εἶναι τὴν ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τούτου τοῦ μέρους, οὗ ἔχεται ἐστίν. ὄγκον δὲ μετα-
» βαίνειν εἰς εὐτυχίαν, λύσιν τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς μεταβάσεως μέχρι τέλους.

» Connexionem appello totum id, quod à principio ad vltimam vs-
» que pertinet partem, ex qua mutatio fortunæ fit; solutionem à muta-
» tionis principio, ad finem vsque.

More suo declarat Aristoteles, voces nouas, quas ipse effinxit, primusque protulit. In tragœdia mutatio est felicitatis in infelicitatem, vt antè dictum fuit, nam quamuis nonnullæ tragœdiæ in felicitatem desinant, illud tamen est magis proprium huius poêmatis. Connexionem igitur ait se appellare Aristoteles, à principio quicquid narratur, & deducitur vsque ad mutationẽ felicitatis in infelicitatem, vel si ex alio genere cõstet, vsque ad mutationem infelicitatis in felicitatem; Solutionem autem eam partẽ tragœdiæ, quæ à mutatione huiusmodi protẽditur vsque ad exitũ, finemque fabulæ.

» Ὥσπερ ἐν τῷ Λυγκεῖ τοῦ Θεοδέκτου, δέσις μὲν τὰ πεπραγμένα, καὶ ἡ τοῦ παιδίου λῆ-
» ψις, λύσις δὲ, ἡ ἀπὸ τῆς αἰτιάσεως τοῦ θανάτου μέχρι τοῦ τέλους.

» Vt in Lynceo Theodectæ. in quo connexio quidem, acta prius, na
» tique captiuitatem continet: solutio à mortis accusatione ad extre-
» mum vsque.

Quoniam tragœdia hæc non extat, difficile est intelligere, quid sibi velit Aristoteles. Sed in aliis tragœdiis, quæ extant, hoc facilè possumus demonstrare, atque id quidem conabimur efficere, nequid, quod necessarium sit ad explicationem huius artificii, pretermisisse videamur. Libri manuscripti duo, alter in Medicæa bibliotheca, alter quoque, qui est apud me, non πεπραγμένα, sed προπεπραγμένα habent. In Iphigenia Euripidis (ne recedam ab ea, quam sæpe nominat Aristoteles) δέσιν complectitur omnia, quæ protenduntur vsque ad Agnitionem, post quam consequitur mutatio in felicitatem. Reliqua omnia continentur τῇ λύσει id est solutione. Solutionis autem principium est in illis versibus.

» Ορ. λέγομ' ἄν. ἀρχαὶ δ' ἄλλοι μοι πολλῶν πόνων.
» ἐπεὶ τὰ μητρὸς τοῦθ', ἃ στυγῶμεν, κακὰ
» εἰσ' χ εἴρας ἦλθε μεταθησόμενος ἑρμηνέων
» ἥλιον μόμεθα φυγάδες. & qui sequuntur.

Nam exponens Orestes Iphigeniæ causam profectionis, initium dat consultationi de exportando Deæ simulacro. Hinc autem omnis solutio fabulæ. Rursus in Oedipode Sophoclis Tyranno δέσις protenditur vsque ad eos versus, qui consequuntur agnitionem; nam statim post agnitionem mutatio fit felicitatis in infelicitatem.

» Οι. ἰοὺ. ἰού. τὰ πάντ' ἂν ἐξίκοι σαφῆ
» ὦ φῶς. τελευταῖον σε προσβλέψαιμι νῦν.

» Reliqua omnia vsque ad exitum fabulæ solutione continentur; sed consideremus, quo modo connexio contineat τὰ ἔξωθεν, καὶ τὰ ἔσωθεν. Prologo Oedipodis Tragœdiæ exprimuntur sacerdotes sacra diis facientes, stantesque ad aras pro auerruncanda pestilentia. Hoc vero est vnum ἐκ τῶν ἔξωθεν. Rursus Episodio cõsequenti collocutio cũ Creonte, & expositio responsi Delphici, aliaque nõnulla huiusmodi; præterea execratio, collocutio cùm Tiresia, hęc omnia extrinsecus sumpta: In Tiresiæ sermone, quatenus innuit ab ipso Oedipode peremptum Laium, perspicere est quiddã τῶν ἔσωθεν, hoc enim ad actionem primariam spectat. Præterea contentio inter Oedipodem, & Creontem; ἐκ τῶν ἔξωθεν ducitur. Paulò post nuncii aduentus, narratioq. tota ἐκ τῶν ἔξωθεν est, quam uis posterior pars narrationis, in qua nuncius tollere cupiẽs ex animo Oedipodis me-

© SCD - Université de Poitiers

sint Episodia; sed alio loco id commodius faciemus, vbi de Epopœiæ artificio loquemur.

» Ἔστι δὲ πάσης τραγῳδίας τὸ μὲν δέσις, τὸ δὲ λύσις. Τὰ μὲν ἔξωθεν, καὶ ἔνια τῆ ἔσωθεν
» πολλάκις ἡ δέσις: τὸ δὲ λοιπὸν, ἡ λύσις.

» Vniuersa verò Tragœdia partim connexione, partim solutione cõ
» tinetur. quæ extra sunt, & aliqua præterea, quæ intra habentur, ple-
» runque connexio continet: reliqua verò solutio.

Hactenus ab instituto sermone digrediens Aristoteles declarauit Episodia Epopeiæ prolixiora esse, quàm tragœdiæ. Loquebatur enim de Episodiorum artificio; methodumque tradens, quam in scribenda tragœdia seruare oportet poëtam; præcipiebat post impositionem nominum; esse conficienda Episodia, deducendaque aptè ex iis, quæ actionem præcedunt, & consequuntur, sicuti declaratum fuit. Postquam igitur docuit Episodia esse excogitanda; docet deinceps, quid efficere debeat poëta; Debet autẽ inquit Aristoteles, considerare totam tragœdiam simul, iam episodiis, & actione conformatam; distribuereque in partes duas; quarum appellationes hæ sunt, δέσις, καὶ λύσις ideſt connexio; & solutio. Magnam vtilitatem capiet poëta ex hac bipertita distributione tragœdiæ; prescribet enim veluti quandam sibi metam; ad quam deducenda paulatim sit fabula; ad eam verò cum peruenerit, intelliget aliò flectendum & tendendum ad exitum fabulæ; finemque faciendum, neque difficile ipsi fuerit perspicere, quæ Episodia connexioni, quæ solutioni apta sint. Sciendum verò connexionem complecti alia, quæ extra fabulæ actionem posita sunt; alia itidem, quæ in actione
» ipsa insunt, hæc vocat Aristoteles τὰ ἔσωθεν: illa appellat τὰ ἔξωθεν. Solutionem autem semper complecti ea, quæ in actione insunt. Hoc sanè quale sit, apertius declarabimus postea allatis exemplis. Porrò, qui hæc diligenter obseruabit, poëta, non video, quomodo labi possit in scribendo; aut aberrare ab eo, quod rectum est; nam distinguens interiora, hoc est ea, quæ actionis sunt, ab iis, quæ extra sunt, simulque miscens, cum opus fuerit; rursus separatim hæc tractans, accommodateque suis locis distribuens, laudatissimum ab omni parte conficiet drama; Atque hæc quidem ita sese habent. Venit verò mihi in mentem è re nata hoc loco admirari cuiusdam inepti hominis amentiam & insciti am; qui, quòd ab aliis audisset vulgò dictum, videri sibi libellum hunc Aristotelis mancum; me quidem satis importunè interpellauit aliquando, subinde inculcans miserè discerptum, lacerumque sibi videri huius libri contextum. Ego hominem cũ rogassem, vt locum aliquem proferret, qui ipsi videretur non satis cohærere cum cæteris; vbique interruptio aliqua appareret cõtextus; protulit locum hunc, quem nunc sum interpretatus, ostendereque conatus est non cohærere. Cum enim (inquit) antè de Episodiis locutus sit Aristoteles conficiendis, quomodo statim transgreditur ad
» hæc? ὅστε δὲ πάσης τραγῳδίας τὸ μὲν δέσις, τὸ δὲ λύσις. & quæ sequuntur, discrepantia enim sunt ab illis, quæ prius dicta sunt; & prorsus disiuncta, quo fit, vt credam aliquid omni no deesse. Hæc ille. Ego cum totam methodum Aristotelis ipsi patefacere conatus essem, apertè demonstraui, locum non esse interruptum. Ac sanè hominem, vt tempus postulabat, incastigatum nõ dimisi. Quid multis? Mihi semper fuit certamem, eritque semper de hac re cum hominibus, qui, cum librum Aristotelis hunc attentè non legerint, neque methodi connexionem, seriemque obseruarint vnquam, conantur tamen temere, nulla allata ratione, aut loco demonstrato, qui interruptus sit, proferre mancum esse, ac mutilum. Vtinam aliquando methodum Aristotelis perpendant, nam sententiã, satis scio, mutabunt, neque alios deterrebunt, sicuti adhuc facere conati sunt, ab huius elegantissimi libri lectione. Me certè vigiliarum mearum, meorumque labo rum nunquam pœnitebit; etiam si maximum sit (quod facilè auguror) mihi aliquando subeundum certamen, cum iis, qui quod ipsi tractant solùm nitescere posse putantes; aliorum laborem irritum in omni literarum genere existimant; Verùm de hac re, cum

se

© SCD - Université de Poitiers

» καὶ κάρβαμ' ἐσκυλασμένα.

Aliud eſt genus tragœdiarum,quod Moratum vocatur;atque hoc ſanè non deducitur ex ſuperiore diuiſione partium. Sed per ſe enumeratur ab Ariſtotele, diſtinctũ ab illis. Morata tragœdia eſt, in qua multa proferuntur, quæ ad vitam inſtituendam ſpectant,isque potiſsimum labor eſt Poëtæ propoſitus, vt ſanctitatem morum exprimat,& probitatem in ſingulis perſonis; præceptionesque tradat, & γνώμας quaſdam communes,quibus admonentur homines;vt virtutem ſequatur;& ea agant,quæ honeſta ſunt.Hunc ego locum Ariſtotelis ita intelligendum puto; nam adduci non poſſum,vt credam de tragœdia morata locutum hoc loco, in qua aptè exprimantur perſonarum mores, in quibus appareat vniuſcuiuſque electio qualis ſit; omnis enim tragœdia,qualiſcunque generis fuerit:neceſſario morata eſſe debet.alioqui vix poëtica videri debet in ea eſſe imitatio vlla,cum in moribus perſonarum eo modo effingendis plurimùm operæ ponant Poëtæ. Exempla Moralis (ſic enim libentius dixerim,vt à morata diſtinguam) tragœdiæ duo affert Ariſtoteles. οἷον φθιώτιδες, καὶ πηλεύς; de quibus nihil adhuc legi.Quartum tragœdiarum genus eſt duplex,tum earum, quæ perſonas Deorum faciunt loquentes in ſcena, qualis eſt Prometheus apud Aſchylum in qua Oceanus, aliæque huiuſmodi perſonæ Deorum loquuntur. eiuſdem quoque Eumenides. in quam προφῆτις Apollo, reliquique dii inducuntur; tùm earum quæ continent actiones inferorum,in quibus ſcilicet imitatio eſt earum rerum,quæ fiunt apud inferos.Viuere enim credũtur illic,ex veterum opinione homines, moueri,colloquique inter ſe, ac meminiſſe eorum, quæ dum viuerent agebant.Præterea plecti, pœnasque luere ob ſcelera admiſſa.Quòd ſi quod peccatum eiuſmodi ſit, vt propter fœditatem non repellat atque excludat omnem cõmiſerationem, & terrorem, atque is à quo ſit patratum nõ prorſus malus videatur;illius calamitas conueniet tragœdię. Huiuſmodi Prometheus eſt,(etſi hoc differt quòd apud ſuperos ad Caucaſum plecti tur) qui ſtudio iuuandi mortales multa fecit; ideoque Caucaſo alligatus fertur iuſſu Iouis,quã rem politiſsimè narrauit Lucianus; digniſsimus certè, qui ab omnibus mortalibus tanquàm parens ametur; cuiusque calamitas cum ea de cauſa ipſi acciderit,non propter nefarium aliquod ſcelus, commiſerationem cieat omnium hominũ. Tale argumentum fabulæ ſcripſit Aeſchylus,quæ adhuc extat.vocaturque προμηθεὺς δεδεσμένος, vel,vt Athenæus lib.III.λυομένῳ, citans hos verſus.

» γνώσῃ ζέσιν ὠὸς ἔτυμα γ' οὐδὲ μάτην φρὴ
» χαριτογλωσσεῖν σὺν μοι.

Quam dictionem declarat,perpenditque Athenæus; ideoque mihi libuit locum adnotare. Apud inferos magnus luctus,atque eiulatus eſt eorum, qui diſcruciantur;facilè igitur,quoniam luctuoſa,flebiliaque ſunt,hæc ad tragœdiam poſſunt referri.cum præſertim non alio negociantes, colloquentesque inter ſe homines induci poſsint, quàm apud ſuperos inter nos ſolent.Exempla tragœdiarum,quæ imitationem continent inferorum,non affert Ariſtoteles; Sed earũ,quæ Deos colloquẽtes faciunt exempla affert.vt φόρκιδες, καὶ προμηθεύς.de quo genere ſuperius ex Aeſchylo diximus. Cum igitur quatuor ſint tragœdiarum genera;conſiderabit etiam,atque etiã Poëta, cuiuſmodi ſit illa,quam ſcripturus eſt; diuerſam enim rationem ſequi oportebit;ſi vel hæc vel illa,vel alterius generis fuerit.

» Μάλιστα μὲν οὖν ἅπαντα δεῖ πειρᾶσθαι ἔχειν, εἰ δὲ μή, τὰ μέγιστα καὶ πλεῖστα, ἄλλως τε
» καὶ ὡς νῦν συνεφαντοῦσιν οἱ ποιηταί. γεγονότων γὰρ καθ' ἕκαστον μέρος ἀγαθῶν ποιητῶν, ἑκά
» στου τὸ ἰδίου ἀγαθοῦ ἀξιοῦσι τὸν εἶναι ὑπερβάλλειν

Quare magnopere poëtis conandum, vt horum omnium quàm locupletes ſint. quòd ſi omnium minus queant, ſaltem principalium, atq. quamplurimorum: eoque etiam enixius, quo ad taxandos poëtas hæc ætas in tãtum prona eſt, vt quos in omnibus his partibus pro-

© SCD - Université de Poitiers

tum omnem,exponit Polybi regis illum non esse filium,aliaque nonnulla explicat signa, quæ ad eam rem comprobandam pertinent,continet aliquid τῆς ἔσωθεν (sic enim læpè libet vti Aristotelis ipsius vocibus)nam ex iis pendet tota agnitio, quæ maxima pars est primariæ actionis in illa tragœdia, Post hæc sermo totus serui, quem accersi iusserat Oedipus,videri potest ἐκ τῆς ἔσωθεν. nam totam actionem conficit comprobata agnitione. Hactenus extenditur Connexio,in qua apertè videre potest vnusquisque contineri, tùm nonnulla τῆς ἔξωθεν, tùm aliqua τῆς ἔσωθεν. Solutio deinde, quæ consequitur, cum consequentia agnitionem contineat;habet in se τὸ ἔσωθεν nam oculis se priuat Oedipus, miserrimusque fit,hoc quippe in actionem includitur. Reliqua, vt eiulatio Oedipodis;Creontis sermo;& quæ huiusmodi sunt,omnia sunt ἐκ τῆς ἔξωθεν; Patet igitur, ni fallor, locus hic Aeistotelis alioqui obscurissimus. Nunc reliqua persequor.

Τραγῳδίας δὲ εἴδη εἰσὶ τέσσαρα, τοσαῦτα γὰρ καὶ τὰ μέρη ἐλέχθη, ἡ μὲν πεπλεγμένη, ἥ ἐστι ὅλον ὅση περιπέτεια, καὶ ἀναγνώρισις. ἡ δὲ παθητική, οἷον, οἵ τε Αἴαντες. καὶ οἱ Ἰξίονδε. ἡ δὲ ἠθική, οἷον, αἱ Φθιώτιδες, καὶ ὁ Πηλεύς. Δ' δὲ τέταρτον, οἷον. αἵ τε Φόρκιδες, καὶ Προμηθεὺς καὶ ὅσα οὐ Ἅιδης.

Quatuor autem Tragœdiæ sunt genera.totidem quoque & partes dictæ:quorum sanè complicitum illud dicimus, quod omnino ex peripetia,atque agnitione constat:Patheticum vt Aiaces,atque Ixiones: Moratum, Phthiotidas, & Peleum: Quartũ veluti Phorcidas, & Prometheum:quæcunque insuper,quæ apud inferos sunt.

Pergit adhuc Aristoteles tradere methodum,ordinemque quo progredi debet poëta ad scribendas tragœdias. Postquam igitur considerauerit poëta terminum connexionis, & solutionis in fabula,consideret oportet,ad quod genus tragœdiarum referri debeat illa,quam scripturus est.Non autem hoc fuerit admodum difficile cognitu, si scierit,quot sint tragœdiarum genera. conferens igitur argumentum suæ fabulæ, cum aliquo illarum genere; diiudicabit, ad quod genus sit referenda. Tragœdiarum genera, sunt quatuor.Totidem autem esse,probatur necessaria enumeratione ducta ex iis, quæ prius dicta fuerunt. Declaratum enim est partes tragœdiarum esse tres, perturbationem, seu τὸ πάθος. agnitionem seu ἀναγνώρισιν, & peripetiam. Aristoteles hæc tria assumens conficit duo genera tragœdiarum, nam simul ponens agnitionem, & peripetiam conficit vnum genus tragœdiarum, quod vocatur πεπλεγμένον hoc est duplex,seu complicitum, aptè enim hæc duo iunguntur,atque, vt antè copiosè docuimus agnitio sine peripetia nunquam ponitur,neque peripetia sine agnitione:hoc considerans Aristoteles,prudenter simul iunctam vtramque protulit, & vnum genus confecit tragœdiarum, quale est,Iphigeniæ, Oedipodis:Electræ, & quæ huiusmodi sunt.Altera pars,quæ est Perturbatio,seu τὸ πάθος.constituit alterum genus per se:sunt enim apud veteres nonnullæ tragœdiæ,in quibus cum neque Agnitio,neque Peripetia insit;inest tantummodo Perturbatio. de qua re nos superius satis multa locuti fuimus.Exempla affert Aristoteles huius generis in contextu per hæc verba, οἷον οἵτε αἰαντὸδε, καὶ οἱ ἰξίονδε, ideſt.Aiaces,& Ixiones, protulit numero multitudinis,non quòd plures Aiaces,aut Ixiones fuerint, de quorum calamitate fuerint confictæ tragœdiæ;sed planè eo modo profert,quo Cicer.sæpe solet. Curios.Lælios.Furios.Crassos.Antonios,non plures significans;sed similitudinem, vel ita locutus est Aristoteles, quia plures poëtæ eandem fabulam Aiacis,& Ixionis scripserunt,plures igitur Aiaces,& Ixiones;Fabulas intelligens quæ ita inscribuntur;non viros. Aiacis fabula extat apud Sophoclem, qui μαστιγοφόρος vocatur, Eubuli Ixionem citat Athenæus libro viii,his verbis, φησὶν οὖν Ἰξίωνι δὔεουλος.

ἀμύλων παρόντων ἐωθίους ἑκάστοτε,
ἄνηθα καὶ σέλινα, καὶ φλυαρίας

καὶ

» inquit egregios Poëtas inuenire. Nimirũ enim hoc multo maius est quàm vulgò opinantur homines; & pluribus ex artibus collectum; nã præter scientiã, quam innumerabilium rerũ comprehẽdi oportet à Poëta; omnes quoque animi motus, moresque, quos hominũ generi natura tribuit, penitus pernoscat necesse est, omnis enim imitatio poëtarum, & artificium in iis exprimendis versatur; præterea omnem artem inflectendi mẽtes auditorum in quàmuis partem teneat oportet. Lepõrem suauitatemque verborum internoscat; numeros diiudicet; paratos habeat locos, vnde grauitatem sententiarum, ponderaque sermonis promat, cuiuscunque generis fuerit. Sed cum sciret Aristoteles difficillimum esse tàm multa ingenio, quamuis perspicaci, & exercitatione, quantumlibet longa. ait in contextu. δεῖ πειρᾶσθαι, conandum est, vt omnia hæc assequatur si possit Poëta, & efficiat, sin minus omnia poterit, saltem maxima, & plurima habeat in promptu. At homines rudes, qui ignorant, quàm magni hæc sint laboris, quàm infinitæ industriæ, & acris ingenii, proni plus æquo ad reprehendendos Poëtas. & vt ostendat iniquam illorum esse reprehensionem, ait ipsos συκοφαντεῖν, cum sit cauillationis, calliditatisque plenissima. exigũt enim à Poëtis, quod supra ipsorum, neque ipsorum tantùm, sed omnium hominum ingenii vires; Si igitur in aliquo genere tragœdiarum Poëta excellat; non satis esse putant. volunt enim in omnibus generibus illis quatuor excellere, quasi id facile sit factu. Sed nimirum Poëtæ iudicio vulgi censentur, cum illorum auribus inseruiant in theatro; cumque nobis à natura sermo insitus sit, existimant non admodum difficile esse sermonem ad omnem personam, ad omnes mores, & affectiones animi adaptare, neque magni esse laboris fabulam constituere, episodia excogitare, in partes equas distribuere; cum non nisi à peritissimis, exercitatissimisque Poëtis id effici possit. Sed planè doctis, qui omnia diligenter perpẽdunt, noueruntque quàm magni sit laboris in singulis excellere, nedum in omnibus simul, satis est, si placeant Poëtæ, probenturque. Hinc Horatius prudenter ait.

» neque te vt miretur turba labores,
» Contentus paucis lectoribus, an tua demens
» Vilibus in ludis dictari carmina malis?
» Non ego, nam satis est equidem mihi plaudere, vt audax
» Contemptis aliis explosa Arbuscula dixit.
» Men' moueat Cimex Patilius? aut crucier, quòd
» Vellicet absentem Demetrius? aut quòd ineptus
» Fannius Hermogenis lædat conuiua Tigelli?
» Plotius, & Varius, Mecœnas, Vergiliusque
» Valgius, & probet hæc Octauius optimus, atque
» Fuscus, & hæc vtinam Viscorum laudet vterque. & quæ sequuntur.

» Idem Paulò post. quibus hæc, sint qualiacumque
» Arridere velim, doliturus si placeant spe
» Deterius nostra:

Idem Horatius Epistolarum libro primo, maledicentiã, obtrectationemque hominũ in Poëtas significare volens, ita librum suum alloquitur.

fuge, quo discedere gestis?
» Non erit emisso reditus tibi, quid miser egi?
» Quid volui? dices vbi te quis læserit. Paulò post
» Contrectatus vbi manibus sordescere vulgi
» Cœperis, aut tineas pasces taciturnus inertes,
» Aut fugies Vticam, aut vnctus mitteris Ilerdam.

Zoilus, qui à veteribus κυὼν ῥητορικὸς est dictus, vexauit Homerum, Homerique poëmata. Cercopem infestissimum sibi habuit Hesiodus. Amphimanes Cous Pindarum est infectatus. Meuius Vergilium. Nullus denique poëta apud veteres suos nõ habuit obtrectatores, atque sycophantas, vt vtar Aristotelis verbo. Sed quò maiore inuidia vrgentur, tantò fortius reluctari debẽt poëtæ; dareque operam vt in omni genere scriptionis excellant; sibique illud Horatianum proponant.

© SCD - Université de Poitiers

„ bandos nouerit, in ſingulis etiam mirum in modum excellere æquum
„ cenſeat.

Cum quatuor ſint tragœdiarum genera, conandum eſt, vt qui hoc ſibi ab ineunte ætate propoſuit munus ſcribendi Dramata; in promptu omnia habeat; excellatque æque in ſingulis. Videbat Ariſtoteles paucos reperiri Poëtas, qui ab omni parte eſſent abſoluti; poſſentque ornatè, & artificioſe omne genus tragœdiarum tractare. Magni enim id eſt ingenii, magnarumque virium mentis, vt non immeritò Poëtas naſci ſit à Cicerone dictum, cum vix vlla exercitatione, ſummam in omni genere Dramatum ſcribendo laudem aſſequi poſsint; Alius in comœdiis ſcribendis non infeliciter operã ſuam ponit. Alius ad tragœdiam ſcribendam planè videtur à natura fictus. Alius cõmodius Epicum tractat Poëma. nam, vt ait Cicero in lib. de Optimo genere oratorũ, vnumquodque genus diuerſum eſt à reliquis; & in ſingulis ſuus eſt cuiuſque certus
„ ſonus, & quædam intelligentibus nota vox. Itaque licet dicere, & Ennium ſummum
„ Epicum Poëtam, ſi cui ita videtur, et Pacuuium tragicum; & Cæcilium fortaſſe comi cum. Hæc ille. Sed Ariſtoteles etiam in vno genere poëmatis ſcribẽdo difficile eſſe affirmat, vt aliquis excellat; cum eius variæ ſint formæ, interque ſe valde diſcrepantes. Exempli cauſa. vnũ eſt genus poëtarum perfectorum in tragœdia. à quo qui abſunt, non genere quidem differunt, vt Comicus à Tragico, ſed in eodem non ſunt pares. Laudatiſsimus, perfectusque is eſt exiſtimandus Poëta tragicus, qui ſingula Dramatum genera illa quatuor ex æquo tractare poteſt, doctè, ornatè, artificioſè. is verò minus laudatus, ac perfectus, qui in vno tantum genere excellit. Nec verò mirum, hæc ab Ariſtotele dici; multò enim difficilius eſt Drama ſcribere, in quo inſit agnitio, & peripetia; quàm in quo perturbatio tantùm inſit. Oratorum alii excellunt in iudicialibus cauſis; Alii deliberatiuum genus magna cũ venuſtate & grauitate tractant; Alii ad demonſtratiuum genus, pompamque laudationis planè nati videntur. At is perfectus cenſetur Orator, qui in omni genere cum laude verſatur. Optimum enim vnum eſt, & proximum quod ei ſimillimum, quod autem optimo diſsimillimum. id eſt deterrimum. Vna fingendi eſt ars (inquit Cicero lib. de Oratore. III.) in qua præſtantes fue
„ runt Myro, Polycletus, Lyſippus, qui omnes inter ſe diſsimiles fuerunt, ſed ita tamen
„ vt neminem ſui velis eſſe diſsimilem. Vna eſt ars, ratioque picturæ, diſsimillimi tamen
„ inter ſe Zeuxis, Aglaophon, Apelles, neque eorum quiſquam eſt, cui quidquàm in arte ſua deeſſe videatur, & ſi hoc in his, quaſi mutis artibus eſt mirandum, & tamen verum; quantò admirabilius in oratione, & lingua, quæ cum in iiſdem verbis, ſententiisque verſetur, ſummas habet diſsimilitudines? non ſic, vt alii vituperandi ſint, ſed vt ii quos conſtet eſſe laudandos, in diſpari tamen genere laudentur. Atq. id primùm in Poëtis cerni licet, quàm inter ſe Aeſchylus, Sophocles, Euripides diſsimiles ſint, quã quàm omnibus par penè laus in diſsimili ſcribendi genere tribuatur. Hęc Cicero. Poëtæ igitur quàmuis in quatuor omnibus generibus tragœdiarũ ſcribendis fuerint inter ſe diſsimiles, tamen omnes excellent; fieri enim non poteſt, vt eadem ſit ſimilitudo ſententiarum, & verborum in omnibus. Sed ea fuerit improbanda diſsimilitudo, cum alii vnum genus tantùm, alii duo, alii quatuor tractare ſcient, tantò enim ii ſuperiores illis fuerint, quantò in pluribus tragœdiarum generibus præſtiterint. Ac planè ſicuti pictor improbatur, qui in vna tantum animalium ſpecie pingenda, vt pote equo, aut homine ſe exercuit; cætera autem pingere neſcit. Sic Poëta improbandus, „ qui vnum tantum genus tragœdiarum tractare ſciet; in reliquis non fuerit exercitatus. Sed omnino ſumma quæque in omni genere aſſequi difficillimum eſt. hinc Cic. lib. primo de
„ Oratore, in proœmio ait. Verè mihi hoc videor eſſe dicturus ex omnibus iis, qui
„ in harum artium ſtudiis liberaliſsimis ſint, doctriniſque verſati, minimã copiam poëtarum egregiorũ extitiſſe, atque in hoc ipſo numero, in quo perraro exoritur aliquis
„ excellens, ſi diligenter & ex noſtrorum, & Græcorum copia comparare voles, multò tamen pauciores oratores, quàm Poëtæ boni reperientur; Hæc Cic. & quàmuis difficilius reperiri bonos oratores affirmet; quàm Poëtas; difficillimum tamen etiam eſſe

inquit

© SCD - Université de Poitiers

» Cæterùm non pauci egregiè nectentes inepte ſoluunt. Oportet au-
» tem ab vtraque parte plauſum iugiter excitare.

Poſtquàm Ariſtoteles docuit;quomodo éadem,quomodoque diuerſa dicetur fabula propter connexionem,& ſolutionem: aliam dat præceptionem, maximè neceſſariã iis, qui tragœdiam ſcribere voluerint,eſt autem huiuſmodi.Quoniam tragœdia conſtat connexione,& ſolutione,multum eſt in vtraque elaborandum.multi enim poëtę ſunt, qui aptè connectunt, ſed parùm aptè poſtea ſoluunt fabulam.Pulcherrimus eſt Ciceronis locus libro primo Epiſtolarum ad Q. Fratrem, Epiſtola prima, ſub finem; qui huc ſpectat, ait enim. Illud te ad extremum, & oro, & hortor, vt tãquam » poëtæ boni & actores induſtrii ſolent, ſic tu in extrema parte, & concluſione muneris, ac negocii tui diligentiſsimus ſis, vt hic tertius annus imperii tui,tanquam » tertius actus perfectiſsimus, atque ornatiſsimus fuiſſe videatur. Debet igitur diligens poëta, qui laudem ſibi parare ſtudet, non minus artificii ponere in ſolutione, quàm in connexione.Cum enim ſolutio extrema ſit fabulæ pars, maximè inhæret mẽtibus auditorum,ſæpeque contingit,vt tota fabulæ venuſtas depereat,niſi apta fuerit ſolutio.Adnotanda illa verba in contextu δεῖ δὲ ἄμφω ἀεὶ κροτεῖσθαι, hoc eſt:oportet autem ab vtraque parte, cõnexione ſcilicet & ſolutione,fabulæ; plauſum ſpectatorum captare.nam κροτεῖσθαι & συγκροτεῖσθαι eſt applaudere. Non diſsimili ratione locutus eſt Horatius cum ait.

» Tu quid ego,& populus mecum deſideret,audi,
» Si plauſoris eges aulæa manentis,& vſque
» Seſſuri donec cantor,Vos plaudite,dicat;
» Aetatis cuiuſque. & quæ ſequuntur.

» Καὶ μὴ ποιεῖν ἐποποιϊκὸν σύστημα τραγῳδίαν. ἐποποιϊκὸν δὲ λέγω τὸ πολύμυθον, οἷον, εἴ τις ὅλην τὴν Ἰλιάδος ὅλον ποιεῖ μῦθον.

» Illudque cum primis cauere,ne contextum Epopœiæ proprium,in
» Tragœdia confingamus,talem verò eſſe dicimus,qui complures con-
» tineat fabulas: exempli gratia: ſi quis totum illud Iliadis vnica velit
» complecti fabula.

Pergit methodum monſtrare Ariſtoteles ſcribendæ tragœdiæ.Dat igitur aliam præceptionem:quæ ad conſtituendam actionem ſpectat; Non omnes quidem aptè in tragœdia actionem conſtituunt;nam non ſimplicem,ſed multiplicem, multimembremque arripiunt actionem,quod in tragœdia eſt valde vitioſum.Simplex enim & vna debet eſſe actio tragica, vt antè ſæpe diximus.Epopeia conſtitutionem ſuæ actionis facit multiplicem; Non quidem quòd & ipſa plures,quàm vnam, recipiat actiones;ſed eiuſmodi eſt; vt ſingulæ ipſius partes,aut particulæ potius,vnam tragicam actionem conſtituant,ideò Ariſtoteles σύστημα ἐποποιϊκὸν vocauit πολύμυθον.ſic enim debet intelligi locus ille.Si quis igitur actionem Epicam poëmatis Homerici,aut Iliadis, aut Odyſſeæ conferat cũ aliqua actione tragica; erit illa πολύμυθος, ſingula enim Epiſodia Epopœiæ;imò epiſodii cuiuſuis pars vna,actionem tragœdiæ ſubminiſtrare poteſt; Poëta poſſet decipi aliquis in conſtituenda actione tragica, nam cum in Epopœia quoque vna tantum ſit actio,eodemque modo conſtituatur, facilè eſt labi in errorem, & ideò Ariſto.monet,vt caueat,ne actionẽ conſtituat πολύμυθον,hoc ſi obſeruarit; vitabit vitiũ illud;ſi præterea animaduertet certo contineri ſpatio actionẽ tragicam, nam periodũ Solis vnius(vt ante declaratum fuit) nõ excedit.Epopeia autem multorum annorum actionem complectitur.Hoc verò volens ſignificare Ariſtoteles in cõtextu appoſuit illa verba,εἰ ὅλον τὴν Ἰλιάδος ὅλον ποιεῖ μῦθον, hoc eſt,ſi quis totam Iliadis fabulam vna tragœdia concludat,ὅλον,inquit, aptè;quia pars aliqua Epopœiæ;tragœdiam conſtituit; Et tota quidem Epopœia multas actiones tragicas continet;Si verò totã Epopeiæ actio-

© SCD - Université de Poitiers

» Mediocribus esse poëtis
» Non dii, non homines, non concessere columnæ.

Quatenus ad dictionem illam συνοφαντῆσι spectat, ita quoque Demosthenes locutus est in oratione πρὸς Στέφανον. ὅτι ὁ τὴν ῥήτορα βουλόμενος δικαίως ἐξετάζειν, καὶ μὴ συνοφαντεῖν. ἐκ ἂν οἷα τὺ νῦν ἔλεγες, τοιαῦτα κατηγόρει.

» Δίκαιον δὲ κὴ τραγῳδίαν ἄλλως, κὴ πῶς αὐτῶς λέγειν οὐδὲν ἴσως τῷ μύθῳ ἧττον δὲ ὧν ἡ » αὐτὴ πλοκὴ κὴ λύσις.

» Minimè verò fortasse conuenit eandem Tragœdiam, siue diuersam appellare à fabula: id quod earum ipsa quidem connexio, atque » solutio indicauerit.

Pergit adhuc Aristoteles præclaram illam methodum ostendere, quæ ineunda est ei, qui aptè voluerit, ordinatèque fabulam scribere tragicam. Posset ambigere fortasse aliquis, cum tàm multæ eiusdem argumenti apud veteres extent tragœdiæ; Nam Oedipodem (de fabula loquor) multi scripserunt. Aiacem, itidem Orestem, & reliquas huiusmodi; discrepent ne inter se, an eædem sint fabulæ, nomen enim satis demonstrat esse easdem. Respondet Aristoteles certam quãdam tradi posse normam et rationem, qua cognoscat aliquis; éadem ne sit, an diuersa appellanda fabula. est autem hæc; et diligenter quidẽ obseruanda. Quotiescunq. éadem est connexio, & solutio in fabulis diuersorũ poëtarũ; dicendũ est easdẽ esse fabulas, neq. inter se discrepare. Quotiescumq. autẽ diuersa fuerit cõnexio, & solutio fabularũ, etiam si eandẽ contineant actionẽ; diuersas esse fabulas dicemus. Vtilis quippe norma, & præceptio hæc est Aristot. nam qui scierit solutione, & connexione diuersas fieri fabulas, non dubitabit eandem sibi proponere actionem, quam imitetur, quæ etiam ab aliis fuerit tractata. Neque paucitate actionum deterrebitur; paucarum enim familiarum (vt ante inquit Aristoteles) sunt tragicæ calamitates; de iis loquor, quæ acciderint; rarò enim accidunt; Præterea hoc suscipiet certamen, vt conetur aptius fabulam cõstituere, quàm ab aliis fuerit constituta. Has, aliasque multas commoditates affert huius rei cognitio. Sed præceptio hæc Aristotelis coniungenda est cum superioribus, quia spectat ad eandem methodum. Postquam poëta propositam sibi actionem, de qua scripturus est fabulam, distribuerit in duas partes, connexionem, & solutionem; considerauerit que ad quod tragœdiarum genus ex illis quatuor sit referenda; perspiciet postea, atque indagabit diligenter; An alii, ante ipsum, poëtæ eandem actionem tractarint, atque expresserint; Si videbit non esse ab aliis expressam, pro suo arbitratu potest connexionem, solutionemq. fabulæ comminisci. Sin autem cognoscet ab aliis fuisse tractatam eandem actionem, non continuò reiiciet actionem illam; sed dabit operam, vt exprimat diuerso modo mutans connexionem, & solutionem. Connexio quippè fabulæ, vti ante demonstratum fuit, omnia complectitur Episodia. Solutio quoque exodum continet; necesse est igitur diuersam quoque existere tragœdiam mutatis Episodiis. Huc spectat Horatiana illa præceptio in Epistola ad Pisones.

» Publica materies priuati iuris erit, si
» Nec circa vilem, patulumque moraberis orbem,
» Nec verbum verbo curabis reddere fidus
» Interpres, nec desilies imitator in arctum,
» Vnde pedem referre pudor vetat, aut operis lex.

difficiles hi quidem sunt versus, & obscuri, sed id omnino significare voluit Horatius, quod dixi, nam qui connexionem, & solutionem in fabula ab aliis ante tractata, mutat; non reddit verbum verbo, tanquam fidus aliquis interpres; nec se imitationi alterius addicit, quod facere coguntur ii, qui connexionem non mutant in fabula, & solutionem.

» Πολλοὶ δὲ πλέξαντες δῦ, λύουσι κακῶς, δεῖ δὲ ἄμφω ἀεὶ κροτεῖσθαι·

Cæterùm

© SCD - Université de Poitiers

ſonæ arripere actionem.atque,vt ait Ariſtoteles in contextu,καθ' μέρος.Verum nõ temerè ſæpe à nobis dictum eſt. VNAM VNIVS PERSONAE ACTIONEM. nam ſi quis circa vnam perſonam verſetur,nõ continuo laudandus,poſſunt enim vnius perſonæ plures, diuerſæque eſſe actiones, præterea tàm prolixe fortaſſe poteſt vna actio exprimi in Tragœdia,vt non concludatur periodo unius Solis, id quod eſt proprium omniũ Dramatum.Ideo in contextu volens hæc ſignificare Ariſt.ait; debere nos imitari in hac re Euripidem, nõ Aeſchylum. Vterque horũ Nioben fabulam ſcripſit.ſed Aeſchylus aberrauit ab artificio conſtituendæ actionis;nam prolixiorem conſtituit, quàm patiantur anguſtiæ Dramatum.hãc rem declarat Suidas cum ait.ὥστε δῆλον τὸ πλεο-
» νάζειν τῷ ῥάρει τῆς προσώπων κωμῳδεῖται παρὰ Ἀριστοφάνους, οὐ μὴν γὰρ τῇ Νιόβῃ ἕως ἕβδομος ἡμέρας ἐπι-
» καθημένῃ τῷ τάφῳ τῆς παιδιᾶς ἀδὲν φθέγγεται ἐγκεκαλυμμένη. οὐ δὲ διὰ τοῦτο Εὐκτήμονος λουσοῦσιν Ἀχιλλέως
» ὁμοίως ἐγκεκαλυμμένου ἀ φθέγγεται, πλὴν οὐ ἀρχαῖον ὀλίγα πρὸς ἐρωτῶμενα ἀποκρίνεται. Et ſi nihil magno perè affirmo, nam illa verba ἕως ἕβδομος ἡμέρας aliter etiam poſſunt intelligi.Tertio enim die imitatio fieri potuit in ſcena; bidui verò iam præteriti, facta mentio ſolùm. Verùm locus hic adnotandus eſt etiam alia de cauſa. Aeſchylus in tragœdiis ſcribendis in primis animi magnitudinem,& fortitudinem in Heroibus exprimere ſolebat, quare factum eſt, vt non faciat lugentes,& eiulantes Heróas;ſicuti cæteri poëtæ.Nioben igitur vehementer dolentem ob mortem filiorum cum vellet monſtrare;nõ illam quidem lugẽtem, aut flebiliter loquentem fecit;ſed ſedentem iuxta tumulum filiorũ, obuoluto capite;Idem expreſsit in Achille Aeſchylus,vt patet ex verbis, quæ ſuperius recitaui.Poſsunt hæc conferri cum eo loco Ciceronis,qui eſt in Oratore ad Brutum,vbi ait,pictorem quendam egregium,cum deſperaret poſſe ſe penicillo ſummũ Agamemnonis luctum imitari in mactatione Iphigeniæ,caput illius obuolutum pinxiſſe.Quam rem paulò ante,cum loqueremur περὶ τῆ περίποντος, retulimus. Verùm de his hactenus. Satis igitur conſtat Nioben Aeſchylum ſcripſiſſe. Medeam ab eo quoque ſcriptam innuere videtur Ariſtoteles;ſed id mihi non ſatis liquet ex vllo alio veterum;qui id ſcriptum reliquerit.Nioben quoque ſcimus tragœdiam à Sophocle ſcriptam,atque eam nominat Athenæus libro quarto vbi loquitur περὶ αὐλῶν ἐλυμῶν, καὶ φρυγίων. Qui igitur(nam hæc eſt totius diſputationis concluſio)actionem tragicam,eo modo,quo Epica ſolet,conſtituunt,vel ἐκπίπτουσι (inquit Ariſtoteles eo vtens verbo, quod ſuperius declarauimus) ideſt explodũtur; vel infeliciter,ſineque laude certant; certamen autem intelligit,de quo toties locuti fuimus, tragicorũ poëtarum in ſcena contendentium de laude, & præſtantia Dramatum. Aeſcylum ſcribit Quintilianus rudem in pleriſque & incõpoſitum fuiſſe,ac propter id ab Athenienſibus permiſſum, vt poſteriores poëtæ eius fabulas correctas in certamen deferrent, eoque modo multos fuiſſe coronatos.Plutarchus Laconem quendam refert libro Sympoſiac. octauo Cap.VIII.cum Athenis ſpectaſſet tragicos poëtas in theatro certantes, riſiſſe illorum
» diligentiam in re ludicra. Verba illius ſunt hæc.χάριεν γάρ τοι τὸ τῶν λακώνων Ἀθλώμενοι καινῶν
» ἀγωνιζομένων ὑπογωλῶν, θεώμενοι τοὺς παρασκευὰς τῶν χορηγῶν, καὶ τοὺς κόπους τῶν διδασκάλων, καὶ
» τὼ ἅμιλλαν, οὐκ ἔφη σωφρονεῖν τὼ πόλιν μετὰ τοσούτου κόπου παίζουσαν, τῷ γὰρ ὄντι παίζοντα δεῖ
» παίζειν.

» Επεὶ καὶ Ἀγάθων ἐξέπεσεν ἐν τούτῳ μόνῳ. οἱ δὲ ταῖς περιπετείαις, καὶ οἱ τοῖς ἁπλοῖς,
» τοῖς πράγμασι τοιάζονται, ὧν βούλονται, θαυμαστῶς· τραγικὸν γὰρ ἐστι, καὶ φιλάνθρωπον.

» Siquidem propter id vnum cecidit Agathon.tametſi tum in peripe
» tiis,tum in ſimplicibus actionibus hi quidem ſuum mirabiliter propo
» ſitum aſſequantur.Etenim tragicum,atque humanum eſt.

Agatho,cuius ἄνθος fabulam paulò ante nominauit,exploſus fuit aliquando à ſpectatoribus,quòd parum artificiosè actionem tragicam conſtituiſſet,ſimilemque effeciſſet Epicæ conſtitutioni;qua ætate viuebat Socrates, & Plato, floruit Athenis Agatho hic poëta tragicus,eaque ratione putarim ab Ariſtotele nominari,quòd hominẽ

© SCD - Université de Poitiers

nem aliquis conetur vni tragœdiæ inſerere, vehementer errabit.

» Ἐκεῖ μὲν γὰρ διὰ τὸ μῆκος λαμβάνει τὰ μέρη τὸ πρέπον μέγεθος. ἐν δὲ τοῖς δράμασι πο
» λὺ παρὰ τὴν ὑπόληψιν ἀποβαίνει.

» Ibi etenim propter poëmatis longitudinem partes ipſæ congruen-
» tem ſuſcipiunt magnitudinem, in actibus verò multò præter id, quod
» ſuſceptum negocium expoſcit, longiores euaderent.

Explicat rationem, cur conſtitutio actionis tragicæ non debet eſſe πολύμυθος, ſicuti Epicæ. eſt autem huiuſmodi. Epopœiæ longiſsimũ eſt poëma, multumque excreſcit, quia non habet præfinitum tempus; ideo partes quoque ipſius longiores ſint neceſſe eſt; vt ſint conuenientes & reſpondeant toti. partes vocat (vt opinor) ipſa Epiſodia. Grande, vaſtumque corpus, grandia quoque membra, & partes habeat oportet, hanc igitur vocat conuenientem partium magnitudinẽ in contextu Ariſtoteles, quæ proportioni totius competit; At diuerſa ratio eſt in tragœdiis; nam ſi prolixiores partes (Epiſodia intelligo) aliquis efficere ſtudeat; non conuenient actioni, quæ per ſe puſilla eſt, cum non excedat Solis vnius periodum. ἐν δράμασι habet in contextu Ariſtoteles, quia generale hoc nomẽ eſt omnium poëmatum, in quibus imitatio fit agentium hominum, ſeu negociantium. neque poteſt Epopœia δρᾶμα vocari; nam habet ἀπαγγελίαν. vt ſuperius diximus. & poſtea ſuo loco copioſius dicemus.

» Σημεῖον δὲ ὅσοι πόρσιν ἰλίου ὅλην ἐπρίησαν, καὶ μὴ κατὰ μέρος, ὥσπερ Εὐριπίδης Μήδειαν, καὶ Νιόβην
» ἢ Μήδειαν, καὶ μὴ ὥσπερ Αἰσχύλος, ἢ ἐκπίπτουσιν· ἢ κακῶς ἀγωνίζονται.

» Cuius rei ſignum id eſſe poteſt, quod hi qui totum Ilii excidium ſi-
» mul compoſuêre, ac non potius ſingulas ſeparatim partes, ſicuti Euri
» pides Medeam, vel Niobem (quod Aeſchylus minimè obſeruauerit)
» vel prorſus cadunt, vel certè infeliciter certant.

Omnis ars, quæ præceptiones tradit, artificioſè aliquid agendi, obſeruatione nititur earum rerum, quæ rectè, minus'ue rectè antè actæ fuerunt; has enim improbari, illas probari cognoſcens; facile præcipit, quid ſit vitandum, quid ſequendum. Ariſtoteles igitur præceptionem, quã paulò antè dedit; non eſſe tragicam fabulã & actionem conſtituendã, eo modo, quo conſtituitur Epica; volens comprobare, affert exempla quorundam poëtarum, qui, quòd parum artificioſè actionem conſtituiſſent, vehementer improbati ab omnibus fuerunt. Si in Epopœia vna actio vnius perſonæ requiritur, quantò magis in tragœdia? ſcripſerunt olim nonnulli Ilii excidium, & vaſtationẽ; hoc reprehendit Ariſtoteles, quia eiuſmodi poëmata non conſtant vna actione, ſed pluribus. ideò vt hoc ſignificaret, addidit in contextu ὅλην. quia ſingillatim omnia, quæ acciderunt in eo excidio, perſecuti ſunt. Hoc planè aduerſatur artificio ſcribendorum poëmatum. Neque grauarer plura de hac re dicere in præſentia, niſi paulò poſt mihi copioſè eſſet agendum de Epopœia; eiusque omni artificio. vbi hoc idem affert exemplum ex antiquis Poëtis Ariſtoteles, de vaſtatione Ilii. Hiſtoricorum munus eſt proprium, non poëtarum, aut vnius perſonæ multas actiones perſequi, aut multarũ perſonarum. nam poëtæ circa vnã vnius perſonę verſantur actionem. Siquid præter hanc addunt; id Epiſodicè faciunt, hac tamẽ lege, vt ad eam referatur. Athenæus lib. XIIII. Acati Argiui nominat ἰλιοπέρσην, qualem inſcriptionem, & actionẽ multiplicem in poẽmate vno poſitam reprehendit hoc loco Ariſtoteles. verba Athenæi ſunt hæc. καὶ εἰὰν
» μὲν ὡς οὖν πύθηται, ἵνα δὴ ἦλθεν οἱ εἰς τὸν λοιπὸν ἵππον ἐγκατακλισθέντες, οὐδὲ καὶ δεύτερον ἴσως ἐρεῖς
» τ' ὄνομα, καὶ δὲ τοῦτο ἐκ τῆς συσχόρου, ἀλλ' ἐκ τῆ Ἀκάτου ἀργείου ἰλιοπέρσιος. ὅτου γὰρ παμπόλλους
» ἔνικα κατέλεξεν. Hic igitur Acatus, aliique, qui ἰλιοπέρσην ſcripſerunt, peccarunt, quia nõ vnam, ſicuti opus eſt, complexi ſunt actionem; ſed plures, plurimarumque perſonarũ actiones perſecuti fuerunt. Tragici igitur, non ſecus, ac Epici, vnã debent vnius perſonæ

ſapientes,peritique rerum humanarum, & callidi;mira quadem techna,ſeu induſtria Oreſtis inſidiis irretiti,truduntur ad necem,luuntque pœnas ſuę improbitatis. Huiu ſmodi igitur perſonæ aptiſsimæ ſunt ad tragœdiam; Veteres illi in deligendis his perſonis valde vigilantes erant, laudantur itaque ab Ariſtotele. Exemplum, quod ipſe affert,eſt Siſyphi.de eo tragœdiam ſcripſit olim Aeſchylus,ſi Suidæ credimus,qui inter illius fabulas,& hanc connumerat.Eodem modo cenſenda eſt apta ad tragœdiam perſona,quæ fortitudine corporis ſit prædita;ſed ſumma ſit iniquitate,& crudelitate inſignis,huius perſonæ exemplum non appoſuit Ariſtoteles, ſed à nobis facilè poteſt proferri. Huiuſmodi videtur fuiſſe Oenomaus, de quo fabulam multi apud Græcos ſcripſerunt;poſtea apud Latinos quoque eiuſmodi extitit fabula; nominat enim Cic. in Epiſtolis familiaribus ex vetuſto quodam poëta.Demoſthenes in oratione πρὸς στεφάνου,calliditatem Aeſchinæ volens ſignificare,crudelitatis pleniſsimam;illum Oenomaum vocat,ex tragœdiis antiquorum ſumpta appellatione,per ſimilitudinem,ſicuti & Cic.in Epiſtolis ad Atticum aliquãdo ſolet; Paridem,Menelaum appellare ſub hac ſimilitudine perſonarum tragicarum, ciues Rom.qui cum illis ſcelere aliquo conferri
» iure poterant.Verba Demoſth.ſunt hæc.βούλει ἐμαυτὸν μὲν ὃν ἂν σὺ λοιδορήμενος, καὶ διασύρων
» καλέσαιμι βάτταλον, σὲ δὲ μηδὲ ἥρωα τὸν τυχόντα, ἀλλὰ τούτων ἵνα τῶν ἀρχαίων τῶν σκηνῆς κρεσφόντην, ἢ κρέον
» τα, ἢ ὃν σὺ κολυτῆ ποτὲ οἰνόμαον κακῶς ὑποκρινόμενος ἐπέφηνας. τότε τοίνυν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὁ
» παιανισὸς ἐγὼ βάτταλος οἰνομάου τοῦ κοθωκίδου οὐ πλείονος ἄξιος ὢν ἐφάνην τῇ παρῴδίᾳ. Tales igitur perſonæ fortes quidem,ſed quæ fortitudine corporis abutuntur ad necem mortaliũ, aptiſsimæ ſunt ad tragœdiam,cum ab aliquo victæ inducuntur ſuccumbere, ac proſterni.Quòd ſi actiones,euentaque vera fuerint,vt Siſyphi,& Oenomai; nihil dubita mus recipi poſſe,quia ita acciderunt.Iam verò ſi actio confingatur ex veriſimili; taleque euentum excogitatur à poëta; quod non acciderit,ſed accidiſſe probabile ſit; nominaque etiam perſonarum omnia,vt in hoc genere fit fabularum, quæ ex veriſimili finguntur;à poëta ipſo fuerint conficta ex probabili;nihilò minus debet recipi; nàm ſi illæ,quæ ex veris actionibus ducuntur,fabulæ eiuſdem generis,quæ circa talem verſantur perſonã,qualem diximus,recipiuntur,cur etiã non recipiantur hę,quę ex veriſimili ſunt confictæ,verſanturque circa perſonã,cui probabile eſt talia accidiſſe? Agathon olim huiuſmodi fictione nouarum fabularũ vehementer videtur fuiſſe delectatus,vt etiã ſuperius oſtẽdimus, cũ loqueremur de illius tragœdia, quæ inſcribebatur Flos;Cũ igitur aliquando reprehenderetur à nõnullis poëta hic,quòd in fingendis nouis fabulis recederet à veriſimili;ita ſe excuſabat;veriſimile eſſe,aliquãdo nõnulla,imò multa accidere præter veriſimile;ideoque ſibi licere talia confingere. de hac eadem re copioſius meminit Ariſtoteles libro Rhetoricorum ſecundo ſub finem, vbi de apparentibus Enthymematum locis agit,cum ait.ὅτι δὲ τοῦτο οὐ καθόλου, ὥσπερ καὶ Ἀγάθων λέγει,
» τάχ' ἄν τις εἰκὸς αὐτὸ τοῦτο εἶναί λέγοι βροτοῖσι πολλὰ τυγχάνειν οὐκ εἰκότα, γίνεται γὰρ τὸ παρὰ τὸ εἰκὸς
» ὥστ' εἰκὸς, καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς, εἰ δὲ τοῦτο ἔσται, τὸ μὴ εἰκὸς, εἰκὸς, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς. Argutulè quidem ille,& ingeniosè hoc protulit,ſed danda eſt opera,vt ſi fieri poſsit, circa veras actiones verſemur;Sin minus, nouas ex veriſimili confingamus. Veriſimile autem cum ſit id quod contingit;&cõtingentia alia rarò,alia ſæpè contingant,ſatius fuerit ea ſequi, quæ ſæpè cõtingunt,magis enim probabilia ſunt, Sed & rarò cõtingentia poëtis cõcedũtur,ob hoc fortaſſe, quia admirationẽ afferũt,atque huc planè reſpiciebat Agathonis reſponſum illud,Tragica enim ſunt,quæ admirabilia videri poſsunt.

» Καὶ τὸν χορὸν δὲ σῶμα δεῖ ὑπολαμβάνειν τῶν ὑποκριτῶν, καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου, καὶ συναγωνί-
» ζεσθαι, μὴ ὥσπερ παρ' Εὐριπίδῃ, ἀλλ' ὥσπερ παρὰ Σοφοκλεῖ.

» Chori ſummam penes vnum duntaxat ex hiſtrionibus eſſe opor-
» tet,totiuſque partem eſſe: vti autem concertationibus,non ſicut apud
» Euripidem,ſed ſicut apud Sophoclem.

Pergit iam diu inſtitutam methodum tradere Ariſto. ſcribendæ tragœdiæ,cumque rationem conſtituendæ actionis, conficiendorumque Epiſodiorum demonſtraſſet;

© SCD - Université de Poitiers

de facie perfamiliariter nosset, sæpeque illius tragœdiarum recitationi interfuisset. Eum Plato facit loquentem in Conuiuio. erat autem insigni forma corporis; multi que illum deperibant. Hinc Plutarchus libro octauo Sympos.Cap.VIII.vbi quærit, quæ recitationes conuiuiis cõueniant; ait.πλάτων δὲ τὸν Ἀγαθῶνος λόγον ᾠδὴ τῷ ἔρωτος, ὡσπερ κωμῳδίαν ἐμβέβληκεν εἰς τὸ συμπόσιον. Paulò post.εἶτα οἱ πρὸς σωκράτη διαπληκτισμοὶ περὶ Ἀγάθωνος, καὶ σωκράτους ἐγκώμιον ὦ φίλαι χάριτος, & quæ sequuntur. Verùm de Agathone hactenus; Nunc reliqua persequor. Postquàm hoc exemplo probauit Aristoteles, constitutionem tragicam, si similis sit Epicæ, vitiosam esse, neque satis probari, ideòque reprehendendos esse veteres poëtas, qui artificium hoc ignorarunt; hoc vno excepto, in aliis rebus egregios illos esse demonstrat, laudeque summa dignos; nam si, vel duplices, vel simplices fabulas sibi proposuissent scribendas; præclarè operam suam in vtroque genere ponebant; peripetias, agnitiones, reliquaque omnia, quæ in duplici fabula requiruntur, aptè conficiebant; Suidas refert in Æschylo, non vsum fuisse illum peripetiis sæpè in suis fabulis; sed aliquantò post cœpisse poëtas eiusmodi genere duplici
» fabularum vti, in quibus esset peripetia, Verba illius sunt hæc, αἱ τὲ διαθέσεις αὐτῷ τῆς δρα
» μάτων ἁπλᾶς πεπλεγμένας, καὶ πλοκὰς ἔχουσιν, ὡς παρὰ τοῖς νεωτέροις, μόνον γὰρ σπουδάζει μεγέθος,
» καὶ ὄγκον περιτιθέναι τοῖς προσώποις, ἀρχαῖον ἦν κρίνων τοῦτο τὸ μέρος τὸ μεγαλοπρεπὲς τε, καὶ ἡρῳ
» κὸν. Hæc ille. Arist. verò in cõtextu cũ ait καὶ ὡ τοῖς ἁπλοῖς πράγμασι, intelligit actiones, quæ simplices sunt, neq. peripetiã habeant, nã quæ cũ peripetia sunt, duplices vocari diximus antè. In fabulis, quę simplices sunt sine peripetia, qualis est Aiax Soph. qualis Medea Euripidis, tunc summa cõsequuntur poëtæ, cum perturbationibus refertã constituunt actionem, ac cõmiserabilem, ab omni parte luctum cientes, & cõmiserationem; nam & hæ fabulæ artificiosè quoq. videntur scriptæ, φαγικὸν γὰρ τοῦτο καὶ φιλάνθρωπον inquit Arist. nõ discedu nt igitur ab actionis genere, quæ suaptè natura tragica est, & cõ miserabilis; imò pe riti videntur in diiudicãdis rebus tragicis, & cõmiserabilibus, hoc loco ponit Aristoteles φιλάνθρωπον, ἀντὶ ἐλεεινοῦ. de qua re satis superius disputauimus;

» Ἔστι δὲ ἔσῳ ὅταν ὁ σοφὸς μὲν, μὴ δὲ πονηρία, ὧδε ἀπατηθῇ, ὡσπερ Σίσυφος. καὶ ὁ ἀν-
» δρεῖος μὲν, ἄδικος δὲ ἡττηθῇ. ἔστι δὲ ἔσῳ εἰκὸς, ὥσπερ Ἀγάθων λέγει. εἰκὸς γὰρ γίνεσθαι
» πολλὰ, ἢ παρὰ τὸ εἰκός.

» Cum sapiens, idemque prauus: veluti Sisyphus deceptus fuerit: siue
» fortis, idemque iniustus superatus, verisimile enim est, vt Agathon asse
» rit. quandoquidem multa præter ipsum verisimile accidere, à verisi-
» mile non discrepat.

Vt apertius ostendat Aristoteles eos poëtas, vno excepto artificio constituendę actionis tragicæ; in reliquis esse laudandos, nam & peripetias apte conficiunt; & perturbationes aptè miscent in simplicibus fabulis. Præterea peritè diiudicant, quæ personæ ad tragœdiam aptæ sint, quæue non aptæ; Exempli gratia. Sapientem decipere difficile est, quia omnia dignoscit, ac præuidet; mireque subodoratur technas aliorum. Ac sapientem quidem decipere, qui probus sit, etiam si quis possit, nolit; quòd si quis velit, coneturque decipere, prorsus improbus, ac nefarius erit existimandus; neque commiserationem videas ex huiusmodi re cieri; sed indignationem potius, & odium in improbum illum hominem. patet igitur modum hunc non satis esse aptum ad tragœdiam. Iam verò sapientem decipere, peritumque rerum humanarũ hominem (sic enim libentius verterim hoc loco σοφὸν, quàm sapientem, cum sapientia vix disiungi à virtute possit) si improbus fuerit, ac crudelis, quales multi reperiũtur; summa laus est, quia ingenioso tantùm homines id efficere posse videntur, neque terrore caret factum hoc, quia prouidentia Dei detrusus in insidias videtur; vt luat pœnas suæ improbitatis; Nec non commiserationem in se habet, quia is, à quo deceptus est, antequam deciperet, multa incõmoda perpetiebatur. Exemplum totius huius narrationis sumi potest ex Electra Sophoclis. Improbus Aegisthus, improba Clytemnestra, sed & hęc, & ille,

sapientes,

© SCD - Université de Poitiers

» cereque ſtudeat; & ſuam operam ad alios iuuandos conferat. NON SICVTI apud
» Euripidem. Sed SICVTI APVD Sophoclem. ſignificauit his verbis Ariſtoteles, artificioſius Choris attribuiſſe, id quod ipſorum eſt proprium. Sophoclem, quàm Euripidem: nam opem præſtare decet bonis, in pietate, & religione ſeruanda; non malis hominibus in aliquo ſcelere patrando. Sophocles in Aiace Chorum inducit cõmilitonum συναγωνιζόμενον Aiaci, poſtea Tecmeſſæ, & Teucro. Rurſus in Electra Chorum videas, ipſi Electræ fauere, quæ miſerabiliter lugebat mortem Agamemnonis patris; & ſuam deflebat calamitatem. Non diſsimili ratione Chorus, in Oedipode Tyranno, opem ipſi Regi præſtat in placandis Diis; & detegenda cæde Laii; ſicuti monuerat Apollo. Euripides verò συναγωνιζόμενον quidem inducit Chorum, ſed nõ ſemper eo modo. nam in Iphigenia in Tauris, Iphigenia rogat; vt ſileant, nequis reſciret ſe exportaturam Deæ ſimulacrum. mox illæ pollicentur ſilentium.

» ΙΦ. ὦ φίλταται γυναῖκες, ὡς ὑμᾶς βλέπω.
» καὶ τ' ἀμ' οἰ ὑμῖν ἐστιν, ἢ καλῶς ἔχ ἔν.
» ἢ μηδὲν εἴη, καὶ σεσιγῆσθαι πάφας.
» φίλου τ' ἀδελφοῦ, φιλτάτου τε συγγόνου. Et quæ ſequuntur.

Paulò poſt.

» Χορ. θάρσει φίλη δέσποινα, καὶ σώζου μόνον,
» ὡς ἐκγ' ἐμοῦ πάντα σιγηθήσεται.
» ἴσω μέγας ζεὺς ὤν.

Pollicetur Iphigenia ſe illas quoque (nam Chorus ex Græcis cõſtabat mulieribus miniſtris ipſius) ſeruaturam: ſic.

» σωθεῖσ' δὲ ὡς ἄν καὶ σὺ κοινωνῆσ τύχης,
» σώσω σ' ἐς Ἑλλάδ'.

Neque tamen ſeruat poſtea, nam diſcedens illa cum Oreſte, ipſas relinquit in Taurica regione. Hoc (niſi fallor) non admodum eſt artificioſum; neque ſatis aptè inducũtur συναγωνιζόμεναι, cum deſerantur poſtea. Apud eundem Euripidem in Oreſte. Electra iurgioſè compellat Chorum importunè ſuperuenientem.

» Ηλ. ὦ φίλταται γυναῖκες ἡσύχῳ ποδὶ
» χωρεῖτε, μὴ ψοφεῖτε, μήδ' ἔσω κτύπος.
» Χορ. σίγα. λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης
» ἔθειτε, μὴ κτυπεῖτε, μήδ' ἔσω κτύπος.
» Ηλ. ἀχὼ πρόβαθ'. ἐκεῖσ' ἀχὼ πρὸ μοι κοίτας.
» Χορ. ἰδοὺ πέποιθα.
» Ηλ. ἆ. ἆ. συρίγγος ὅπως πνοὰ
» λεπτοῦ δονακος ὦ φίλα φώνει μοι.
» Χορ. ἰὼ ἀπέμαίαν ὡς ὑπόροφον φέρω βοάν.
» Ηλ. ναὶ οὕτω κάζεγε, κάζεγε πρόσω δ' ἀφέμας
» ἀφέμας ἴθι λόγον ἀπόδοσ ἐφ' ὅ, τι
» χρέος ἐμόλετέ ποτε:
» χρόνια γὰρ πιστὰ δόμ' ὀνάζεται.

Hæc, atque alia multa loca poſsit aliquis, ſi diligentius intueatur, obſeruare apud Euripidem; in quibus non rectè συναγωνιζόμενον facit Chorum.

» Τοῖς δὲ λοιποῖς τὰ διδόμενα μᾶλλον τοῦ μύθου, ἢ ἄλλως ἁγωδίας ἐστί. διὸ ὃ ἐμβόλιμα ᾄδουσι, πρώτου ἄρξαντος Ἀγάθωνος τοῦ τοιούτου· καίτοι τί διαφέρει, ἢ ἐμβόλιμα ᾄδειν, ἢ ῥῆσιν ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλο ἁρμόττειν, ἢ ἐπεισόδιον ὅλον.

» Reliquis verò conceſſa potius ea ſint quæ ad ſuſceptam pertinent
» fabulam: quàm quæ ad aliam Tragœdiam, quapropter intercalare
» concinunt. Huiuſmodi ſanè rei initium primum ab Agathone ſumptum. Atqui quidnam differt inter canere, intercalare, locutionemue
» illam, quæ aliud ex alio nectit, integrumque Epiſodium?

© SCD - Université de Poitiers

quidque in actione vitandum,ac diligenter cauendum sit,postremo docuisset,tradit præceptionem,quæ pertinet ad Chori artificium,est autem huiusmodi.Chorus tragicus ex multis constat, vt ante declarauimus; ambigere igitur aliquis potuisset; omnes'ue an vnus tantum in Choro loquatur. Respondet Aristoteles vni tantum partes Chori esse mandandas,cum loquitur;quod non solùm apud Sophoclem,et Euripidẽ, in tragœdiis, sed etiam apud Aristophanem in comœdiis, vbi plures erant in Choro personæ,factum fuisse obseruari potest. Ego exempla apponã.vt res liquidius cognoscatur.ex Sophocle in Aiace.vbi Chorus ait alloquens Tecmessam,quasi vnus.

» Χο. οὐδὲν σ' ἀπιστῶ, καὶ δίσσ' οἰμῶξαι γυνάι,
» τοιοῦδ' ἀποκλαφθεῖσαν ἀρτίως φίλου.

Respondet Tecmessa,quasi vnum alloqueretur.sic.

» Τεκ. Οἱ μὲν δοκεῖν ταῦτ'ἐς', ἐμοὶ δ'ἄγαν φρονεῖν

Aliquando tamen obseruo,quasi plures, alloqui quempiam solere Chorum. vt apud eundem Sophoclem in Aiace.

» Χορ. ὦ δαΐα τέκμησα, δύσμορον γένος.
» ὅρα μολοῦσα τόνδ' ὁποῖ ἔπιν θροεῖ.
» Τεκ. Ἰώ μ' ὠδ' ἴδλαινεν ἀρτίως πεπαυμένῳ
» κακῶν ἀχύτων ὀξέδρας ἀνίσατε; Ait Tecmessa ἀνίσατε.ex quo patet,quod volumus.

Præterea videre est summo artificio Chorum aliquando in duas partes diuidi;& fieri duo ἡμιχόρια.quæ nihilò minus continent vnius loquentis personam, vt in Sophoclis Aiace eôdem..

» Ἡμι. πόνος πόνῳ πόνον φέρει.
» πᾷ, πᾷ
» πᾷ γὰρ οὐκ ἔβαν ἐγώ,
» ἰδοὺ. ἰδοὺ. δοῦπον αὖ κλύω ζυνᾳ. Paulò post.
» Ἡμι. ἔχει σὺ οὖν;
» Ἡμι. πόνου γε πλῆθος κ'οὐδὲν εἰς ὄψιν πλέον.
» Ἡμι. ἀλλ'οὐδ'ἐμοί. & quæ sequuntur.

Per opportunè autem diuisio Chori fit;cũ opus esset passim inuestigare Aiacem,qui clàm abierat è tentorio.Idem in Oreste Euripidis eâdem de causa fit. vbi ait.

» Ἡμι. χωρᾶτ',ἐπειγόμεσθ'. ἐγὼ μὲν ὧν σθένει
» τῷδε δὲ φυλάξω τῷδε πρὸς ἡλίου βολάς.
» Ἡμι. καὶ μὴν ἐγὼ τῷδ' οὐ πρὸς ἑσπέραν φέρει.

Alterum quoque est præceptum in contextu, quod pertinet ad Chori artificium. huiusmodi. Oportet Chorum particulam esse totius,sic enim ait Aristoteles. δεῖ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου. Debet verò locus hic ita intelligi, Si Chorus fuerit particula totius, erit quiddam coniunctum cum toto; Totum appello Drama, seu tragœdiam, & fabulam.in Dramate collocutio fit inter personas;collocutio autem ex mutuis sermonibus,& responsionibus deducitur. Quotiescunque igitur de eâdem re colloquetur cum aliis Chorus,erit particula totius.quotiescunque verò proferet aliquid,quod nõ sit coniunctum cum sermone mutuo aliarum personarum de eâdem re;non erit Chorus particula Dramatis,sed quiddam segregatum à fabula; Oportet igitur Poëtas facere loquentem Chorum de iisdem rebus, de quibus colloquuntur reliquæ personæ in fabula.Tertium præterea consequitur præceptum, quo artificium Chori conficiẽdi monstratur ab Aristotele.Oportet Chorum ita induci loquẽtem in fabulis, vt opituletur laborantibus, consilium det; operam polliceatur suam. Soletur lugentes, faueat bonis,malos insectetur,ac reprehendat.Omnia hæc Chori officia latissimè persequitur Horatius in Epistola ad Pisones, cum ait.

Authoris partes Chorus. Et quæ sequuntur.

» de hac enim re superius locuti etiam fuimus;& in nostrarum Annotationũ lib.primo satis copiosè,allatis ex Sophocle exemplis,declarauimus;cum antè nos omnes perperã illum locum fuissent interpretati. Vno verbo omnia complectitur Aristoteles. σωκγῶ νίζεσθαι. quod habet hanc vim, vt quispiam in eâdem re laboret. idem procuret, efficereque

© SCD - Université de Poitiers

» partes explicemus. SENTENTIAM, & DICTIONEM. nam de apparatu, vt poſtea di
» cemus, ne verbum quidē, quòd ad hiſtrionem & χορηγὸν potius, quàm ad poëtam ſpe-
ctat. Proponit verò ſe de ſententia, & dictione locuturum, eo ordine, quo ſuperius in
uentæ hæ partes, atque inter ſe collocatæ fuerant.

» Τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν διάνοιαν, ἐν τοῖς περὶ ῥητορικῆς κεῖται τόποις. οἰκειότερον γὰρ ἴδιον μᾶλλον ἐκεί
» νης τῆς μεθόδου. ἔστι δὲ κατὰ τὴν διάνοιαν ταῦτα, ὅσα ὑπὸ τὸν λόγου δεῖ παρασκευασθῆ-
» ναι. μέρη δὲ τούτων τό, τε ἀποδεικνύναι, καὶ τὸ λύειν, καὶ τὰ πάθη παρασκευάζειν· οἷον, ἔ-
» λεον, ἢ φόβον, ἢ ὀργὴν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ ἔτι μέγεθος, καὶ σμικρότητας.

» Tametſi de ſententia in iis, quos de Rhetorica ſcripſimus libris: vt
» quod eius viæ & rationis magis proprium ſit, differuimus. Ad ſenten-
» tiā ea omnia pertinent, quæcunque oratione adſtruere oportet. cuius
» partes erunt oſtendere, ſoluere, perturbationes præparare, ſicuti miſe
» ricordiam, timorem, iram, cæteraque huius generis: adhæc, exagge-
» rare, ac diminuere.

Pars tragœdiæ tertia vt dictum fuit ſuperius eſt SENTENTIA; quam Ariſtoteles cæterique omnes Rhetores Græci διάνοιαν vocant: de hac igitur erat dicendū, ſed quia in Rhetoricis ſatis copiosè de ea diſputatum fuit (ad illam enim facultatem in primis ſpectat de ea differere) nō eſt neceſſe rurſus éadem repetere. ex hoc loco licet cognoſcere Poeticen ſequi Rhetoricen, poſterioreque loco eſſe collocandam; Rurſus, Rhetorices magis eſſe proprium conſiderare τὰς διανοίας τῶν λόγων quàm poëtices. nam Rhetorice, exprimit ſermonem naturalem nobis à natura tributum; Poëtice autem à Rhetorice expreſſum ſermonem ſumens numerisque includens profert; ſimilemque Rhetorico efficere conatur. Sententiarum in primis curam ſuſcipit aptè effingendarum Rhetorica facultas, vt pro dignitate rerum loqui doceat. Sententiæ graues, ſuaueſque excogitari debēt; Simulque vinciri, & expleri; alioqui inſtar fuerit Oratio antiquiſſimæ illius picturæ paucorum colorum; Neque ſatis eſt ſententiam proferre; in concluſione quoque & numero ſententiæ elaborandum eſt. Summum vitium in ſententiis leuitas eſt. requirunt enim pondus, & grauitatem; pondus autē in iis fuerit; ſi res aptè exprimant, multaque ſimul complectuntur. Ad ſententiam vero pertinent, omnia, quæ proferuntur aliquid ſignificandi, probandi, refellendi ue gratia. Hinc Hermogenes
» ſub initium fermè libri primi περὶ ἰδεῶν ait. ἅπασα τοίνυν λόγου σύνοιαν τ' ἔχει πάντως ἵνα ᾖ
» εὔνοιάς καὶ μέθοδον τοῦ τὴν σύνοιαν, καὶ λέξιν ἣ τούτοις ἐφήρμοσται. Verum quoniam de his rebus ſuperius multa locuti fuimus; non videtur neceſſe, vt plura addamus. Plutarchus multum operæ ponit in ſententiis Homeri perpendendis, illarumque figuris explicandis.
» δεῖ δὲ διάνοιαν παρ' αὐτῷ πολλοῖς εἰδέναι ἐκ πραγματείας. ὧν δεῖ καὶ προσαναφώνησιν, καὶ προσωποποιΐαν. & quæ ſequuntur. Nunquàm enim ferè poëtæ nudas, aut ſimplices ſententias proferūt; ſed ſemper aliquo habitu indutas. &, vt Græci dicunt, ἐκ πραγματείας. de his qui volet, legat Quintilianum, Ciceronem multis in locis, aliosque quamplurimos. Verba ego quædam tantùm Ciceronis apponam ex eo libro, qui inſcribitur Orator; ex quibus cognoſcas Demoſthenem ideo peritiſsimum Oratorem habitum à veteribus, quòd miro quodam artificio ſententias tractauit. Sed ſententiarum ornamenta maiora ſunt,
» quibus quia frequētiſsimè Demoſthenes vtitur, ſunt qui putent iccirco eius eloquen
» tiam maximè eſſe laudabilem. Et verò nullus ferè ab eo locus ſine quadam conforma-
» tione ſentētiæ edicitur; nec quicquàm eſt aliud dicere, niſi omnes, aut certè pleraſque
» aliqua ſpecie illuminare ſententias; Partes, ſeu officia ſententiarum Ariſtoteles in cō-
» textu ait eſſe quinq. hæc. Demonſtrare. Soluere. Perturbationes ciere. Augere. Minuere. Obſcura demonſtrantur, contraria, & repugnantia ſoluuntur. Perturbatio ad animos auditorū refertur. exilia, & tenuia augentur. Magna & grandia minuuntur. Hæc tàm Poëta, quàm Orator efficere debet; in communi enim hominū collocutione poſi

© SCD - Université de Poitiers

Consequitur quartum præceptum,quod dat Aristoteles, de artificio Chori.Potuisset enim aliquis quærere.Si vni tantum personæ Chori sermo mandandus est,quid reliquæ (Chorus enim quindecim cõtinet) ageant in Theatro?Respondet igitur Aristoteles,oportere ipsas,nõ quidem ociosas esse,ac mutas in scena,turpe enim id esset, aut parum decorum, sed aliquid proferre,quod ad actionem,fabulamque spectet.Videtur olim fuisse consuetudo in Choris tùm tragicis,tùm Comicis ,vt multa loquerẽtur præter rem,aut Poëtæ expurgandi gratia,aut obtrectandi causa.Hunc igitur morem reprehendit Aristoteles,non enim decet Chorum loqui quidpiam, quod non sit cum fabula coniunctum : Quid multis?hoc potissimum in Dramatibus est seruandũ (quod sæpè diximus) vt partes inter se iunctæ sint; & altera ex altera pendeat , nihilque sit,vt in vetere est adagio,ἀπροσδιόνυσον,aut πάρεργον.Ea,quę prẽter rem sunt,volens significare Aristot. appellat ἄλλου φαγωδίας,idest alterius tragœdiæ.quasi ea,quæ non ad fabulam,quæ in manibus est,sed ad aliam spectant. Hoc vitium pulcherrimè vitarunt Sophocles,& Euripides, quatenus in iis , quæ extant,perspici potest; Agathon quoque;nam hunc primum authorem fuisse refert in contextu Aristoteles,à quo fluxit consuetudo,vt Chorus caneret in Theatro τὸ ἐμβόλιμα idest; inserta, & coniuncta quædam cum tota actione.exempla vbique sunt apud Sophoclem,& Euripidem.vbi Chorus concinit.nam de cantu Chori superius locuti fuimus;& loca cantilenis apta demõstrauimus.aut igitur Deos precatur Chorus,vt meliora dent, aut conqueritur, & lugent,eorum,quibus præstò est,calamitatem. Horatius Chori cantilenas prorsus
» reiicit.cum ait.Nequid medios intercinat actus.nisi fortè putes etiam Horatium fuisse locutum tantummodo de cantilenis, quæ sunt præter fabulam,neque coniunguntur cum actione ; Sub hanc canendi cõsuetudinem videtur magnopere probare Aristoteles;multum enim differt , aliquid canere ἐμβόλιμον . quod cum fabula , & actione sit coniunctum;aut narrationem aliquam in medium afferre,quę ad fabulam non spectet.neque eidem etiam semper insistere, sed (quod multò magis est reprehendendũ) ab ea in aliam quãdam longè diuersam excurrere,& Episodium inserere sermonem.
» Nam ἡ ἐπεισόδιον ὅλον,cum ait Aristoteles , sumit pro eo,quod est extra fabulam , & ad actionem nõ spectat;sed est aliunde intensum.quo modo etiam superius fabulas vocabat Episodicas;quas dicebat esse deteriores. Hoc igitur diligenter est aduertendum nequis fortè aliter intelligendum putaret locum hunc.nam et Paccius in eo vertendo multis modis lapsus est ; quò enim spectat illa interrogatio?aut quid sibi vult hoc loco illud INTERCALARE; nam alio modo ἐμβόλιμον protulit Aristoteles;non igitur di
» ctionis vim percepit,neque expressit Paccius.Debent verò omnia ita verti. Reliquis
» verò personis,qui in Choro sunt,ea vna excepta,quæ loquens inducitur; attribuũtur
» potius ea,quæ ad fabulæ actionem pertinent;canunt enim quædam, quæ fabulæ sunt
» inserta,& cum tota actione coniuncta,quod primum excogitauit Agathon. Et sanè quidpiam differre videtur , si quis coniuncta cum actione canentem faciat chorum; aut proferentem narrationem aliquam prolixam, quæ diuersas habeat, ac discrepantes partes;totaque sit Episodica.

» περὶ μοὶ ὧν τ ἄλλων ἤδη εἴρηται , λοιπὸν δὲ περὶ λέξεως, ἢ διανοίας εἰπεῖν.

» Iam verò cum de his omnibus dixerimus:reliquũ est, vt de Dictio-
» ne,atque Sententia agamus.

Hactenus Aristoteles locutus est de præclara illa methodo, quam seruare oportet poëtam in scribendis tragœdiis; Si enim eo ordine,quo declaratũ est,progressus fuerit;omnia aptè,miroque artificio persequetur; atque nihil ipsum subterfugiet, quod reprehendi ab vllo possit: id quod sæpe contingit iis, qui sine vlla methodo ad scribendum se conferunt ; confuseque omnia tractant.Apponit igitur post disputationẽ hanc Epilogum,qui,non quidẽ hanc (nam hæc à cæteris fluxit)sed eam,vnde fluxit,
» complectitur;ait enim.Hactenus de fabula,Moribusque locuti fuimus;enarrauimus-
» que,quicquid ad duas has partes videbatur spectare. Nunc reliquum est,vt alias duas

partes

tias,quibus omnia explicet venuſtè,ornatè,& accommodatè.Non diſsimile verò eſt, quod ab Ariſto. traditur hoc loco,ab iis,quæ ſuperius declarata fuerunt; vbi dictum eſt,ſententiam explicare,ea,quæ inſunt in rebus,& ipſis conueniunt,hoc eſt τὰ οἰκόντα, καὶ τὰ ἁρμόττοντα. Cum igitur ſententiarum officia ſint quinque,vt expoſuimus paulò ante,Soluere,perturbare,augere,imminuere,probare;hæc omnia ſciendum eſt commode duci ex vi, & natura ipſarum rerum; quarum fit imitatio,In tragœdia(de ea enim in præſentia loquimur) commiſerationem,terroremque concitare oportet; at concitari hæc non poſſunt,niſi res fuerint commiſerabiles,& horribiles,fiunt autem huiuſmodi,ſi aptis ſententiis exprimantur.Quòd autem à rebus ſententiæ ducantur probat Ariſtoteles de probationibus loquens libro ſecundo Rhetoricorum, cum ait;

» πρῶτον μὲν δεῖ λαβεῖν,ὅλως τοῦδε οὗ δεῖ λέγειν, μὴ συλλογίζεσθαι εἴτε πολιτικῷ συλλογισμῷ,εἴτε ὁποιῳοῦν,ἀναγκαῖον καὶ τούτου ἔχειν τὰ ὑπάρχοντα ἢ πάντα,ἢ τὰ πλεῖα,μηδὲν γὰρ ἔχων ἐξ οὐδενὸς ἂν ἔχοι σωκά
» γειν. Diligenter perpendenda illa verba εἴτε πολιτικῷ συλλογισμῷ,εἴτε ὁποιῳοῦν: nam ſyllogiſmus quid aliud eſt, quàm διάνοια;aut quiddã ἐκ τῆς διανοίας. per eam enim ratiocinamur, & id,quod ex ratiocinatione colligimus;verè ſententia poteſt appellari. Rurſus ratiocinatio diuerſa eſt,quia alia ciuilis & oratoria (ſic enim voco,quem appellauit Ariſt.
» πολιτικὸν συλλογισμὸν)nã orator cũ verſetur circa res ciuiles,& vrbanas; tùm oratio ipſius omnis,tùm ratiocinatio ciuilis,ac politica vocatur;Alia philoſophica, quatenus eiuſmodi diſputationes complectitur,quæ ad Philoſophos pertinent;Alia Aſtronomica, Alia Geometrica,Alia Muſica,Alia Poëtica,pro diuerſitate rerũ,quas cõtinet;innuit igitur Ariſtot.ex ſubiectis rebus enaſci diuerſas ratiocinationes, & ſententias; quas nemo vnquã proferre poterit, niſi res ipſas,vnde eliciũtur,habeat in promptu.Atque idipſum ſanè apertiſsima ratione demonſtratur.Quis enim in Athenienſium curia; ſi conſultatio fiat de bello gerendo,ſatis aptè ſuadere poſsit illis bellum eſſe gerendum, ſi non habuerit copias ipſorum,& vectigalia,ciuitatisque totius vires perſpectas; ſocios,fœderatos,vectigales populos nõ norit, quorum præſidio firmiores eſſe poſſint? Quis rurſus ſatis comodè,& ornatè illos laudare poterit, qui neſciat, quot præclaros ciues,& Imperatores ea tulerit reſpublica,quot prælia proſperè geſſerint;Si ignorent Salaminiam,Marathoniamque pugnam? Nimirum enim res ſunt,quæ dicentibus ſententias,argumentationes,verba etiam ipſa ſuppeditant.Ait igitur Ariſtoteles eodem
» libro ſecundo Rhetoricorum, paulò poſt. τὰ ὑπάρχοντα δὴ καὶ ἀδοκοῦντα ὑπάρχειν λεπτέον,
» ἵνα ἐκ τούτων λέγωμεν.Paulò poſt. ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ τοῦδε πράγματος ὁ τοιοῦτον,οἷον τοῦδε δικαιοσύ-
» νης, ἢ ἀγαθόν εἰ μὴ ἀγαθὸν ἐκ τῆς ὑπαρχόντων τῇ δικαιοσύνῃ, ἢ τῷ ἀγαθῷ. Paulò poſt. φανερὸν δὲ ὅτι
» ἀναγκαῖον πρῶτον τοῦδε ἕκαστον ἔχειν ὡρισμένα τοῦδε τῆς εὐβουλευτικῆς καὶ τῆς ἐπικαιροτάτων, τοῦδε
» δὲ τῆς ἐξ ὑπογυίου γινομένων ῥητέον τὸν αὐτὸν τρόπον ἀποβλέποντας μὴ εἰσ ἀόριστα,ἀλλὰ τὰ ὑπάρχοντα, τοῦδε ὧν ὁ λόγος,καὶ περιγράφοντα τὰ πλεῖστα, καὶ ἐγγυτάτω τοῦ πράγματος. Verùm de his hactenus; nam ſatis, opinor, patet tota Ariſtotelis præceptio. Non eſt etiam illud prætermittendum, Ariſtotelem in contextu enumerare quatuor,quæ continent. Argumentationes ſeu ſentẽtias ductas ex rebus tragicis,ſunt autem hæc. Commiſerabilia; Horribilia; Magna; Veriſimilia; quæ ſi ſingillatim conſideres, videas aptè ab Ariſto. poſita;quia ad tragœdiam pertinent. Commiſerationem, ac terrorem iam diximus in eo moueri oportere;grandem præterea,ac maieſtatis plenam orationem eſſe oportet tragicam.Hinc Horatius eam cum matrona comparat,tùm propter grauitatem,tùm propter verecũdiam ſermonis, cum ait ad Piſones ſcribens.

» Effutire leues indigna tragœdia verſus,
» Vt feſtis matrona moueri iuſſa diebus
» Intererit ſatyris paulùm pudibunda proteruis.

Non quidem,quòd humilia quandoque non proferat tragœdia;nam ideſt paulò ante declaratum aliquando fieri neceſſe eſſe, & Horatius idem.

» Et tragicus plerumque dolet ſermone pedeſtri,
» Telephus,& Peleus,cum pauper,& exul vterque,
» Proiicit ampullas,& ſeſquipedalia verba.

Quamuis fortaſſe alia de cauſa. Sed magna, & grandia propriè tragœdiæ competunt;

© SCD - Université de Poitiers

ta sunt. Aristoteles libro Rhetoricorum secundo; locos firmandi,& soluendi Enthymemata docuit;multisque poëtarum exemplis allatis suam omnem disputationem cõ probauit;quòd scilicet nihilò minus his omnibus vtũtur Poëtę,quàm Oratores. Quatenus verò Aristoteles in contextu ait, ad sententiam pertinere τὰ πάθη παρασκευάζειν, οἷον ἔλεον,ἢ φόβον,ἢ ὀργὴν, καὶ ὅσα τοιαῦτα. eiusdem alter locus considerandus est. libro primo Rhetoricorum, vbi ait. ἐπεὶ δὲ αἱ πίστεις διὰ τούτων εἰσὶ, φανερὸν ὅτι ἰδίους τούτους δεῖ λαβεῖν. τῷ συλλογίζεσθαι δυναμένους, καὶ τῇ θεωρητικῇ περὶ τὰ ἤθη, καὶ τὰς ἀρετὰς, καὶ τρίτον τῇ περὶ τὰ πάθη. τί τε ἕκαστον ἐστὶ τῶν παθῶν, καὶ ποῖόν τι, καὶ ἐκ τίνων ἐγγίνεται, καὶ πῶς. & quæ sequuntur. docet enim illic Aristoteles multas rationes, quæ rem facilius probant, duci à natura perturbationum. Has quidem Orator cõmouere studet, vt facilius persuadeat. Nam, vt ait Aristoteles ibidem,οὐχ ὁμοίως ἀποδίδομεν τὰς κρίσεις λυπούμενοι, καὶ χαίροντες, ἢ φιλοῦντες, ἢ μισοῦντες. Poëta verò, vt finem suum assequatur, qui est impellere hominum animos in diuersas perturbationes, qualiscunque fuerit rerum subiectarum, quas tractat & imitatur materies; Cicero totum hoc mihi politissimè videtur protulisse in eo libro, qui inscribitur Orator;cum ait. Duo sunt quæ bene tractata ab oratore admirabilem eloquentiam faciant, quorum alterum est, quod Græci ἠθικὸν vocant, ad naturas,& ad mores, & ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum. Alterum (quod iidem παθητικὸν nominant) quo perturbantur animi, & concitantur. in quo vno regnat oratio; illud superius come, iucundum, ad beneuolentiam conciliandam paratum. Hoc vehemens,incensum, incitatum,quo causæ eripiuntur,quod cum rapidè fertur, sustineri nullo pacto potest. Auerroes in sua paraphrasi locum hunc Aristotelis ita explicat. Sermones, quibus perturbationes mouentur, magis proprii sunt Rhetorices, quàm Poëtices; Perturbationes autem animi, quæ mouentur per sermonem Rhetoricum,& Poëticum sunt metus,ira, amor,odium, gaudium,& dolor;& cætera,quæ hominum animis accidunt; quæ enumerata sunt in libris Rhetoricorum. Et quemadmodũ sermones Rhetorici tales excitant affectiones sua vi; sic apparatus histrionum,quo personam aliquam representãt,& vox,& gestus; quasi præsentes res obiiciãtur oculis spectatorum, tales cient perturbationes. Ex quibus Auerrois verbis licet perspicere,quantum interfit inter hunc & illum modũ mouendi affectiones,quaque id ratione efficiat poëta,& qua itidem orator. Postremò illa verba in contextu perpendenda; καὶ ἓν μέγεθος, καὶ σμικρότητα. Nam sententiarum in oratione duo hæc maxima sunt officia;augere rem,& minuere. Aristoteles lib. II. Rhetoricorum sub finem de his ait. τόδε αὔξειν, καὶ μειοῦν ἔστιν ἐνθυμήματα πρὸς τὸ δείξαι, ὅτι μέγα ἢ μικρὸν, ὥσπερ καὶ ὅτι ἀγαθὸν, ἢ κακὸν, ἢ δίκαιον, ἢ ἄδικον, καὶ τἆλλα ὁπόσα. eodem loco plurima legi possunt de ratione soluendi argumentationes. vbi ait. τόδε δὲ λύσεων ἐχόμενον ἔστι τῶν εἰρημένων εἰπεῖν, ἔστι δὲ λύειν ἢ ἀνασυλλογισάμενον, ἢ ἐνίστασιν ἐνίοτε. reliqua, qui volet,ibi leget copiosè;nam non sine causa dixit Aristoteles; hæc ad Rhetoricen spectare,inde igitur sunt sumenda,& referenda ad Poëticen,sicuti ipse monet. M. Cicero in Oratore. rem totam hanc doctè animaduertit. ait enim, quatenus ad augendi, & minuendi officia spectat. Augendis verò rebus,& contra abiiciẽdis nihil est, quod non perficere possit oratio,quod & inter media argumenta faciẽdum est, quotiescunque dabitur vel amplificandi,vel minuendi locus;& penè infinitè in perorando.

Δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἐν τοῖς θεάτροις ἀπὸ τῆς αὐτῆς εἰδῶν δεῖ χρῆσθαι. ὅτ' αὖ ἢ ἐλεεινὰ, ἢ δεινὰ, ἢ μεγάλα, ἢ εἰκότα δεῖ παρασκευάζειν.

Constat autem supra dictarum partium rebus accommodata afferre oportere:cùm videlicet vel miserabilia,vel grauia,vel mira,vel verisimilia astruenda sunt.

Pulcherrimum dat hoc loco præceptum Aristoteles, quod summo studio, curaque seruari oportet ab eo qui poëmata scribit;Cum sententiarum pondere refertam in primis oporteat esse tragœdiam;Sententięque diuersæ sint pro materie rerum,de quibus agitur; poëtam necesse est respicere ad naturam rerum; vt ex iis eliciat aptas sententias,

© SCD - Université de Poitiers

μὲν παρῆκται. hoc eſt (ſi priora verba referas Latinè) valde equidem, opinor, ſecundum hæc illæ res euenerunt.

» Τῶν δὲ περὶ τὴν λέξιν, οὗ μὲν ἐστιν εἶδος θεωρίας, τὰ σχήματα τῆς λέξεως, ἃ ἐστιν εἰδέναι τῆς
» ὑποκριτικῆς, καὶ τῷ τὴν τοιαύτην ἔχοντος ἀρχιτεκτονικήν. οἷον, τί ἐντολή, καὶ τί εὐχή, καὶ
» διήγησις, καὶ ἀπειλή, καὶ ἐρώτησις, καὶ ἀπόκρισις, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον.

» Circa dictionem vnum quidem ſpeculationis eſt genus, de figuris
» videlicet ipſius: quod quidem ad hiſtrionicã, atque ad eũ, qui huiuſce-
» modi arti præſit, pertinet: exempli gratia: quid ſit mandatũ, quid pre-
» ces, quid narratio, quid minæ, quid interrogatio, quid reſponſio, cæte-
» raque id genus.

Poſtquam Ariſtoteles de SENTENTIA locutus eſt, ingreditur diſputationem de DICTIONE. quæ eſt alia pars tragœdiæ. Verùm quoniam dictio diuerſo modo conſideratur; neceſſe fuit, vt prius internoſceret, qua ratione de ea eſſet agendum, quatenus ſpectat ad Poëticen. Primum igitur reiicit tractationem quandam, quæ verſatur in habitibus dictionũ conſiderandis: hæc vocat Ariſtoteles σχήματα τῆς λέξεως, neque enim eſt quòd quiſquam putet de figuris dictionis, ſicuti grãmatici ſolent, hic Ariſt. loqui. Sed σχήματα vocãt, habitus quoſdã, cõformationesq. oris, frontis, oculorũ, vultus, geſticulationis manũ, totius deniq. corporis, quæ variæ fiunt à pronunciantibus pro diuerſitate affectionũ, quę ſignificantur dictionibus. eodẽ modo σχήματα protulit Demoſth. in oratione περὶ στεφάνου, vbi ait illudens Aeſchinẽ oratorẽ, tanquàm hiſtrionẽ.
» τοιαῦτα κατηγόρει παραδείγματα πλήθη, καὶ ῥήματα, καὶ σχήματα μιμούμενος. Hoc doctè, &
» aptè declarat in ſua paraphraſi Auerroes cum ait: & intelligo per figuram ſermonis,
» ſeu orationis figurã annũciantis, & figurã interrogantis, vel annũciationis & interro-
» gationis, & figurã imperationis, & figurã deprecationis. alia eſt nempe figura annun
» ciantis, alia interrogantis, & alia imperantis, & alia deprecantis. Non eſt itaque po-
» nenda hæc pars artis poëticæ, ſed potius alicuius alterius artis. Huiuſmodi verò varietatem noſſe ſpectat ad hiſtrionicam artem, (ſic enim libet ὑποκριτικὴν vocare) ſciendum olim ipſos Poëtas recitare in ſcena ſolitos ſua dramata, cum nondum periti in recitando extitiſſent hiſtriones. poſtea verò labentibus annis, fuere, qui artem hiſtrionicam profiterentur ſe tradere; quæ tota in voce, vultu, geſtu, motioneque corporis effingenda verſabatur. Ac ſanè artẽ hanc primus literis mandauit Glaucon Teius. de qua re Ariſtoteles libro Rhetoricorum. III. ſub initium ita ait. οὕτω δὲ ἐπιχείρησε
» τὰ περὶ τὴν ὑπόκρισιν, καὶ γὰρ εἰσὶ τῶν φαγυλῶν μὴ ῥαψῳδίαν ὀνὲ παρῆλθεν, ὑπεκρίνοντο γὰρ αὐτοῖς τοῖς φα
» γωδίαις οἱ ποιηταὶ τοπρῶτον. ὅθεν δῆλον ὅτι καὶ περὶ τὴν ῥητορικὴν ἔστι τὸ τοιοῦτον, ὥσπερ καὶ περὶ τὴν
» ποιητικὴν, ὅπερ ἕτεροί τινες ἐπραγματεύθησαν. καὶ γλαύκων ὁ τήιος. ἔστι δ' αὐτὴ μὲν ἐν τῇ φωνῇ πῶς αὐ-
» τῇ δεῖ χρῆσθαι πρὸς ἕκαστον πάθος, οἷον ποτὲ μεγάλῃ, καὶ ποτὲ μικρᾷ, καὶ μέσῃ καὶ πῶς τοῖς τόνοις. οἷον
» ὀξείᾳ, βαρείᾳ καὶ μέσῃ: ῥυθμοὶ γὰρ ἔστι περὶ ὧν σκοποῦσι, τούτοις δ' ἔστι μέγεθος, ἁρμονία, ῥυθμός. Huiuſmodi igitur eſt ars hiſtrionica, ad quam ait ſpectare τὰ σχήματα τῆς λέξεως. quare non eſt in hoc libello poëtices de dictione loqui, quatenus pronunciatur & effingitur addito geſtu, & vultu, & voce; non enim hiſtrionibus inſeruit Ariſtoteles in hoc libello; ſed iis, qui artificiosè tragica Dramata, & Epopœiam ſcribere voluerint. Ariſtoteles lib. III. Rhetoricorum inanem laborem eſſe demonſtrat, quòd pronunciatione Rhetorica pollicebantur ſe ſcripturos; non quidem, quòd ea oratoribus non ſit maximè neceſſaria; magni enim refert hoc'ne an illo modo aliquid pronũcietur; Sed quia ſatis de ea locuti fuiſſent, qui hiſtrionicam artem libris mandarant: ait igitur, ſi aliquando illorum de pronunciatione Rhetorica ars ſcripta exeat in lucem, ſimillimã
» fore hiſtrionicæ. Verba ſunt hæc. ἐκείνη μὲν δὴ ὅταν ἔλθῃ, ταυτὸ ποιήσει τῇ ὑποκριτικῇ, ἐγκε-
» χειρήκασι δὲ ἐπ' ὀλίγον περὶ αὐτῆς λυσιτελοῦν θρασύμαχος καὶ οἱ τοῖς ἐλέοις. Verùm naturæ potius hanc hiſtrionum eſſe facultatem docet Ariſtoteles, quàm artis. Sic. καὶ ἔστι φύσεως τὸ ὑποκριτι-
» κὸν εἶναι, καὶ ἀτεχνότερον. περὶ δὲ τὴν λέξιν οὐτεχνον. Si igitur naturæ, non artis eſt pronun-

© SCD - Université de Poitiers

Postremo verisimilia sectatur tragicus, quia ex iis omnia finguntur in actione, & in Episodiis, præterea, siquid suadendum, dissuadendumue est, probandum, aut refellendum; id cõmodè totum ducitur ex verisimilibus. Quatuor igitur hæ in sententiis tragicæ orationis in primis inesse oportet.

» πλὴν τοσοῦτον διαφορά, ὅτι τὰ μὲν δεῖ φαίνεσθαι αὐτὸν διδασκαλίας, τὰ δὲ ἐν τῷ λόγῳ
» ὑπὸ τοῦ λέγοντος παρασκευάζεσθαι, καὶ παρὰ τὸν λόγον γίγνεσθαι· τί γὰρ ἂν εἴη τοῦ λέγον-
» τος ἔργον, εἰ φανοῖτο ἡδέα μὴ δι' αὐτὸν τὸν λόγον.

» In quibus tamen hæc habenda distinctio est: quod aliqua quidem,
» nullo doctrinæ adminiculo apparere necesse est: aliqua verò sermone
» ipso dicentem præparari, ac vi etiam sermonis euenire. Quod enim
» dicentis munus esset: si nõ quidẽ sermonis vi, grata esse viderentur?

Obiicere se potuisset aliquis hoc loco Aristoteli, mirarique; cur dixerit in tragœdia quatuor illa conandum esse conficere sententiis, & oratione, quasi verò res per se non sint tragicę adeo commiserabiles, et horribiles, vt satis magnum iniicere terrorẽ possint, & commiserationem excitare. Respondet Aristoteles diligenter omnia esse perpendenda; nam aliquando res eiusmodi sunt, vt sine vllo sententiarũ pondere satis graues sint; atque, vel si leuiter proferantur sine vllo ornatu, & artificio, possint vehementer mouere auditorum animos. Aliquando autem eiusmodi, vt nisi addatur sentiarum pondus, atque ornatus, vix feriant aures audientium, in his igitur multum operæ ponendũ est; hic enim dicentis artificiũ apparet, hic perspicitur; quantũ scribendo valeat ingeniosus poëta, hic deniq. summus est labor, res leues, addito sententiarũ pondere, graues efficere; paruas extollere; languentes excitare; repentes humi euehere; parũ mœstis ac luctuosis, luctũ mœroremq. adiungere; quæ enim aut qualis esset scribẽtis aut dicentis virtus, & artificium; si res suapte natura graues, iucundæ, luctuosæ, & grandes apparerent, non peritia & ingenio ipsius; qui aut loquitur, aut scribit? Sermo de Diis, de religione, de templis, de Cœlo, per se grandis, grauisque est (vt ait Hermogenes) neque multum scribentis eget artificio. Hæc sapientia (inquit Cic. in Oratore)
» maximè adhibenda est eloquenti, vt sit temporum, personarumque moderator; nam
» nec semper, nec apud omnes nec pro omnibus nec de omnibus eodẽ modo dicendũ
» arbitror. Is igitur erit eloquens, qui ad id, quodcunque decebit, poterit accommodare
» orationem, quod cum statuerit, tùm vt quidq. erit dicendum ita dicet; nec satura
» ieiune, nec grandia minutè, nec item cõtrà; sed erit rebus ipsis par, & æqualis oratio;
Idem Hermogenes vbi loquitur περὶ κάλλους ait tunc maximè intermiscendã esse formam illam loquendi; cum oratio per se exilis est; ac nimium subtilis; & paulò post Aristot. ipse in hoc libro, monet oportere scribentes poëmata in primis elaborare εἰ τοῖς ἀργοῖς. ideſt, cum rem per se ociosam, & nõ satis ornatam animaduertent, tunc enim conandum est, plurimũ decoris, & vis in oratione inferere, quod tùm ex verbis, tùm ex sententiis summo artificio excogitatis facile fit. ἄνευ, διὰ τῆς σκευῆς cum ait Aristoteles in contextu, sensus est, nonnulla sunt, quæ etiam sine oratione, et vi sententiarum, quibus exprimunt, videri possunt grandia, atrocia, commiserabilia. Præterea adnotanda illa verba καὶ παρὰ τὸν λόγον γίνεσθαι, ideſt iuxta ipsum sermonem fieri, si ad verbum volueris referre. Eodem modo locutus est Aristoteles libro secundo Rhetoricorum, vbi
» locos enthymematum apparentium demonstrat, cum ait. ἄλλοι. παρὰ ἀναίδειαν ὡς αἴδιον
» οἷον τῷ ἅμα, ἢ μετὰ τοῦτο γεγονέναι, τὸ γὰρ μετὰ τοῦτο, ὡς δι' τοῦτο λαμβάνουσιν. οἷον δημαγωγοῦ τὸν δημο-
» σθενοῦς πολίτειαν πάντων τῶν κακῶν αἰτίαν, μετ' ἐκεῖνον γὰρ σωφρόνει ὁ πόλεμος. Eodem loco. ἄλλοι
» παρὰ τὸν ἔλλειψιν. ait. Demosthenes quoque in oratione περὶ στεφάνου ita locutus est. διό-
» περ τοῖς παρὰ αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχουσι φυγόν, νῦν ὕστερον ἢ κατ. hoc est subterfugiens sermonẽ qui penes secundumque ipsas res est. Idem paulò post in eo præclaro loco, quẽ innuit Cic. in Oratore cum ait in eo nõ esse positas Græciæ fortunas. πάνυ γὰρ παρὰ τοῦτο γέγο-
νε τὰ τῶν ἑλλήνων πράγματα, εἰ τοῦτο τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τοῦτο διελέχθην ἐγώ, ἢ διὰ τοῦ χεῖρα, ἢ μὴ
διὰ τ.

ſpectant; Nec ſanè indiligenter tota hæc res percipi debet, quia vt eodem libro inquit Cicero, vna actio in dicendo dominatur, & eſt veluti quidam ſermo corporis.

» Παρὰ γὰρ τὴν τούτων γνῶσιν, ἢ ἄγνοιαν, οὐδὲν εἰς τὴν ποιητικὴν ἐπιτίμημα φέρεται. » ὅτι καὶ ἄξιον σπουδῆς. τί γὰρ ἄν τις ἐπολάβοι ἡμαρτῆσθαι, ἃ Πρωταγόρας ἐπιτιμᾷ· ὅτι » δ' εὔχεσθαι οἰόμενος, ἐπιτάττει εἰπών, μῆνιν ἄειδε θεά. ἐπιτάττειν γὰρ κελεύειν φησί· ποιεῖν τι ἢ μή, » ἐπίταξίς ἐστι.

» Quandoquidem præter horũ peritiam, ignorationem'ue nulla quidem accuſatio, quæ digna ſit ſtudio, ad Poëticam refertur. Nam quis, » obſecro, in his peccatum eſſe ſuſpicetur, quæ Protagoras accuſat? ſi » quis videlicet, dum precari ſe exiſtimet, interim præcipiat? hoc pacto: » Iram pande Dea, quandoquidem (inquit ille) iubere aliquid fieri, » vel non fieri, præceptum eſt.

Vt probet Ariſtoteles θεωρίαν τοῦτο τὰ ἁμάρτημα τῆς λέξεως non ſpectare ad artificium, vt Methodum poëtices, tali vtitur argumentatione; Ea ex quorum ignoratione nulla conſequitur reprehenſio poëtarũ, & poëtices facultatis; non ſpectant ad ipſius ipſorumue facultatem. Quorum itidem peritia, & cognitio nihil adiumenti affert poëtis, poëticæque facultati; ad eam non pertinent; Sed huiusmodi ſunt τὰ ἁμάρτημα τῆς λέξεως; ſunt igitur ad aliam artem, hoc eſt ad hiſtrionicam, aut aliam quamuis, quæ hoc profiteatur, reiicienda. Addidit verò illa verba in contextu Ariſtoteles. ὅ, τι καὶ ἄξιον σπουδῆς, quia multi reprehendere conantur poëtas in iis, quæ potius adſcribenda ſunt hiſtrionibus, de qua re ſub finem huius libelli plura dicemus; ſed hæ reprehenſiones parui ſunt faciendæ, quia non ſpectant ad artem, quę poëtæ propria eſt; Vulgus igitur hominum ſæpe errata hiſtrionum putat eſſe poëtarum, verùm hæc aptè ſunt internoſcenda, ac diiudicanda; ne falsò reprehendantur poëtæ; quod ſi tamen fiat; negligere debebit talem reprehenſionem poëta; Protagoras Sophiſta ille notiſsimus, cuius argumentum captioſum refert. A. Gellius; & Ariſtoteles innuit libro Rhetoricorum ſecundo, vbi de apparentium Enthymematum locis agit; Homerum ſubtili, ac friuola quadam ratione reprehendere ſolebat in primo ſtatim verſu Iliados; quòd, cum præcãdi ſit mos Muſas, et Apollinem initio poëmatum, vt in dicendo aſpirent; & faueant in ſcribenda actione, quam ſibi narrandam, & imitandam propoſuerint; ipſe non precatus ſit, ſed quaſi imperans protulerit.

» μῆνιν ἄειδε θεά.

Nam definiens quid eſſet imperare, ita dicebat. Imperare eſt, cum aliquis mandat aliquid alicui faciendum, vel non faciendum. ποιεῖν τι, ἢ μὴ ποιεῖν habent manuſcripti libri; nam in vulgatis deeſt proſtrema dictio. Zoilum quoque accepimus friuola hac ratione vſum reprehendendi, multa contra Homerum ſcripſiſſe; teſtatur enim Suidas illum lib. IX. aduerſus Homeri poëmata edidiſſe; Eaſque reprehenſiones grammaticas fuiſſe, & leues circa ſermonis ſtructuram, & dictionum ſignificationem. Nimirum leues hæ, ac ferè contemnendæ ſunt cauillationes grammaticorum; quid enim quæſo refert, hoc an illo modo interpreteris verba Homerica, aut quæ tandem vtilitas ex his capi poteſt?

» Διὸ παρείσθω, ὡς ἄλλης, καὶ οὐ τῆς ποιητικῆς οὖσα θεώρημα.

» Quapropter faceſſat hæc conſideratio perinde ac alterius facultatis, non autem Poëticæ propria.

Concluſio eſt ſuperius dictorum omnium huiuſmodi, cum igitur hæc ad poëticen non ſpectent; omittenda ſunt & relinquenda aliis, qui minutiorem aliquam facultatẽ ſeu artem profitentur. Grammaticos, opinor, intelligit Ariſtoteles. Nec ſine cauſa θεώ

© SCD - Université de Poitiers

ciatio, gesticulatioque ipsa; ac motionis totius corporis norma. vel si ars est, non ad Poëtas, sed ad alios spectat; meritò Aristoteles hanc tractationem prætermisit; eamque arripuit, quæ artificii tantùm poëtici videbatur esse propria. Sed veteres ea ratione impulsi sunt ad histrionicam artem scribendã, quòd magnam in pronunciatione hominum diuersitatem,ac varietatem cernebant; tradiqúe præceptiones quasdam generales, ac certas posse animaduertebant accommodatas ad omne animi affectionum genus. adde quòd nihil facilius homines imitantur, quàm vocem.verba Aristotelis eodem libro Rhetoricorum tertio. hæc sunt, quæ huc spectant. ὑπῆρξε δὲ καὶ ἡ φωνὴ πάντων μιμητικωτάτη τῆς μορίων ἡμῖν διὸ καὶ αἱ τέχναι συνεστήσαν: καὶ ἡ ῥαψῳδία, καὶ ἡ ὑποκριτικὴ, καὶ ἄλλαγε. Hinc præclarè est à Cicerone dictum in eo libro, qui inscribitur Orator. Orationem mollem esse, & teneram, & ita flexibilem, vt sequatur quocunque torqueas vocisque mutationes esse totidem, quot sunt animorum,qui maximè voce commouentur. Adnotanda vero illa verba, quæ sunt in contextu. καὶ τῷ τὰ τοιαῦτα ἔχοντος ἀρχιτεκτονικῶ. Architectum vocamus qui cæteris præest, præscribitque agendi modum. Sic igitur dixit hoc loco Aristoteles, loqui de figurata pronunciatione dictionum, spectare vel ad histrionicam,vel ad eum,qui totius huius rei sit architectus:intelligit eum Aristoteles,qui præceptiones tradit,atque institutionem vocis effingendæ & adaptandæ ad animi affectiones exprimendas,quicunque ille fuerit;quasi innuat etiam alios,prꝛter eos,qui histrionicam docerent,artem pronũciandi tradere solitos. non dissimili ratione lib. primo Ethic. vocatur Politice μάλιστα ἀρχιτεκτονικὴ. Histrionica ars,siue alia quepiam,magistra pronunciandi,docet huiusmodi quasdam differentias vocis,sumptas à diuersitate dictionum.Aliqua dictio imperatiua est (sic enim in præsentia dicam) alia precandi vim habet; alia narratiua est; alia minandi speciem præfert;alia interrogandi,alia respõdendi.diuersã singula hæc actionem,vultum,corporisque motionem requirũt.Neque grauarer ex Poëtis apponere hoc loco exempla; nisi putarem id nõ esse magnopere necesse.cum omnibus sint in promptu. refert Aristoteles lib. III. Rhetoricorum. Dictionem aliam esse γραφικῶ (vtar enim ipsius appellationibus) aliam ἀγωνιστικῶ, atque huius esse speciem duplicem; ἠθικῶ, & παθητικῶ, quam in primis adamant, & sectantur histriones, poëtæque in scribendis Dramatibus efficere studeant. Verba Aristotelis sunt hæc. ἔστι δὲ λέξις γραφικὴ μὲν ἡ ἀκριβεστάτη, ἀγωνιστικὴ δὲ ἡ ὑποκριτικωτάτη, τοῦτο δὲ διττὸν εἶδος, ἡ μὲν γὰρ ἠθικὴ, ἡ δὲ παθητικὴ: διὸ καὶ οἱ ὑποκριταὶ τῶν τοιούτων ἅπτονται καὶ οἱ ποιηταὶ τῶν τοιούτους. Nonnulla sunt, ex quibus si tollas pronunciationem,ac gestum,quæ statim languent, de qua re Aristoteles eodem loco ita ait. διὸ καὶ τὰ ὑποκριτικὰ ἀφηρημένου τοῦ ὑποκρίνεσθαι οὐ ποιοῦντα τὸν αὐτῶν ἔργον φαίνεται δύνασθαι. ideò Cicero in eo libro, qui inscribitur Orator, ait. Itaque ille perfectus, quem iam dudum nostra indicat oratio, vtcunque se affectum videri, & animum audientis mouere volet, ita certum vocis admouebit sonum. Cum gestu verò coniunctus est vultus, quibus omnibus dici vix potest, quantum intersit quemadmodum loquatur Orator, nam & infantes actionis dignitate eloquentiæ fæpe fructum tulerunt, & diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt; vt iam non sine causa Demosthenes tribuerit et primas, & secundas, et tertias actioni. Hæc ille. Imperiosi, ac minantis vultum vocemque imitari; superbi ac turgidi orationem exprimere; lætitia elati hominis gestum, fermonemque effingere difficillimum est, quia sæpe dum id facere imitando studeant homines, in vitium maximum cadunt; vt putidè loquantur, & artem in pronunciando non occultent. ideo præclarè ait Aristoteles lib.III. Rhetoricorum magnoperè esse laudandum Theodorum histrionem,qui ita aptè singulos hominum loquentium affectus, voce, vultuque exprimebat,vt eos ipsos loquentes audire sibi aliquis videretur. καὶ οἷον ἡ Θεοδώρου φωνὴ πέπονθε πρὸς τὴν τῆς ἄλλων ὑποκρισιν, ἡ μὲν γὰρ τὸ λέγοντος ἔοικεν εἶναι, αὕτη δ' ἀλλοφωνεῖ. & ibidem paulò ante,talem dat præceptionem pronunciandi. διὸ δεῖ λανθάνειν ποιοῦντας, καὶ μὴ δοκεῖν λέγειν πεπλασμένως, ἀλλὰ πεφυκότως. τὸ γὰρ πιθανὸν, ἐκεῖ δὲ τοὐναντίον. Qui plura scire volet de tota hac ratione pronunciãdi, legat Ciceronem libro de Oratore.III.vbi copiosè omnes dantur pronunciationis effingendæ præceptiones,quatenus tamẽ ad Oratorẽ spectant

(de Philosophis nostræ ætatis loquor) πωῦροι ὴ τὲ βάκχοι. Nunc redeo ad institutum sermonem. Eo quo diximus modo, literam, syllabam, & reliqua considerat Grammaticus. at Poëta, longe diuersa ratione circa éadem versatur; vt nitidam scilicet, fluxam, suauem, numerosamque conficiat orationem; sed cũ oratio ex verbis, nominibusque componatur; & illa modò lenia, modo aspera sint; propter syllabarum connexionem, Syllabæ verò ex literis conflentur, planè necesse est hæc ab initio vt cognoscat. Rem totam hãc pulcherrima serie declarat Halicarnasseus, in eodem aureo libello περὶ συνθέσεως; vbi ait. παρὰ μὲν τὰς τῶν γραμμάτων συμπλοκὰς, ἡ τῶν συλλαβῶν γίνεται σύνθεσις ποικίλη, παρὰ δὲ τὰς τῶν συλλαβῶν συνθέσεις ἡ τῶν ὀνομάτων φύσις παντοδαπὴ. παρὰ δὲ τὰς τῶν ὀνομάτων ἁρμονίας πολύμορφος ὁ λόγος γίνεται, ὥστε πολλὴ ἀνάγκη καλεῖν μὲν ἔστιν λέξιν οὐ ἡ καλὰ ἔστιν ὀνόματα, καλῶν δ' ὀνομάτων, συλλαβάς τε, καὶ γράμματα καλὰ αἴτιον ἔστιν ἡδείαν τε διάλεκτον εἶναι τῆς ἡδυπόρων τῶν ἀκοῶν γίνεσθαι, καὶ τὸ παρακρουστικὸν ὀνομάτων τε, καὶ συλλαβῶν, καὶ γραμμάτων τὰς τε καθ' μέρος αὖ τούτοις διαφορὰς, καθ' ὅσ' ἀλλοῦται τά τε ἤθη, καὶ τὰ πάθη, καὶ αἱ διαθέσεις, ἢ τὰ ἔργα τῆς προσώπων, ἀφ' τῆς πρώτης καταβολῆς τῆς γραμμάτων, γίνεσθαι τοιαῦτα. Præterea videre est apud poëtas sæpissimè, noua confingi nomina ex apta syllabarum connexione, vel vt sonum, vel vt temporis longitudinem, & interuallum; vel vt corporis magnitudinẽ, vel perturbationis alicuius vim exprimant; sicuti Homerus facit, quo loco sonitum vndarum ad littus fractarum significare volens ait.

ἠϊόνες βοόωσιν ἐρευγομένοιο ἁλὸς ἔξω. Sicuti Vergilius apud nos, strepitum nauticarum funium significans

Stridorque rudentum.

Hanc igitur vtilitatem poëtis affert syllabarum consideratio; & literarum; sunt enim (vt inquit Dionysius) sæpe τὰ γράμματα μιμητικώτατα. vt appparet in hoc versu Homeri. rursus in illo.

ὄρνυθι γὰρ μέγα κῦμα ποτὶ ξερὸν ἠπείροιο.

σμαραγεῖδὲ τε πόντος. Magistra horum omnium natura est, quę nos aptos reddidit ad imitandas voces, & sonos adaptione, et cõnexione mutua literarum, et syllabarum; vt & mugitus boum, & hinnitus equorum; & balatus ouium, & serræ stridorem, & ventorum sonitum his exprimamus. Rhetorice quoque suo Oratori præscribit hanc eandem literarum, syllabarumque considerationem; neque sanè quicquàm differt in hoc poëta ab oratore, vno excepto, quòd astrictior numeris, & rhythmo est Poëtæ oratio; exactiusque hac de causa singularum literarum, & syllabarum naturam, vim, connexionem, & sonum cõsiderat, quàm Orator. Hinc Cicero in eo libro, qui inscribitur Orator, ait. Quod cum ita sit, tamen ea, quæ suprà dicta sunt, plus in disputãdo, quàm ea, de quibus dicẽdum est, dignitatis habuerunt; de verbis enim componendis, & de syllabis propemodum dinumerandis, et dimetiẽdis loquemur, quę etiam si sunt, sicuti mihi videntur necessaria, tamẽ fiunt magnificentius quàm docẽtur. est id omnino verum, sed propriè in hoc dicitur, nam omnium magnarum artium, sicut arborum, altitudo nos delectat; radices, stirpesque non item, sed esse illa sine his nõ potest. Hæc ille. qui plura volet cognoscere, legat librum Halicarnassei περὶ συνθέσεως, vbi vir ille præclarus, singularum literarum naturam contemplans; syllabarumque connexiones lenes, & asperas diiudicans; satis ostendit, quomodo inter se cohærere debeant, vt voces concinnas orationemque suauem efficiat. Aristoteles, qui sciebat tractationem hãc cõmunem esse Oratori cum Poëta, libro Rhetoricorum. III. ait, se de dictione in libro de Poëtica locutum exactius. ὥστε φανερὸν ὅτι οὐχ ἅπαντος, οὗ περὶ λέξεως ἔστιν εἰπεῖν ἀκριβολογητέον ἡμῖν, ἀλλ' οὗ περὶ τοιαύτης, οἵας λέγομεν, περὶ δὲ ἐκείνης εἴρηται αὐ τοῖς περὶ ποιητικῆς. ἔστω δὴ εἰρημένα τεθεωρημένα. Ex partibus connumeratis duas tantùm, aut tres cõsiderat Dialecticus. Nomen, verbum, & orationem, sicuti patet in libro περὶ ἑρμηνείας. non intuetur enim, atque perpendit dialecticus literas, & syllabas, cũ nullum vsum ipsi præbeant ad conficiendas ratiocinationes, et demonstrationes. Atque hinc fortasse omnis desidia manauit dialecticorum, ac philosophorum; qui, quòd accuratam verborum, syllabarum, literarumque considerationem videntes sibi, sicut Poëtis, & Oratoribus non esse necessariam; ornamenta sermonis negligere cœperunt. & si testatur Halicarnasseus nonnullos non defuisse, qui, ne negligere viderẽtur ea, in quibus alios gloriã

© SCD - Université de Poitiers

» ρημα vocauit, ſicuti etiam in Topicis libro primo definiens Problema ait. πρόβλημα δέ » ὅτι διαλεκτικὸν θεώρημα τὸ συωτεῖνον, ἢ πρὸσ αἵρεσιν καὶ φυγὴν, ἢ πρὸσ ἀλήθειαν, καὶ γνῶσιν, ἢ αὐτὸ ἢ ὡσ » συεργὸν. πρὸσ δ' ἕτερον τῆσ τοιούτων. Dionyſius,quoque Halicar.in libro περὶ συνθέσεως ait. » πολλῶν καὶ μεγάλων ὄντων θεωρημάτων περὶ τὴν ἐκλογὴν. M. Cic. libro de Oratore primo explicat quid profiteantur Grammatici; In Grammaticis poëtarum pertractatio,hiſtoriarum cognitio,verborum interpretatio,pronunciandi,quidam ſonus.

» Τῆς δὲ λέξεως ἁπάσης τάδ' ὅτι τὰ μέρη · στοιχεῖον,συλλαβὴ,σύνδεσμος,ὄνομα,ῥῆμα.ἄρ» θρον, πτῶσις,λόγος.

» Dictionis vniuerſæ partes hæ ſunt: Elementum,ſyllaba,cõiunctio, » nomen,verbum,articulus,caſus,oratio.

» Aptiſsimè locum hũc in ſua paraphraſi declarat Auerroes,ait enim. Eleméta, in quę » reſoluitur omnis oratio poëtica, ſunt octo (ſic enim debet fortaſſe legi ille locus) » litera ſyllaba, copulatio, nomen, verbum,caſus,oratio; vel etiam ſic. Sunt quinque » Syllaba,copulatio,diſiunctio vniuerſalium; caſus, oratio; nam per vniuerſalium di» ſiunctionem intellexit nomen,verbum,& articulum,his enim vniuerſalia diſtinguun» tur,ac diſgregantur in particularia, exempli cauſa addito articulo, diſiungo marem » à fœmina, addito nomine, rem particularem diſtinguo,addito verbo, tempus certum » ſignifico.Sed omnimo in hac diuiſione defuerit,litera; quæ non videbatur eſſe præ» termittenda, quamuis poſtea alium contextum declarans ait; Elementa verò ſyllabarum ſunt res, quæ diuidi non poſſunt, quarum natura eſt ingredi in ſyllabarum compoſitionem; & eſt litera ſimpliciſsimum eorum, ex quibus conſtituitur oratio. Sciendum verò Ariſtotelem vocaſſe hoc loco λέξιν longum ſermonem de aliqua re habitum,non ſicuti grammatici ſolent proferre pro dictione. & ſic etiam libro Rhetoric.tertio ait. λέγω δὲ περίοδον λέξιν ἔχουσαν ἀρχὴν, καὶ τελευτὴν hic periodum vo» cat λέξιν, eſt enim prolixa narratio quædam; patet autem hoc eſſe veriſsimum, quia » λέξεως partem ſtatuit eſſe τὸν λόγον. nam per λόγον intelligit collectionem duarum, triumue,aut plurium dictionum aliquid ſignificantium,vt Socrates cœnat, Socrates loquitur cum Xanthippe,& quæ huiuſmodi ſunt.Poſsit mirari fortaſſe hoc loco aliquis, cur Ariſt.in poëtices tractatione agat de his,quæ potius ad Grammaticum ſpectant.Reſpondeo,grammatici quoque munus eſſe,hæc conſiderare; ſed diuerſa ratione, aliumque habere ſibi propoſitum finem. Finis enim grammatico hic propoſitus eſt,vt partes orationis aptè inter ſe connectat,ſtructuramque rectã ipſius faciat. Hinc Theodorus Gaza vir doctiſſ.qui ſummo ingenio methodum illam conſcripſit,ait ſub » initium libri quarti. λοιπὸν δὲ περὶ συνθέσεως τῆσ τοῦ λόγου μερῶν εἰπεῖν, γραμματικοῦ γὰρ καὶ ἡ » περὶ ταύτην θεωρία,καὶ τ' γε τοιούτου συνθέσεως,καὶ τοῦ λόγου οὕνεκα πραγματεύεται ὁ περὶ ἑκάστου τῆσ » ὀκτὼ τοῦ λόγου μερῶν σκεπτόμενος. ὡσ ἔχῃ ἤτοι κλίσεως, ἢ ἀχηματισμοῦ, ἢ προσῳδίασ, ἢ ὀρθογραφίασ: καθάπερ καὶ ὁ διαλεκτικὸσ τοῦ συλλογιστικοῦ λόγου οὕνεκα περὶ ὀνόματοσ, καὶ ῥήματοσ καὶ προθέσεως » θεωρεῖ. Hæc ego volui Gazæ verba apponere, quia tanto artificio videntur eſſe prolata, vt agnoſcam eruditiſsimi illius hominis miram quandam induſtriam in diſcernenda methodo hac, & diſtinguenda; ſicuti ſolet in reliquis artibus, & ſcientiis Ariſtoteles, cum opus eſt, tantique meherclè facio Gazam; in hoc præſertim quarto libro,vt nulli veterum poſtponendum putem.Teſtatur Dionyſius Halicarnaſſeus in libro περὶ συνθέσεως Theophraſtum philoſophum doctiſsimum olim librum ſcripſiſſe περὶ λέξεωσ,vt nequis fortaſſe putet leuia hæc eſſe,neque ſatis digna philoſopho. Hæc ego eò libentius profero,quia ea inſolentia ſunt hac ætate noſtrates philoſophi, vt quò ſordidius,impuriusq. loquuntur,eò ſe doctiores habitum iri exiſtiment. Sed velim audiant verba Dionyſii,vt cognoſcant,quantum operæ etiam in ipſis dictioni» bus dignoſcendis, & eligendis poſuerit Theophraſtus: εἴρηται δὲ ἔνια περὶ τούτων καὶ θεο» φράστῳ φιλοσόφῳ κομοστέρων ἐν τοῖσ περὶ λέξεωσ, ἔνθα ὁρίζει ἔνια ὀνόματα φύσει καλὰ παρακήγματοσ » οὕνεκα, ὧν συνθεμένων καλῶν ὄντων, καὶ μεγαλοπρεπῆ γενήσεσθαι τὴν φράσιν, καὶ αὖθισ ἕτερα μικρὰ, καὶ » ζωπυρὰ, ἐξ ὧν οὔτε ποίημα χρηστὸν ἔσεσθαί φησιν. οὔτε λόγον. Sed nimirum πολλοί τοι ναρθηκοφόροι (de

„ quæ ſine vlla prorſus adiectione ſonum, qui exaudiri poſſit, reddit.
„ Semiuocalis, quæ non ſine adiectione, vt σ, ρ. Muta, quæ cum adie-
„ ctione per ſe nullum omnino ſonũ reddit, adiuncta verò his, quæ ali-
„ quam vocem reddunt exaudiri poteſt: vt γ & δ.

„ Auerroes locum hunc ita explicat. Huius vocis, quę litera eſt, partes ſunt, litera vo-
„ calis, & litera conſonans, & habet duas partes; vna eſt, quæ penitus non recipit proten
„ ſionem vllam ſonando; Altera autem eſt, quæ recipit protenſionem, & cæteræ quæ vo
„ cantur ſemiuocales, & mutæ, & omnes hæ voces generantur ex percuſsione, quæ fit à
„ labiis, & dentibus, aut ab aliis partibus gutturis, ſeu faucium. In eodem libro περὶ σωθέσεως Dionyſius Halicarnaſſeus, ex ſententia Ariſtoxeni Muſici, literas non diſsimili
„ modo diuidit, ait enim. τῶν δὲ στοιχείων τε, καὶ γραμμάτων οὐ μία πάντων φύσις, διαφορὰ δὲ αὐτῶν.
„ πρώτη μὲν ὡς Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς ἀποφαίνεται, καθ' ὃν τὰ μὲν φωνὰς ἀποτελεῖ, τὰ δὲ ἄφωνα: φωνὰς
„ μὲν τὰ λεγόμενα φωνήεντα, ἄφωνα δὲ τὰ λοιπὰ πάντα. Ariſt. in contextu definiens vocalẽ ait eſſe
„ φωνὴν ἀκουστὸν ἄνευ προσβολῆς. rurſus definiens ſemiuocalem & mutam inquit: φωνὴν ἀκουστὸν μετὰ προσβολῆς. Neſcio autem, qua ratione Paccius προσβολὴν verterit additionem,
„ nam id non ſignificat hæc dictio, ſed percuſsionem, & colliſionem, et impetum quendam. Atque ſanè hoc recte explicat Auerroes, ait enim conſonantes egere, in pronunciatione, percuſsione labiorum; linguæ, & fauciũm, alioqui exaudiri non poſſent, qua non egent vocales; nam ſine hac percuſsione, ſeu impreſsione labiorum, & linguæ per ſe exaudiuntur; Ideò Ariſtoxenus, vt paulò ante retulimus ex Dionyſio, vocales appellabat φωνὰς, & conſonantes ἄφωνα. quid enim aliud eſt ἄφωνα, quàm ſonus qui fit μετὰ προσβολῆς? Idem Dionyſius, ibidem declarat apertius alia quadam ratione, quę vocales dicantur, & quæ conſonantes. διαιρέσεως δὲ ἄλλη καθ' ἣν τῶν φωνηέντων τὰ μὲν καθ' ἑαυτὰ
„ ἄφωνα ποιοῦσι μίαν τινὰ ἀποτελεῖν πέφυκεν, ἐοῖζον, ἢ συριγμὸν, ἢ ποππυσμὸν, ἢ τοιούτων τινῶν ἄλλων ἤ-
„ χων ἀπλανῶν καὶ. ἃ δὲ ἔστιν ἀπάσης ἄμοιρα φωνῆς, καὶ ἄφωνα, καὶ οὐχ οἷόν τε ἦχ ἔσθαι καθ' ἑαυτά. τοῦτα
„ μὲν τινὰ ἐκάλεσαν ἄφωνα. θάτερα δὲ ἡμίφωνα. Alii diuerſam in his diuidendis, atque explican dis rationem ſecuti ſunt; vt minus mirum videri debeat, ſi etiã Ariſtotelis diuiſio alio quodam modo facta eſt. Verba Halicarnaſſei, quibus hoc declarat, hæc ſunt. οἱ δὲ ἀμ-
„ φὶ νέμαντδι τὰς πρώτας τε καὶ στοιχειώδεισι φωνὰς διαιρέσ. Φωνήεντα μὲν ἐκάλεσαν ὅσα καὶ καθ' ἑαυτὰ
„ φωνεῖται, καὶ μεθ' ἑτέρων; καὶ ἔστιν αὐτοτελῆ. ἡμίφωνα δ' ὅσα μετὰ μὲν τῶν φωνηέντων κρεῖττον ἐκφέρεται. καθ' ἑαυτὰ
„ δ' ἦχ ἕηρον τε καὶ ἀκ αὐτοτελῶς. ἄφωνα δ' ὅσα ἅτε τὰς τελείας ἅτε τὰς ἡμιτελείας φωνὰς ἔχ ἀ καθ' ἑαυτὰ, μεθ' ἑ
„ τέρων δ' καὶ φωνεῖται. Hæc ego apponere volui ex diſputatione rhetoris doctiſs. ſumpta, vt quilibet poſſet cum Ariſt. explicatione conferre; mirifice enim locum hunc totũ illu ſtrant. Ingeniosè quoq. veterum veſtigia ſecutus, hæc omnia explicat lib. 1111. Gaza, vt videre quilibet poteſt. Plutarchus libro nono Sympoſiac. capite tertio, vbi Muſicũ cum Rhetore; & Geometram cum Grammatico diſſerentẽ facit, varias explicat quæ ad vocales, et conſonantes ſpectãt; illic igitur legi poſsunt. Auerroes in ſua Paraphra ſi de iis omnibus ita diſſerit; nam apponam ipſius verba; ſicuti adhuc feci multis in locis, aliquantò elimatiora, & puriora, quàm in interpretis verſione leguntur. Litera ſemiuocalis eſt, quæ habet cum vocali protractionem quandam, & non habet per ſe
„ ſonum, qui exaudiri poſsit. Litera verò conſonans eſt, quæ cum vocali ſonat; ſed per
„ ſe poſita, non habet ſonum, qui audiri poſsit, ſicuti vocales habent. intelligo autem ſo
„ num, qui exaudiri poteſt, in conſonantibus, quando componitur cum alio, & ſimul
„ cum eo ſonat. Et conſonantibus quidem non ineſt ſonus, niſi, quando componuntur
„ cum illis, quibus ineſt ſonus; & ſunt quæ apud nos dicuntur literę quietæ, ſeu mutę.

„ Ταῦτα δὲ διαφέρει σχήματί τε τῷ στόματος, καὶ τόποις, καὶ δασύτητι, καὶ ψιλότητι, καὶ μή-
„ κει, καὶ βραχύτητι, ἔτι δὲ ὀξύτητι, καὶ βαρύτητι, καὶ τῷ μέσῳ, περὶ ὧν καθ' ἕκαστον ἐν τοῖς με-
„ τρικοῖς προσήκει θεωρεῖν.

„ Hæc differunt inter ſe figura oris, locis, aſpiratione, tenuitate, longi-
„ tudine, breuitate, acumine, præterea grauitate, inflexione. de quibus.

© SCD - Université de Poitiers

sibi magnam parasse videbant; libros conscribere conati sunt, de ornatu orationis, & apta verborum collocatione, & conformatione; quamuis parum feliciter ipsis res cesserit; Chrysippus, siquis alius, de dialectice exactissime locutus est, at adeò inornatè (si Dionysio credimus) vt nihil sordidius, aut insuauius sit oratione illius. Verba illius
» sunt hæc. καὶ οἱ φιλοσοφίαν ἐπαγγελλόμενοι, καὶ τὰς διαλεκτικὰς ἐνφέροντες τέχνας οὕτως εἰσὶν ἄθλιοι
» τῆς τῶν συνθέσεων τῶν ὀνομάτων, ὥστε αἰδεῖσθαι, μὴ λέγειν. ἀπόχρη δὲ τετμηρίῳ χρήσεσθαι τῷ λόγῳ χρυσίπ-
» που τοῦ στωϊκοῦ, περαιτέρω γὰρ ἂν οὐ προβαίνω, τούτου γὰρ οὔτε ἄμεινον οὐδεὶς τὰς διαλεκτικὰς τέχνας
» ἐκρίθωσεν, οὔτε χείρονι ἁρμονίᾳ συνῆλθεν ἐξηγήσασθαι λόγους. At dissimilis planè horum fuit Aristoteles, qui tanto artificio omnia, ac ornatu descripsit, vt ne verbum quidem vnũ inueniri possit; in quo non sit summus decor: venustas, & ornamentum. Hinc Cicero. quodam loco præclarè scriptum reliquit. Aureum eloquentię flumen, ab Aristotele fundi; eoque nihil esse acutius, nihil politius; Multumque operæ posuisse in coniungenda eloquentia cum philosophia.

» Στοιχεῖον μὲν οὖν ὅτι φωνὴ ἀδιαίρετος οὐ πᾶσα δὲ, ἀλλ' ἧς πέφυκε συνετὴ γίνεσθαι
» φωνή. μὴ γὰρ τῶν ἀλόγων εἰσὶν ἀδιαίρετοι φωναὶ, ὧν οὐδεμίαν λέγω στοιχεῖον.

» Elementum indiuidua dicitur vox, non quidem omnis, sed illa tan-
» tum, ex qua suapte natura intelligibilis vox constitui potest. quando-
» quidem & indiuisibiles sunt ferarum voces, quarum sanè nullam ele-
» mentum dicimus.

Partes eas, quas superius enumerauit, singillatim explicat, definitque Aristoteles, ac primum; elementum, seu literam; στοιχεῖον à Græcis dictũ παρὰ τὸ στείχειν, quod est serie, & ordine quodam deinceps incedere, non enim fortuitò collocantur inter se ad constituendam syllabam, sed certa quadam ratione cohærẽt. hinc Gaza doctè reliquit scri
» ptum libro quarto suæ Methodi. οὐ γὰρ ὡσ ἔτυχεν στοιχεῖον ἐπιπλέκεται ἀλλήλοις εἰς συνθέσιν
» συλλαβῆς, ἀλλ' ὡς καὶ τοὔνομα δηλοῖ, στείχει τε, μὴ δυτάκτως κινούμενα πάσι συνίεται κατὰ λόγον.
Dionysius Halicarnasseus in lib. περὶ συνθέσεως alia quadam ratione vocata ait στοιχεῖα
» à similitudine quippè elementorum; his verbis, γράμματα μὲν λέγεται, ὅτι γραμμαῖς ἴσοι συ-
» μαίνεται. στοιχεῖα δὲ ὅτι πᾶσι φωνῇ τῶν γενέσιν ἐκ τούτων λαμβάνει πρῶτα, καὶ τὴν διάλυσιν εἰς ταῦτα
» ποιεῖται τελευταῖα. Definitio elementi est hæc. Elementum est vox, quæ non diuidi-
tur, aut diuidi potest. hanc definitionem ab Aristotele sumpsit Gaza. cum ait. ἀρ-
» κτέον δ' ἴσως ἀπὸ τῶν πρώτου, οἷον τῶν στοιχείων. ταῦτα γὰρ ἡ πρώτη, καὶ ἀμερὴς ὅτι τ' ἀνθρώπου φωνή.
Elementum est quiddam simplicissimum (vt ait Auerroes) ergo diuidi non potest. si huiusmodi; est ab hoc incipiendum, si voluerimus ordinem naturæ sequi, qui progreditur à simplicissimis paulatim ad composita. hanc rem quoque animaduertit Halicarnasseus, ait enim elemẽta, seu literas esse principia humanæ, articulatæque vocis; quæ
» diuisionem nullam recipiunt. verba illius sunt hæc. ἀρχὰ μὲν δή εἰσι τῆσ ἀνθρωπίνης, καὶ
» συλλήθου φωνῆς, αἱ μηκέτι διαιρεθήσονται διαίρεσιν. Sed quia etiam brutorum voces indiuisibiles sunt; nequis putaret hac definitione ipsas contineri; ait Aristoteles. οὐ πᾶσα δὲ, & quæ sequuntur, hoc est nõ omnis quidem vox indiuisibilis est elementum, sed ea tantum, ex qua existit, ac gignitur vox, quæ sensum aliquem habet, & intelligi potest, hæc illa est quam Halicarnasseus ἀνθρωπίνην, καὶ συλλήθου vocat. Auerroes quoque in sua Paraphrasi ait, & quoniam voces, seu soni bestiarum diuidi non possunt in literas, propterea dicimus, nullam vocem earum compositam esse ex literis; neque vllam partem vocum illarum esse literam.

» Ταύτης δὲ μέση τό τε φωνῆεν, καὶ τ' ἡμίφωνον, καὶ ἄφωνον. ἔστι δὲ φωνῆεν μὲν αὖ τὸ προ-
» σβολῆς ἔχον φωνὴν ἀκουστήν. ἡμίφωνον δὲ, τὸ μὲν προσβολῆς, ἔχον φωνὴν ἀκουστήν, οἷον, σ'
» σ, καὶ ζ' ρ. ἄφωνον δὲ, τὸ μὲν προσβολῆς, καθ' αὑτὸ μὲν οὐδεμίαν ἔχον φωνὴν, μετὰ δὲ τῶν ἐχόν-
» των τινὰ φωνὴν, γινόμενον ἀκουστόν. οἷον β' γ, καὶ τὸ δ.

» Hæc vocalis, siue semiuocalis, aut etiam muta appellatur. Vocalis,

que

cari,circumflexum quem grammatici vocant: Τὰ δασέα(inquit Dionyſius Halicarn.)
» κράσεσ ὅσας τῷ πνεύματι πολλῷ λέγεται, δεύτερα δὲ ὅσας μέσῳ, κακίῳ δὲ ὅσας ψιλῷ, ταῦτα γὰρ τῶν ἑωσ-
» τῆς δεομένων ἔχει μόνων. Τὰ δὲ δασέα, καὶ τῶν τοῦ πνεύματος προσθήκων. Verùm de his hactenus; nam ſatis omnes differentiæ literarum,de quibus Ariſtoteles loquitur in cõtextu,declaratæ ſunt,ac illarũ vſus demonſtratus, qualis ſit;& quomodo Poëtis inſeruiat. multa potuiſſem ex Ciceronis lib. de Or.111. ex Quintiliani etiã lib.11.apponere, ſed ego Halicarnaſſeum in primis ſecutus, ſatius eſſe putaui; ſi breuiter hæc explicarem.legat igitur,qui volet,illic copiosè. Eraſmus noſtra ætate ab hinc plures annos librum edidit de Pronunciatione, in quo omnia exactè explanauit, quæ ad hanc diſputationem pertinent.non quidem ad Rhetoricen,aut ad Poëticen referens,vt doceret ſuauiorem grauioremque & fluxam magis facere orationẽ, ſed vt ſuis Batauis,& Hollandis,cæterisque id genus hominibus, qui in Latinis, Græcisque literis proferendis, pingue quiddam,atque horridum ſonant,rectam pronunciandi normam daret;eorumque vocem leniret,atque inflecteret ad ſuauitatem.Adnotanda verò diligenter illa ſunt Ari-
» ſtotelis verba in contextu. περὶ ὧν καθήκασον οἰ τοῖς μετρικοῖς προσήκει θεωρεῖν. ait enim exactius de his loqui pertinere ad eum,qui de metris loquitur;ea autem facultas particula quædã grammaticæ eſt, & inſeruit poëticæ, & Rhetoricæ aliqua ex parte:nam & ipſa numeros aſciſcit; metra autem numerorum partes quædam ſunt, vt antè copioſius declaratum fuit.Dionyſii Halicarnaſ.locus eſt in libro περὶ συνθέσεως;vbi loquitur de numero,& ordine literarum;pulcherrimus,valdeque annotandus.ait enim non ad Rhetoricẽ pertinere eam diſputationem,ſed ad grammaticam,& metricam facultatẽ;
» non ſecus ac Ariſtoteles hoc loco. Verba illius ſunt hæc. ἡ μὲν περὶ τούτων θεωρία γραμμα
» τικῆς τε καὶ μετρικῆς, εἰ βούλεται ἴσα καὶ φιλοσοφίας οἰκειοτέρα. Neque eſt,quòd miretur quiſpiam dixiſſe illum hoc eſſe munus philoſophiæ.veriſimum enim eſt, quatenus mater eſt,& altrix omnium artium,& ſcientiarum, tùm quæ circa res,tùm quæ circa orationem verſantur. Non ſunt autem prætermittenda Auerrois verba, quæ ſunt in Paraphraſi,ingeniosè enim & doctè locum hunc explicant;ſunt autem hæc. Et literæ iſtę diuerſæ fiunt ſecundum diuerſitatem figurarum oris, & locorum,quibus connectuntur,& vnde progredi incipiunt,præterea ſecundum breuitatem,et longitudinem;grauem quoque,& acutum accentum,& ſummatim vt dicam,ſecundum omnem terminationem,& extremitatem, atque media,quæ inter ipſas ſunt;hæc verò copioſius declarantur ab his,qui de concentibus,& metris,atque omnibus proportionibus poëticis loquuntur.

» Συλλαβὴ δέ ἐστι φωνὴ ἄσημος συνθετὴ ἐξ ἀφώνου, καὶ φωνίου ἔχοντος. καὶ γὰρ τὸ γρ ἄνευ
» τοῦ α συλλαβὴ, καὶ μετὰ τοῦ α, οἷον, αγρα· ἀλλὰ καὶ τούτων θεωρῆσαι τὰς διαφορὰς τῆς με-
» τρικῆς ἔστι

» Syllaba vox eſt nihil penitus ſignificans compoſita ex muta, & vo
» cem aliquo pacto habente: nam γρ etiam abſque α ſyllaba eſt: & cum
» α, veluti γρα.ſed harum differentias examinare, metricæ artis eſt.

Poſtquàm elementum definiuit, eiusque partes; quibusque modis inter ſe differant declarauit;ſeriem diſputationis ſecutus,explicat, atque definit ſyllabam; Sed miretur fortaſſe aliquis,ac quærat, cur Ariſtoteles elementũ, literamque definiens,numerum ipſarum,quot ſint,non quæſiuit; Reſpondeo,hoc non fuiſſe neceſſarium,quia nõ ſperabat ad facultatem poëticam talia perquirere. Atque hoc ſanè, ſicuti multa alia,doctè
» animaduertit Dionyſius Halicarnaſſ.in lib.περὶ συνθέσεως.vbi ait de facultate Rhetori
» ca loquens. ὁ ἀριθμὸς δὲ αὐτῶν στοιχείων ὅσος ἔστιν οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν ἀκριβῶς, ἐπεὶ πολλῷ παρέλκει, καὶ
» τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀπορίαν τὸ πρᾶγμα, οἱ μὲν γὰρ ἑπτακαίδεκα καθ' ἁπλῆν τὴν φωνῆν στοιχεῖα, κατε-
» σκευάσθαι τὰ λοιπὰ ἐκ τούτων, οἱ δὲ καὶ τεσσαράκοντα, ὅσα χρώμεθα νῦν, πλείω. ἡ δὲ τούτου θεωρία γραμ-
» ματικῆς ἔστιν, ἢ μετρικῆς. Rhetores igitur,& Poëticæ facultatis profeſſores hanc quæſtionẽ omittunt;arripiũt enim ipſam iam concluſam ab altera facultate, cuius proprium eſt eã perpendere.ideò locuturus Halicarnaſſ.de iis quæ ad oratoriam facultatẽ tantùm

© SCD - Université de Poitiers

» ſanè in his,quæ ad metra pertinent,conſideratio propria eſt.

Poſtquàm elementa diuiſit in partes tres,ſingulasque definiens explicauit;nunc differentiam ipſorum declarat,qualis ſit.Ac multis ſanè modis tùm vocales,tum conſonantes,tum ſemiuocales inter ſe differunt.Quòd ſiquis quærat, quem vſum præbeant nobis hæ differentiæ in poëtica facultate, ſi nouerimus ipſas?Reſpondeo,cum poëtarum oratio numeris conſtet; ſuauitatemque aliquando requirat, & lenitatem; aliquando aſperitatem,non poſſe nos ſatis aptè eam conficere,aut internoſcere,niſi has differentias cognouerimus. Ac de vocalibus primũ loquemur, idipſumque eſſe veriſimum oſtendemus.Vocales numero ſeptem ſunt, duæ longæ. η. ω. duæ breues. ε. ο. Tres ancipites, α,ι,υ. Græcarum literarũ ego affero exempla, quia Ariſtotelis veſtigia ſequor; facilè tamen hac norma etiam Latinas perpendere poterimus. Omnes vocales proferũtur,arteria ſpiritum concipiente, & valde ſimplici quadã oris figuratione; linguaque ſine vllo prorſus labore excurrentis; Sed planè quieſcentis.Ex his quæ ſunt longæ cõtinuum quendam,& productum emittunt ſonum.breues autem vno ſpiritus ictu, & breui arteriæ commotione proferuntur,breuemque faciunt ſonum. Ancipites ſi longæ fuerint,longarum;ſi breues,breuium naturam imitantur; Longæ igitur in prolatione multum temporis ſonant,ac exaudiuntur,ideoque ſuauiſsimam, grauitatiſque plenam vocem efficiunt.Breues autem,quoniam cito proferuntur;& ſtatim præteruolant aures,deteriorem faciunt ſonum; atque vt Halicarnaſſeus ait, μικρόφωνα ὄντα, καὶ κακοδουλίζει τὸν ἦχον. Præterea ex longis maximè ſonorum eſt α cum longum eſt, profertur enim hiulco ore. Præterea etiam ω, nam rotundatur in ipſo proferendo os; & contrahuntur labia,vt curuentur poſtea in circulum veluti quendam. σφογγύλλεται (inquit Dionyſius) ἀνὰ αὐτῷ τὸ στόμα, καὶ περιστέλλει τὰ χείλη.Hęc igitur harũ vocalium natura eſt;quorum concurſus maxime vitandus, hiulcam enim & languidam reddunt orationem.Quòd ſi hæc ita ſeſe habent;iam ſatis patet,opinor,quomodo differant inter ſe χήμασι τῆς στόματος καὶ μήκει, τῇ βραχύτητι, τῇ τόποις.(ſic enim ait Ariſt.in contextu) qualemq.vſum poëtis præbeant;& quomodo ad poëticam facultatem ſpectent. Quatenus verò ſpectat ad cõſonantes,& ſemiuocales;id ipſum eti demonſtrari poteſt. Ex ſemiuocalibus aliæ ſunt ſimplices,alię ſunt duplices,ſimplices voco(Secutus normam Halicarnaſſei)λ μ. ν. ρ.nam immutalibus ad verba reſpicientes quædam barytona appellarunt grammatici.Duplices ſunt tres,hæ ζ. ξ. ψ. ſingulæ verò harum quatenus ad poëticen,& Rhetoricen ſpectant,ita diiudicantur.Grauiorem conſtituunt ſyllabam, ac dictionem duplices,quàm ſimplices,perfectiores enim ſunt,leuiores autem eſſe videntur ſimplices,& ſonum,qui velocius præteruolat,efficere,quo pacto autem ſingulæ pronuncientur,quaque oris figura,linguæ motu,dentium,& faucium ſtatu, eſt diligenter & oratori,& poëtæ conſiderandũ,quia naturam ab his accipit aut lenẽ, aut horridam,aut tardam,aut celerem dictio;poſtea etiã oratio,quę ex dictionibus cõſtat. Suauem facit orationem. λ & eſt (vt ait Halicarnaſſeus) τῶν ἡμιφώνων γλυκύτατον. ρ horridam facit,& eſt (vt idem inquit) τῶν ὁμογενῶν γενναιότατον.mediũ quendam ſonum ac naturam habent μ. & ν. Inuenuſtam autem,& inſuauem reddit dictionem,& orationem τὸ σ; atque,ſi fortè aliquando contigerit,vt crebrius ponatur,valde angit aures auditorũ. θηριώδους γὰρ ἦ ἀλόγου(nã proferã Halic.verba) μᾶλλον, ἢ λογικῆς ἐφάπτεσθαι δοκεῖ φωνῆς ὁ συριγμός. rarò igitur veteres,qui aptè ſcribere conati ſunt; vſi videntur; neq.defuerunt olim,qui integras cantilenas,& poëmata cõſcripſere ἀσίγμως, quod teſtimonio verſuũ Pindari probat Halic.vt illic videre quilibet poteſt;ego enim,ne lõgior ſim,prętermitto.ex duplicibus τὸ ψ valde fugiendum, quia eundem habet συριγμὸν.ξ aliquantò ſuauius. τὸ ξ autem aſperius, & habet præterea eũdem συριγμὸν; quem improbari diximus in dictionibus.Aſpiratarum quoque, ac tenuium & mediarum natura, & vis eſt poëtæ pernoſcenda eadem de cauſa; diuerſo enim oris, linguæ,& faucium ſtatu,ac motu pronunciantur,cũ differant δασύτητι, καὶ ψιλότητι, nam ψιλὸν eſt τὸ τ. δασὺ τὸ θ. μέσον τὸ δ. de quibus Ariſtot.in contextu.reſpiciendum prætera ad accentum dictionum; nam aliæ per acutum,aliæ per grauẽ,aliæ per medium proferuntur;mediũ puto ab Ariſt.vocari,

» Σύνδεσμος δέ ἐστι φωνὴ ἄσημος, ἣ οὔτε κωλύει, οὔτε ποιεῖ φωνὴν μίαν σημαντικὴν ἐκ πλειόνων φωνῶν πεφυκυῖαν συντίθεσθαι, καὶ ἐπὶ τοῦ ἄκρου, καὶ ἐπὶ τοῦ μέσου, ᾧ μὴ ἁρμόττει ἐν ἀρχῇ λόγου τίθεναι καθ' αὑτόν, οἷον, μέν, ἤτοι, δή: ἢ φωνὴ ἄσημος ἐκ πλειόνων μὲν φωνῶν μιᾶς, σημαντικὴν δὲ ποιεῖν πεφυκυῖα μίαν φωνήν.

» Coniunctio vox est minime significans: quæ nec impedit, nec efficit » aliquam vocem significare, apta quidem ex pluribus vocibus compo » ni, extremo atque medio orationis cõgruens: quam quidem in initio » orationis suapte natura poni minime conuenit: vt μέν, ἤτοι, δή: siue vox » per se quidem minime significãs ex pluribus vocibus vnam, apta ve- » rò vocem vnam significantem reddere.

Nunc coniunctionem definit & explicat Aristoteles, est autem coniunctio vox quæ non significat quidpiam, sed copulat tantum, ea enim propriè vox dicitur significare, quæ rem aliquam significat, sed coniunctiones rem nullam prorsum designãt certam, ideò appellata ab Aristotele vox ἄσημος. Quæ οὔτε κωλύει. Vetustus manuscriptus, qui est apud me habet κολούει. idest conglutinat coniungitque, quam lectionem prorsus recipio, altera reiecta, quæ pulcherrimum Aristotelis sensum corrumpit. Quatenus enim cõiunctio vocatur, seu σύνδεσμος, posset aliquis suspicari, an coniungeret, seu interpellaret & mutilam faceret si tolleretur vocem vnam significantem, quæ ex pluribus vocibus hoc est syllabis sit composita, VOCEM significantem, vocat Aristoteles vt PARIETEM, LVCERNAM, ARBOREM, PLVRES VOCES cùm ait, intelligit syllabas. Vna vox significans, ex pluribus vocibus non significantibus, hoc est syllabis componitur; Coniunctiones verò sunt hæ. μέν. δή δὲ. ἤτοι. & reliquæ huiusmodi: non inseruntur igitur hæ coniunctiones, in compositione dictionis, dum componitur ex syllabis. Et hoc differt CONIVNCTIO à SYLLABA. nã vtraque vox est non significans; sed differunt, quia syllaba ingreditur compositionem dictionis, seu (vt verbo vtar Aristotelis) vocis significantis; at coniunctio non ingreditur, sed separatim profertur, sicuti patet. Atque sic patet locus alioqui difficillimus, & obscurissimus, quem neque Georgius Valla, neque Paccius aptè verterũt, vti etiam me tacente videre est » in ipsorum versione. Debet autem ita verti. CONIVNCTIO est vox nihil significãs, » quæ neque conglutinat, neque conficit vocem vnam significantem, quæ ex pluribus » vocibus, seu syllabis possit aptè componi; Alio etiam modo explicat Coniunctionis naturam, ac vim Aristoteles. sic. Coniunctio est, quæ & in extremis partibus, & in medio (nisi conueniat, aut collocari aptè possit principio) collocatur sermonis per se seiuncta, ac separata. Hac quippè explicatione (si ita vertas) nihil ingeniosius aut artificiosius potest excogitari; nam Coniunctiones hæ. μέν, δὲ, δή, τοι, τοιγαρδή, καί. & reliquæ huiusmodi, semper collocantur in medio sermonis, vt satis patet. Rursus hæ ὅτι, ἀλλά, αὐτάρ, ὥστερ, & quę huiusmodi sunt, semper collocantur in principio sermonis. Illa verba in cõtextu Græco τιθεῖσι καθ' αὑτό. corrigẽda sunt ex manuscripto τίθεται καθ' αὑτό. » Rursus illa dictio ᾧ μὴ legi debet ὧν μή. malè igitur hæc omnia vertit Paccius, debentque, vti nos superius expressimus, verti. Non contentus duplici hac explicatione Coniunctionis, aliam quoque affert Aristoteles, quæ est huiusmodi. Vel Coniunctio est vox nihil significans, quæ tamen ex pluribus vocibus significantibus, vnã quandam aliam, ac diuersam significantem dictionem potest conficere. Hic quoque contextus in vulgatis libris est corruptus, sed Medicæus liber manuscriptus rectam præfefert, si vnius literæ labeculam tollas, lectionem, habet enim sic verba hæc descripta. ἢ φωνὴ ἄσημος ἐκ πλειόνων μὲν φωνῶν σημαντικὸν δὲ ποιεῖν πέφυκε μίαν σημαντικὴν φωνήν. si tu » allam dictionem σημαντικὸν ita scribas, vna litera, vnoque accentu tantùm immutato, » σημαντικῶν. erit nitidissimus ab omni parte locus hic, vt legas. ἢ φωνὴ (nam rursus appono integra omnia) ἄσημος, ἐκ πλειόνων μὲν φωνῶν, σημαντικῶν δὲ, ποιεῖν πέφυκε μίαν σημαντικὴν φωνήν. Exemplum eius rei, de qua loquitur Aristoteles, fuerit in his dictionibus. ἐπὶ

© SCD - Université de Poitiers

ſpectant ait; ſe proferre tanquam confeſſum, & decretum inter eos, qui alteram facultatem tractant; literas eſſe vigintiquatuor; ſolent enim artes plerunque, quę vocantur à Græcis ὑπάλληλα. arripere prioris alicuius, tanquam miniſtræ concluſiones; ex quib. tanquam principiis certis, & iam probatis elicit ſuas diſputationes. Verba illius ſunt
» hæc. ἡμῖν δὲ ἀπόχρη μήτε ἐλάττους τ' κδ'. μήτε πλείους ὑποθεμένοις δίκαιον ἄρχασθαι τὰς τ' φωνῆσ ἀρχάσ, καὶ
» τὰ συμβεβηκότα αὐτῇ λέγειν. Verùm de his hactenus, nunc ſyllabæ definitionẽ explico. SYLLABA eſt vox, quæ nihil ſignificat. Hoc additũ eſt, vt diſtinguatur à dictionibus monoſyllabis, quæ quidem ſignificant, ſicuti patet. Sed cum ſignificant non iam ſyllabæ, ſed dictiones vocantur. COMPOSITA ex muta, & vocem habente. Compoſitam vocat, vt diſtinguat ab elemento, quod ſimplex eſt & ἀδιαίρετον, vt paulò antè diximus. Componitur autem ex duobus; ex muta ſcilicet & vocali; nam ex duabus mutis, vel ex muta, & ſemiuocali non poteſt confici ſyllaba. vt ſi dicas γρ. ſine α. vel alia vocali non erit ſyllaba: quia enunciari non poteſt. Oportet enim ſyllabam, cum ſit dictionis pars, enũciari; alioqui ſi ſyllabę non enunciarentur ſingillatim per ſe, neque dictio ex ſyllabis cõpoſita ſimul poſſet enunciari. Verba Greca in contextu in vulgatis libris ita
» leguntur σωθετὴ ὐξ ἀφώνε, καὶ φωνὴν ἔχοντοσ, καὶ γὰρ τὸ γρ ἄνευ τοῦ α συλλαβὴ, καὶ μετὰ τοῦ α. οἷον τὸ γρα.
Sed ſi cõſideres, corrupta ſunt, & mutila. Ego igitur ex lectione manuſcripti libri, qui
» eſt apud me; ita corrigo. σωθετὴ ὐξ ἀφώνου, καὶ φωνὴν ἔχοντοσ, καὶ γὰρ τὸ γρ ἄνευ τοῦ. α. οὐκ ἔστι συλλαβὴ, ἀλλὰ μετὰ τοῦ. α. οἷον τὸ γρα. Auerroes quatenus ſyllaba dicitur compoſita ex conſonante, & vocali pulcherrimè explicat, & ingeniosè. nam ait conſonantem eſſe
» tanquam materiam. Vocalem verò tanquam formam. Sed apponam verba illius, vt facilius res tota intelligatur: Syllaba eſt vox compoſita ex literis vocalibus, & conſonan
» tibus nihil ſignificans. Et ſummatim ſciendum eſt, quoniã vox, ſeu ſyllaba ex duobus
» cõficitur, alterum in ea eſſe tanquam materiã hoc eſt conſonantem; alterum tanquàm
» formam, hoc eſt vocalem, & ideò à noſtratibus hominibus vocales vocantur mouen
» tes, & excitantes mutas literas. Hæc ille. ex quibus patet quomodo ſyllaba dicatur cõpoſita. Dionyſius Halicarnaſſ. in libro περὶ συνθέσεως ait: ἐκ δὴ τῶν γραμμάτων τοιούτων τε ὄν
» των, καὶ δυνάμεισ τοιαύτασ ἐχόντων αἱ καλούμεναι γίνονται συλλαβαὶ. In ſyllabis Poëtæ & Oratores duo conſiderant. breuitatem ſeu longitudinem, & ſonum, quia ex his cum conficiantur dictiones, & ex dictionibus oratio, plurimi refert quales illæ ſint. componuntur autem per hanc methodum ſyllabæ, vt idem docet Halicarnaſſ. primùm enim aliqua vocalis ſeu longa, ſeu breuis; nuda, ſimplexque conſtituitur, quæ ſyllabam per ſe conſtituit; vt patet in dictione ὁδὸσ in priore ſyllaba. ο. huic literæ ſeu ſyllabæ ſi apponas ρ & ſcribas ῥόδοσ remanet quidem eadem ſyllaba breuis. Sed ſuſcipient aliquam mutationem addita prima litera illa ρ. Præterea ſi rurſus huic anteponas aliam literam conſonantem, ſeu mutam fiet ſyllaba φο vt in dictione φόπος. Poſtremò ſi aliam illi, anteponas, fiet ſyllaba σρο. vt in dictione σρόφοσ ſeu σροφὴ. Hæc poſtrema, quam quarto loco enumerauimus maxima eſt omnium, & magis compoſita. Tertio itidem loco expoſita ſyllaba magis idem ſimplex quàm quarta, ſed magis compoſita, quàm ſecunda. & ſic reliquæ eodem modo. Tribus igitur additionibus, quæ proferri poſſunt (Græci προσθήκασ ἀκουσάσ vocant) aucta fuit ſyllaba illa, & breuis nihilòminus relicta eſt. Hæc omnia noſſe oportet oratorem, & poëtam, vt complicare ſciat literas; & ſyllabas conficere, complexionemque horridam, & aſperam vitare poſsit; ſi ita locus poſtulet. præterea conſideret breuis ne ſit, an longa. nam vt Halicarnaſſ. ait ὁ τὸ αὐτὸ δυνάμενον ἔχει ὅτε μὲν λόγοισ ψιλοῖσ οὔτ' ἐν ποιήμασιν, ἢ μέλεσι δὲ ῥυθμῶν ἢ μέτρων κατασκευαζομένοισ πᾶσα ἕρμα
» χεῖα, καὶ πᾶσα μακρὰ συλλαβὴ. Sed exactius conſiderare hęc, fortaſſe ad metricam artem, potius quàm ad facultatem poëticam ſpectat. Non diſsimili ratione poſt longam de ſyllabis diſputationem, quia nimis exactè in ea fuerat verſatus, ait. ὃκ ἀναγκαῖον ἦν ἐν τῷ παρόντι
» τοῦτο σκοπεῖν, ἀρκεῖ γὰρ οἷον εἰσ τὸν παρόντα ὑπόθεσιν ἡρμοττόντων εἰρῆσθαι. Nihil turpius ſcribenti
» artis alicuius præceptiones contingere poteſt, quàm ſi imprudens tranſgrediatur in fines alterius, quæ proxima, finitimaque illi ſit. Hoc igitur diligenter eſt euitandum, quod Halicarnaſſ. & Ariſtoteles, ſicuti patet hoc loco, ſummo ſtudio efficere conati ſunt.

σωλοισμοσ

tur erraſſe;minusque attentè legiſſe Ariſtotelem.

» Ἄρθρον δέ ἐστι φωνὴ ἄσημος,ἣ λόγου ἀρχὴν,ἢ τέλος,ἢ διορισμοῦ δηλοῖ,οἷον,τὸ φημὶ, καὶ » τὸ περὶ,καὶ τὰ ἄλλα.ἢ φωνὴ ἄσημος, ἣ οὔτε κωλύει, οὔτε ποιεῖ φωνὴν μίαν σημαντικὴν συ» πτὸνων φωνῶν πεφυκυῖαν συντίθεσθαι.καὶ ἴσον ἔσχατον,καὶ ἴσον τῷ μέσου.

» Articulus vox eſt minime ſignificans, quæ vel principium oratio» nis,vel finem, vel ſeparationem oſtẽdit,quemadmodum τὸ φημὶ τὸ περὶ » & alia:ſiue vox minime quidem ſignificans:quæ nec impedit, nec effi» cit aliquam vocem ſignificare, aptam ex pluribus vocibus componi, » tam extremis quàm mediis cohærens.

Quoniam etiam articulus magnum vſum poëtis in oratione conficiunda præbet? ideò Ariſt. ipſius naturam,officiumq. in ſtructura explicat.Tria facit in oratione artículus, Principiũ mõſtrat orationis. Finem quoque,et ſeparationem:principium quidem vt ὁ φίλιππος,ἣ ἑλλὰς vnde ἄρθρα προτακτικὰ à grammaticis vocantur: finem verò.vt οὗ. οὗ. ἅσπερ ἧ. Vnde à grammaticis hæc ἄρθρα ὑποτακτικὰ dicuntur. Separationem autem, vt cũ dicimus τὸ φημὶ.καὶ τὸ περὶ.Nonnunquã enim ita proferre cõſueuerunt Græci artículũ,vt aliquid,oſtendant,& quaſi ſegregatũ à cæteris digito mõſtrent vt Ἀλέξανδρος ὁ φιλίππου. Sed διορισμὸς poteſt etiã intelligi pro ſeparatione, quæ fit marium à fœminis per articulum, vt πῶς οἷόν τε τοῦτο. τὸν λόγον τοῦτον.Medicæus liber illas dictiones φημὶ,καὶ περὶ ita habet deſcriptas τὸ περὶ.καὶ τὸ φημί. Sed planè, quid ſibi uelint hæc, non ſatis perſpicio;nã adduci nõ poſſum,vt διορισμοῦ exemplũ attulerit Ariſtoteles in his libris.Aliam definitionẽ etiam affert Ariſtoteles in contextu articuli,quæ non diſſimilis eſt priori, quam attulit coniunctionis:ideo nihil eſt neceſſe, vt plura dicamus; facilè enim intelligi poteſt,neque difficile eſt excogitare exempla,verbum illud κωλύειν. rurſus immutari debet,& legi κολούειν.

» Ὄνομα δέ ἐστι φωνὴ συνθετὴ,σημαντικὴ ἄνευ χρόνου, ἧς μέρος οὐδέν ἐστι καθ' αὑτὸ σημα» τικόν. οὐ γὰρ τοῖς διπλοῖς οὐ χρώμεθα,ὡς ἧ αὐτὸ καθ' αὑτὸ σημαίνει·οἷον ἐν τῷ Θεοδώρῳ,τὸ » δῶρον οὐ σημαίνει.

» Nomen cõpoſita vox eſt ſignificans ſine tempora:cuius aliqua per » ſe pars nihil ſignificat.nam & in cõpoſitis ſic obſeruamus,vt nullũ per » ſe ſeparatũ ſignificaret:vt in Θεοδώρῳ:in quo δῶρον minime ſignificat.

Planè peccare mihi viderer, ac meritò incurrere in reprehenſionem omnium.ſi plura de hac definitione afferre conare in medium. totidem enim verbis deſcripta eſt in lib.περὶ ἑρμηνείας.et fatis copiosè tùm à Græcis,tùm à Latinis interpretibus,viris doctiſſimis declarata fuit.Qua autem ratione nomen dialecticus conſideret.illic patet. Hoc loco autem inſeruit éadem definitio poëtæ,qui & ipſe nomina conſiderat multò exactius, quàm Dialecticus, nam & propria ab impropriis, & traſlata à non traſlatis, & duplicia à ſimplicibus,& lenia ab horridis,& peregrina à noſtratibus diſtinguit, quæ nulla prorſus ratione cõſiderat Dialecticus:Orator tamen eodem fermè modo conſiderat,quo poëta;nam quatenus ad orationis ornatum ſpectat,non diſcrepat Rhetorice à poëtice;ideò tùm à Cicerone libro tertio de Ora.& in aliis libris;præterea à Dionyſio in libro περὶ συνθέσεως.& à Demetrio,aliisque omnibus Rhetoribus quàm plurima de iis rebus traduntur præcepta.

» Ῥῆμα δὲ,φωνὴ συνθετὴ σημαντικὴ μετὰ χρόνου,ἧς οὐδὲν μέρος σημαίνει καθ' αὑτὸ,ὥσπερ » καὶ γὰρ ἐν ὀνόμασιν.ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος, ἣ λευκὸν οὐ προσημαίνει τὸ πότε,τὸ δὲ βαδίζει, » ἢ βεβάδικε προσημαίνει. τὸ μὲν,ἢ παρόντα χρόνον,τὸ δὲ,ἢ παρεληλυθότα·

» Verbum compoſita vox eſt,ſignificans cum tempore: cuius(quem

© SCD - Université de Poitiers

καὶ δεκα. εἰκοσικαιφία εἰκοσικαττέσαρα. & in hac. καλοκἀγαθοσ. & in hac καλοκἀγαθία; nam coniũctio illa. κὴ. est quidem ἄσημοσ, sed ex pluribus, duabus scilicet vocibus significantibus, quæ sunt εἴκοσι. & φία. vel καλὸσ & ἀγαθὸσ, conficit vnam, ac diuersam vocem significantem, quæ est καλοκἀγαθοσ. & εἰκοσιφία. Non sine causa igitur Aristot. tres attulit explicationes cõiunctionis, vt triplicem ipsius vim patefaceret, sicuti opinor omnes iam posse apertissimè perspicere. Conferat qui volet versionem Paccii cum nostra versione, & interpretatione; Animaduertet enim (fat scio) ipsum loca hæc non intellixisse, perperàmque, & confusè omnia vertisse. Neque hæc à me quisquàm putet velim obtrectandi gratia dici; sed tantùm veritatis patefaciendæ causa, in loco presertim obscurissimo, & corrupto, sicuti ostendimus paulò antè. Auerroes in sua Paraphrasi locum
„ hunc ita explanat. Copulatio est vox cõposita, nihil significans separatim, vt est, & „ mum, atque, & sanè, summatim vt dicam, dictiones hæ sunt tanquam vincula quædã „ partium orationis inter se, et hoc quidem faciunt, aut in principio sermonis, vt. QVO„ NIAM. QVIDEM, & dictiones, quæ continuationem significant, vt QVANDO, SI, „ & aliæ his similes. Præterea quædam, quæ disiungunt, vt AVT. SIVE, & quæ excip„ iendi vim habent, vt PRAETER PRAETERQVAM & similes; & quæ aduersantur; „ vt. SED, VERUNTAMEN, & istæ quoque aut in principio orationis, aut in fine, aut in me„ dio collocantur. Postremò coniunctio vox est non significatiua, separans voces simpli„ ces, quæ quando coniungitur cum aliis, simul significat cum illis, vt dictiones. quæ „ συγκατηγορήματικαὶ vocantur. Voces simplices appello, non vt sunt literæ; quoniã voces „ significatiuæ, separatim cõpositę ex vocibus plurib. aut ex trib. aut ex quatuor, aut etiã „ ex pluribus, secundũ figuras aptè cõponendi, sunt nomen, & verbũ. Hæc ille, quę ego illius sententiarũ vestigia secutus ita retuli; nam interpretis inscitia omnia corrupta sunt. Iàm verò si quis quærat, quem vsum præbeat in facultate poëtica consideratio harum coniunctionum; facile cognoscet; si meminerit, quod sępe à nobis dictum fuit, poëtas oportere conficere orationem ornatam, aptam, numeris inclusam, fluentem, suauem, nihil vt in ea sit asperũ, nihil ocioſum; nihil præposterum, Arist. libr. Rhetor. tertio magnam vim ostendit esse in disiunctis, & carentibus copula, si aptè proferan„ tur, ait enim καὶ τὰ ἀσυνδέτα ὡδὶ λεγόμενα. ἦλθον ἀπιὼν τὴν ἐσθὴν, ἀνάγκη γὰρ ὑποκρίνεσθαι, καὶ μὴ ὡσ„ αὐ λέγοντα τῷ αὐτῷ ἤθει, καὶ τόνῳ εἰπεῖν. Idem paulò post in disiunctis propriam quandam naturam inesse demonstrat, quia ex vno multa fiunt, vnũ enim facit ex multis cõiun„ ctio rursus disiunctio multa ex vno. Verba illius, hæc sunt ἔτι ἔχει εὐδιον τὰ ἀσύνδετα, αὐ„ ἴσῳ γὰρ χρόνῳ πολλὰ δοκεῖ εἰρῆσθαι, ὁ γὰρ συνδεδεμοσ οὐ ποιεῖ τὰ πολλὰ. τοὐναντίον δὲν ἔχει αὔξησιν. ἦλ„ θον. δακλέχθην. ἐκέτολε πολλά. Plutar. in versibus Homeri perpendit structurâ verborum, quæ aptè iunguntur συνδέσμῳ. Verba illius hæc sunt. δῆλον δὲ παρ αὐτῷ κὴ ἡ τοῦ συνδέσμου ἀναλ„ λαγὴ. οἷον δύνῃ σ' ὁ πάποτ' ἔμικτο. χόλου σ' ἀλέεινε γυναικόσ. ἀντὶ τοῦ χόλον γάρ. ταῦτα μὲν δὴ κατὰ „ λέξιν δῆλα χήματα, οἷσ καὶ ἄλλοι πάντοθ' οὐ μόνον ποιηταὶ, ἀλλὰ καὶ πεζῶν λόγων συνθέται κέχρηνται. Aristoteles ipse libro Rhetoricorum tertio, vbi loquitur περὶ τῆ ἑλληνίζειν. & quinque enumerat partes illius artificii, primum exponit σύνδεσμον. nam in eo magna vis est πρὸ„ τον μὲν οὖ τοῖσ συνδέσμοισ ἂν ἀποδοθῇ ἴσα, ὡσ πεφύκασιν πρότεροι, καὶ ὕστεροι γενέσθαι ἀλλήλων. οἷον „ οἵοι ἀπαντῶσιν, ὥσπερ ὁ μὲν, καὶ ὁ ἐγὼ, ἀπαντᾶ τόνδε, καὶ τὸν ὅδε. δεῖ δὲ ἀντὶ ἀποδιδόναι ἀλλήλοισ. & quæ sequuntur. Plura qui volet legere περὶ συνδέσμων. poterit apud Demetrium Phalereum (si illius liber est, qui circumfertur) vbi loquitur περὶ συνθέσεωσ τῆ λόγου. Quintilianus etiam libro primo locum hunc in poëtice Aristotelis videtur legisse, atque obseruasse ab Aristotele tres tantum partes orationis poni. ait enim. Veteres enim quo„ rum fuerunt Aristoteles quoque & Theodectes verba modo, & nomina, & coniun„ ctiones tradiderunt, videlicet, quòd in verbis vim sermonis, in nominibus materiam „ (quia alterum est, quod loquimur, alterum de quo loquimur) in coniunctionibus au„ tem complexum eorum esse iudicauerunt, quas coniunctiones à plerisque dici scio. „ Sed hęc videtur ἐκ συνδέσμου magis propria translatio. Paulatim à Stoicis auctus est nu„ merus, ac primum coniunctionibus articuli additi. Hæc ille. sed miror, quomodo di„ cat à Stoicis articulum positum inter partes orationis, cum etiam Aristoteles hoc li„ bro poëtices posuerit. Res tota aut consideranda diligentius, aut Quintilianus videtur

» nobilitatem,per veſtram familiam, quid aliud fuit,in quo concio rideret,niſi illa vultus, & vocis imitatio ? Per tuas ſtatuas verò cum dixit, & extento brachio paululum etiam de geſtu addidit,vehementius riſimus, ex hoc genere eſt illa Roſciana imitatio ſenis.Tibi ego Antipho aſſero(inquit).Senium eſt,cum audio.Hoc totum genus cautiſsimè tractandum,mimorum enim eſt ethologorum,ſi nimia eſt imitatio. Hæc ille, ex quibus ſatis patet,quomodo geſtu, voce, vultuque oratoria , & poëtica oratio ſit exprimenda;quod proprium eſt Hiſtrionicę artis docere,& efficere.Quanti autem referat nominum,verborumque caſus hoc,aut illo modo proferre;& in oratione collocare,quantaque huius rei in ſtructura ſermonum ſit cura ſuſcipienda;declarat doctè, & apertè Dionyſius Halicarnaſſeus , in libro περὶ συνθέσεως. vbi etiam ipſe ſecutus » Ariſtotelem,ῥηματικὴν πρόσεσιν appellat. πρῶτον μὲν σκοπεῖν ποῖον ὄνομα, καὶ ῥῆμα, καὶ τῆς ἄλλων » μορίων ποίῳ συντάξει θεὶς ἐπιτηδείως ἔσται κείμενον, καὶ πῶς οὐκ ἄμεινον. οὐ γὰρ πάντα γε μετὰ πάντων τιθέμενα πέφυκεν ἁρμόττειν τοῖς ἀκούσι, ἔπειτα διακρίνειν πῶς ἁρμόσεσθαι καὶ τ' ὀνόματα, ἢ τὸ ῥῆμα τῶν ἄλλων » ὁτιοῦν ποτε ἰσχυήσεται καὶ πρὸς τὰ ὑποκείμενα πρέπειν μᾶλλον. λέγω δὲ οἷον μὲν τῶν ὀνομάτων, πότερον συνικῶς, ἢ πληθυντικῶς λαμβανόμενα πρέπει λήψεται συζυγίαν, καὶ πότερον καὶ τὰ τῶν ὀρθῶν ἐκφερόμενα πτώσιν, ἢ καὶ τὰς πλαγίους ἴσχει, καὶ εἰ ἴσχει πέφυκεν ἢ ἀρρενικὴν γίνεσθαι θηλυκὰ, ἢ ἐκ θηλυκῶν ἀρσενικά. Idem paulò poſt de verbis . ὡσὶ δὲ τῆς ῥημάτων πότερα κρείττονα ἴσαι λαμβανόμενα τὰ ὀρθὰ ἢ τὰ » ὑπτία, καὶ κατὰ ποίαν ἐγκλίσειν ἐκφερόμενα, ἀσφαλῆ πῶσιν ῥηματικὰς καλοῦσι, πρακτέον ἕκαστον αὐτῶν λήψεται. Paulò poſt . καὶ αὖ τὰ τοιαῦτα ὡσὶ τῆς ἄλλων λόγου μερῶν φυλακτέον, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον αὐτῶν λέγω. Paulò poſt . αὐ μὲν ποιητικῇ τοῦτο ἀκριβέστερον ὄντων . αὐ δὲ λόγοις πεζοῖς εὐσχημονέστερον γίνεται . Hæc ego volui apponere, quia mirificè explicant tùm id quod propoſitum eſt de caſibus verborum,tùm quia licet in iis perſpicere , qua de cauſa hæc poëtæ conſiderent, & ad quem finem & vſum ſint referenda ea,quæ tradit hoc loco Ariſtoteles, ne forte quis ignorans commoditatẽ tantam,quam affert harum minutiorum rerum tractatio poëtis,admiraretur exactè Ariſtotelem ipſas perſequi , atque diſtinguere ; vt hac methodo facilius ſingulas perpendere poſsimus.

» Λόγος δὲ φωνὴ συνθετὴ σημαντική. ἧς εἴδια μέρη καθ' αὑτὰ σημαίνει τι. οὐ γὰρ ἅπας λό» γος ἐκ ῥημάτων, ἢ ὀνομάτων σύγκειται. οἷον, ὁ τοῦ ἀνθρώπου ὁρισμός· ἀλλ' ἐνδέχεται καὶ ἄνευ » ῥημάτων εἶναι λόγον. μέρος μέντοι ἀεί τι σημαίνον ἕξει, οἷον ἐν τῷ βαδίζει Κλέων, ὁ Κλέων.

» Oratio vox eſt ſignificans compoſita:cuius partes quædam ſeparatæ aliquid omnino ſignificant. Quàmquam enim non omnis oratio ex nominibus,& verbis conſtat vt hominis ipſius definitio, ſiquidem ſine verbis etiam conſtare poteſt:omnino tamen aliquas ſignificantes partes habebit:vt in hac oratione ambulat Cleon , illud Cleon , ſignificans eſt.

Eodem quoque modo explicat hoc loco,& definit orationem , quo definiuit in libro περὶ ἑρμηνείας.Nihil igitur de hac re ego dicam; ſatis enim quæcunque ad definitionem hanc ſpectant ab Hammonio, Boëtio, & reliquis declarata fuerunt. Vnum ego perpendam in hoc contextu,quod eſt difficillimum,& pulcherrimum. Verba Ariſto» telis ſunt οὐ γὰρ ἅπας λόγος ἐκ ῥημάτων, καὶ ὀνομάτων συγκείται, οἷον ὁ τοῦ ἀνθρώπου ὁρισμός. & quæ ſequuntur . Videtur innuere hoc loco Ariſtoteles, poſſe confici aliquam orationem ſine verbo. Idem tamen ait in lib. περὶ ἑρμηνείας omnem orationem enuntiatiuam (ἀποφαντικὴν ipſe vocat) fieri ex verbis, vel ex caſu aliquo verbi;& hac ſententiã ſuam comprobat argumentatione,que ducitur à maiori,ſic. Si aliqua oratio cõficeret enunciationem ſine verbo,hoc in primis fieret in definitione,ſeu oratione definitiua, ſed oratio definitiua orationẽ non conficit,ergo neque aliæ cõficient. Hæc ſummatim eſt expoſita Ariſtotelis ſententia,& argumentatio ex eo libro ſumpta;verba ipſius nõ appono,ne longior ſim.Sed facile eſt omnem dubitationem ſoluere; neque enim ſibi repugnat Ariſtoteles;nam in lib. περὶ ἑρμηνείας locutus eſt de oratione enunciatiua tantùm,quæ fieri non poteſt,ſi ei verbum non addamus,quia verbum nota quædam eſt,

© SCD - Université de Poitiers

„ admodum de nomine diximus) nulla per ſe pars ſeparata ſignificat.
„ Etenim homo,ſiue album,nequaquam cum tempore ſignificat:ambu
„ lat verò,vel ambulauit cum tempore ſignificat:illud quidem præſens,
„ hoc præteritum.

Hæc eſt definitio verbi, quæ eodē modo,totidemque ferè verbis explicatur in libro περὶ ἑρμηνείας. Dictio illa προσημαίνει in manuſcriptis libris ita ſcribitur. ποοσημαίνει itaq. debet ſcribi in libro περὶ ἑρμηνείας.

„ Πτώσεως δέ ἐστιν ὀνόματος ἢ ῥήματος, ἡ μὲν κατὰ τὸ τούτου, ἢ τούτῳ σημαίνουσα, καὶ
„ ὅσα τοιαῦτα, ἡ δὲ κατὰ ἕν, ἑνὶ ἢ πολλοῖς. οἷον ἄνθρωποι, ἢ ἄνθρωπος.

„ Caſuum, qui tum ad nomen,tum ad verbum pertinent, hic quidē
„ ſignificans eſt ſecundum huius,vel huic,& quæcumque talia:ille verò
„ ſecundum vnum vel plura,vt homines,uel homo.

Vulgatus liber,quem ſequutus eſt Paccius,habet πτώσιων. ſeu πτώσεως.Sed manuſcripti omnes πτῶσις. Caſus ab Ariſtotele tàm in verbo,quàm in nomine vocantur,vt in libro περὶ ἑρμηνείας. Hoc vnum amplius habet in hoc libro poëtices. ἡ δὲ τὸ κατὰ τὸ ἕν, ἢ πολλοῖς, οἷον ἄνθρωπος.nam numerum huiuſmodi vnius, aut plurium non explicat illic. neque enim ad dialecticum ſpectat talia conſiderare:poëtæ verò hæc diligenter perpendunt,oratores quoque. Hinc Cicero ſpecies,& ſpeciem dicimus,ſpecierū, & ſpeciebus nemo dicit,innuit enim Caſuum oratori,ſicuti etiam poëtæ,magnam eſſe habendam rationem.vt in eorum ſono nihil ſit horridum,aut inſuaue.

„ Ἡ δὲ κατὰ τὰ ὑποκρίσεις, οἷον κατ' ὀρώτησιν, ἢ βούλησιν. τὸ γὰρ ἐβάδισεν, ἢ βάδιζε, πτῶ-
„ σις ῥήματος κατὰ ταῦτα τὰ εἴδη ἐστί,

„ Itemque alius ſecundum perſonarum modos, quatenus interro-
„ gant, ſiue iubent:uerbi gratia:ambulauit,& ambula,quæ quidem eiuſ
„ dem generis ſunt caſus verbi.

Caſus alius eſt in nomine,alius in verbo. Caſus in nomine duplici modo diſtinguitur.priore quidem,ſicuti etiam in libro περὶ ἑρμηνείας. φίλωνος ἢ φίλωνι. Altero autem ſicuti hoc loco tantùm in Poëtice. quatenus numero diſtinguuntur. Caſus verbi ſunt iidem,qui explicantur in libro περὶ ἑρμηνείας. cum ait. ὑγιανεῖ. ὑγίανον. ſic hoc loco ἐβάδισεν. βάδιζε. ἐβάδισε. adnotandus verò pulcherrimus locus, quo alter Ariſtotelis explicatur. Sed, antequàm profero locum hunc, ſciendum illam dictionem in contextu perperam legi ὑποκρίσεις, nam manuſcripti libri omnes habent ὑποκριτικὰ. Ariſtoteles in libro περὶ ἑρμηνείας, vbi loquitur περὶ ἀποφαντικοῦ λόγου, quam enunciatiuam appellamus, ait. ἀποφαντικὸς δὲ λόγος ὁ πᾶς ἀλλ' οὐ ὡ τὸ ἀληθεύειν, ἢ ψεύδεσθαι ὑπάρχει. ὃν οὐ πάσῃ ὑπάρχει, οἷον ἡ εὐχὴ λόγος μὲν ἀλλ' οὔτε ἀληθὴς, οὔτε ψευδὴς.οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἀφείσθωσαν, ἐντορικῆς γὰρ ἢ ποιητικῆς οἰκειοτέρα ἡ σκέψις.ὁ δὲ ἀποφαντικὸς τῶν θεωρίας.ad Poëticen ait,aut ad Rhetoricen pertinere loqui de aliis generibus orationis. Nunc verò in libro Poëtices inquit κατὰ τὰ ὑποκριτικὰ. eſt ὑποκριτικὴ ars hiſtrionum, quæ inſeruit poëticæ, & illius orationem exprimit: non igitur credendum eſt ſibi aduerſari Ariſtotelem, nam quatenus eiuſmodi genus orationis ſcribitur,ad poëticen pertinet,quatenus pronunciatur,& exprimitur,non ad poticen,ſed ad hiſtrionicam, magis autem apparet talis orationis vis,in qua inſit præcatio,deteſtatio,mandatum aliquod,& interdictio, ſi exprimatur geſtu ipſo,& ore repræſentantium hiſtrionum,quàm ſi muta ſcribatur tantùm. Hoc igitur fuit,quod impulit Ariſtotelē,vt diceret talia orationis, genera eſſe κατὰ τὰ ὑποκριτικὰ: vertit Paccius Secundum perſonarum modos. Sed repræſentandi rationem
„ intellexit Ariſtoteles,vti diximus.Hinc Cice.libro ſecundo,de Orat.ait.In re eſt item
„ ridiculum quod ex quadam deprauata imitatione ſumi ſolet,vt idem Craſſus,per tuā nobilitatem,

tur,nam si hoc esset,omnes sermones definitiones vocari possent;et ipsa Ilias esset definitio.Sed apponam ipsius verba;nam mirè illustrant totum hunc locum;vbi Iliados
» profertur exemplum.ὁ γὰρ ἀναγκαῖον ἂν τοῦτο λαβεῖν, τοῦτον ὁρισμὸν εἶναι ὃ ἐὰν λόγῳ τὸ αὐτὸ σημαίνῃ,
» ἀλλὰ μὴ μετὰ λόγῳ, τοῦτο δ' ἐστὶν ἑνὸς ἢ μὴ τῷ συνδέσμῳ, ὥσπερ ἡ ἰλιὰς, ἢ ὅσα συνδέσμῳ. & quæ sequũtur.
» & rursus lib. VII. ὁρισμὸς λόγος ὅστις ἐστὶ ὁ συνδέσμῳ καθάπερ ἡ ἰλιὰς, ἀλλὰ τῷ ἑνὸς εἶναι.

» Ὀνόματος δὲ εἶδος τὸ μὲν ἄσημον, ἄσημον δὲ λέγω, ὃ μὴ ἐκ σημαινόντων σύγκειται. τὸ δὲ
» δίσημον. τούτου δὲ, τὸ μὲν ἐκσημαίνοντος, καὶ ἀσήμου. τὸ δὲ ἐκ σημαινόντων σύγκειται. εἶναι
» δ' ἂν, καὶ τρίσημον καὶ τετράσημον ὄνομα. οἷον τὰ πολλὰ τῶν μεγαλιωτῶν ὁρμοκαϊκόξανθος.

» Nominis genera aliquod est simplex:simplex aũt voco, quod ex
» minimè significantibus cõstituitur;aliquod duplex, cuius aliud quidẽ
» ex significantibus,ac minimè significantibus componitur, aliud ex si-
» gnificantibus omnino. Triplex insuper, ac quadruplex nomẽ esse po-
» test:quemadmodum multa Megaliotorum,ὁρμοκαϊκόξανθος.

Pertinet etiam ad facultatem poëticam cognoscere nomina simplicia, & composita;scireque qua ratione componantur.nam aliquando ex duobus, aliquando ex tribus,aliquando ex quatuor,& pluribus etiam componitur nomen vnum.Nomen simplex ita definitur ab Aristotele ὃ μὴ ἐκ σημαινόντων συγκεῖται.apta planè et ingeniosa definitio.nã simplex illud appellatur quod per se constat;cuiusque partes ad nullam significationem separatæ redigi possunt;quodque vnam rem significat.vt GLACIES, ARBOR, BRVMA, AESTAS,& quæ sunt huiusmodi. Nã quamuis Aristoteles in libro
» τῶν ἑρμηνείας dixerit οἷον τῷ καλλιππος,τὸ ἵππος δύναται καθ' ἑαυτὸ σημαίνειν, compositorum tamen nominũ partes aliquid significãt.vt ἵππος in eo nomine καλλιππος:sed aliò relatũ, quàm ad id,ad quod referebatur antè, dum in compositione esset,nihil enim significat amplius, ad eandem rem si dissolutã applicetur. Hoc ita subtili ratione est illic ab Arist. dictum; sed in contextu poëtices.quem interpretamur,cum inseruiret Poëtis, qui etymologiam verborum exactius considerant, dictionesque mira quadam ratione complicant,& componunt;vt plura significent,aliter protulit; quamuis non neget etiam in lib. τῶν ἑρμηνείας compositorum nominum partes significare,sed eo,quo
» dixi,modo. Verba illius sunt hæc. οἷον γὰρ τῷ καλλιππος τὸ ἵππος δύναται καθ' ἑαυτὸ σημαίνειν
» ὥσπερ οἷον τῷ λόγῳ τῷ καλὸς ἵππος. ὁ μὲν δὴ ὥσπερ οἷον τοῖς ἁπλοῖς ὀνόμασιν, οὕτως ἔχει καὶ οἷον τοῖς
» πεπλεγμένοις, οἷον ἐκείνοις μὲν γὰρ δοκεῖ ὅλως τὸ μέρος ὅτι σημαντικόν. οἷον δὲ τούτοις, βούλεσθαι μὲν, ἀλλ'
» ὅλως οὐκ ὡρισμένον οἷον οἷον τῷ ἐπακτροκέλης,τὸ κέλης δύναται καθ' ἑαυτό.& quæ sequuntur.
Duplicia igitur nomina hoc loco in Poëtice Aristoteles,ait; alia esse cõposita ex altero significante, & altero non significante.alia ex duobus aut pluribus significãtibus. Quæ tum ex significante,tum ex non significante sunt composita;videntur esse, quæ Quintilianus ait cõposita esse ex integro,& corrupto;vt maleuolus.aut ex corrupto, ex integro,vt noctiuagus.aut ex duobus corruptis,vt Pedisequus.Quæ igitur vocat Aristoteles σημαίνοντα,καὶ ἄσημα,Quintilianus appellat integra,et corrupta. Simplices voces,seu nomina simplicia definiens idem Quintilianus lib. II. cap. v. ait.simplices voces prima positione idest natura sua constant. Notanda verò illa verba Aristotelis in contextu.εἶναι δ' ἂν καὶ διπλοῦν,καὶ τριπλᾶν ὄνομα. manuscripti duo libri,& alter eorum, qui sunt in Medicæa bibliotheca,habent præterea καὶ πολλαπλᾶν.Sententia Arist.est huiusmodi.Compositum nomen apud Græcos non tantùm ex duobus cõstare,eo,quo dictum est,modo;sed etiam ex tribus; & quatuor; aliquãdo etiam ex pluribus,omnibus ferè integris, nedum corruptis. vt patet in exemplo.ἑρμοκαϊκόξανθος.ita enim legi debet. quę dictio composita est ex tribus nominibus fluuiorum;Hermi.Caici.Xanthi.à quo fuerit prolata;quaue de causa non satis liquet;nã non explicat Aristoteles.Libro Epigrammatum primo εἰς γραμματικὸν legitur dictio hęc ex quatuor composita nominib. θηριολυγοκαμψιμέτωπος. Athenæus libro primo λασαιροκάκαβον ait à veteribus appellatum ἐρῶμα.in qua dictione bella est compositio,& argutula significatio. Plura non proferã

© SCD - Université de Poitiers

ſeu ſignum, per quod alterũ dicitur de altero, cum in ea dicatur prædicatum de ſubiecto; & ideò dixit nullam orationem enunciatiuam confici ſine verbo. In hoc autem libro Poët. præter enunciatiuã orationem, etiam de aliis agit; nam omnes hæ, cum ad Rhetoricen, & Poëticen ſpectent, etiam ſine verbo confici, conſtareque poſſunt ex nominibus tantùm, ſicuti patet in definitione hominis; cui ſi additur verbum, non faciet quidem enunciatiuam orationem; ſed oratio dicetur tantum, quæ vnum inuolutum explicet, atque definiat. Auerroes in commentariis ſuis in librum περὶ ἑρμηνείας quoniã Poëtices Ariſtot. librum fuerat ſua paraphaſi interpretatus, & locum hunc, qui illi repugnare videtur, animaduerterat; quæſtionẽ omnẽ explicat, & paucis oſtendere conatur, Ariſt. ſibi ipſi vndequaq. cõuenire. Apponã igitur verba ipſius, qualiacũq. fuerint
» ſic enim in verſione vulgata, aut paulò ſecius leguntur. Oratio quędã eſt perfecta, que
» dã imperfecta, & perfecta quædã eſt ſententia, quædã nõ; ſicuti demandatio, & prohibitio. Et propoſitũ eſt quidẽ hoc loco Ariſt. loqui de oratione enunciatiua; nã de orationibus imperfectis, quæ ſunt præter eam, loquitur in libris Rhetor. & Poët. ſicut de modis orationum perfectarum, que ſunt definitiones, et deſcriptiones, loquitur in lib. Demonſtrationis. Adnotanda verò verba illa, quæ conſequũtur in contextu, μέρος μέν
» τοιαῦτ' ἂν σημαῖνον ἕξει, οἷον οὐ τῷ βαδίζει κλέων. ὁ κλέων. ſenſus enim eſt, in oratione ſemper eſſe aliquã partẽ, que ſignificet per ſe ſeparata à cæteris, vt in hoc pronũciato Cleon Ambu
» lat, Cleon certũ hominẽ ſignificat; hoc declarans in lib. περὶ ἑρμηνείας paulò ſecius ait. λόγος ἔστὶ φωνὴ σημαντικὴ, ἧς τῶν μερῶν τι σημαντικόν ἐστι κεχωρισμένον, ὡς φάσις, ἀλλ' οὐκ ὡς κατάφασις, ἢ
» ἀπόφασις, οἷον ἄνθρωπος σημαίνει μέν τι. ἀλλ' οὐκ ὄν τι ἔστιν, ἢ οὐκ ἔστιν. Videtur Ariſt. in hac definitione orationis in lib. περὶ ἑρμηνείας prætermiſiſſe illam dictionem, quam apponit in Poëtices libro hoc. συνθετὴ. Sed quamuis illic in definitione non appoſuerit; declarat tamen poſtea, cum ait, ἔστι δὲ λόγος μὲν ἅπας σημαντικὸς, οὐχ ὡσπερ ὄργανον δέ, ἀλλ' ὥσπερ εἴρηται καὶ πρότερον συνθήκῃ.

» Εἷς δέ ἐστι λόγος διχῶς. ἢ γὰρ ὁ εἷς σημαίνων, ἢ ὁ ἐκ πλειόνων συνδέσμῳ, οἷον. ἡ ἰλιὰς μὲν
» συνδέσμῳ εἷς. ὁ δὲ τοῦ ἀνθρώπου, τῷ εἷς σημαίνειν.

» Duobus verò modis vna dicitur oratio, aut enim ſignificans vnum
» per ſe eſt, aut additis coniunctionibus: verbi gratia: Ilias quidem vna
» erit coniunctionibus oratio: hominis verò definitio vnum ſignificat.

Aptè, & breuiter explicat hunc locũ Auerroës in ſua Paraphraſi his verbis: Et oratio dicitur vna duobus modis, aut quoniam vnam ſignificat rem, ſiue ſententiam animi. vt homo eſt animal, aut quoniam eſt vna, propter cõnexionem, qua connectitur, & vincitur, vt adhortatio rhetorica; vel iudicialis & forenſis cauſa, eſt vna oratio, & poëtica narratio, eſt vna oratio. Hæc ille. Ariſtoteles verò in lib. περὶ ἑρμηνείας ait, vel vnum de multis vel multa de vno proferri affirmando, ſeu negando. Quòd ſi non fuerit vnum id multis exprimetur; neque affirmatio, vel negatio erit vna. Vnum enim in oratione aliquid dicitur, non ſi nomẽ fuerit vnum prolatum, ſed, quamus multa ſint, vnum tamen ſignificent. vt ſi dicas. Homo eſt animal bipes, ratione præditum, manſuetum. Hæc quidem multa ſunt, ſed quia vnum ex ipſis conficitur; oratio dicetur vna. Si autem dicas. Homo albus ambulat. iam hęc non erit vna oratio, ſed plures, quia plura exprimit. Concludit igitur diſputationem ſuam Ariſt. his verbis. ὥστε ὅτι ἐὰν εἷς καταφήσῃ τισὶ καθ' ἑνός τινος, οὐ μία κατάφασις. ἀλλὰ φωνὴ μὲν μία, καταφάσεις δὲ πολλαί, οὔτ' ἐὰν καθ' ἑνὸς
» τοῦτο, ἀλλ' ὁμοίως πολλαί. Primus igitur modus, quo aliqua oratio dicitur vna, eſt quando vnam rem ſignificat. Alter modus eſt cum oratio quidem prolixa eſt, ſed ſimul eſt connexa. Sicuti etiam declarat Ariſt. libro 11 1. Rhet. vbi ait λέξις ἡ συνδέσμῳ μία. & quæ ſequuntur. Exemplum verò modi huiuſce affert hoc loco Iliados Homericæ. Idẽ Ariſtoteles libr. v 1. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ vbi definitionem diſtinguit à pronunciato. quòd pronunciatum non ſignificat τὸ τί ἐστι. hoc eſt, quid eſt: vt cum dicimus, homo eſt albus: nam in hoc non eſt τὸ τί. definitio enim non eſt, in qua quiduis ſimpliciter pronuncia-

tur,

© SCD - Université de Poitiers

Sic etiam Quintilianus lib.1.Cap.v.singula sunt aut nostra,aut peregrina,aut simplicia,aut composita,aut propria,aut translata,aut vsitata,aut ficta.Nam quam Aristoteles vocat γλῶτταν.is vocat peregrinum nomẽ;de qua re postea copiosius loquemur. reliqua hoc est ἀφῃρημένον,ἐκτεταμένον,ὀξηλαγμένον,videtur velle Quintilianus ibidẽ paulò post complecti sub solœcismo, aut figuris dictionũ. Aitque vel status, vel qualitates appellandas esse:octo igitur qualitates in nominibus enumerauit Aristoteles, de quibus singillatim mentionem facturus est,ac declaraturus quomodo sese habeant.

» Λέγω δὲ κύριον μὲν,ᾧ χρῶνται ἕκαστοι.

» Proprium voco,quod omnibus in vsu est.

Primùm declarat Arioteles quod dicatur proprium,aitque esse, quo omnes vtũtur singillatim in aliqua ciuitate,aut regione.propria (inquit Quint.libro primo Cap. v.) sunt verba,quæ id significant,in quod primùm denominata sunt.Cice.autẽ libro tertio de Oratore,ait: propria sunt certa quasi vocabula rerum penè vnà nata cum rebus ipsis.Paulò post.In propriis verbis illa laus est oratoris, vt abiecta, & obsoleta fugiat,lectis,atque illustribus vtatur,in quibus plenum quiddam & sonans inesse videatur,sed in hoc verborum genere propriorum delectus est quidam habendus, atque is aurium quodam iudicio ponderandus,in quo consuetudo loquèndi valet plurimum; etiã hoc, quod vulgo de oratoribus ab imperitis dici solet,bonis is verbis,aut aliquis non bonis vtitur.Hæc ille omnia referens ad oratores ait;sed éadem ad poëtas,quibus in hoc libello inseruit Aristoteles referri possunt;nam verborum propriorum, & bonorum vsus,ac copia est quasi solum quoddam,in quo ædificet poëta,et in quo adiungat artem.

» Γλῶτταν δὲ,ᾧ ἕτεροι. ὥστε φανερὸν,ὅτι καὶ γλῶτταν,καὶ κύριον ἔσται δυνατὸν τὸ αὐτὸ,μὴ τοῖς
» αὐτοῖς δέ.τὸ γὰρ σίγυννον κυπρίοις μὲν κύριον,ἡμῖν δὲ γλῶττα.

» Ab alia lingua, quod aliquibus duntaxat:ex quo patet, huiusmodi
» atque proprium fieri posse, vt in idem quandoque recidant:minimè
» tamen eisdem:vt σίγυννον id est lanceola:quod Cypriis quidẽ propriũ,
» nobis verò ab illorum lingua.

Barbarismum quod fit gẽte,vocat Quintilianus libro primo cap.v.γλῶτταν. Vt siquis Hispanum,vel Afrum Latinę orationi nomen inserat,vt ferum,quo rotę vinciuntur, dici solet canthus,& eo, tanquàm recepto, vtitur Persius. (illum intellige Persium quem habemus) satyra quinta:sicut Catullus oloxenum circa Padum inuenit,sicuti Casnar, quod è Gallia ductum est,in Pollionem inuehens Labienus protulit,& Mastrucam Cicero pro Scauro loquẽs,et in oratione de Prouinciis cõsularibus quæ vox è Sardinia venerat. Eiusdẽ generis sunt illa,quæ protulit Vergilius lib.primo Gaza, Mapalia. Aristoteles libro Rhetoricorũ tertio aperte, & quid sit κύριον & quid γλῶττα, quomodoque sibi opponantur, declarat his verbis. ὥστε ὅσα τῶν ὀνομάτων ποιεῖ ἡμῖν μάθησιν, ἥδιστα. αἱ μὲν οὖν γλῶτται ἀγνῶτες,τὰ δὲ κύρια οἴδμεν. Peregrina verba incognita (inquit) nobis sunt, ideò oblectare nos non possunt, propria autem scimus, ac intelligimus quia iis à pueritia proferendis, & audiendis assueti sumus. Idem Aristoteles eodem
» libro paulò ante vbi docet peregrina verba esse oratori fugienda,quia sunt ψυχρὰ.ait.
» μία δὲ τὸ χρῆσθαι γλώτταισι. οἷον λυκόφρων ξέρξεω τὸν πελώριον ἄνδρα,καὶ σκίρων σίννις ἀνδρῶν. & reli-
» qua,quæ sequuntur; Hermogenes in libro περὶ μεθόδου δεινότητος declarat, quæ sint pe
» regrina nomina apertissimè,allatis exemplis, sic ἢ γὰρ ἐθνικὴ ἔστιν ἡ λέξις, ἢ τεχνικὴ,ἢ νομικὴ. ὃ
» γοῦν παρασάγγαι ἐκ οἴδμα ἢ ἔστι ἐθνικὸν γὰρ ἔστι, καὶ περσικὸν ὁδοῦ μέτρον οἱ φιάκονται σάδιοι. & quæ se-
» quuntur. Idem paulò post,eodem loco exponit,quę dicantur impropria,aut quot modis corrumpantur propria nomina,& vocabula rerum, his verbis. τὰ ἁμαρτήματα κατὰ
» πλεῖω λέξιν κατὰ δύο τρόπους γίνεται,ἀκυρίαις,καὶ παραφοραῖς.ἀκυρίαις μὲν,οἷον,ἐὰν εἴπῃ ἵνα ἐρωτῶ,καὶ πα-
» ρακαλῶ,ἀντὶ τοῦ δέομαι,ἀκύρως εἴρηκε. τὸ μὲν γὰρ παρακαλεῖν ἔστιν ἢ προτρέπεσθαι,τὸ δὲ ἐρωτᾶν πεισθέν-

© SCD - Université de Poitiers

hoc loco.nam paulò post, vbi de dithyrambicis dictionibus fuerit loquẽdum,aliquid
» dicemus. Quintilianus libro IX cap.v.de Latinarum dictionum cõpositione loquens
» ait.Aut è duobus quasi corporibus coalescunt, vt maleficus. Nam ex tribus nostræ
» vtique linguæ non concesserim, quamuis Capsis dicat Cicero compositum ex cape
» si uis,& inueniantur qui Lupercalia æquè tres partes orationis esse contendãt, quasi
» luere per caprum,nam Suouetaurilia iam persuasum est esse ex sue,oue,& tauro,Sed
» hæc non tàm ex tribus,quàm ex particulis trium. QVAE VERBA Quintiliani postre
ma etiam atque etiam adnotanda,quia declarant qualis sit compositio illa,quam Ari
stot. ait,fieri ἐκ τῶν ἀσήμων,μὴ σημαινόντων.nam ex omnibus,quæ sint ἄσημα,vix potest. Paulò
» post Quintilianus inquit.Cæterum etiam ex præpositione, & duobus vocabulis du-
» rè videtur struxisse Pacuuius, Nerei.
» Repandirostrum, incuruiceruicum pecus.
» Iunguntur autem aut ex duobus Latinis integris, aut ex integro,& corrupto; aut ex
» nostro,& peregrino,aut contrà.aut ex duobus peregrinis.Paulò post.Sed res tota ma
» gis Græcos docet,nobis minus succedit,nec id fieri natura puto,sed alienis fauemus,
» ideoq. cũ κυρταυχένα mirati sumus, INCYRVICERVICVM vix à risu defendimus.
Innuit Quintilianus in his postremis verbis Romanos non satis probasse compositio
nem nominum,propter nouitatem, quamuis significantia essent, & apta.Græcorum
in ea maior fuit licentia. Idem asserere videtur Horatius in Epistola ad Pisones;vbi
compositionem multiplicem nominum probat,modò sit aptè facta.
» Dixeris egregiè,notum si callida verbum.
» Reddiderit iunctura nouum,si fortè necesse est.
» Indiciis monstrare recentibus abdita rerum.
Aristoteles in Rhetoric.lib.III.interdicit oratoribus, ne vtantur, duplicibus nomini
bus,& compositis,quia solutæ orationi non conueniunt,sed poëtis potius.ex quo pa
tet cur in hoc libro de his agat. In soluta oratione si ponantur composita huiusmodi
nomina;frigida sunt, & ridicula. Sed apponam Aristotelis verba vt facilius res tota
intelligatur,nam multa nomina cõposita profert,quæ solutæ orationi non sunt inclu
» denda Τὰ δὲ λυχνοκαὶ οὐ τετάρσι γίνονται καὶ τὰ τῷ λέξιν οὐ τε τοῖσ ἁπλοῖσ ὀνόμασιν,οἷον λυκόφραν τὸν πο
» λυπρόσωπον οὐρανὸν καὶ μεγαλοκορύφου γῆσ,καὶ ἀκτὴν δὲ σκοπόρον,καὶ ὡσ γοργίασ ὠνόμαζε πῶσ ὁμου-
» σον κόλακ.Paulò post.πάντα γὰρ ταῦτα ποιητικὰ δοξᾷ τῶν ἁπλῶσιν φαίνεται. Alius est locus lib.III.
Rhetoricorum valde adnotandus,vbi ait se de nominibus omnibus, & de compositis
præterea exactius locutum fuisse in lib.Poëtices. innuẽs quippe disputationem hanc,
» in qua nunc versamur.Verba illius sunt hæc, ὄντων δὲ ὀνομάτων, καὶ ῥημάτων, ὧν ὁ λόγοσ
» συγκεῖται. τῶν δ᾽ ὀνομάτων τοσαῦτ᾽ ἐστὶν ὄντα εἴδη,ὅσα περιωρίσται καὶ τοῖσ περὶ ποιήσεωσ,τούτων γλῶτται
» μὲν,καὶ ἁπλοῖσ ὀνόμασι,καὶ πεποιημένοισ ὀλιγάκισ,καὶ ὀλιγαχοῦ χρηστέον,ὅπου δὲ ὕστερον ἐροῦμεν,τό-
» τε δοξᾷ τὶ εἴρηται,ὑδὲ τὸ μέτριον γὰρ ἁπάντων ἐστὶ τὸ πρέπον τρόπον. Prorsus reiici vult ab oratoribus no
mina ἁπλᾶ, & composita Aristoteles, sicuti patet; cum tamen poëtarum sermonem
» mirificè ornent.Ideo idem eodem lib. rursus ait paulò post. τοῦτο δὲ ἅμα καὶ ἁπλοῦν, καὶ
» ἐπίθετον ὥστε ποίημα γίνεται. διὸ ποιητικῶσ λέγουσι τῇ ἀπρεπείᾳ τὸ γελοῖον, μὴ τὸ λυχνοῦχον ἐμποιοῦσι δοξᾷ
» τῶν ἀσολοικοφανῶν. Præclarè quidem, nam eiusmodi nomina in soluta oratione prorsus fa-
ciũt ἀσολοικοφανῶν.Demetrius vbi loquitur περὶ τῶν πεποιημένων hoc de fictis nominibus,&
nouis;inter ea ponit Τὰ ἁπλᾶ,reiicitque ad poëtas,tametsi etiam poëtis ipsis ait esse pe
riculosum noua nomina fingere, ἐπισφαλὲσ μέν τοι τοῦργον καὶ αὐτοῖσ τοῖσ ποιηταῖσ.καὶ τὸ ἁπ
» λᾶν μέντοι ὄνομα εἶσοσ ἂν εἴη τῶν πεποιημένων ὀνόματοσ:πᾶν γὰρ τὸ συγκεκριμένον ἐκ δύο γέγονε σχεδόν.

» Ἅπαν δὲ ὄνομά ἐστιν ἢ κύριον,ἢ γλῶττα,ἢ μεταφορὰ,ἢ κόσμοσ ἢ πεποιημένον,ἢ ἐπεκτε-
» ταμένον,ἢ ὑφῃρημένον,ἢ ἐξηλλαγμένον:

» Omne autem nomen aut est proprium,aut ab alia lingua,aut transl
» latio, aut ornatus, aut fictum, aut productum, aut subtractum, aut
» commutatum.

© SCD - Université de Poitiers

Videtur Aristoteles ad metaphoram redigere ea, quæ reliqui ad καταχρησιν referunt. Quintilianus libro octauo Cap. vi. καταχρησιν quam rectè dicimus abusionem, quæ nõ habentibus nomen suum accommodat, quod in proximo est, sic.

» Equum diuina Palladis arte
» Aedificant. Discernẽdum verò hoc totũ genus est à translatione, in quibus verbis Quintiliani satis patet affinitatem quandam esse inter μεταφοραν & καταχρησιν ideò Aristot. discernendas non putauit, poëtæ enim solent abusiuè etiam in iis rebus, quibus sua sunt nomina, vicinis potius vti; quod in prosa (vt idem testatur Quintilianus) rarum est. Plutarchus in vita Homeri καταχρησιν frequentẽ esse apud Homerum oſten
» dit allatis exemplis, est inquit καταχρησις, ὅταν ἀντὶ τοῦ κυρίως σημαινομένου μεταφέρει τὴν χρῆσιν, καὶ ἐφ' ἕτερον οὐκ ἔχον ὄνομα κύριον. ἡ μὲν περικεφαλαία κεκλῆσθαι καινὴ παρ' αὐτῷ ἐπεὶ ἐκ δέρματος καινοῦ γίνεσθαι αὐτὴν ἔθος ἦν Hæc eadem quæ Aristoteles collocat sub Metaphora, videntur à Plutarcho, & Quintiliano collocari ὑπὸ συνεκδοχῆν, quæ multas tamen habet species. Hæc variare sermonem ita solet, vt ex vno plures intelligamus (inquit Quintilianus libro octauo) parte totum, specie genus, præcedentibus sequentia; vt si dicas pro gladio ferrum, pro equo quadrupedẽ; pro tabellis abietem. Plutarchus
» quoque de ea loquens ait συνεκδοχὴ λεγομένη ἀπὸ τοῦ κυρίως σημαινομένου ἕτερον ἢ τῶν ὑπὸ
» αὐτὸ γενῶν ὄντων παρισῶσα. ἢ παρὰ τὸ ὅλον τὸ μέρος, ἢ ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον, ἢ ἀπὸ συνόδου τὸ πολλὰ, ἢ ἀπὸ
» πολλῶν τὸ εἷς, ἢ ἀπὸ εἴδους γένος. ἢ ἀπὸ γένους εἶδος. quod postremo loco dictum ad rem nostram facit, nam de eo loquitur etiam Aristoteles in contextu Poëtices. Exemplum affert Plutarchus ex Homero huiusmodi ἀπὸ γένους τὸ εἶδος οἷον

» ὄρνιθας γνῶναι, καὶ οἰκείσιμα μυθήσασθαι
» καὶ γὰρ οὐ πάντας, ἀλλὰ τοὺς μαντικοὺς ὄρνιθας εἰπεῖν βούλεται.

Exemplum, quod profertur ab Aristotele ex eodem Homero sumptum est libro Odyss. primo vbi ait Mentor cum Telemacho loquens.

» Νῆυς δέ μοι ἥδ' ἕστηκεν ἐπ' ἀγροῦ νόσφι πόληος
» αὐ λιμενὶ ῥείθρῳ ὑπὸ νηίῳ ὑλήεντι.

potuisse enim videtur Homerus τὸ ἱσᾶναι pro τὸ ὁρμεῖν hoc est stare, pro eo quod est, in portu stare.

» Ἀπὸ εἴδους δὲ ἐπὶ γένος· ἢ δὴ μύρι', ὀδυσεὺς ἐθλὰ ἔοργε. Σ' γὰρ μύριον πολύ ἐστιν, ᾧ νῦν
» αὐτὶ τοῦ πολλοῦ κέχρηται. ἀπ' εἴδους δὲ ἐπὶ εἶδος, οἷον, χαλκῷ, ἀφ' ψυχὴν αἰρήσας θάμνων
» ἀτῆρι χαλκῷ. ἐνταῦθα γὰρ τὸ μὲν αἱρεῖσθαι ταμεῖν, τὸ δὲ ταμεῖν αἱρῆσαι εἴρηκεν. ἄμφω γὰρ
» ἀφελεῖν τί ἐστι.

» A specie ad genus: vt ipse decem peperit iam millia cõmoda Vlysses. decẽ millia enim multa sunt: quo sanè vocabulo pro multo vtuntur. A specie ad speciem: Abstulit ære animam: immiti ære, abscidit, hoc enim loco auferre pro abscindere, & abscindere pro auferre. vsurpauit: quod vtrunque subtrahere aliquod sit.

Altera species metaphoræ inquit Aristoteles, est contraria priori. Plutarchus quoque, vbi συνεκδοχῆν species explicat omnes, de hac quoq. meminit, que appellatur, ἀπὸ εἴδους ὡδὶ γένος & affert exemplum hoc ex Homeri versu.

» μαρμάρῳ ὀκρυόεντι βαλὼν. εἶδος γὰρ λίθου ὁ μάρμαρος.

Exemplum affertur ab Aristotele ex eodem Homero, huiusmodi

» μυρὶ ὀδυσσεὺς ἐσθλὰ ἔοργεν.

nam dixit μυρίον, pro ea dictione, quæ est, πολύ. Dionysius Halicar. in lib. περὶ συνθέσεως
» similem locum citat ex Homero ἐπεὶ πόρε μυρία ἔδνα. sic quoque Vergilius. Mille meæ pecudes errant. Sequitur altera species metaphorę τὸ εἶδος ἐπ' εἶδος Arist. verò lib. Rheto. tertio vbi loquitur περὶ εἰκόνων. hanc eandem speciem Metaphoræ nominat, his ver-
» bis. καὶ δι' εἰκόνος, ὅταν μεταφοραὶ, ἔσονται πολλάκις. καὶ αἱ παροιμίαι μεταφοραὶ ἀπ' εἴδους ἐπ' εἶδος εἰσὶν

© SCD - Université de Poitiers

» ϑαι. παραφθορὰν δὲ, οἷον ὁ καλοῦσι διάζωμα ἐὰν ἴσα εἴπῃ διαζώσεται, ἢ τὸ αἰμωσιεῖν αἰμωσιεῖν, καὶ τὰ τοιαῦ-
» τα. Hermogenes idem lib. secundo περὶ χορηγότητος, Cap. περὶ γλυκύτητος. ait in dictione poëtica multum inesse suauitatis, hac in primis de causa, quod varia multiplexque
» est: ἡδεῖα δὲ καὶ ἡ ποιητικὴ λέξις, τρόπῳ δὲ καὶ ἡ ῥῆσις τοσοῦ γλυκύτητος μᾶλισα περιφερομένου ἐχρήσατο.
» Paulò post de eodem Herodoto loquens ait. ὅτι καὶ αὐτῷ δοθὸν τῶν διαλέκτων ποιητικῶν
» προείλετο εἰπεῖν. ἡ γὰρ ἰὰς οὔτε ποιητικὴ φύσει ἐστὶν ἡδεῖα, εἰ δὲ καὶ ἄλλων διαλέκτων ἐχρήσατο ἴσοι λέξε
» σιν, οὐδὲν τοῦτο. ἐπεὶ καὶ ὁμήρου, καὶ ἡσιόδου, καὶ ἄλλοι οὐκ ὀλίγοι τῆς ποιητικῆς ἐχρήσαντο μὲν καὶ ἀλ-
» λαις ἴσοι λέξεσιν ἐτέρων διαλέκτων, τὸ πλεῖσον μὲν ἰχνουσι, καὶ ὅσιν ἡ ἰὰς, ὥσπερ ἔφην ποιητικὴ πως.
Hæc ille de Ionico sermone, & linguarum mistione, peregrinarumque dictionum vsu locutus est, non minus verè, quàm doctè. Consequitur quiddam in contextu magnopere adnotandum & pulchrum scitu. est autem hoc. Cum peregrinæ dictiones, seu γλῶτται appellentur eæ quibus vtimur aliunde inuectis in nostram regionem, necessariò consequitur, vt quę nobis peregrina sunt; illis, vnde inuehũtur ad nos, sint propria. Rursus è cõtrario ea, quæ nobis propria, illis peregrina fiant, exempli gratia. Parasanga dictio Persarum, erat hæc Athenienſibus peregrina, Persis propria. Stadium Græcorum dictio, hæc Persis peregrina, Græcis propria fuerit. Neque caret exemplo locus Aristotelis in contextu, nam σίγυνον Cypriis fuerit κύριον Athenienſibus autem γλῶτται. Dionysius Halicarn. in lib. περὶ συνθέσεως docet peregrina verba vtpotè ea, quibus Bœoti vtantur, esse horrida, ieiuna, ac insuauia; neque cum Atticis conferenda, aut aliis quæ nitidæ sunt; tàm aptè tamen ab Homero in suis versibus inseri, vt
» nitorẽ et suauitatem magnam habeant. Εἰ γὰρ ἴσα (inquit) ἔροιτο ὀνυμακοῦν τῆς ποιητῆς ἢ ῥητό-
» ρων ἵνα σεμνότητα, ἢ καλλιλογίαν τῶνδε ἐχθὲς τὰ ὀνόματα, ἃ τοῖσι βοιωτίοισι κεῖται πόλεσιν, ὑρία καὶ μνκα
» λησσὸς, καὶ ἐτεωνὸς, καὶ τηῶλος, καὶ σύφησι, καὶ τὰ ἄλλα, ὧν ὁ ποιητὴς μέμνηται, οὐδεὶς ἂν εἰπεῖν ἔχοι,
» ἀλλ' οὕτως αὐτὰ καλῶσι ἐκεῖνοι σωφάνων, ὥστε μεγαλοπρεπέστατα φαίνεσθαι.

» Μεταφορὰ δ' ἔστιν, ὀνόματος ἀλλοτρίου ἐπιφορὰ ἢ ἀπὸ γένους ἐπὶ εἶδος, ἢ ἀπὸ εἴδους ἐπὶ
» γένος, ἢ ἀπὸ εἴδους ἐπὶ εἶδος, ἢ κατὰ τὸ ἀνάλογον.

» Translatio est nominis alieni illatio vel à genere ad speciem, vel à
» specie ad genus, vel à specie ad speciem, aut etiam secũdum aliquod,
» quod proportione respondeat.

Tertia qualitas, quæ in dictionibus consideratur, est metaphora, seu translatio; eam
» ita definit Aristoteles. vt dicat esse ἀλλοφίου ὀνόματος ἐπιφοράν. Quintilianus libro secun-
» do ait. Traslata sunt, cum aliũ natura intellectũ aliũ loco præbent. M. Cic. lib. III. de Oratore: tùm qualis sit trãslatio, tùm qua de causa introducta, qualemq. vsum prębeat apte aperteq. declarat his verbis. Modus tranferendi verba latissimè patet, quem necessitas genuit inopia coacta & angustiis, post autem delectatio, iucumditasque celebrauit, nam vt vestis frigoris depellendi causa reperta primò; post adhiberi cæpta est ad ornatum etiam corporis, & dignitatem, sic verbi translatio instituta est inopiæ causa; frequentata delectationis, nam gemmare vites, luxuriem esse in herbis, lætas segetes etiam rustici dicunt, quod enim declarari vix verbo proprio potest, id translato, cũ est dictum, illustrat id, quod intelligi volumus eius rei, quam alieno verbo posuimus, similitudo. Sed idem Cicer. eodem loco aptè videtur exprimere verba Aristotelis Grę ca, quæ superius apposui; ait enim translationes sunt, quasi mutationes, cùm quod nõ habeas, aliunde sumas, hoc enim est ἐπιφέρειν ἀλλόφιον ὄνομα, sicuti ait Aristoteles. Metaphoræ autem enumerat modos quatuor, à genere ad speciem, à specie ad genus, à specie ad speciem. postremò per analogiam, seu proportionem: de his singillatim dicendũ ex Aristotelis præscripto.

» Λέγω δὲ ἀπὸ γένους μὲν ἐπὶ εἶδος, οἷον, νηῦς μέμοι ἥδ' ἕστηκε, σταθμὸς γὰρ ὁρμεῖν ἐστὶν ἑστάναι τι

» A genere ad speciem voco: vt stetit hæc mihi nauis: etenim in portu esse, stare aliquod est.

videtur

res clarior fiat.vt magis aliquid significetur, quod alioqui satis exprimi nõ posset propriis vocabulis. Addo etiam propter breuitatem; in translato enim verbo vno multa insint oportet,quæ audientis animum pungant, & oblectent, simulque admiratione afficiãt;quòd vi vnius verbi translati potuerint tam multa proferri.Exempla trãslationis,quę ducuntur ex analogia,huiusmodi affert Aristoteles quorum primum est. Vt si quis dicat. PHIALAM MARTIS CLYPEVM ESSE. aut è contrario BACCHI CLYPEVM ESSE PHIALAM. Huius dicti artificium summum est,& ita sese habet. Quatuor assumuntur voces,quarum natura, & significatio diuersa est,si singillatim consideres,vt MARS. Bacchus.Clypeus.Phiala.Mars dissimilis Baccho,Phiala dissimilis Clypeo,propria & conueniens Baccho Phiala.Clypeus conueniens Marti.Iam verò anologia ea quæ non conueniunt alteri per se,attribuens,simul iungit, & Phialam Bacchi Clypeum vocat;& Clypeum Martis phialam. sic



Hinc apud Aristotelem sæpè dictum est alibi; ea, inter quæ analogia est (analogata vulgò appellant) non habere vnam, communemque naturam.& hoc declarat Themistius.in li.11.de Anima. Quintilianus lib.v.capite vndecimo.vbi loquitur de imagine (sic enim vocat εἰκόνα.) ait. Ex hoc genere, dictum est illud Ciceronis vt corpora nostra sine mente, ita ciuitas sine lege, suis partibus,vt neruis, ac sanguine & membris vti non potest. Talis est etiã imago,si dicas; vt Remiges sine gubernatore,ita milites sine Imperatore.Hæc ille,Neć aliunde fluxit elegantissimum illud genus syllogismi,qui fit ex analogia, sicuti docet Aristoteles in libris τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν.est autẽ illic longa disputatio de conuersione syllogismorum,quæ fit secundum commutatam analogiã.Verùm in re nostra esto exemplum hoc.Sicuti sese habent lapides & cæmenta in arte fabrorũ muralium;ita sese habẽt verba,seu dictiones in arte Rhetorum. Sed fabri lapides,cæmentaque componentes in vnum parietẽ struunt. Rhetores quoque dictiones,& verba componentes orationis structuram faciunt;Exemplũ, quod Martis,Bacchi,Clypei,& Phialæ affertur hoc loco, est etiam positum lib.tertio Rhetoricorũ.vbi loquitur περὶ εἰκόνων,& earũ artificio,ac vi.& ait has esse metaphoras ex duobus simul sumptas.nã si separatim diceres Clypeum Phialam esset vna tantùm metaphora.Verba Aristotelis sunt hæc,εἰσὶ δὲ εἰκόνες, ὥσπερ εἴρηται καὶ τοῖς ἄνω ἀεὶ δύο λοκιμοῦμεν φόρτου μεταφοραὶ. ἢ γὰρ ἐκ δυοῖν λέγονται ὥσπερ ἡ κατὰ ἀνάλογον μεταφορὰ, οἷον ἡ ἀσπὶς, φιάλη βάϊν ἄρεος, καὶ τόξον, φόρμιγξ ἄχορδος. τὸ δὲ εἰπεῖν τὸ τόξον φόρμιγγα, ἢ τὴν ἀσπίδα φιάλην ἀπλοῦν. Interpres Græcus explicans hũc locum ait huiusmodi similitudines,seu metaphoras ex analogia ideo ab Aristotele dictas esse ex duobus cõstare; quoniam habent ἐξ οὗ μετηνέχθη, ἤτοι ἐκ τοῦ δυοῖν. καὶ πρὸς ὃν μετηνέχθη: ἤγουν τὸν ἄρεα; Analogia in metaphora facit vt sit illud,quod in primis requiritur,τὸ ἁρμόττον;nam si non fuerit; absurdam parùmque conuenientem esse necesse est metaphoram.hinc Cicero in metaphora monet libro.111.vitandum esse dissimilitudinem;videdumque,ne nimis longè ducatur, vt siquis dicat aliquẽ esse syrtim patrimonii;aut charybdim bonorũ;satius enim fuerit scopulum,& voraginẽ dicere; quia in translationibus faciendis magis est inseruiẽ

dum

» οἷον ἂν ἴσο ὡσ ἀγαθὸν πεφώμενοσ αὐτὸν ἐπαγάγηται, εἶτα ἕλαβε, ὡσ ὁ καρπάθιοσ φησὶ τὸν λαγῶ. ἄμφω
» γὰρ τὸ εἰρημένον πεπόνθασι. Sed exemplum affert Ariſtoteles ex Homeri verſu hoc
» χαλκῳ ἀρὰ δυχίων αἰρήσσ ζάμενον ἀτίρει
» χαλκῷ. hoc eſt,ferro animam auferens peremit. nam auferre animam eſt perimere; & perimere eſt auferre animam. Vulgati libri habent αἰρύσσ. ſed legendum eſt αἰρήσσ. Rurſus poſt illas dictiones οὐ ζάνθα γὰρ τὸ μὲν αἰρήσ. manuſcriptus liber habet. δυχίων. vt ego paulò antè interpretatus ſum. Quod ſi in Homeri verſu legas ὑρύσσ ſicuti poëtices manuſcriptus liber habet, & paulò poſt ἀρύσ multò venuſtior erit trãſlatio nam haurire ponitur,pro ferire,& perimere,ſicuti Vergilius quoque libro ſecundo Aenei dos vſus eſt,cum ait.

Inimicus & hauſerit enſis.

» Homerus illo verbo ζαμεῖν pro ſecare,ſeu ferire vſus eſt etiam libro decimotertio Iliados,cùm ait.

» αἰνείας τε καὶ ἰδομενεὺς ἀτάλαντοι ἄρηι
» ἵστ' ἀλλήλων ζαμέειν χρόα νηλέϊ χαλκῷ
» Quintilianus libro octauo ait. Cùm in rebus animalibus aliud pro alio ponitur, vt Liuius Scipionem à Catone adlatrari ſolitum refert.

» Τὸ δὲ αὖ ἀνάλογον λέγω, ὅτ' αὖ ὁμοίως ἔχῃ τὸ δεύτερον πρὸς τὸ πρῶτον, καὶ τὸ τέταρτον,
» πρὸς τὸ τρίτον. ῥηθήσεται γὰρ ἀντὶ τοῦ δευτέρου τὸ τέταρτον, ἢ ἀντὶ τοῦ τετάρτου τὸ δεύτερον. καὶ
» ἐνίοτε προστίθεασιν, ἀνθ' οὗ λέγει, πρὸς ὃ ἐστι. λέγω δὲ, οἷον ὁμοίως ἔχει φιάλη πρὸς διόνυσον,
» καὶ ἀσπὶς πρὸς ἄρη. ῥηθήσεται τοίνυν καὶ τὴν ἀσπίδα φιάλην ἄρεως, καὶ τὴν φιάλην ἀσπίδα
» διονύσου.

» Proportione verò reſpondens dixerim, quando aliquod ſecũdum
» ad primum ſimili ratione ſe habeat, qua quartum ad tertium, ſumit
» enim vel loco ſecundi quartum, vel quarti ſecundum. interdumque
» addunt, pro quo dicitur, ad quod eſt: exempli cauſa: ſimili ratione ſe
» habet Phiala ad Bacchum, qua ſcutũ ad Martem. dicet igitur & Phia-
» lam ſcutum Bacchi, & ſcutum Phialam Martis.

Quintilianus libro quinto Cap. xi. declarat quid ſit Analogia, his verbis Ἀναλογίαν quidam à ſimili ſeparauerunt; nos eam ſubiectam huic generi putamus. Nam vt vnum ad decem, ſic decem ad centum, ſimile certè eſt, & vt hoſtis ſic malus ciuis, & quæ ſequuntur. Planè videntur verba hæc mirum in modum illuſtrare poſſe locum Ariſto-
» telis, quem præ manib. habemus, ait enim ἀνάλογον λέγω ὅτ' ἂν ὁμοίως ἔχῃ τὸ δεύτερον πρὸς
» τὸ πρῶτον, καὶ τὸ τέταρτον πρὸς τὸ τρίτον. Idem Ariſtoteles libro tertio Rhetoricorum vbi
» metaphoras ex ſimilitudine ait duci, analogiæ mentionẽ facit. δεῖ δ' οὖν καὶ εἰκόνας
» ἔχοντα, καὶ αἱ εἰκόνες μεταφοραὶ λόγου δεόμεναι, ἀεὶ δὲ δι' ἓν τῶν μεταφορῶν ἐν τῷ ἀνάλογον ἀποδιδόναι, καὶ
» ὧδε θατέρῳ καὶ ὧδε τῷ ὁμοίῳ. Non multo poſt eodem libro ait inter quatuor genera metaphorarum, eam omnium eſſe probatiſsimam quæ ducitur ex analogia, his verbis: τῶν
» δὲ μεταφορῶν. τετραχῶν οὐσῶν δοκιμοῦσι μάλιστα αἱ κατὰ ἀναλογίαν. ὥσπερ περικλῆς ἔφη τὸν νεότητα
» τὴν ἀπολουμένην ἐν τῷ πολέμῳ. οὕτως ἐφανίσθη ἐκ τῆς πόλεως, ὥσπερ εἰ ἴσον τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξέλοι. καὶ
» ὁ λεπτίνης. ἐλλάλαξε τετρόφθαλμον. quid verò differat inter metaphoram, & ſimilitudinem ita explicat. ἔστι δὲ καὶ εἰκὼν μεταφορά, διαφέρει γὰρ μικρόν, ὅταν μὲν γὰρ εἴπῃ τὸν Ἀχιλλέα. ὡς δὲ λέων
» ἐπόρουσεν. εἰκών ἐστι. ὅταν δὲ λέων ἐπόρουσεν ἔστι μεταφορά· διὸ γὰρ τὸ ἄμφω ἀνδρεῖός ἐστιν προσηγόρευσε μετε-
» νεγκὼν λέοντα τὸν Ἀχιλλέα. Metaphoræ quidẽ & oratoribus & poëtis cõueniunt. Sed εἰκόνας; vt inquit Ariſtoteles, debent adhiberi rarò ab oratoribus, quia ποιητικαὶ μᾶλλον εἰσὶν. Cicero quoque libro de Oratore tertio, ſimilitudinem ait requiri in trãslatione; nam facit, vt verbum alieno in loco poſitum tãquam in ſuo, ſi agnoſcatur, delectet. Quòd ſi ſimile nihil habet, repudiatur. Et certe ex notis rebus analogia ſeu ſimilitudo duci debet in trãslatione facienda; nam duobus in primis de cauſis trãslatione vtimur; tùm vt

res

» Ἐνίοις δ' οὐκ ἔστιν ὄνομα κείμενον τὸ ἀνάλογον· ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ὁμοίως λεχθήσεται. οἷον, τὸ » σπείρειν μὲν ἀφιέναι, σπείρειν. τὴν δὲ φλόγα ἀπὸ τοῦ ἡλίου, ἀνώνυμον. ἀλλ' ὁμοίως ἔχει » τοῦτο πρὸς τὸν ἥλιον, καὶ τὸ σπείρειν πρὸς τὸν καρπόν. διὸ εἴρηται σπείρων θεοκτίσταν φλόγα.

» Licet autem quibuſdam nomen proportione reſpondens inditum » non ſit, nihilò tamen ſecius ſimili ratione dicetur: quemadmodũ fru- » gem quidem proiicere, ſerere dicimus: proiici verò à ſole flammam, » nominis eſt expers: cùm tamen ita ad ſolis flammam hoc ſe habeat, » quemadmodum ſerere ad frugem. ideoque Sol dictus, ſator diui- » nitus ignis.

In ſuperiore genere tranſlationum, quę fiunt per analogiam quatuor quædam ſunt voces, quarum commutatio fit; & viciſsim altera ad alteram refertur. Sed nonnulla ſunt in quibus quarta deeſt appellatio. nec Analogia fieri propterea ſatis aptè poteſt. vt patet in hoc exemplo allato ab Ariſtotele. FLAMMA, ſeu LVX, FRVCTVS, SERERE, nullus eſt qui non videat ſerere ad fructus referri; dicitur enim agricola arbores, ſeu fructus ſerere. FLAMMA ſeu LVX in hac analogia caret voce propria. Sumitur tamen ſine vlla cõmutatione à priori, & dicimus SERERE FLAMMAM, ſeu LVCEM, referentes ad SOLEM. Sic. ἥλιος σπείρει φλόγα ſicuti à vetere dictum eſt Poëta. quod tamẽ erat proprium fructuum. nam dicimus σπείρειν καρπόν. Hæc igitur analogia dici non poteſt perfecta, quia Sol non mutuat ſui appellationem officii, Agricolę, vtputa, aut alteri; qui ſerit fructus; cum tamẽ mutuetur ab illo τὸ σπείρειν, quæ ipſius erat
» propria appellatio. Hinc Cic. lib. de Or. III. ait. Si res ſuum nomen, & vocabulum nõ
» habet, vt pes in naui, vt nexum, quod per libram agitur, vt in vxore diuortium, neceſ
» ſitas cogit, quod non habeas, aliunde ſumere. Huius generis tranſlationes multę ſunt tùm apud oratores, tùm apud poëtas. M. Cic. in oratione pro Archia. Ego verò om-
» nia, quæ gerebam iam tùm in gerendo ſpargere me, ac diſſeminare arbitrabar. Diſſeminare refert Cic. ad res ſuas geſtas, & gloriã, quod propriè de fructibus, & frugibus dicitur; cum autem ea res careat propria appellatione, neceſſariò eam mutuatur aliunde. Simile illud Vergilianum lib. I. cum ait.

» Semina flammæ. Sicuti etiam Homerus. σπέρμα πυρὸς αὐζῶν, & illud lib. II.
» De cœlo lapſa per umbras.
» Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.

Currere enim dixit ſtellam aliunde mutuatus nomen, cum proprio careret. Sed quid pluribus opus eſt exemplis, cum vbique inueniantur in veterum ſcriptis poëtarum? Sunt igitur Metaphoræ aliæ per analogiã perfectam, aliæ per analogiã imperfectam, ſic enim libet appellare; cum non ab omni parte, deficiente appellatione aliqua; quatuor voces conſtitui poſſunt, inter quas fiat analogia.

» Ἔστι δὲ τῷ τρόπῳ τούτῳ τῆς μεταφορᾶς χρῆσθαι, καὶ ἄλλως προσαγορεύοντα· τὸ ἀλλό-
» τριον ἀποφήσαντα τοῦ οἰκείου τι, οἷον, εἰ τὴν ἀσπίδα εἴποι φιάλην μὴ Ἄρεως, ἀλλὰ οἴνου.

» Licet autem huiuſcemodi tranſlationis modo vti, & alio quoque: » cùm videlicet nominauerimus alienum quippiam, aliquid eius pro- » prium ab eodem remouentes: vt ſi quis appellare volens Phialam, di » xerit ſcutum, non Martis, ſed Bacchi.

Docet Ariſt. poſſe nos alio quodã vti modo in analogica metaphora proferenda, cũ ſcilicet alieno nomini propriũ miſcemus alterum, et erit analogia quidẽ ſeu trãſlatio, at non ſimilis prioribus, in quibus omnia nomina aliena ponebantur. ἀλλότριον in contextu ait Ariſt. reſpiciens ad metaphoræ propriũ munus, quod eſt vti alienis verbis, & ſic ſanè ſemper appellat Cic. οἰκεῖον vocat propriũ, ſic etiam Cic. lib. de Or. II. ſuum, &

© SCD - Université de Poitiers

dum oculis, quàm auribus; facilius enim ad ea, quę visa, quàm ad ea, quę audita sunt mentis oculi feruntur; de hac re etiam Aristoteles ipse loquitur. III. Rhet. his verbis.

» δεῖ δὲ καὶ τὰ ἐπίθετα καὶ τὰς μεταφορὰς ἁρμοττούσας λέγειν, τοῦτο δ' ἔσται ἐὰν τὸ ἀνάλογον, εἰ δὲ μὴ ἁρμό-
» ττει φανεῖται διὰ τὸ παράλληλα τὰ ἐναντία μάλιστα φαίνεσθαι. ἀλλὰ δεῖ σκοπεῖν ὡς πρὸς φοινικίδα, οὕτω γέ-
» ροντι. ἡ γὰρ αὐτὴ πρέπει ἑκατέροις. καὶ ἐάν τε κοσμεῖν, ἀπὸ τῶν βελτίονων τῶν οἰκείων τῷ μεταφο-
» ρὰν, ἐάν τε λέγειν ἀπὸ χειρόνων. λέγω δὲ οἷον ἐπεὶ τὰ ἐναντία οἰκεῖα τῷ αὐτῷ γένει, τὸ φᾶναι τὸν μὴ πτωχὸν δύσ-
» τηνον, τὸν δ' οὐχ ἑκόντα, τὸν δ' οὐχ ὁμολογοῦντα πωλοῦσιν, ὅτι ἄμφω ἀποστήσει. τὸ εἰρημένον δεῖ ποιεῖν. quæ postrema verba similima sunt illis, quæ paulò ante in contextu exposuimus, τὸ αἰρῆσθαι καὶ τὸ δεῖ-μνυσιν ὄντιν ἀφελεῖν τι: Quatenus verò ait non esse ducendam metaphoram ἀπὸ τῶν χειρόνων. idipsum docet etiam Cicero libro de Oratore tertio, vbi ait in ea omnem turpitu-
» dinem esse fugiendam. Nolo (inquit) morte Africani dici castratam esse remp. nolo
» stercus curiæ dici Glauciam; nam quamuis sit simile, tamen est in vtroque deformis cogitatio similitudinis. Iam verò si metaphora debet habere τὸ ἁρμόττον, neque maiorem neque minorem esse oportet. quòd similitudo vnde metaphora ducitur minus apta fuerit; mollienda est præpositio aliquo verbo. Vt si dicas; VT ITA DICAM. δεῖ
» μεταφέρειν (inquit Aristoteles paulò post libro tertio Rhet.) ἀπὸ τῶν οἰκείων καὶ φανερῶν.

» Ἔτι. ὁμοίως ἔχει ἑσπέρα πρὸς ἡμέραν, καὶ γῆρας πρὸς βίον. ὀρεῖ τοίνυν τὴν ἑσπέραν, γῆ-
» ρας ἡμέρας, καὶ τὸ γῆρας, ἑσπέραν βίου. ἢ, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς, δυσμὰς βίου.

» Rursus ad diem vespera, pari ratione se habet, qua ad vitã senium.
» itaque dicet vesperam, diei senium, et senium vesperam vitæ: vel, sicut
» Empedocles, occasum vitæ.

Aliud affert exemplum eiusdem analogiæ, in qua metaphora inest. & sunt quatuor voces sicuti in priore exemplo quod declarauimus, inter quas sit analogia; hæ. ἑσπέρα. ἡμέρα. βίος. γῆρας. nã sicuti sese habet vesper ad diem, ita sese habet senectus ad iuuentutem relata. Exemplum prioris horum sumi potest ex illo versu Catulli.

» Soles occidere & redire possunt:
» Nobis cum semel occidit breuis lux,
» Nox est perpetuò vna dormienda. Item ex Horatii illis versibus.
» Multis ille quidem flebilis occidit
» Nulli flebilior, quàm tibi Vergili. Et ex eodem. cum ait.
» Quid serus vesper vehat.

Acron Horatii interpres superiores declarans versus adnotat. Verbum illud OCCIDERE propriè dici de viris insignibus. puto ad metaphoram Solis Acronem respexisse. Plutarchus refert Syllæ de Pompeio adhuc adolescente dictum. MVLTOS magis Solem admirari orientem, quàm occidentem. Neque dissimile illud Antiochi dictum, quod refert Liuius. Non omnium dierum soles occiderunt. Nec autem prætermittẽdum est, quod exponit de translatione loquens Cicero in Topicis cùm ait, Solebat
» Aquilius collega, et familiaris meus, cum de litoribus ageretur quæ omnia publica es-
» se vultis; qua fluctus elideret; hoc est, quasi qui adolescentiam florem ætatis; senectu-
» tem occasum vitæ velit definire. Aristoteles lib. III. Rheto. Periclis dictum refert, in
» quo cum vere cõfertur iuuentus. Sic ὥσπερ περικλῆς ἔφη τὴν νεότητα τὴν ἀπολουμένην ἐν τῷ πο-
» λέμῳ οὕτως ἀφανίσθαι ἐκ τῆς πόλεως ὥσπερ εἰ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξέλοι. Idem Aristoteles de Senectute aliam quandam metaphoram profert libro tertio Rhetoric. his verbis. ἡ δὲ μεταφορὰ, ὅταν εἴπῃ τις τὸ γῆρας καλάμην, ἐποίησε μάθησιν, καὶ γνῶσιν διὰ τοῦ γένους, ἄμφω γὰρ ἀπλωθητικοῦ. de huiusmodi genere definitionum per metaphoram multa legi possunt apud Aristotelem lib. VI. Topicorum, vbi veteres magnoperè improbat, qui metaphoras inseruerint in suas definitiones. Verùm vt redeam ad Analogicam metaphoram, de qua loquebamur; eâdem ratione Sirmionem peninsularũ ocellum, vocat. & Cic. lib. XVI. Epistol. ad Att. Cur ocellos Italiæ villulas meas non video? Empedoclẽ refert Aristoteles, in suis versibus δυσμὰς βίου vocasse vergentẽ ætatẽ, sumpta metaphora ab occasu Solis.

Ἐνίοις

consuetudo ferre possit,aut factum vel coniunctione, vel nouitate, in quo item est auribus consuetudinique parendum. Nouantur (idem paulò ante inquit) verba, quæ ab eo, qui dicit, ipso gignuntur, ac fiunt vel coniungendis verbis, vt EXPECTORARE VERSVTILOQVVS. vel sine coniunctione nouantur, vt INCVRVESCERE. Horatius in Epistola ad Pisones, dum monet licere nouare aliquando verba,notium hoc profert INVIDEOR.& apud eundem in Odarum libro secundo VIDVARI. Aristoteles libro tertio Rhetoricorum hæc éadem vocat πεποιημένα, aitque se tractasse de his,aliisque omnibus in hoc libello Poëtices,his verbis, quæ libentius refero,quia pertinent ad locum hunc, » Τῇ δ' ὀνομάτων τοιαῦτ' ἐχόντων εἴδη, ὅσα τε διῄρηται καὶ ἐν τοῖς τοῦ ποιήσεως, τούτων γλῶτταιός μὲν, καὶ διπλοῖς ὀνόμασι, καὶ πεποιημένοις ὀλιγάκις χρηστέον. patet in his præceptum Aristotelis,vt Oratores rarò vtantur dictionibus nouis;et verbis,quæ facta, seu πεποιημένα dicuntur. Demetrius Phalereus videtur πεποιημένα tantùm vocare,quæ effinguntur ex imitatione vocum, ac sonorum, ait enim τὰ δ' ὀνόματα πεποιημένα ὁρίζονται τὰ καθ' μίμησιν ἐκφερόμενα τῶν παθῶν, ἢ τῶν πραγμάτων. sed alio modo accipit hoc loco Aristoteles:nam inquit ea esse,quæ ab aliis antè nunquàm prolata, tunc primum proferuntur à poëta;qualia multa apud Homerum legi possunt; nam Epopœiæ quidem facta, nouaque nomina conueniunt; non autem tragœdiæ. Homerus protulit nouum hoc verbum ἐρύω volens τὰ κέρατα significare, scribitur in alio contextu manuscripto ἔρυγον. Vergilius non dissimili ratione ait:& ramosa Mycon viua cis cornua cerui,& alibi,cornibus arboreis. idem ἱερία,quæ vox communis erat,& vsitata,non dixit,sed ἀρητῆρα. quod verbum nouum est,& factum. Versus Homeri est libro primo Iliad.

» οὕνεκα τὸν χρυσῷ ἠλίτομεν ἀρητῆρα.

Plutarchus testatur Homerum multa verba nouasse. καὶ αὐτὸν ἐποίησε ἔνια ὀνόματα οὐκ ὄντα πρότερον πρὸς τὰ σημαινόμενα τυπώσας. Paulò post, καὶ ὅλως πολλῇ τῇ καινότητι κέχρηται μετὰ πολλῆς ἐξουσίας, quod non videas à nostro Vergilio factum. Cicer. libro de Oratore secundo. Hæc sunt poëtarũ licentiæ liberiora,quàm nostra, sed tamen rarò habet etiam in oratione poëticum aliquod verbum dignitatem.

» Ἐπεκτεταμένον δέ ἐστιν, ᾧ ἀφῃρημένον, τὸ μὲν, ἐὰν φωνήεντι μακροτέρῳ κεχρημένον, ἢ τῷ οἰκείῳ, ἢ συλλαβὴν ἐμβεβλημένην.

» Productum, atque subtractum. Productum videlicet, quòd longiore vocali vtatur, quàm sit eius propria,siue etiam adiectam syllabam asciuerit.

Nunc explicat qualia sint nomina producta,ea autem sunt,quæ aut vna vocali addita augentur,aut integra syllaba. Manuscriptus liber habet μακροτέρῳ κεχρημένον τῷ οἰκείου. ac planè sic debet legi,nõ ἢ τῷ οἰκείῳ. sensus enim est.Productum nomen vocatur,quod vna vocali longius est, quam proprium, & primarium, vnde deducitur;vel syllaba. Quintilianus libro primo adiectionem hanc numerat inter genera solœcismi.Detractionem quoque.Exempla in promptu sunt,ideò à me prætermittuntur.

» Τὸ δὲ ἀφῃρημένον ἢ τι ἢ αὐτοῦ. ἢ ἐμβεβλημένου. ἐπεκτεταμένον μὲν, οἷον, τὸ πόλεως πτόλιος: καὶ τὸ πηλείδου, πηληιάδεω· ἀφῃρημένον δὲ, οἷον, τὸ κρῖ, καὶ δὼ: καὶ μία γίνεται ἀμφοτέρων, ἑνὸς, ἕνα.

» Subtractum, quòd aliquo siue peculiari, siue adiecto mutilum sit: exempli gratia:Productũ πόλεος πόλιος, πηλείδου πηληιάδεω dicimus, subtractum, vt κρῖ & δώ: atque etiam, cum vna ex geminis fit, vt pro ἑνὸς ἕνα. id est suæ.

In manuscripto Medicæo libro verba hæc priora ita leguntur. τὸ δ' ἂν ἀφῃρημένον οὗ τι ἢ αὐτοῦ, ἢ ἐμβεβλημένου. sunt nonnulli ex manuscriptis, in quib. non sunt illa, ἢ ἐμβεβλημένου.

© SCD - Université de Poitiers

propriũ vocabulũ dicit. Modus quippè hic videtur differre à prioribus, quia omittit μετωνυμίαν, seu (vt Cic. vocat lib. de Or. II) traductionem atq. immutationẽ verbi, vt cũ Cererem pro frugibus. Martem pro bello. Neptunũ pro mari. Liberum pro vino dicimus. Hoc verò ita sese habere patet in exemplo allato ab Aristotele, quod idem est cũ superiore, sed leuiter mutatum, vt minus appareat μετωνυμία. sic, siquis dicat φιάλῳ, nõn Martis, aut Bacchi, sed οἴνου. hoc est vini. Aliquando videas è contrario seruari μετωνυμίαν tantum, & proferri sine translatione, vt illud Vergilii.

» Poculaque inuentis Acheloia miscuit vuis.

nam pocula propriè dixit, Acheloia per μετωνυμίαν. sed in eo etiam versu apparet ferè modus hic, de quo loquitur Aristoteles; nam Vuas propria sub appellatione protulit, pocula Acheloia, sub aliena: Vertit Paccius vltimam dictionẽ Bacchi, sed legitur οἴνου, neque aliter legi debet. Nec verò sine causa dixit Aristoteles in contextu ὀπώρᾳ λιγ. nam & Quintilianus libro sexto ὀπώρου vocat. Sed quærat fortasse aliquis, Cur Aristoteles in Poëtices libro hoc de metaphora loquens nihil dixerit de iis, quę ducuntur ἀπὸ ἐμψύχων ἐπὶ ἄψυχα? de quibus omnes veteres locuti sunt. Quintilianus libro quinto Demetrius Phaler. in suo libello περὶ ἑρμηνείας. Plutarchus in Hom. & sanè constat poëticas esse huiusmodi translationes magis fortasse, quàm oratorias, nam aliquid carens anima facere loquẽs, ac si animatũ esset hoc prorsus poëtices munus est. exempla
» Plutarchus affert ex Hom. αἱ μὲν ἀπὸ ἐμψύχων ἐπὶ ἔμψυχα. οἷον. Ἀγχιμόλοιο ποιμένος λαῶν. αἱ
» δὲ ἀπὸ ἐμψύχων ἐπὶ ἄψυχα ὑποπὸδια νέατον ἵδρυσε. quam metaphoram adnotat etiam Deme
» trius. τὸ ὑπώρεια μὲν τὸ ἵδρυσε πόδια ἔξεισιν εἰπεῖν τὸν ποιητὴν. τὸν δὲ τοῦ ἀνθρώπου πόδια ἀκίδα ὑπώρειαν εἰ-
» πεῖν. Hanc metaphoram testatur ibidem Demetrius omnium præstantissimam esse, maximeque probari ab Aristotele, & vocari metaphoram κατ' ἐνέργειαν, quia sensum, actionemque inanimatis præbet; huius exemplа innumerabilia sunt tùm apud Oratores, tùm apud Poëtas. Locus est Aristotelis libro tertio Rhetor. vbi ait Metaphoram ob oculos rem ponere, quicquid aptè exprimit. τὸ ἄψυχον ὡς ἔμψυχον. vt cum dixit Iphicrates. ὁρῶσι μοι τοῦ λόγου δίχα μέσων τοῦ χάρακος πεπραγμένων. quo loco Aristoteles quoque adnotat hanc esse metaphoram κατ' ἀναλογίαν, sicuti patet. Africam tonsam vocat Propertius. Versus hic integer est Eleg. vltima libro quarto.

Sub quorum titulis Africa tonsa iaces.

» Simile illud quod refert Aristoteles libro tertio Rhetoric. ὡδὶ τῷ ἄφῳ τῆς οἰ βλαμῖνι τε-
» τελευτηκότων κείρασθαι τὼ ἑλκέλα. Sed redeo ad quæstionem propositam, respondeoque
» Aristotelem, & si nõ nominauit, sicuti alii Rhetores hæc translationum genera; complecti tamen ipsas sub eo genere, quod vocat per analogiam, hoc verò patet tùm per se satis ex natura rerum, tùm ex verbis, & exemplis allatis paulò ante, vbi, cum translatio ducatur ἀπὸ ἐμψύχων ἐπὶ ἄψυχα. vocat κατ' ἀναλογίαν. Hermogenes quoque lib. quarto περὶ ἰδέσεων Aristotelis, (vt opinor) vestigia secutus vbi loquitur περὶ ὀφθῆς, reiicit μεταφορὰς ἀπὸ τῆς ἀψύχων, καὶ ἐμψύχων. non quidem quod non probet; sed vt frustrà à grammaticis has appellationes fuisse prolatas ostendat, his verbis ὀφθὴ δὲ ἐμὴ ὀφ
» ὑποκειμένου πράγματος, ἀλλοφύλου δὲ σημαντικὸν ὄνομα θεῖναι, κοινὸν εἶναι δυνάμενον καὶ τοῦ ὑποκειμένου μὴ
» τοῦ ἐξωθεν ἐμφαινομένου, ὃ καλεῖται μὴ μεταφορὰ παρὰ τοῖς γραμματικοῖς, οὐχ ὡς ἐκεῖνοι λέγουσι τὸ ἀπὸ
» τῆς ἀψύχων ἐπὶ τὰ ἔμψυχα, καὶ τὸ ἀνάπαλιν. ἀλλὰ καθόλου ἡ ῥητορικὴ πολυπραγμονοῦσα μηδὲν μήτε
» ἐμψύχων, μήτε ἀψύχων οὕτω χρῆται τοῖς ἀλλοφύλοις ὀνόμασιν, οἷον προπίπτουσι τὰ τ' πόλεως πράγμα
» τα, ἀντὶ τοῦ προσκόπτουσι. & quæ sequuntur.

» Πεποιημένον δέ ἐστιν, ὃ ὅλως μὴ καλούμενον ὑπό τινων αὐτὸς τίθεται ὁ ποιητής: δοκεῖ γὰρ
» εἶναι ἔνια τοιαῦτα. οἷον, τὰ κέρατα ὀρύτα, καὶ τὴν ἱέρεα ἀρητῆρα.

» Fictum est, quod à nemine vsurpatum, à poëta ponitur: cuiusmodi
» hæc esse apparent: vt Cornua ramos, & sacerdotem custodem.

Hactenus de metaphora, nunc explicat, quæ sint nomina, quæ vocantur πεποιημένα. nam hæc puto esse, quæ à Cicerone libro de Oratore appellantur facta, cum ait. Singulorum verborum laus tribus existit ex rebus, si aut vetustum verbum sit, quod tamen consue-

do,concipiendoque. Tertius qui hæc nitidiora faciat, quod propriè,dixeris cultum. Hæc ille. Sed Aristoteles ideò ornatum non explicauit,quia constat reliquis partibus & qualitatibus iam expositis;id verùm esse demonstrat Quintilianus libro octauo vbi inquit.Et quoniam orationis tàm ornatus,quàm perspicuitas aut in singulis verbis est,aut in pluribus positus,quid separata,quid coniuncta exigant, consideremus, quãquam rectissimè traditum est, perspicuitatem propriis, ornatum translatis verbis magis egere. Si igitur(vt patet) ornatus translatis constat, quid erat necesse,vt de eo, cũ translata exposuisset,quidpiã loqueretur Aristo. Præterea ornatus est, qui per totam orationem diffunditur,& conflatur ex prioribus omnibus qualitatibus.Sed ornatus hic(inquit idem Quintilianus) virilis,fortis,& sanctus sit,neque effœminatam leuitatem nec fuco eminentem colorem amet,sanguine, & viribus niteat. Hæc ille. & multa alia eodem loco profert,quæ ad ornatum spectant, legat igitur quilibet, apud ipsum;hac ego de causa κόσμον,quæ vna erat qualitas sermonis poëtici,putarim ab Aristotele prætermissum; nam vix adduci possum, vt credam mutilum esse contextum, cum omnes libri inter se bellè consentiant.

» Λέξεως δὲ ἀρετὴ, σαφῆ, μὴ μὰ ταπεινὴν εἶναι, ἐκφεύγειν μὲν οὖν ὄχλον ἡ ἐκ τῶν κυρίων ὀνομάτων, ἀλλὰ ταπεινή. παράδειγμα δὲ, ἡ Κλεοφῶντος ποίησις, μὴ ἡ Σθενέλου.

» Dictionis autem virtus,vt perspicua sit,non tamen humilis.quæ igitur ex propriis nominibus constabit, maximè perspicua erit,humilis tamen,exemplum sit Cleophontis, Stheneliquę poësis.

λέξιν vocat sermonem hoc loco Aristoteles; nequis fortasse putaret de dictione illum loqui, nam separatim de hac locutus est, sub appellatione ὀνόματος καὶ ῥήματος & aliarum partium. Sermonis poëtici, sicuti etiam oratorii summa virtus est perspicuitas,quã Græci ἐκφάνειαν vocant,summum verò vitiũ obscuritas,Græci dicunt τὸ ἀσαφὲς. reprehendit Quintilianus libro octauo nonnullorum imperitiam, qui, quòd putarent,laudatissimum esse orationis genus,quòd non ab omnibus passim intelligeretur subinde discipulos suos orationem obscurare iubebant, vtentes hoc verbo σκότιον. Vnde illa scilicet egregia laudatio extitit. NE EGO QVIDEM INTELLEXI. Perspicua oratio quomodo fiat ibidem docet Quintilianus,exponitque perspicuitatis virtutes,& formas omnes.Sed ego refero tantum verba, quæ ad contextum Aristotelis spectare videntur;vbi ait. Nobis prima sit virtus perspicuitas propria verba, ἐκφεύγειν (inquit Aristot.in contextu)μὲν ὄχλον ἡ ἐκ τῶν κυρίων ὀνομάτων. Demetrius quoque,vbi loquitur περὶ μεγαλοπρεπείας ait; ἡ δὲ κυρία μὴ σαφὴς ἐκφὲρει μὲν ἀεὶ, τῆσδε μὴ δύναται φέρουσα. Præterea Hermogenes libro primo περὶ ἰδεῶν de hac re ita scribit.λέξις δὲ καθαρὰ ἡ κοινὴ, καὶ εἰς πάντας ἀκούσας, μὴ μὴ τεθαμβημένη. μηδ' ἐφ' ἑαυτῆς δὲ ἐκφεύγειν σκληρά. Verùm periculum est,ne, si sermo conficiatur ex propriis,incidat in aliud quoddam vitium diuersum, fiatque humilis; qui enim singula profert propriis dictionibus, necesse est illius humilem, popularemque esse orationem, quare vix conueniet poëmati; hoc vidit Demetrius eodem loco, & profero ipsius vetba, quia mirificè explicant Aristotelis contextum, in quo de hoc vitando vitio loquitur, sunt autem hæc: πῶς δὲ λέξιν οὐ τῷ χαρακτῆρι τούτῳ (loquitur περὶ μεγαλοπρεπείας) περιπτέον ἐστὶν εἰπεῖν, καὶ ὑφηλαγμένην, καὶ ἀσαφεστέραν μᾶλλον οὕτω γὰρ ἕξει τὸ ὄγκον, & quæ sequuntur.,ἡ κυρία γὰρ δύναται φέρουσα. sicuti paulò ante retulimus. Hermogenes quoque eiusdem est sententiæ.postquam igitur præcepit περὶ ἐκφωνείας, admonuitque oportere orationẽ esse καθαρὰν ex verbis propriis contextam; metuens ne humilis fieret;cum elata esse debeat,& μεγαλοπρεπὴς: & rursus cum μεγαλοπρεπὴς esse debeat,fiatque ex translatis, metuens ne obscura esset ait. Λ' ταρπὸς.καὶ τὸ κατειδῶν κατέφαγε, καὶ τὸ ἐκπνευρισμένοι. καὶ τὸ πεπρακὼς ἑαυτὸν. καὶ τὸ περικόπτων, καὶ λωποδυτῶν τὼ ἑλλάδα, καὶ ἁρπάζων. ταῦτα γὰρ, καὶ τὰ τοιαῦτα σαφῆ μὲν ὄντι καὶ μέγεθος ἔχοντά πως οὐμὼ καθαρὰ, ἀλλὰ τοῖς πολλοῖς αὐτῆς μὴ ἐκφαίνεσθαι δεῖ. ὡς τὸ ἐκπνευρισμένοι. ἐδίωξε γὰρ τὸν. περιῃρημένοι χρήματα συμμάχους, εἰς ἐκφώνησιν. magnam verò laudem perspicuitatis tribuit Isocrati Hermogenes, nam

© SCD - Université de Poitiers

ſed reponẽda ſunt omnino,nam ſenſus eſt.ſubtractum nomen fuerit aliquod, in quo vel aliquid quod ipſius ſit proprium,vel adiectũ quod erat,vt fieret productius, aufertur,ἢ αὐτῆς cum ait, tantùmdem eſt, ac ſi diceret οἰκείου. exempla productorum, & ſubtractorum nominum affert Ariſtoteles notiſsima omnibus;qui didicerunt dialectos, earumque varietatem. Plura autem de his legat qui volet apud Plutarchũ in Homero. nam & ἀφαίρεσιν & alia omnia animaduertet exemplis declarata. ἑῶσ. ἧσ. ideſt ſuæ.Sic illud quoque ὃν κατὰ θυμὸν pro ἑὸν. ſed hæc notiora ſunt,quàm vt mea egeant interpretatione

» Ἐξηλλαγμένον δέ ἐστιν, ὅταν τῆς ὀνομαζομένου τὸ μὲν καταλείπῃ, τὸ δὲ προσῇ, οἷον, τὸ δεξί» τερον κατὰ μαζὸν, αὐτὶ τῆς δεξιόν.

» Commutatum cuius in denominatione aliqua quidem remanet » pars, aliqua verò additur;velut, Dexteriorem ſecundum mammam, » pro dextram.

Commutatum explicat quale ſit nomen, quod totum ſumitur â varietate linguarum,& de his Plutarchus copiosè in Homero.

» Ἔτι τῶν ὀνομάτων τὰ μὲν ἄῤῥενα, τὰ δὲ θήλεα, τὰ δὲ μεταξύ. ἄῤῥενα μὲν ὅσα τελευ» τᾷ εἰς τὸ ν ἢ εἰς ρ, ἢ ὅσα ἔκτευ τῶν ἀφώνων σύγκριται. τοῦτα δέ ἐστι δύο, τὸ ψ ἢ ξ. θήλεα » δὲ, ὅσα εἰς τῶν φωνηέντων εἴς τε τὰ ἀεὶ μακρὰ, οἷον, εἰς η ἢ ω, ἢ τῶν ἐκτεινομένων εἰς α, » ὥστε ἴσα συμβαίνῃ γίνεσθαι, εἰς ὅσα τὰ ἄῤῥενα, ἢ τὰ θήλεα. τὸ γὰρ ψ ἢ τὸ ξ αὐτά ἐστιν. » εἰς δὲ ἄφωνον οὐδὲν ὄνομα τελευτᾷ οὐδὲ εἰς φωνῆεν βραχύ. εἰς δὲ τὸ ι τρία μόνα, μέλι, κόμ» μι, πέπερι. εἰς δὲ τὸ υ πέντε, τὸ πῶυ, τὸ ναπυ, τὸ γόνυ, τὸ δόρυ, τὸ ἄστυ. τὰ δὲ μεταξὺ εἰς ταῦτα » ἢ τὸ ν ἢ τὸ σ.

» Nominum præterea ſunt aliqua maſcula, aliqua fœminea, aliqua » media. Maſcula,quæcunque in ν & ρ deſinunt,& in cunctas,quæ à π:et » κ mutis componuntur:ſunt enim omnino duæ, ψ & ξ. Fœminea, quæ» cunque in vocales ſuapte natura longas, quales ſunt η & ω, deſinunt, » productas inſuper in α,quo fit,vt hæ numero ſint æquales illis,in quas » maſcula,& fœminea deſinunt. ψ enim & ξ non diuerſæ ſunt.ſanè nul» lum nomen in mutam deſinit, ſed nec in vocalem breuẽ:in ι verò tria » tantũ μέλι,κόμμι,πέπερι: in υ quinque, πῶυ,ναπυ,γόνυ,δόρυ,ἄστυ. Media in hæc, » inſuperque in ν,& σ.

Poſtquam Ariſtoteles ſingillatim octo illas perſecutus eſt nominum qualitates, declarat aliam nominum differentiam;quæ eſt propter genus marium, & fœminarum, & ea quæ inter hæc ſunt,neutra à Latinis vocata,horum verò ſingulis ſuas certas aſſignat terminationes;magni enim refert hæc ſcire poëtam,qui in omnibus nominibus ſonum perpendat oportet;nõ erit autem difficile,etiam me tacente, omnia noſſe iis, qui in grammaticis aliquantum fuerint verſati, inde enim hæc ſumuntur; quia tota ea facultas,ſeu ars poëticæ inſeruit.Dionyſius Halicarnaſſeus,in libro περὶ συνθέσεως de his multa:videat igitur qui volet.Nos alia perſequemur,ſed primùm illud conſiderandum,cur cum Ariſt.octo nominũ qualitates explicandas ſibi propoſuiſſet; ſeptem tantùm explicauit;vnã prætermiſit,hoc eſt κόσμον,cũ præſertim Cic.& Quint.tàm diligenter de ornatu loquantur;nã Quint.lib.VIII ait.ſunt inornata & hęc,quod malè diſpoſitũ eſt id ἀνοικονόμητον.quod malè figuratũ id ἀσχήματον, quod malè collocatũ id κακοσυνθέτον. Paulò poſt, vbi ornatum inter figuras cõpoſitionis collocat, ait.Ornatum eſt, quod perſpicuo,ac probabili plus eſt;eius primi ſunt gradus in eo quod velis,exprimẽ

do

© SCD - Université de Poitiers

» πρὸς τὴν λέξιν, διὸ δεῖ ποιεῖν ξενίζουσαν τὴν διάλεκτον. Peregrina verba, & tranſlata admirationem
» afferunt auditoribus; ideò iucunda. Quòd ſi quis quærat, quatenus poëſi, quate-
» nusque ſolutæ orationi conueniant; idem Ariſtoteles declarat ibidem his verbis. ὡσὶ
» μὲν οὖν τῆς μέτρου πολλὰ τε ποιεῖ τοῦτο, καὶ ἁρμόττει ἐκεῖ, πλέον γὰρ ἰδίωμα τοῦτ' ἔχει, κὴ τοῦτ' οὐτὸ ὁ λόγος,
» οἱ δὲ τοῖς φιλοῖς λόγοις πολλῶ ἐλάττοσιν, ἡ γὰρ ὑπόθεσις ἐλαττοῖ. Neque verò prætermittendus
alius eſt Ariſtotelis locus eodem libro. 111. Rheto. vbi ait verba ξένα, ſeu orationem
ξενίζουσαν conuenire iis, qui perturbatione aliqua ſunt agitati; vel licere iis vti, cum au-
ditores fuerint incitandi, & inflammãdi ſeu ad iram, ſeu ad amorem, & odium. quod
in Panegyrico factum videmus ab Iſocrate ſub finem; ſimillimus autem ſermo hic ſit
ſermoni poëtarum, in quo faciunt homines furore percitos ſępe loqui, aut alia animi
perturbatione; cum etiam ipſi poëtæ furore quodam impellantur. καὶ τὰ ξένα μάλιστα ἁρ-
» μόττει λέγουσι παθητικῶς, συγγνώμη γὰρ ὀργιζομένῳ. & quæ ſequuntur. Hoc animaduertens Ver
gilius libro primo Aeneidos, non quidẽ verba peregrina proferentem, ſed κατ' ἔλλειψιν
loquentẽ facit iratam Iunonem, vt aliquo modo imitaretur furentis ſermonem.

» Me ne incepto deſiſtere victam?

Sed redeo ad Ariſtotelis verba. φθέγγονται γὰρ τὰ τοιαῦτα σφοδρύνοντες. διὸ καὶ τῇ ποιήσει ἁρ-
μόττει, ἔνθεον γὰρ ἡ ποίησις. Iam patet opinor, quæ dicantur verba ξένα, & quam habeant
vim, quomodoque, & quatenus ipſis oratores, & poëtæ vtantur. nam ſi dolentibus.
iratisque cõpetunt, patet in tragœdia poſſe multa collocari eiuſmodi.

» Ἀλλ' αὖτις ἅμα πάντα τὰ τοιαῦτα ποιήσῃ, ἢ αἴνιγμα ἔσται, ἢ βαρβαρισμός· αἴνιγμα μὲν
» οὖν ἐκ μεταφορῶν, αἴνιγμα. ἐὰν δὲ ἐκ γλωττῶν, κὴ βαρβαρισμός.

» Verùm, ſiquis hæc omnia ſimul congerat, vel ænigma efficiet, vel
» barbariſmum: ænigma quidem, ſi translationes: barbariſmum verò,
» ſi linguas.

Octo qualitates nominum ſuperius declaratas ſiquis inter ſe commiſceat; ex ipſarum
commiſtione videat in ſermone exiſtere duo. Barbariſmum ſcilicet, & Aenigma. de-
clarat igitur miſtiones harum qualitatum; nam ſeparatim poni in ſermone poëtico
non debent. Si enim totum ſermonem ſeparatim conficias ex metaphoris; erit Aeni-
gma. ſeu allegoria: ſicuti patet in Ode illa Horatiana.

» O' nauis; referent in mare te noui
» Fluctus. o' quid agis fortiter occupa
» Portum. Et quæ ſequuntur.

Multæ igitur metaphoræ ſimul contextæ ænigma, ſeu allegoriã faciunt. de qua Quin
tilianus meminit libro. v 111. cap. v 1. aliquando verò eſt allegoria ſine tranſlatione, at
illud eſt præſtantiſsimum genus, quod vtrâque conſtat. Sed nihilò minus ænigmata
ſunt ſine tranſlatione etiam. vt illud Vergilianum.

» Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo
» Treis pateat cœli ſpatium non amplius vlnas.

Nam vt teſtatur Quintilianus. Allegoria obſcurior gignit ænigma; ſicuti allegoria
ex trãſlationibus fit. Verùm Ariſtoteles nihilò minus ænigma gigni dicit ex metapho
ra; allegoriæ verò nullam facit mentionem. Atque hęc quidem ita ſeſe habent. Iam ve
rò ſi ſermo ἐκ γλωττῶν conficiatur tantùm, nam quid per γλώττας intelligendum ſit, eſt
antè copiosè declaratum, exiſtet BARBARISMVS. qui quibus modis fiat, nunc non
eſt quęrendum, nam fatis de hac re Quintilianus lib. 11. locutus eſt. Barbariſmum ideo
dixit gigni ἐκ γλωττῶν. quia peregrina, externaq. verba continent. Præterea additionẽ,
detractionem, aliasque multas mutationes dictionum non aliò commodius referas,
quàm hùc. eo igitur nomine omnia eſt complexus Ariſtoteles. Sed vtrunque genus
fuerit vitioſum, et quod ex ænigmate, et quod ex barbariſmo conſtet. nulla igitur ra-
tione talis miſtio probari debet â poëtis.

» Αἰνίγματος γὰρ ἰδέα αὕτη ὅδε, σ' λέγοντα τὰ ὑπάρχοντα ἀδύνατα, συνάψαι, κατὰ

© SCD - Université de Poitiers

translata propriis ita miscuit aptè, vt & perspicuè, neque humiliter tamen sit locutus. Sed Aristoteles ipse libro Rhetoric. tertio totidem penè verbis sententiam eandem refert. Ex quo liquidò cognoscas eandem præceptionem ad Poëticen, & Rhetoricen spectare: nec verò mirum, nam in sermone conficiendo penè idem artificium sequuntur.

» ὡρίσθω λέξεως ἀρετὴ τὸ σαφῆ εἶναι, σημεῖον γὰρ ὅτι ὁ λόγος ἐὰν μὴ δηλοῖ, οὐ ποιήσει τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. καὶ μήτε ταπεινὴν, μήτε ὑπὲρ ἀξίωμα, ἀλλὰ πρέπουσαν, ἡ γὰρ ποιητικὴ ἴσως οὐ ταπεινή, ἀλλ' οὐ πρέπουσα τῷ λόγῳ. » τῆς δ' ὀνομάτων, καὶ ῥημάτων τὸ σαφῆ μὲν ποιεῖ τὰ κύρια, μὴ ταπεινὸν δὲ, ἀλλὰ κεκοσμημένον τὰλλα ὀνόματα τὰ » ὡσαύτως εἰρῆσθαι καὶ τοῖς ἐπὶ ποιητικῶν. τὸ γὰρ ἀλλαττόμενον ποιεῖ φαίνεσθαι σεμνότερον. Præter quàm quòd Aristoteles explicat id, quod volumus; mentionem facit huius disputationis, quæ est in libro Poët. Exemplum verò hoc loco plebeii, humilisque sermonis, quem vult sum moperè à poëta vitari, Aristoteles affert poësin Cleophontis Athenien sis tragici; de quo apud Suidam fit mentio, & Steneli, cuius versum citat Athenæus libro decimo vbi ait. σθενέλος τε ὁ ποιητὴς οὐ κακῶς εἴρηκεν.

» οἶνος καὶ φρονεῖν ζῶσι ἐσ' ἀφροσύνας ἁπρόβαλε.

Eiusdem verò vitii accusat Cleophontem tragicum Aristoteles libro tertio Rhetor. nam tragica nō videbatur ipsius oratio esse, sed comica potius μήτε τοῦ δύτιλῶν σεμνῶς, μήτ' ἐπὶ τῷ δύτιλεῖ ὀνόματι ἐπὶ κόσμου, εἰ δὲ μή, κωμῳδία φαίνεται οἷον ποιεῖ κλεοφῶν.

» Σεμνὴ δὲ, καὶ ἀλλάττουσα τὸ ἰδιωτικὸν, ἡ τοῖς ξενικοῖς κεχρημένη. ξενικὸν δὲ λέγω, γλῶτ » ταν, καὶ μεταφορὰν, καὶ ἐπέκτασιν, καὶ πᾶν τὸ παρὰ τὸ κύριον.

» Illa veneranda, & omne prorsus plebeium excludēs, quæ peregri » nis vtetur vocabulis. Peregrinum voco varietatem linguarum, transla » lationem, extensionem, tum quodcunque à proprio alienum est.

Si poëticus sermo ex propriis tantùm verbis conficiatur humilis fuerit, ac plebeius, quod summū vitium præsertim in Heroico poëmate, & Tragico, aliisque multis, quæ maiestatem sermonis amant. Sunt igitur propria quidem retinenda, quia perspicuum reddunt sermonem; sed immiscenda illis sunt peregrina, & externa; translata quoque ac figurata, hæc enim omnia vno nomine in contextu vocat Aristoteles τὸ ξενικοῦ. quicquid enim proprium non est; receditque à consuetudine loquendi populari; peregrinum, & externum dici potest, mirificè autem nos delectant omnia τὰ ξενικὰ, non secus ac externarum vrbium, regionumque aspectus; sicuti igitur hospites in alienas vrbes eunt; sic verba translata, & ficta; aliena occupant loca, quæ vsitatorum, & propriorum verborum fuerint. Hæc autem orationem faciunt sublimen, ac elatam, (σεμνὸν vocant Græci) multa de hac re etiam me tacente, legi possunt apud Hermogenem in lib. 1. περὶ τῶν ἰδεῶν. & si nōnulla ex eo paulò ante protulimus. Sed optimè, ac copiosissimè rem hanc totā declarat Arist. ipse libro tertio Rhetoric. vbi monet oratoribus modum in his esse adhibendum, quia ad poëtas potius spectant: quoniam igitur locum hunc declarant; adscribam ipsius verba; quæ sunt hæc. ἀνυχρὸν ποιεῖ τὴν λέξιν τὸ χρῆσθαι γλώττῃσιν οἷον λυκόφρων ξέρξεω τὸν πελώριον ἄνδρα, καὶ σκίρον σίνιν ἀνήρ. quæ poëtica magis sunt, si consideres, quatenus verò ait σίνιν ἀνήρ, libet locum hunc illustriorē reddere appositō versu Callimachi in hymno Apollinis, vbi loquens de leone perempto à Cyrene, ait.

» ἤχι λέοντα. ὑλήεσσα κατέπεφνε βοὸν σίνιν οὐρεσίβοιον.

Idem Aristoteles paulò post; monens oratori crebra epitheta esse fugienda, ait. φίτον δ' » αὖ τοῖς ἐπιθέτοις τὸ ἢ μακροῖς, ἢ ἀκαίροις, ἢ πυκνοῖς χρῆσθαι. αὐ μὲν γὰρ ποιητὴ πρέπει γάλα λευκὸν εἰπεῖν, » αὖ δὲ λόγῳ τῷ μὲν ἀπρεπέστερα τὰ δι' ἀνῆ καταφορᾶς, ὑβριστὴν ἔχει, καὶ ποιητὴν φανερὸν ἅπαν ποιήσαι ἔστιν, ἐπεὶ δεῖ- » ται χρῆσθαι αὐτῇ. ἀλλαττόμενον γὰρ τὸ εἰωθὸς, καὶ ξενικῶς ποιεῖ πρὸς λέξιν ἀλλὰ σοφίζεσθαι δεῖ μεσίαν. & quę sequuntur. Adnotanda verò postrema verba, nā cōueniunt cū iis, quę sunt in hoc loco Poët. ἀλλάττουσα τὸ ἰδιωτικὸν. Eodem lib. III. Rhetoric Aristoteles laudans orationem, quæ fit ex peregrinis, translatisque verbis, & figuratis; modò aptè propriis misceantur, ait, vtens pulcherrima similitudine ducta ab hospitibus, qui in alienas ingre » diuntur vrbes. ὥσπερ γὰρ πρὸς τοὺς ξένους οἱ ἄνθρωποι, καὶ πρὸς τοὺς πολίτας, τὸ αὐτὸ πάσχουσι καὶ

πρὸς

Qui duo verſus elegi ſunt. Sed Ariſtoteles alterum tantùm modo recenſet.declarans verò Athenæus griplum ſtatim ait. τοῦτο δὲ σημαίνει τὸν συκίσαι προσβολίω. Atque ſic,opinor ſatis declaratũ eſt antiquum hoc Aenigma. Ex altero genere illud Platonis eſt. Homo non homo, percuſsit lapide non lapide,auem non auem, in arbore non arbore, nam metaphoram nullam habet,ſed tantum obſcurum eſt propter verba,quæ ſententiam præferunt parùm conſentaneam;

» Ἐκ δὲ τῶν γλωττῶν ὁ βαρβαρισμός. δι' ὃ ἀνακέκραταί πως τούτοις.

» Quemadmodum quoque ex linguarum varietate barbariſmus,
» quapropter aliquo pacto his admiſcetur.

Quemadmodum ex metaphoris inter ſe cõnexis,ſine aliarum vocũ miſtione, Aenigmata fiunt;ſic ex verbis externis,ac peregrinis,reliquisque qualitatibus dictionum,de quibus diximus,gignitur Barbariſmus; nam quodam modo ex harum miſtione oritur,ſicuti ſatis patet,etiam me exempla non proferente.

» Τὸ μὲν οὖν μὴ ἰδιωτικὸν ποιήσει, μὴ δὲ ταπεινὸν ἡ γλῶττα, καὶ ἡ μεταφορὰ καὶ ὁ κόσμος, καὶ
» τἆλλα τὰ εἰρημένα εἴδη. τὸ δὲ κύριον, τὸν σαφῆ ἁπαν-

» Proinde ſicut illud non triuiale ac minime humile lingua, transla-
» tio, ornatus, cæteræque dictæ ſpecies pariunt;ita proprium, perſpi-
» cuitatem.

Dictum eſt antè ſermonis ſummam virtutem eſſe; vt ſimul ſit perſpicua,nec ſit humilis. perſpicuam quidem facit orationem dictio propria, ſed humilem.non ſatis eſt igitur vnum conſequi, alterum non conficerere poſſe; vtrumque enim inſit in oratione poëtica oportet.Ne igitur ſit humilis,metaphora,& reliquis partibus, ſeu qualitatibus opus eſt.Si igitur metaphorę cum propriis nominibus miſceantur;vtrumque aſſe quemur;nam ſermo poëticus erit ſublimis & erectus,non autem plebeius,& humilis, additis tranſlationibus.præterea erit perſpicuus ob verborum proprietatem;nam ſi trã ſlationes ſolæ eſſent;ſermo eſſet obſcurus & ænigmaticus.Hæc eſt igitur præclara miſtio,quam in ſermone poëtico requirit Ariſtoteles, vt ſit aptus. Afferam ego exemplum ex Homeri verſu hoc.

» Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον ὅς μάλα πολλὰ

Dictio ἔννεπε compoſita,& figurata per additionem v. dictio πολύτροπον duplex eſt, & prorſus poëtica. πολλὰ pro πολλῶς mutationem præfert: hæ ſunt qualitates in hoc verſu, metaphora nulla, reliquæ omnes proprie ſunt dictiones. Aptiſsima igitur miſtio.Afferam & aliud ex Vergilio,vt res apertior ſit.

» At regina graui iamdudum ſaucia cura
» Vulnus alit venis,& cæco carpitur igni.
» Gentis honos. Multa viri virtus animo multusque recurſat.

GRAVI CVRA SAVCIA. metaphora eſt,ſeu analogia REGINA. dictio propria, & reliquæ omnes. VVLNVS ALIT VENIS Metaphora, ſeu analogia etiam hæc. Cæco IGNI. Epitheton, & μεταφορικὸν dictionis, nam Cæcum poſuit pro obſcuro, & latente. IGNI. Analogia. CARPITVR metaphora. VIRTVS VIRI. & reliquæ omnes dictiones propriæ. RECVRSAT Metaphora.Sic igitur aptè miſtio fit in his verſibus;& propterea ſermonem humilem non præferunt,quia metaphoras habent;perſpicuum tamen,quia propriæ ſunt dictiones intermiſtæ.

» Οὐκ ἐλάχιστον δὲ μέρος συμβάλλονται εἰς τὸ σαφὲς τὴ λέξεως, καὶ μὴ ἰδιωτικὸν αἱ ἐπεκτάσεις,
» καὶ ἀποκοπαὶ καὶ ἀλλαγαὶ τῶν ὀνομάτων. ὅτι μὲν οὖν ἄλλως ἔχειν, ἢ ὡς εἴρηται κύριον παρὰ
» τὸ εἰωθὸς γιγνόμενον, τὸ μὴ ἰδιωτικὸν ποιήσει, δῆλον δὲ τὸ κοινωνεῖν τῆς εἰωθότος, ὅτι σαφὲς ἔσται.

» Cæterùm non minimam conferre videntur partẽ ad dictionis per
» ſpicuitatem, & ad vulgare excludendum productiones, conciſiones

© SCD - Université de Poitiers

» μὲν δὴν τὴν τῶ ὀνομάτων συνθεσιν, οὐχ οἷόν τε ἔσεσθαι ποιῆσαι. κατὰ δὲ τὴν μεταφοράν, εὐδέ-
» χεται, οἷον ἄνδρα ἴδον πυρὶ χαλκον ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα, ἢ τὰ τοιαῦτα.

» Aenigmatis forma ea erit, oratio scilicet, quæ ex minime congruẽ-
» tibus inter se constet. hoc itaque per nominum compositionem effici
» minimè potest, per trãslationem verò potest: vt, Vidi igne, atque ære
» virum viro inhærentem vnum: Cæteraque id genus.

Postquàm dixit Aristoteles ex mistione multarum translationum gigni ænigmata, affert exemplum ænigmatis: quod quale sit paulò post considerabimus. Auerroes in sua Paraphrasi locum hunc explicans ait: ænigma quippè est oratio quæ comprehẽdit sententias, quarum connexio, & adaptatio impossibilis est; ac difficilis vt rediga-tur ad certum aliquem sensum naturæ consentaneum. Aristoteles verò libro. III. Rhetoric, ait, ænigmaticam orationem lepidam esse, & iucundam, quia metaphora con-
» stant, & noua apparent. καὶ τὰ δὴ αἰνιγμεία δεῖ τὸ αὐτὸ ἡδέα, μάθησιν γὰρ καὶ λέγεται μεταφορὰ, ἢ
» ὃ λέγει θεόδωρος τὸ καινὰ λέγειν. Aenigmata notiora sunt cum proferuntur (inquit Quintilianus) nec ea postea intelligas, nisi quis interpretetur. Quale illud est de Clytemnestra Coa in triclinio; & in cubiculo Nola. quod & si multi interptetari conati sunt, Ecquis tamen affirmet eos Cæcilii sententiam, qui primus ænigma confinxit, assecutos esse? Ego quoque diuersum ex eo eliciens sensum expressi in libris mearum Annotationum. Oratio (inquit Auerroes) quotiescunque denudata est verbis propriis, & vsitatis, erit ænigma, nam ænigmata fiunt ex verbis communibus, transumptis, transmutatis, analogicis, ambiguis. Hinc Aristot. lib. Rhetor. III. vates ambi-
» gua proferre ait. καὶ πάλιν οὖσιν οἱ ἀκροαταὶ, ὅπερ οἱ πολλοὶ παρὰ τοῖς μάντεσιν, ὅταν λέγωσιν ἀμφί-
» βολα συμπαραβύουσι κρῖσιν ἄλλως διαβὰς μεγάλως ἀρχὴν καταλύσει. & quæ sequuntur. Cicero libro de Oratore. III. magnum ornamentum ait esse translationem, sed in ea obscuritatem fugiendam; quia ex eo genere fiunt ænigmata; eum verò modum non esse in verbo vno positum, sed in oratione, idest continuatione verborum. Nunc declarandum est exemplum, quod in contextu Poët. profert Aristoteles, ἄνδρα ἴδον πυρὶ χαλκον ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα. est ex eo genere, quod translationem habet. sicuti patebit cucurbitulas vulgo à medicis vocatas. significare voluit hoc ænigmate vir quispiam ingeniosus. quæ igni ardente suppositò ex inflammata stuppa, aut alia quauis re huiusmodi leui humeris, fœmoribusque sanguinis mittendi gratia; agglutinantur. Translatum verbum est κολλήσαντα; nam κολλᾶν est agglutinare. rursus obscura cætera. quo modo vir super viro æs agglutinent igne; qui enim ignorat vsum cucurbitularum, non facilè intelliget dictum; sed admirabitur, quæretque frustra, quid sibi velit. Dictio illa πυρὶ χαλκον in omnibus libris coniuncta scribitur. Sed semper existimaui esse disiungendam, sic πυρὶ χαλκὸν. nam accommodatior fuerit structura; & aptius ænigma conficietur; vti satis patet. Demetrius Phalereus. vbi de Allegoria agit, quam magnam vim habere εἰ ταῖς ἀπλαῖς ostendit, quia torquet animũ dicentis obscuritate et ambiguitate. ideò factum, vt mysteria facta à veteribus sub allegoriis traderentur, vt maiorẽ præ se ferrent dignitatem; vel vt ipse ait πρὸς ἔκπληξιν ἢ φρίκην. paulò post hæc verba profert.
» φυλάττεσθαι μὲν δεῖ καὶ ἐπὶ τούτων τὸ σαφὲς ἐστ, ὡς μὴ αἴνιγμα ἡμῖν ὁ λόγος γένηται. οἷον ἃ ἀδὴ συνίασ
» τῆς ἰασικῆς. ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκον ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα. Idem Aenigma igitur profert, &
» declarat Demetrius. Aristoteles quoque libro Rhetoric. tertio, vbi de metaphoris loquitur, significat hoc fuisse celebre Aenigma, ait igitur sic, declaratque Aenigma, qua
» le sit, & quomodo confectum. ὃ λεχθὲν δῆλον ὅτι συγγενὲς, οἷον εἰ τῷ αἰνίγματι τῷ δυσλυτικοῦντι. ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκον ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα, ἀσύμφυτον γὰρ τὸ πάθος. δεῖ δ' ἀμφω προθέσεις λαβεῖν. κόλλησιν τοίνυν εἶπε τὴν τ' συνίασι προσβολὴν, καὶ ὅλως ἐκ τῶν οὐ ἡνιγμένων δεῖ μεταφορὰν λαβεῖν ἐπιφέρων. αἱ
» μεταφοραὶ γὰρ αἰνίττονται. Athenæus quoque lib. x. vbi de griphis (sic enim veteres ænigmata vocabant) Ὑένοθ δὲ γρίφων πολλοὶ τοιοῦτοί εἰσιν, οἷον.
» Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα
» οὕτω συγκόλλως ὥστε σώματα πίειν.

qui

trahere,& interſerere aliquid pro arbitratu; Hunc ſenſum peruertit Paccius in ſua verſione,quia quę referri ad dictum Euclidæ oportebat, retulit ad Ariſtotelem, ſed facile eſt totum illius erratum perſpicere,& aptius vertere, ſicuti nos declarauimus Sed redeo ad Euclidem;vide quæſo hominis huius imprudentiã,et ſtoliditatem;in eo ipſo,in quo Homerum reprehendit,lapſus eſt, nam eodem genere orationis vſus eſt in ſuis Iambis in quo varietates eiuſmodi eſſent, quòd eò minus decet, quò Iambi magis ſimiles orationi ſolutæ eſſe debent,quàm Heroici verſus, quibus vſus eſt Homerus,profert autem Ariſtoteles Euclidæ Iambicos verſus duos, vt rem totam perſpiciamus.

» ἢ ὢ χάριν εἶδον μαραθῶνα βαδίζοντα. Alter verſus eſt
» οὐκ ἂν γνοίμην τὸν ἐκείνου ὀβελίσκον.

Ita in vulgatis libris corruptè ſcribũtur verſus hi, vt vix elicias ſenſum. Manuſcripti diuerſa nonnulla habẽt, μαραθῶναδε; in qua dictione tota vis reprehenſionis eſſe videtur, nam additio eſt, vt δικόνδε. & ſimilia, quæ ad locum referuntur, qua ſæpè vtitur Homerus,ſed Iambis fortaſſe non conueniat,quia proximè ſcribuntur formæ ſolutæ orationis. Habet alius manuſcriptus liber καθίζοντα. ſed non probo. nam legendum eſt βαδίζοντα, vt referatur ad μαραθῶνάδε ideſt Marathonem(quæ vrbis eſt appellatio) proficiſcentem vidi Charen. nam χάριν habet alius liber, quod valde probo, vt virum quendam ita vocatũ denotet.In altero verſu varietas eſt primùm in illa dictione γνοίμην: nam manuſcripti libri habent ἐρέμνοο. itidem in illa τὸν. ſcribitur enim τῦ. præterea in illa ὀβελίσκον, nam ſcribitur ſic. ὀβελλίσκον. in qua dictione putarim totam vim reprehenſionis eſſe,nam quid erat,quod in iambis tam horrida,& inuſita ta dictionis figura vteretur Euclides? ὀβελλισκρίζειν dicunt Græci veratro purgare, quod ad inſaniam refertur,vt Horatius quoque ſæpè dicere ſolitus eſt.

» Τὸ δὲ μέτρον κοινὸν ἁπάντων ὅτι τῶν μερῶν· καὶ γὰρ μεταφορᾶς, καὶ γλώττας, καὶ τοῖς ἄλ-
» λοις εἴδεσι χρώμενος ἁρμοττόντως, καὶ ἐναντίους ἂν τὰ γελοῖα, ἢ αὐτὸ αὐτὸ ἀπεργάσαιτο.

» Atqui menſura æquè omnibus partibus regula eſt, nam ſiquis
» tranſlationibus,linguis,cæteriſque huius generis vel indecenter, vel
» affectate vſus fuerit,pari ratione ridicula ſtruxerit.

Præceptionem dat Ariſtoteles,quæ ad miſtionem earum qualitatum in oratione ſpectat,videndũ eſt (inquit) vt in omnibus modus adhibeatur, ac ne qua ex illis ſuperet reliquas, præter τὸ πρέπον. ſi enim propria ſuperent, humilis erit oratio; ſi tranſlata, oratio fiet obſcura, & ænigmatica. aptè igitur hæc illis miſcenda. μηδὲν ἄγαν eſt in vetere Græcorum dicto. NE QVID NIMIS inquit Terentius apud Latinos. Rurſus & illud notiſsimum μέτρον ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον. Quintilianus libro decimo poẽtæ alligati ad certam pędum neceſsitatem non ſemper propriis vti poſsunt, ſed depulſi à recta via neceſſario ad eloquenda quædam confugiunt, necmutare modo quædam verba, extendere, corripere, conuertere, diuidere coguntur. Hæc ille,in quibus ſatis patet quomodo qualitates,figurasque illas orationis inter ſe miſceant poẽtæ. Sed omninò intra modũ omnia ſunt facienda.

» Τὸ δὲ ἁρμόττον, ὅσον διαφέρει καὶ τῶν ἐπῶν, θεωρείσθω, ἐὰν πεθανῶν τῶν ὀνομάτων εἰς τὸ
» μέτρον, καὶ καὶ τῶν γλωττῶν δὲ, καὶ καὶ τῶν μεταφορῶν καὶ καὶ τῶν ἄλλων εἰδῶν μεταπιθεὶς αὖτις
» τὰ κύρια ὀνόματα, καταδοῖ, ὅτι ἀληθῆ λέγομεν, οἷον, τὸ αὐτὸ ποιήσαντος ἰαμβεῖον Αἰσχύλου,
» καὶ Εὐριπίδου, ἐὰν δὲ μόνον ὄνομα μεταθέντος, αὐτὶ κυρίου εἰωθότος, γλῶτταν, τὸ μὲν φαίνε-
» ται καλὸν, τὸ δ' οὐτελές. Αἰσχύλος μὲν γὰρ ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ ἐποίησε, φαγέδαινα ἥμου σάρ
» κας ἐσθέει ποδὸς, ὁ δὲ αὐτὶ τοῦ ἐσθίειν, τὸ θοίνατο μετέθηκε.

» Quantum verò concinnitas in carmine polleat, vel ex eo conſide-
» retur,quod loco nominum ad menſuram in oratione comparatorum

© SCD - Université de Poitiers

» nominumque immutationes. quandoquidem id, quod præter vſum
» communem fit, quatenus à proprio diuerſum eſt, illud minime ple-
» beium efficit: quatenus verò cum vſu communi conuenit, claritatẽ.

Potuiſſet quiſpiam mirari; Cur Ariſtoteles ex octo qualitatibus prædictis metaphoram in primis oſtendiſſet magnã vim habere in oratione poëtica, ſi miſceatur propriis nominibus; reliquas verò qualitates quaſi inuſitatas, & parùm aptas prætermiſiſſet. ſtatuit igitur Ariſt. aliquã quoq. vim in illis eſſe, nam ſi verbum aliquod proferatur; quod ſit ἀφῃρημένον. VTRVIT, pro eruit, vel in quo ſit ἀποκοπή: vt illud, ALTA MENTE REPOSTVM. vel ἐπέκτασιν. INDVPERATORES, HVIVSCE, SICCINE. vel ἔβαλλε γὴν, vt ſanguine CRETVS; vel PRECVLAM PRO PERGVLAM de qua Quintilianus libro primo Capite quinto. Neceſſe planè fuerit his figuris diſtinctam orationem ornatiorem videri; nec humilem, ſed adnotandum has qualitates nonnullas poſſe eſſe, aut in aliis dictionibus, aut in iiſdem, in quibus etiam inſit proprietas. Si in diuerſis, patet talem eſſe miſtionem, vt propria perſpicuitatem afferant, qualitates autem aliæ, aut additio, aut detractio, & reliquæ exornent ſermonem, efficiantque, ne humilis, & plebeius ſit; ſi in iiſdem, ſeparatim hæc in vna dictione conſideranda ſunt, vt illud Homeri libro primo Iliados.

» πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.

Ficta dictio eſt πολυφλοίσβοιο. præterea habet extenſionem, & eſt (vt Ariſtotelis vtar verbo) ἐκτεταμένον nam πολυφλοίσβοιο pro πολυφλοίσβου ponitur, Sed in iiſdem dictionibus non fuerit proprietas, & metaphora ſimul, diuerſæ enim ſunt & altera alterã trudit. Notat Quintilianus libro primo in veteribus libris tragicorum ſe legiſſe MENE, pro ME, quod eſt per additionem factum. Vergilius PHAETON protulit biſsyllabſi, hæ omnes in dictionibus mutationes quædam ſunt inter octo illas qualitates enumerandæ. Quatenus verò ad id ſpectat, quod eſt in contextu, μὴ τεταπεινῶ. καὶ φῇ. oportere eſſe orationem; locus eſt alter lib. III. Rhetoricorum, vbi Ariſtoteles idem explicat, &
» de tali miſtione facit mentionem. Λυσὶ γὰρ οἴεται δεῖ φῆ, καὶ μὴ ταπεινῶ εἶναι, ἀλλὰ πρέπουσαν,
» ἂν τε γὰρ ἀσελγαίνῃ, οὐ φανήσ. δεινὸν σωτόμου. ἀλλὰ ἀλλοιοῦν τὸ μέσον ἁρμόττει. κὴ τὸ ἡδεῖαν τε εἰρημένα
» ποιήσῃ; ἂν μὴ θῇ οὖ τὸ εἰωθὸσ, καὶ τὸ ξενικὸν, κὴ ὁ ῥυθμὸσ καὶ τὸ πιθανὸν ἐκ τῶ πρέποντοσ. in quibus verbis adnotandum ab Ariſtotele vocari τὸ εἰωθὸσ. vocabulum propriũ, quia apud omnes eſt vulgò vſitatum, nam quod vſitatum non eſt, vocatur ab eodem ξενικὸν.

» Ὥστε οὐκ ὀρθῶς λέγουσιν οἱ ἐπιτιμῶντες τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τ διαλέκτου, καὶ διακωμῳ-
» δοῦντες τ ποιητήν, οἷον, Εὐκλείδης ὁ ἀρχαῖος. ὡς ῥᾴδιον ποιεῖν, εἴτις δώσει ὀκτεινὰν ἐφ' ὁ-
» ποσονοῦν βούλεται ἰαμβοποιήσας αὐ αὐτῇ τῇ λέξει. οἷον, Ητίχαειν εἶδον μαραθῶνα βαδίζοντα.
» καὶ, οὐκ ἂν γεναίμην τ ἐκείνου ὀξελέβορον. τὸ μὲν δὴ φαίνεσθαί πως χωλὸν τούτῳ τῷ
» τρόπῳ, γελοῖον.

» Quapropter errant non parum qui huiuſmodi dictionis genus ac-
» cuſant, quique Poëtam ipſum inceſſere audent. id quod priſcus Eucli
» des fecit. quaſi facile quis confingat, ſi ei, dum iambos conſcribat, in
» ipſa dictione nomina quantumlibet extendere liceat: quemadmodũ.
» ἠτίχαειν εἶδον μαραθῶνα βαδίζοντα: & οὐκ ἂν γεναίμην ἐν ἐκείνου ὀξελέβορον. itaque
» ridiculus eſſe apparet qui hoc dicendi modo vſus eſt.

Cum igitur talis miſtio ſermonẽ poëticũ ornatiorẽ reddat; illi temerè videntur feciſſe, qui huiuſmodi genus orationis reprehendere auſi ſunt; & improbare mutationes illas varias, quas aptè diximus fieri in dictionib. per additionẽ, ablationẽ, interpoſitionẽ, & reliquas qualitates. Quibus Home. in primis vſus eſt in ſuo poëmate: Euclides olim poëta in ſuis iambis ob hoc ipſum acriter in Homerũ inuectus fuit; taliq. vſus eſt ratione. Atqui (inquit) facile fuerit cuiuis ſcribere poëma, ſi liceat dictioni addere, detrahere,

citationis;imò ex ea magnum capiebatur damnum & incommodum,quòd deteriori bus aſſueſcebant dictionibus.

» Καὶ νωῦ δὲ μ' ἐὼν ὀλίγος τε,καὶ οὐ πίθανος,καὶ ἀεικὴς,εἴ τις λέγει τὰ κύρια μεταθείς. νωῦ
» δέ μ' ἐὼν μικρός τε καὶ ἀθενικὸς καὶ ἀεικὴς,καὶ δίφρον ἀεικέλιον καταθείς, ὀλίγῳ τε πρά-
» πεζαν,δίφρον μοχθηρὸν καταθεὶς,μικράν τε βάπεζαν,καὶ δ' ἴωνδε βοόωσιν,ἴωνδε κράζουσιν.

» Ad hæc.Nunc autem paruus me exiſtens turpis ineptus:verbi gra-
» tia: ſi quis afferens magis propria, id ineptus immutauerit:hoc pacto:
» Debilis informis me exiſtens,exiguusque: itemque, Indignum cur-
» rum,& exiguas dapes:dicatque currum prauum,& prauas dapes:rur
» ſusque pro Iones vociferantur,Iones clamant.

Aliud affert ex Homero exemplum vnius verſus, in quo ſi tranſlata verba mutes in propria;animaduertas humilem,ac ſordidam ferè oratione fieri.Verſus hic eſt lib.ix. Odyſſeę.vbi Polyphemum facit conquerentem;ac ſimul indignantem, quòd Vlyſſes tam puſillo corpore ſibi vim intuliſſet.

» ἀλλ' αἰεὶ ἵνα φῶτα μέγαν,καὶ καλὸν ἐδέγμην
» οἰθάδ' ἐλθόντ' ἐλθύσεσθαι μεγάλῳ ἐπιειμένον ἀλκῇ.
» νωῦ δὲ μ' ἐὼν ὀλίγος τε καὶ οὐτιδανὸς,καὶ ἀκικυς
» ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν ἐπεὶ μ' ἐδαμάσσατο οἶνῳ.

» Legitur in hoc cõtextu Poët. ἀεικὴς.illic autẽ ſcribitur ἄκικυς. Verba tranſlata ;in hoc Homeri verſu ſunt ὀλίγος.& ἐὼν ἀκὴς,& ἀϝδὴς.quæ ſi per propria vocabula referas, dicas paruus, imbecillus.alia ſunt in contextu exempla notiſſima. ex Homeri verſibus ἴωνδε βοόωσιν. habent vulgati libri.atque ita vertit Paccius,Iones vociferantur.Sed manuſcriptus habet ϝιόνδε βοόωσι. ad litora enim clamor metaphoricè à poëta refertur. reliqua patent, neque egent mea interpretatione.

» Ἔτι δὲ Ἀριφράδης τοὺς τραγῳδοὺς ἐκωμῴδει. ὅτι ἃ οὐδεὶς ἂν εἴποι ἐν τῇ διαλέκτῳ, τού
» τοις χρῶνται,οἷον,τὸ δώματα ἄπο.ἀλλὰ μὴ ἀπὸ δωμάτων,καὶ τὸ σέθεν,καὶ τὸ,ἐγὼ δεύτν,καὶ
» τὸ Ἀχιλλέως πέρι, ἀλλὰ μὴ περὶ Ἀχιλλέως. καὶ ὅσα ἄλλα ζητοῦντα, λέγε γὰρ τὸ μὴ εἶναι ἐν
» τοῖς κωμικοῖς,ποιεῖ τὸ μὴ ἰδιωτικὸν ἐν τῇ λέξει ἅπαντα τὰ τοιαῦτα. ἐκεῖνος δὲ ἔδειτο ἠγνόει.

» Ariphrades præterea, carpebat tragœdos,perinde ac in tragœdiis
» ſuis his vterentur, quæ in communi ſermone diceret nemo : vt δώμων
» ἄπο,pro ἀπὸ δόμων, id eſt domibus ab,pro ab domibus : & σέθεν pro σοῦ,
» id eſt ſui:& νίν pro αὐτὸν id eſt ipſum :& Ἀχιλλέως πέρι pro περὶ Ἀχιλλέως,
» id eſt Achille de,pro de Achille,cæteraq.huiuſmodi:prorſus ignorãs,
» quod hæc omnia dum proprium vitant, plebeiam interim dictionem
» effugiunt.

Ariphrades quoque tragicos poëtas reprehendere ſolitus erat; quòd in ſuis verſibus nonnullarum dictionum ordinem ſubuerterent in collocatione,prẹter conſuetudinem loquendi communem,quæ eſt inter homines, dum familiariter colloquuntur hanc enim imitari debent pro viribus non modo Comici poëtę,ſed etiam tragici, qui ideò iambis(vt ſæpe dictũ eſt)vſi ſunt,quia proximè accedunt ad vulgatã formã loquẽdi.Verùm tàm longè eos ab hac recedere dicebat Ariphrades, vt auderent aliquando ea proferre, quæ ne in varietate quidem, & mutatione figurarum dictionis ſolent concedi:hoc enim intelligit per διάλεκτον, Vel (quod magis crediderim)communem, ac quotidianũ ſermonem, quem inter ſe in cõmuni conuictu homines habent:qualia ſunt hæc δωμάτων ἀπὸ,Ἀχιλλέως πέρι,σέθεν.νίν.cũ potius dicendum ſit ἀπὸ δωμάτων ex formula quotidiani ſermonis,& σοῦ.& αὐτὸν. hæc vbique Tragœdias Euripidis,et Sophoclis

© SCD - Université de Poitiers

„ à varietate linguarum,tranſlationum,cæterorumq́.generis huiuſmo-
„ di,ſi quis proprias appellationes poſuerit, veram nos attuliſſe ratio-
„ nem inficias non iuerit,id quod Aeſchyli, atque Euripidis in eodem
„ faciendo iambo pariter verſantium exemplo apparet: nam cum hic
„ vnum duntaxat nomen lingua non trita loco proprii immutauerit;
„ tam pulcher apparuit,quàm ille abiectus eſt viſus.etenim in Philocte
„ te Aeſchylus ſic locutus eſt: Mei pedis carnem exedit Phagedæna:
„ ipſe verò Euripides,loco exedit,epulatur appoſuit.

Præceptum dat hoc loco Ariſtoteles,quo docet,qua ratione aliquis cognoſcere poſ ſit,quantam venuſtatem,lepôrem,& dignitatẽ in ſermone poëtico;& præſertim Heroicorum ſeu Epicorum poëtarum (hi enim plurimum tranſlationib. & aliis mutationibus vtũtur) habeat metaphora,varietas nominum,mutatio, additio, & reliquæ id genus qualitates;eſt autem huiuſmodi:ponderandæ ſunt ęqua lance nomina & co nandum in metrum intrudere alia nomina, vbi prius alia erant collocata, tunc facilè perſpiciet quiuis quanti momenti ſit hoc potius,quàm illo vti nomine, Paccius verba illa ἐν ἀλλοιμελέων τῶν ὀνομάτων εἰσ τὸ μέτρον ita vertit,loco nominum ad menſuram in oratione comparatorum.Sed,εἰσ τὸ μέτρον,debet verti aliter,hoc eſt. IN METRVM, loquitur enim de metro Epicorum poëtarum Ariſtoteles.Manuſcriptus liber Mediceus habet ἐν ἀλλοιμελέων, quæ multò aptior lectio eſt. iubet enim Ariſtoteles loco priorum nominum,alia reponi in metris,ita vt metra non diſſoluantur. Sed adhuc apertius rem totam declarat.ſic. loco peregrinorum nominum, (inquit) & trãſlatorum, & aliarum dictionum,quę varietatem,ac mutationem propter aliquam ex illis octo qualitatibus præſeferant,ponantur vocabula,& nomina propria & tunc licẽbit cognoſcere veriſſimum eſſe,quod à nobis dictum fuit. Affert verò exemplum eiuſdem verſus de eadẽ re prolati à duobus ſummis poëtis Aeſchylo,& Euripide:vterque enim in Philoctete exprimere voluit,quomodo vlceribus paulatim carnes ipſius pedis abſumerentur; & Aſchylus quidem ita inquit.

„ φαγέδαινα,ἥ μου σάρκασ ἐσθίει ποδόσ.

Tranſlatè quidem nam ἐσθίειν eſt edere,ſeu vorare. Sicuti etiam apud Latinos Vergilius locutus eſt in eadem re lib.III.Georg.

„ Artus ſacer ignis edebat.

Euripides autem eundem verſum protulit vna tantum mutata dictione,nam ait.

„ φαγέδαινα, ἥμου σάρκασ θοίνατο ποδόσ.

Tranſlatè quoque & ipſe,ſicuti Aſchylus. Sed aliquantò etiam magis. nam θοίνασθαι quod eſt conuinari,& epulari dixit, pro ἐσθίειν ſicuti Vergilius quoque lib.II. AENeidos,quamuis de ſerpentibus loquatur,ait.

„ Miſeros depaſcitur artus.

Homerus lib.XI.Odyſſe.de Polyphemo vorante loquens ait.

„ τῷ κε οἱ ἐγκέφαλοσ γε δι᾽ ὠτίοσ ἄλλυδισ ἄλλη
„ θεινομένου ῥέοιτο πρὸσ ἔδμεν.

Sed afferam ego ex Vergilio quoque vnum exemplum,ex quo cognoſci poſsit,quantam in poëſi vim,& venuſtatem habeat metaphora; nam ſi loco trãſlati verbi propriũ ponas; animaduertes orationem languere,humilemque fieri. Verſus hic eſt lib.IIII. AENeidos.

„ Vulnus alit venis,& cœco carpitur igni;

Si tranſlata verba mutes;locoque ipſorum proferas propria;hoc modo. Affectionem amoris interiorem paulatim auget.& occulto conſumitur amore. Hinc Cic.libro de Or.III.non ſine cauſa improbat eorum exercitationem, qui Ennii narrationem aliquam ſibi proponentes, conabantur aliis verbis exprimere eaſdẽ res; cum enim poëta ille optima quæq.vocabula tũ propria,tũ trãſlata occupaſſet;nullus vſus erat eius exercitationis

© SCD - Université de Poitiers

ctæ,diſpares. Verum de his hactenus, non enim hoc ad inſtitutum meum in præſentia pertinet, redeo igitur ad Ariſtotelis contextum. μεταφορικὸν εἶναι inquit hoc loco, ſi cuti libro Rhetor. primo. εὐθυμηματικὸν εἶναι. hoc eſt eo eſſe habitu animi, vt facile. quando opus fuerit,enthymemata proferas;& excogites,vel potius iis abundes. M. Cicer. libro de Or.tertio,in tranſlatione dici non vult:Ingentes cœli fornices quia diſsimile eſt; nec Charybdim bonorum, quia longè repetitum. Nec Stercus curiæ Glauciam, quia deforme;nec Tempeſtatem comeſſationis,quia maius,neque Pupillum ſenatum mortuo Catone, quia durius.Verecũdam enim in primis eſſe decet tranſlationẽ,quia irrepit in alienum locum.Maxime igitur,accutiſsimique ingenii eſt tranſlationes aptè confingere, qui intueri oportet ſimilia, quæ qui dignoſcit, facilè metaphoram inde ducit.

» Τῶν δὲ ὀνομάτων τὰ μὲν διπλᾶ μάλιστα ἁρμόττει τοῖς διθυράμβοις, αἱ δὲ γλῶτται τοῖς
» ἡρωϊκοῖς, αἱ δὲ μεταφοραὶ τοῖς ἰαμβείοις. κὴ σὺ μὲν τοῖς ἡρωϊκοῖς ἅπαντα χρήσιμα τὰ εἰρη-
» μένα, σὺ δὲ τοῖς ἰαμβείοις, διὰ τὸ ὅτι μάλιστα λέξιν μιμεῖσθαι, ταῦτα ἁρμόττει τῶν ὀνομάτων,
» ὅσοις κὴ σὺ λόγοις τὶς χρήσεται. ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα ἀστήριον, κὴ μεταφορὰ, κὴ κόσμος.

» Duplicia verò nomina vt maximũ in modum Dithyrambis quadrant,ſic Heroicis linguarũ varietas,Iambicisque tranſlationes,quan
» quam Heroicis quidem ſupradicta omnia valde vſui ſunt. Iambicis
» verò quòd maxime colloquia æmulentur, cuncta illa conueniunt nomina,quibus ritè quis in ipſo ſermone vtatur. ſunt autẽ hæc propria:
» metaphorica,ornata.

Poſtquàm ſatis Ariſtoteles de octo qualitatibus nominum ac de illarum apta miſtione diſſeruit,diiudicat,quæ ad quos poëtas potiſsimùm ſpectent,vt quid huius, quid illius magis ſit proprium cognoſcamus;quidque alter ab altero,cum opus fuerit,mutuetur.Duplicia,compoſitaque nomina Dithyrambicis poëtis conueniunt,ſicuti etiã Ariſtoteles libro tertio Rhetoric.docet,& nos alibi locum explicauimus:non quidem quòd his nominibus aliis poëtis ſit interdictum, ſed quia ad illos maximè pertinent. Orationi quippè ſolutæ quam minimum conueniunt,idque docet Ariſtoteles libro
» tertio Rhetoric.vbi de primo genere ψυχρῶν agit,his verbis. Τὰ ψυχρὰ σὺ τέτταρσι γίνονται
» καθ' ὑπερβολὴν σὺ τι τοῖς διπλοῖς ὀνόμασι. οἷον λυκόφρων οὐρανὸν πολυπρόσωπον τ' μεγαλοκορύφου γῆς.
ſed quod vitium in oratione ſoluta eſt,ſumma eſt laus in verſu præſertim dithyrambica;huiuſmodi enim poëſis cantilenis,harmonia,numeriſq.& ſaltationibus erat referta:de qua re copioſè Dionyſ.Halicarn.in libro περὶ συνθέσεως, vbi ait, οἱ δὲ γε διθυραμβοποιοὶ καὶ τοὺς τρόπους μετέβαλλον διαρκοῦς τε, καὶ φρυγίους, καὶ λυδίους· σὺ τῷ αὐτῷ ἁρμονίᾳ ποιοῦντες
» καὶ τοὺς μελῳδίας ἀλλαττόμενοι τότε μὲν ἀναρμονίους ποιοῦντες, τότε δὲ χρωματικὰς, τότε δὲ διατόνους
» καὶ τοῖς ῥυθμοῖς καθ' ὁλοκλῆρον ἄδηλον σὺ ἐξισάζοντες διετέλουν. Reliqua illic legi poſſunt. γλῶτται (nã ſub his quę cõtineantur,ſuperius expoſuimus) Heroicis poëtis,ſeu Epicos malis appellare,cõueniunt,de qua re poſtea vberius ſuo loco agemus. Tranſlationis autem
» Iambicis,Ariſt. lib. Rhet.tertio idem refert. αἱ δὲ γλῶτται τοῖς ἐποποιοῖς. σημεῖον γάρ, κὴ ἀθάλως, μεταφορὰ δὲ τοῖς ἰαμβείοις· τούτοις γὰρ ναῦν χρῶνται, ὥσπερ εἴρηται. Verùmtamen, & ſi hæc ita ſunt diſtinguenda, ſingulisque ſingula aſſignanda;ſciendum tamen Heroico carmini non γλῶτταν tantum adaptari, ſed etiam tranſlationes,et duplicia,compoſitaq.omnia. Et rurſus Iambico competere tranſlationes,quia etiam in communi quotidianoque ſermone tranſlationibus vtimur;& ſi non admodum elatis,& turgidis.Iambicus autẽ poëta ſectatur quotidianum loquendi genus;(hoc enim ſignificauit Ariſtoteles cum ait διὰ τὸ μάλιστα τῶν λέξιν μιμεῖσθαι) vti iam ſæpè diximus, non tamen recipiet,eadẽ de cauſa,Iambicum poëma compoſita nomina,ſicuti paulò ante demonſtrauimus,vbi Euclidem poëtam reprehendebat. Sed Iambicus etiam κόσμον, quæ vna inter octo qualitates enumerata fuit,recipiet; nam ornari plurimũ vult eiuſmodi poëta. Quare ſumma

© SCD - Université de Poitiers

legentibus occurrunt:non est igitur opus apponere exempla; reperiuntur quidem sæpissime etiam apud Homerum,et alios Epicos;sed his conceduntur; neque reprehendendi sunt.ac sanè tragicos tantum reprehēdebat Ariphrades. Verùm Aristoteles hac vna ratione, quæ firmissima est, & verissima tragicos poëtas tuetur, debent hi altius aliquantò insurgere,quoniam imitantur res graues,& magnas; Quòd si propriis tantum vterentur vocabulis, ex populari vsu sumptis,communemque formam loquendi, qua homines vulgò vtuntur,prorsus humilis esset ac pedestris illorum sermo;maxime igitur opus est,vt adhibita varietate,mutatione,additione,detractione, & reliquis dictionum formis ac qualitatibus;sermonem grauiorem sublimioremque reddunt. Quòd si hæc sciuisset Ariphrades , nunquàm profectò tàm temere tragicos reprehendisset in hac re. Verbum illud ἐκωμῴδει cauillat ionem comicam significat.quali sæpè consueuerant comici poëtæ in tragicos vti.patet vero ex Aristophane, qui κωμῳδεῖ Euripidem.

» Ἔστι δὲ μέγα μὲν τὸ ἐκφέρειν τὰ εἰρημένων πρεπόντως χρῆσθαι, καὶ διαλύσεις ὀνόμασι, καὶ γλώτ-
» ταις, τὸ δὲ μέγιστον τὸ μεταφορικὸν εἶναι· μόνον γὰρ ἴδιον οὔτε παρ' ἄλλου ἔστι λαβεῖν εὐφυΐας
» σημεῖόν ἐστι, τὸ γὰρ εὖ μεταφέρειν, τὸ ὅμοιον θεωρεῖν ἐστί.

» Cæterùm magni negocii est in supradictis singulis à decenti non di
» scedere,minimeque abuti compositis nominibus,linguisque: cum pri
» mis verò decenter vti translationibus , maxime est arduum . id quod
» vnum non aliūde quæsitum sit oportet, versatilisque ingenii indolem
» præseferat . Etenim recte quid transferre , simile aliquod illius con-
» templari est .

Difficile ait esse Arist.omnibus illis poëtici sermonis formis,ornamētisq.vti;nā neq. vbique neque semper neque omnibus locis,aut personis, aut rebus conueniunt, acri igitur iudicio opus est ad singula diudicanda;ne inuenusta,aut ridicula efficiatur oratio,sed in primis difficile est aptè metaphoris vti;nam præterquàm quòd aptæ vt sint , & conuenientes rebus , ad quas transferuntur (ex rerum enim analogia sumuntur) oportet;debent quoque ita in oratione colocari, vt cum ab vna re translationem ducere cæperis,non in aliam desinas longè diuersam;de qua re copiosius loquitur Quin
» tilianus.verba in contextu sunt,hæc . τὸ δὲ μέγιστον τὸ μεταφορικόν ἐστιν. Medicæus liber manuscriptus habet . πολὺ δὲ μέγιστον. Metaphoricum esse cum ait, intelligit, aptū esse ad metaphoras effingendas ; ingenio enim acri opus est,nam cum ex similitudine,& analogia,quæ est inter res,ducantur;naturam omnium rerum, ac vim nosse oportet, quaque in re conueniant,& in qua non conueniant , sæpe enim alia res maior altera; multæ ab omni parte similes,& æquales:rursus multæ quæ saltem ab aliqua parte sibi respondent.hæc igitur , aliaque quàm plurima diligenter sunt perpendenda , vt aliquis apte metaphoras confingat.Nostra hac ætate putarim nihil vtilius esse,quàm ex veterum libris,qui dicendi laude flouerunt,omnes translationum formas modosque colligere;ac animo ita complecti,vt pro suis aliquis vtatur,quando opus fuerit, periculum enim est,si ex se confingat,ne disparem habeant analogiam,ne duriores sint;ne minus cognitæ;ne inusitatæ. Tota quippè vis sermonis in propriis,& translatis verbis versatur,propria rerum vocabula,quæ vsitata sint,percipere non admodum est difficile;Translationes igitur singulæ sunt adnotandæ ac perpendæ,quibus vti aliquis possit in scribendo , exornant enim nimirum orationem ; humoque attollunt; ac nescio quomodo mobiliorem,vegetamque magis efficiunt;ac neruosiorem.Quod si Ciceronis translationes, & eorum , qui eâdem ætate vixerunt , conferas cum illis quibus vsi fuerunt ii qui postea scripsere , iam labefactata ac corrupta Romanorum lingua, ob infusam peregrinitatem , videas multum discrepare;magisque capiare illis, quàm his,venustæ illæ sunt,pares,ac conuenientes rebus,notæ,aptæ,ac suaues , remque ob oculos ponunt,quasi præsentem intuearis:hæ horridæ,obsoletæ,à rebus ignotis du-

ctæ;

© SCD - Université de Poitiers

Hæc ita vertit Paccius. Sed prima illa verba ego ſic vertẽda aptius puto, et apertius. De Narratiua autem Poëſi & imitatrice per metrum, quòd in ea fabulas, ſicuti in tragœdiis, conſtituere Dramaticas oportet. Variis modis Epopœiam deſcribit Ariſtoteles, nam paulò antè ait, πολὺ μὲν δὴ τὸ ἑξαμέτρου μιμητικῆσ. (meus manuſcriptus liber habet τῆσ οὖ ἑξαμέτρῳ μιμητικῆσ.) Alibi quoque πολὺ τοῦ λόγουσ, καὶ φιλομυθίου. Vocat Epopœiam διηγηματικὴν duabus, opinor, de cauſis; tùm, quia Poëta ipſe narrat; tùm quia aliquis diuerſas ſuſcipiens perſonas, modò huius, modi illius referens ſermones inducitur. hoc verò ab Ariſtotele vocatur ἀπαγγελία, quæ propria eſt huius poëmatis; quamuis non in omni poëſi Heroica ἀπαγγελία eſt, neque enim in Iliade, ſicuti patet, cuius rei declarationem afferam poſtea commodiore loco. Enumerat etiam Ariſtoteles in contextu ea, quæ communia ſunt Epopœiæ cum tragœdia. Oritur hoc loco dubitatio ex verbis Ariſtotelis, quæ ſunt in cõtextu, cum ait. oportere fabulas in Epopœia Dramaticas eſſe; non enim videtur hoc verum. quia in tragœdia exprimuntur perſonæ, tanquàm ipſæ agentes tunc eam actionem, cuius eſt imitatio. In Epopœia autem Poëta interloquitur, & narrat ipſos dixiſſe, aut egiſſe. adeò, vt Poëta ipſe videatur induere diuerſas perſonas, quæ tamen illic non ſunt in recitatione, ſicuti in tragœdia. Verùm reſpondendum putarim; quamuis hæc vera ſint, eſſe tamen fabulas Dramaticas etiam in Epopœia; ſiquis enim, ſublata perſona poëtæ, qui interloquitur, & narrat, voluerit in ſcenam producere aliquod Drama Epicum, facilè quidem id poſſit efficere; ex quo Dramaticum apparebit poëma, non ſecus ac tragœdia, neque aliud eſt impedimento, quo minus totum poſsit in ſcenam porduci recitãdum, quàm longum temporis interuallum, quod eſt in Epopœia non vnius tantùm diei, & noctis, ſed plurium dierum, menſium, & annorum; cum tragœdiæ imitationem neceſſe ſit cõficere periodo, ſeu circuitu vnius Solis, vti antè declaratũ fuit. Refert Euſtathius Homeri interpres particulam aliquam Iliados, & Odyſſæ olim in ſcena ab hiſtrionibus recitari ſolitam. & Plato in Ione, vbi de Rhapſodis plurima loquitur. Ob hoc igitur diſcrepat Epopœia à tragœdia, quòd hęc tota referri ſimul poteſt in ſcena, & repreſentari; Epopœia autem non poteſt propter longitudinem fabulæ, & longiſsimum temporis interuallum; Dramaticum tamen eſt et hoc poëmatis genus, ſicuti illud. Alterũ quoque cõmune habet Epopœia cũ tragœdia: Eſt aũt hoc: Epopœia etiã ipſa vnam, totam, ac perfectã complectitur actionẽ. quod declarat Ariſt. allata ſimilitudine animalis. ſic. ἵν' ὥσπερ ζῷον οὖ ὅλον ποιῇ τὰ οἰκεῖα ἡδονὰ, inſtar animalis alicuius quod cũ ab omni parte ſit integrũ, pulchrũ eſt, & ſpectantibus affert voluptatem. eſt autem inter fabulã, & animal aptiſsima analogia. Animal οὖ. Fabula μία. Animal ὅλον. Fabula ὅλη. Animal τέλειον. Fabula τελεία. Hæc vero ſuperius cũ de tragœdia loquebamur, ſatis à me declarata fuerunt; ideo non repetenda exiſtimo. Vnũ tãtum addo, quod eſt animaduerſione dignũ; hac ſimilitudine ducta ab animali vtitur etiam alibi Ariſtoteles, libro de Cœlo. 11. vbi ait orbem eſſe inſtar animalis; quia ſex illas habet differentias; & notas diſcrepantes, ſicuti homo, reliquaque animalia, quæ ſunt; Supra, infra, ante, poſt, dextrum, ſiniſtrũ latus, quę declarans inquit Auerroes: Totus enim orbis eſt quaſi vnum animal & iſte motus cœli localis, eſt quaſi motus localis in animalibus, & alii motus, qui ſunt in orbibus, ſunt ſicuti motus particulares, qui ſunt in membris animalium.

» Καὶ μὴ ὁμοίας ἱστορίας τὰς συνήθεις εἶναι. οὗ αἷς ἀνάγκη οὐχὶ μιᾶς πραξέως ποιεῖσθαι
» δήλωσιν, ἀλλ' ἑνὸς χρόνου, ὅσα συ τούτῳ συμβῆ πολλὰ καὶ ἄτα, ἃ πολέους ὧν ἕκαστον, ὡς ἔτυχεν,
» ἔχει πρὸς ἄλληλα.

» Itemque quod hiſtoriis vſitatis diſsimiles eſſe debeant. quæ quidem
» non vnius tantum actionis præbeant notitiam, neceſſe eſt: ſed tempo-
» ris vnius, omnium ſanè, quæcunque in eo tam circa vnum, quàm plu
» res contigere, eodem ſcilicet modo, quo ſingula quæque inter ſe (vt
» caſu euenit) ſe habent.

© SCD - Université de Poitiers

tim vt colligam, tres hæ qualitates cõmunes omnibus sunt. Translatio. Ornatus. Proprietas. Eæ qualitates quæ continentur τοῖς γλώτταις; Epicorum propriæ sunt, aliquæ etiam tragicorum. Duplicia nomina, tragicis, Epicis, Dithyrambicisque cõueniunt, sed Dithyrambicis in primis. Posit fortasse mirari aliquis cur hoc loco de Comicis nullam mentionem fecerit; sed putarim ideò factum, quia altero libro, qui periit, ac desideratur à nobis, copiosè, quicquid ad eos spectabat, persecutus fuit.

» περὶ μὲν οὖν τραγῳδίας καὶ τὸ ἐν τῷ πράττειν μιμήσεως, ἔστω ἡμῖν ἱκανὰ τὰ εἰρημένα.

» De Tragœdia igitur, deque ad actionem accommodata imitatio-
» ne, satis hactenus à nobis hæc dicta sint.

Postquàm Aristoteles, de fabula, de moribus, de sententia, de dictione, quę partes erãt tragici poëmatis, copiosè egit, epilogo vtitur sicuti patet. aptè autem sunt illa apposita verba περὶ τὴ μιμήσεως τὴ ἐν τῷ πράττειν: nam cum varia sit imitãdi ratio, vti superius declaratum fuit, apud poëtas in vnoquoque poëmatum genere tragœdia imitatur agentes homines, offertque eos spectatoribus in Theatro tanquàm agentes. quod propriũ est omnium Dramaticorum poëmatum; sicuti comœdiæ, et reliquorum. Atque ob id differunt ab Epopœia, & aliis. Sed mirari possit fortasse hoc loco aliquis, & simul accusare Aristotelem, qui, cum ab initio sibi proposuisset sex tragœdiæ partes, de duabus nihil dixerit; de APPARATV scilicet & MELODIA. Verùm puto de apparatu Aristotelem non meminisse, quia ad alios artifices pertinebat, non ad poëtam, quæ duo superius innuit, cum ait. ἡ δὲ ὄψις ψυχαγωγικὸν μὲν, ἀτεχνώτατον δὲ, καὶ ἥκιστα οἰκεῖον τῆς
» ποιητικῆς, ἐστὶ δὲ κυριωτέρα περὶ τὴν ἀπεργασίαν τῆς ὄψεως ἡ τῆς σκευοποιοῦ τέχνη, τῆς τῆς ποιητῆς ἐστί.
» Præterea prætermisisse disputationem de MELODIA; quod satis esset res tota per se cognita; vt ipse met superius ait; μελοποιΐα δὲ φανερὸν ἡμῶν ἔχει πᾶσαν; quòdque alterius esset artis propria, sicuti satis notum est; nam quod antè à me dictum fuit, veteres poëtæ cum Dramata scripsissent, si ea recitari vellent, necesse erat, vt saltatores, et cantores adhiberent, qui ad idipsum accommodatam saltationem, & harmoniam perdiscebant; erant enim apud eos insignes, peritique ὀρχηστοδιδάσκαλοι, de quibus satis multa superius locuti fuimus. Sed addo quiddam ex Plutarcho in lib. περὶ μουσικῆς, vbi ait.
» τὸ γὰρ παλαιὸν ἕως εἰς μελανιππίδην τὸν τῆς διθυράμβων ποιητὴν σημειοῦταί τὸν αὐλητὴν παρὰ τῆς ποιη-
» τῶν λαμβάνειν τὸν μισθὸν, πρωταγωνιστοῦντα διηνεκῶς τῆς τοῦ ποιητοῦ, τῆς δ' αὐλητικῆς ὑπηρετούντων τοῖς διδασκάλοις. Verùm si quis scire velit, quali melodia veteres in tragœdiis vterentur; declarat idem Plutarchus in eodem libro his verbis. καὶ ἡ μιξολύδιος δὲ παθητικὴ ἔοικε δεῖν φαγῳδίαις ἁρμόζουσα. Ἀριστόξενος δὲ φησὶ Σαπφὼ πρώτην εὑρεθῆναι τὴν μιξολυδιστὶ, παρ' ἣν τὸν φαγῳδοποιὸν
» μαθεῖν, λαβόντα γοῦν αὐτὸν συζεῦξαι τῇ διωριστὶ, ἐπεὶ ἡ μὲν τὸ μεγαλοπρεπὲς, καὶ ἀξιωματικὸν ἀποδίδω-
» σιν, ἡ δὲ τὸ παθητικὸν, μέμικται δὲ ἀμφοτέρων ἡ φαγῳδία. Plato huiusmodi genus Melodiæ exagitat in libris de legibus; Ideò Plutarchus ibidem inquit, τούτων δὲ τῆς ἁρμονιῶν τὴν μὲν θρη
» νῳδικὴν οὖσαν, τὴν δὲ ἐκλελυμένην, εἰκότως ὁ Πλάτων παρῃτήσατο λέγων, τὴν διωριστὶ, ὡς πολεμικοῖς
» ἀνδράσιν ἁρμόζουσαν εἴλετο, οὐ μὰ Δία ἀγνοήσας, ὡς Ἀριστόξενος φησὶν, ὅτι καὶ ἐν ἐκείναις τι χρήσιμον ἦν
» πρὸς πολιτείαν φυλακικὸν. Paulò post. ἀλλὰ μὴν, καὶ φαγικοὶ δοκοῦσι ποτὲ ὠδῖν τὴν διωρίου τρόπου ἐμε-
» λῳδήθησαν.

» περὶ δὲ τὴν διηγηματικῆς, καὶ ἐν μέτρῳ μιμητικῆς, ὅτι δεῖ τοὺς μύθους καθάπερ ἐν ταῖς τρα
» γῳδίαις συνιστάναι δραματικοὺς, καὶ περὶ μίαν πρᾶξιν ὅλην, καὶ τελείαν ἔχουσαν ἀρχὴν, καὶ
» μέσον, καὶ τέλος, ἵν' ὥσπερ ζῷον ἓν ὅλον, ποιῇ τὴν οἰκείαν ἡδονὴν ὅλην.

» De narratiua vero & per numeros imitatione, quod ipse quoque
» fabulæ, non secus ac in Tragœdiis actus, consistere debeant; pariter-
» que circa vnam, eamque integram atque perfectã actionem versari,
» principio scilicet, medio, fineque constantem, à qua sanè, velut ab in-
» tegro quopiam animali, voluptas quædam peculiaris proficiscatur,
» omnino manifestum est.

Hæc

„ Ὥσπερ γὰρ καὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἢ τὰ ἐν σαλαμῖνι ἐγένετο ναυμαχία. καὶ ἡ ἐν σικε-
„ λίᾳ καρχηδονίων μάχη, οὐδὲν πρὸς τὸ αὐτὸ συντείνουσαι τέλος· οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἑφεξῆς χρό-
„ νοις ἐνίοτε γίνεται θάτερον μετὰ θατέρου· ἐξ ὧν ἐνίοτε οὐδὲν γίνεται τέλος.

„ Verbi cauſa:circa idem tempus nauale bellum in Salamine, præ-
„ liumque Carthaginienſium in Sicilia, quæ minime quidem in eũdem
„ exitum ſpectant.ita quoque in inſequentibus temporibus, dum alte-
„ rum interdum poſt alterum fit,quibus vnus non eſt exitus.

Parùm aptè non nulla vertit Paccius,nam vbi ait VERBI CAVSA, in Græco contextu ſcribitur,ὥσπερ γὰρ.hoc eſt.Quemadmodum enim;Rurſus vbi vertit temporibus deinceps inſequentibus,Græca verba ſunt,ἐν τοῖσ ἑφεξῆσ χρόνοισ. Prętermiſit Paccius illam dictionẽ ἑφεξῆσ. quæ hoc loco magnã habet vim,ſed iam declaro contextũ. Similitudinẽ affert Ariſt.per quã vult ſuperius dicta comprobare; eſt autem ab iiſdẽ rebus geſtis ducta ſimilitudo.ſic.Res geſtæ in hiſtoriis duplici modo diuerſæ appellãtur;aut quę à diuerſis hominibus,& populis in diuerſis locis aguntur,& ſi eodẽ tempore,aut quæ ab iiſdẽ hominibus, & populis,altera poſt alteram;ſed non reſpiciunt eundẽ finẽ;ſicuti perſpici poteſt ex allatis exemplis.Hũc duplicem ordinẽ, & modũ ſcribendi ſecuti ſunt hiſtorici veteres.Priorẽ quidẽ ſecutus eſt apud Græcos Polybius, qui,quę eadem ætate gerebantur à diuerſis populis diuerſis in locis,ſimul explicat; Diodorus autem Siculus.Arrianus. Q. Curtius poſteriorem modum ſecuti ſunt in ſcribendis rebus geſtis Alexandri Magni; Liuius quoque Romanorum. Cum igitur duplex hæc ſit ratio diuerſitatis,ac diſcrepantiæ rerum geſtarum;talis profertur ab Ariſtotele ſimilitudo.Quemadmodum(inquit)eodem tempore olim in diuerſis locis pugnatum eſt ab Athenienſibus contra Barbaros apud Salamina, à Carthaginienſibus quoque in Sicilia;& tantum diuerſa,ac diſcrepantia hæc ſunt; ita etiam contingit,vt deinceps per idem tempus alterum poſt alterum ab eodem,ſeu ab iiſdem fiat;et tamen erunt diuerſa.Diodorus Siculus refert eadem hora pugnatum in Italia inter Tarentinos,et Lucanos;duce Archidamo Rege Tarentinorum, & in Græcia à Philippo contrà Athenienſes,& Thebanos apud Cheroneã.Sed omiſſis exemplis redeo ad rem, de qua agitur in præſentia.Ad conſtituendam actionem vnã ex pluribus, opus eſt demõſtrare exitũ, & finẽ eundem ad quẽ referantur, ſi enim finis hic nõ fuerit propoſitus nihilò minus erunt diuerſæ,ac ſi à diuerſis hominibus in diuerſis gerantur locis. De prælio apud Salamina meminit Plutarchus in eo lib.qui inſcribitur πότερον ἀθηναῖοι καὶ
„ πόλεμον, ἢ καὶ σοφίαν ἐνδοξότεροι;his verbis.τῷ γὲ κτίσι ὠδὶ δίκαι τὸ μουνυχιῶνοσ ἀρτέμιδι καθιέρωσεν
„ ἐν ᾗ τοῖσ ἕλλησι τοὺς βαρβάρους νικῶσι περὶ σαλαμῖνα ναυμαχίαν ἡ θεὸσ παρασχοῦσα. Plato quoque libro tertio de
„ Legibus.ἀγὼν γὰρ δίκαι ἔτεσι περὶ τῆσ ἐν σαλαμῖνι ναυμαχίασ ἀφίκετο δάτιοσ περσικὸν σόλον ἄγων.
„ Idem Plato libro quarto de Legibus.ἀλλὰ μὴν ὦ ξένε τιὼγε τοὺς περὶ σαλαμῖνα ναυμαχίαν τῆσ ἑλλά-
„ νων πρὸσ τοὺς βαρβάρους γενομένην ἡμεῖσ γε οἱ κρῆτεσ τὴν ἑλλάδα φαμὲν σῶσαι; in eo enim prælio Xerxes à Themiſtocle victus fuit.

„ Σχεδὸν δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ποιητῶν τοῦτο δρῶσι· διὸ καθάπερ εἴπομεν, ἡ δὴ καὶ ταύτῃ θεατέοσ
„ αὖ φανεὶσ ὅμηροσ παρὰ τοὺσ ἄλλους, τῷ μὲν δὴ πόλεμον, καὶ πῶσ ἔχοντα ἀρχὴν, καὶ τέλοσ
„ ἐπιχειρῆσαι ποιεῖν ὅλον. λίαν γὰρ ἂν μέγασ, καὶ οὐκ εὐσύνοπτοσ ἔμελλεν ἔσεσθαι. ἢ τῷ μεγέ-
„ θει μετριάζοντα, κατατετευγμένον τῇ ποικιλίᾳ. νῦν δ' ἓν μέροσ ἀπολαβὼν ἐπεισοδίοις κέ
„ χρηται αὐτῶν πολλοῖσ, οἷον, νεῶν καταλόγῳ, καὶ ἄλλοις ἐπεισοδίοις, οἷσ διαλαμβάνει τὴν
„ ποίησιν.

„ Id quod ferè poëtarum non pauci efficere ſolent. Quamobrem,
„ quemadmodum ſuperius diximus, ob id etiam præ cæteris diuinus
„ Homerus videri iure debet, quòd bellum quidem alioqui principio,

© SCD - Université de Poitiers

Hæc ita vertit Paccius. Sed non satis apertè nonnulla. Ego igitur sic vertenda puto,
» Complectens quæcunque eo tempore acciderunt, quæ versantur vel circa vnũ homi
» nem, vel plures, quorum singula fortuitò inter se connexionem habent, quia alterum
» ex altero non pendet. Connectuntur autem cum superioribus. Sic. Quoniam dixerat
Aristoteles Epopœiam esse poësin ἀπραγμαλικὴν, nequis crederet ideò eam esse similem
historię, ostendit quomodo differat ab historia; monetque interim esse cauendum, ne
historiæ similis fiat; Historia persequitur actiones, & res gestas hominum; aut pluriũ,
aut vnius. vt Periclis, Alcibiadis, Cæsaris, vt Romanorum, Athenienſium; Poësis vnã
debet persequi. Non negarim tamen historiã aliquando vnam tantùm persequi acti o
nem vnius; qualis est coniuratio Catilinæ à Salustio descripta; verùm plerunque plu
res actiones persequitur historia. Quatenus verò in contextu ait Aristoteles VNVM
TEMPVS, significauit multas actiones diuersas; necesse est enim, vt interuallo. xx. an-
norum, multa fiant, contingantque diuersa; quę gesta sint ab vno vel à pluribus; vt pu
ta à Romanis. Quorum vnumquodque ὡς ἔτυχεν ἔχει πρὸς ἄλληλα. debent hæ dictio-
nes verti, vt superius docuimus; sensus enim est. Rerum, quæ fiunt, & geruntur,
alias fortuitum inter se ordinem habere; alias non fortuitum. Fortuitum habent ordi
nem ea, quæ disimilia inter se sunt, neque alterum alterius causa fit; neque alterum
ex altero pendet, neque respiciunt ad eundem finem, & exitum. exempli causa. Cice.
PROCOS. in Cilicia. Idem Romam reuersus fauet Pompeio. Cæsar in Gallia bellum
gerit; Idem contra Pompeium ducit exercitum. non fortuitum ordinem, sed certum,
& connexum habent ea, quæ eundem respiciunt finem; & mutuò cohærent. Aristo-
teles libro Rhetoric. II. sub finem ferè, vbi de apparentibus locis enthymematũ agit;
statuit locum HOC PER HOC. & alterum quem appellat HOC POST HOC. prius
illud exemplum connexionem rerum quæ sunt eiusdem naturæ, habet; posterius ordi
nem tantùm rerum diuersarum, & separatarum, sæpe verò oratores propter affinitatẽ
horum locorum fucum faciunt. vt illic docet Aristoteles. Ordo igitur de quo loqui-
mur est HOC PER HOC: cuius exemplum hoc fuerit, Cicero pugnat cõtra Parthos
Cicero triumphum petit. Vel Cæsar fert legem agrariam de agro Campano. Cesar nõ
dimittit exercitum. Cæsar pugnat contra remp. Cæsar potitur imperio. Ordo hic μᾶλλον
est (sic enim superius vocabat Aristoteles) exemplũ quatenus ad poësin pro-
prius spectat, sumi potest ex Aeneide Vergiliana, in qua vna actio est; & tametsi plures
esse videntur, illi tamen vni subseruiunt: talem enim naturã habent Episodia de qui-
bus antè copiosè locuti fuimus. Aristoteles in libro Prædicamentorum, vbi loquitur
de QVANTITATE, alia dicit esse, quæ constant ex particulis inter se situm certũ, &
collocationem connexam habentibus: alia verò ex non habentibus situm inter se co
hærentem partium. Illorum exemplum est. Linea. circulus. triangulus. nam licet in
his perspicere ποῦ ἕκαστον κεῖται καὶ ποῖα σωματεῖα πρὸς ἄλληλα. Horum verò exemplum est.
Numerus, tempus, nam particulæ horum nõ cohærent. dicas igitur in huiusmodi ἴνα
» τάξιν, quàm θέσιν. nam in numero (inquit Aristoteles) τὸ μὲν πρότερον ἀριθμεῖται τῆς δύο, καὶ τὸ
» δύο τῆς τριῶν, καὶ οὕτω τάξιν ἴνα ἂν ἔχοι, θέσιν δὲ οὐ πάνυ λάβοιεν ἄν. Paulò post de actionib. loquens
ait. ἡ δὲ πρᾶξις μακρὰ τῷ γε τὸν χρόνον πολλὰ εἶναι, καὶ ἡ κίνησις πολλή. Si igitur aliquis explicare
voluerit πότερα ἴσα ἡ πράξις δὲ τῷ χρόνῳ ὁρισεῖ, οἰκοδομικαῖαν, ἢ οὕτω πως. ex his satis patet quod vo
lumus: nam actio poëtica & si ex pluribus partibus constat, quia tamen coniunctæ
sunt cum illa propter μᾶλλον, dicitur habere θέσιν. quem ego paulò antè ordinem
appellabam certum, & connexum. Historicæ autem actiones quia diuersæ sunt, nõ ha
bent θέσιν, sed τάξιν, quem ego ordinem fortuitum vocabam, seu disiunctum. Differt
igitur historia à Poësi, quòd historia ordinem illum in persequendis rerum narratio-
nibus gestarum sectatur, quem disiunctum dicimus ac fortuitum, seu ab Aristotele
vocatum τάξιν. res enim quas narrat disimiles sunt, separatæ, ac diuersæ. Poësis vero
longè secus facit, nam persequitur connexam seriem; atque propter affinitatem actio
num ex multis vnam constituit: sicuti perspicere licet in Iliade, & Odyssea Homeri;
& Aeneide Vergilii.

ὥσπερ

da adauxit,ac pulcherrimè exornauit, vt iam facilè posſit vnuſquisque intueri, qua ratione ſit ſcribendum poëma Heroicum;Nec diſsimili ratione vſus eſt Vergilius, de quo fortaſſe poſtea.

» Οἱ δ' ἄλλοι ωδὲ ἕνα ωοιοῦσι, μὴ ωδὲ ἕνα χρόνον, μὴ μίαν ωρᾶξιν πολυμερῆ, οἷον, ὁ τὰ κυ-
» ωρια καὶ ωτιάδα, μὴ τὴν μικρὰν ἰλιάδα.

» Alii verò circa virum vnum, tempusque duntaxat vnũ verſantur: » ſed actionem ipſam multimembrem conſtituunt: quemadmodum, » qui Cyprica, & Iliadem paruam conſcripſit.

Alii non intelligentes rationem & artificium Epici poëmatis, vnius viri res geſtas omnes perſecuti ſunt, aut quæ vno aliquo tempore, ac ſpatio plurimorum annorum fuerint confectæ. Actionem igitur in ſuo poëmate non vnam, ſed multiplicem, ac diuerſam cõſtituerunt, eo, quo dictum eſt antè à me, modo. Atque hoc vitio laborauit
p» is, qui Cypriaca ſcripſit. Athenæus libro octauo ait, καὶ ὅλη ὁ τὰ κύπρια ποιήσας ἔπη, εἴτε κύ-
p» πριος ὢν τυγχάνει ἢ σάσινος, ἢ ὅστις δήποτε χαίρει ὀνομαζόμενος τῷ Νέμεσιν ποιεῖ διακωμῳδῶν ὑπὸ διδοῦ, μὴ εἰσ-
p» ἐχθὼν μεταμορφωμένην δὴ τούτων.
» τοῖσ δὲ μετὰ φιλέτου ἑλένην τέκε θαῦμα βροτοῖσι
p» τὴν ποτὲ καλλίκομος Νέμεσις φιλότητι μιγεῖσα. & quæ ſequuntur.

Nam verſus aliquot recenſet ex eo poëmate; quos legat illic, qui volet: perlepidi enim ſunt, & elegantes. Iliados paruæ authorem nominat Pauſanias in Laconicis. vbi ait.. μαχάονα δὲ ὑπὸ δύρυπυλου τὸν τηλέφου τελευτῆσαί φησιν ὁ τὰ ἔπη ποιήσας τὴν μικρὰν ἰλιάδα. Herodotus quidem in Homeri vita ait, ab ipſo Homero Iliadem paruam cõſcriptam, priuſ quàm alteram magnam ſcriberet, his verbis. διαφέρων δὲ παρὰ θεσπρίδι ποιεῖ ἰλιάδα τὴν ἐλάσ-
» σω. ἧσ ἡ ἀρχὴ. ἴλιον ἀείδω. & quæ ſequuntur
p» Paulò poſt, καὶ τὴν καλουμένην φωκαΐδα, ἣν φασὶν οἱ φωκαεῖσ ὅμηρον παρ' αὐτοῖσ ποιῆσαι. quod ſi verum eſt, nimirum non videtur artificii poetici peritus ab initio fuiſſe Homerus; cum hæc ſcriberet; Paulò poſt idem Herodotus ait, ἐσ μὲν ἰλιάδα τὴν μεγάλην ἐρεχθέα με-
γαλωσύνῃ οὐ πολλῶν καταλόγῳ. in quibus verbis videas nominari Iliadem magnam, vt differre ſciamus ab altera, quæ parua vocatur. Scribit Suidas Syagrium antiquiſsimum poëtam antè Homerum Iliadem ſcripſiſſe, & Homero non ſatis æquum ſe præbuiſſe. Præterea Idem teſtatur Corianum Ilienſem, adhuc vigente eo bello Iliadem ſcripſiſſe, nam poſt expugnationem Ilii CLXVIII. annos natus eſt Homerus, vt ſcribit Herodotus. τοῦ δὲ φωϊκῶν ὕστερον γέγονεν ὅμηροσ ἔτεσιν ἑκατὸν ἐβδόμηκοντα ὀκτώ.

» Τοιγαροῦν εἰ μὲν ἰλιάδος, μὴ ὀδυσσείας μία τραγῳδία ποιεῖται ἑκατέρας, ἢ δύο μό-
» νας· εἰ δὲ κυπρίων πολλαί. μὴ ἐκτῆς μικρᾶς ἰλιάδος πλέον ὀκτὼ, οἷον ὅπλων κρίσις. φιλο-
» κτήτης, Νεοπτόλεμος, Εὐρύπυλος, πτωχεία, λάκαινα, ἰλίου πέρσις, μὴ ἀπόπλους, μὴ Σίνων, καὶ
» τρῳάδες.

» Verùmenimuerò Ilias ſimul, atque Odyſſea vna tantum Tragœ-
» dia, duabus ad ſummum claudi poſſunt: contrà Cyprica, non niſi plu
» ribus, tum parua Ilias ex octo amplius conſtat: vt ſunt Armorum iudi
» cium, Philoctetes, Neoptolemus, Eurypylus, Emendicatio, Lacæna,
» Ilii excidium, Reditus, Sinon, Troiades.

¹ Hæc ita vertit Paccius. Verumenimuerò Ilias ſimul, atque Odyſſea vna tantùm tragœdia duabus ad ſummum conſtat. Verba Græca ita ſonant apertius conuerſa. Quare ex Iliade, & Odyſſea vna tragœdia ex alterutra ipſarum ſeparatim conficitur, vel duo ad ſummum. Rurſus Paccius illa ita vertit. Contrà Cyprica nõ niſi pluribus, tùm parua Iliàs ex octo amplius conſtat. Ego autem ſic. ex Cypriacis multæ, & ex parua Iliade plures octo. vt armorum iudicium, & quæ ſequuntur; Laudauit Homerum

© SCD - Université de Poitiers

„ medio, fineque constans totum scribere minimè est aggressus. siqui-
„ dem vel nimis magnum euasurum, atque adeò perceptu difficile exi-
„ stimauit: vel, si ad iustam magnitudinem perstrinxisset, inculcatum ni
„ mia varietate futurum. Nunc verò eius rectè vna duntaxat parte su-
„ scepta, pluribus in ea Episodiis vsus est, sicuti nauium catalago, aliis
„ que Epifodiis: quibus poësin ipsam locupletissimam reddit.

Postquàm Arist. declarauit propriũ poëseos esse cõplecti vnã tantũ actionẽ, atq. expo suit qualis sit vna, & simplex actio; reprehendit imperitos poëtas quosdã, qui totũ hoc artificiũ ignorantes, proponebant sibi describendas multiplices actiones, ac diuersas, more historicorũ, qui latius, fusiusq. omnia persequũtur, quę fuerint gesta spatio multorũ annorũ. Hoc vitio, ni fallor, laborauit apud nos Lucanus in describendo Cęsaris, & Pompeii ciuili bello; Sillius quoq. Italicus in Punico; & fortasse etiam Valerius Flac in Argonauticis; & Apollonius apud Græcos in iisdẽ explicandis; nam & si Dramaticũ confecerunt poëma, sicuti decet, & vnam actionem complexi sunt; ordine tamen vsi fuerunt, qui magis Historico, quàm Poëtæ conueniat; sed de hac re alibi diligentius, & copiosius. Homerum igitur extollit hoc loco Aristoteles, sicuti vbique facit, diuinumque appellat (quemadmodum & Dionysius in lib. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων) vel propter hoc vnum, quòd cum Troianum bellum esset descripturus; animaduertit, quomodo hic sibi esset vitandus scopulus; ne similis historico alicui videretur; si ordinem rerum gestarum seruasset in scribendo; id enim si fecisset, necessariò non vnam, sed multas actiones fuisset persecutus, quę & si ad vnum respiciunt finem, & multiplices ideò videri non possunt, tamen, quia ita intextæ nõ sunt, vt vna appareat actio primaria; & illę, quæ præter hanc sunt conficiant Episodia, longè absunt ab artificio poëtarum, quod requirimus; Poterat quidem, si voluisset, totum describere Troianum bellum, nam constabat principio, medio, & fine; spatioque decem annorum fuerat confectum; Sed aliam iniit rationem plenissimam artificii. Duplicem verò affert causam Aristoteles, cur id ab Homero non sit factum; Prior est, quoniam nimis magnum fuisset opus exorsus, & ideò, si totum confecisset, non potuisset vno intuitu comprehendi, quod in primis requirit Aristoteles, sicuti etiam superius est sæpè dictũ copiosè, ducta à corporibus magnis, atque paruis similitudine; μέγεθος εὐσύνοπτον appellauit in periodo, libro tertio Rhetoricorum. Altera causa est; quòd etiam si Homerus longissimum poëma producere voluisset ad iustam magnitudinem, incidisset tamen in aliud vitium longè fortasse maius; quoniam coactus fuisset pertexere opus inculcatum nimia rerum varietate, neque aptè potuisset singula explicare (sicuti decet) sub Dramatica forma. Sed possit fortasse admirari hoc loco aliquis, cur hæc ab Aristotele dicantur, cùm ab Historicis res gestæ plurimorum annorum longè breuiore libello concludantur; Verùm sciendum, Historicos non adhibere Dramaticum sermonem, sicuti poëta; facit enim Drama, vt poëma aliquod in immensam excrescat magnitudinem; Quamobrẽ Homerus vnam suscepit particulam belli Troiani, et ex eo vnam veluti quandam confecit actionem, eą fuit. Ira Achillis, quæ quàmdiu perdurauit, multa mala Grecis infligebantur. Vt primùm verò restincta est ob Patrocli mortem, victoriam Græcis peperit. Hinc extitit artificium illud præclarum, quod quærimus in Epopœia; actionis vnius conficiundę; hinc extitit ordo planè admirabilis, dissimilis ordini Historicorum. Sed quia actio illa, quam sibi proposuerat Homerus, erat exilis, & brevis, eam amplificauit multis Episodiis. Vnum Episodium recensет Aristoteles, exempli gratia. NAVIVM Catalogum. Hoc Episodium fit sub finem libri secundi, arrepta hac occasione. Iuppiter Agamemnonem in somnis monuerat, vt Græcos in aciem educeret; id factum est suadentibus Vlysse, & Nestore. educuntur; enumerat igitur Homerus duces, & naues; Tertius liber habet Episodium Paridis pugnantis singulari certamine cum Menelao, spectante Helena. Quartus liber Episodium continet, concionem Deorum de expugnando Ilio. His, atque aliis multis Episodiis totam Ilia-

da

© SCD - Université de Poitiers

» ἔχειν καλῶς.

» Iisdē præterea generibus Epopœia, quibus Tragœdia conſtet, eſt » neceſſe: etenim vel ſimplicem, vel complicitam, vel moralem, vel pa- » theticam hāc eſſe oportet. Cui totidē, eædemque partes, præter har- » moniam, & apparatum reſpondent: vt quæ peripetiis, agnitionibus, » affectibus, adhuc etiam ſententia & dictione, egregiis quidem omni- » bus indigere videatur.

Poſtquàm Ariſtoteles oſtēdit Epopœiam hoc cōmune habere cum tragœdia, quòd vna conſtat actione; perſequitur alia, quæ communia vtrique ſunt, dictum eſt ante, tragœdiam aliam eſſe ſimplicem, aliam eſſe perplicitam ex agnitione, & peripetia: præterea aliam eſſe moratā, aliam παθητικὴν: has omnes qualitates habet etiam Epopœia. Partes quoque quantitatis cædem in Epopœia ſunt, quæ in tragœdia, præter harmoniam, & apparatum. Poſtremo peripetiam continet, agnitionem, & perturbationem, Horum omniū rerum exempla facilè inuenias in Odyſſ. Homeri, & nos cum de agnitione, ac peripetia loqueremur, ſatis multa protulimus. Neque verò minus requirit ſententiarum, ac verborum ornatum epopœia, quàm tragœdia. Quòd ad ornatum ſpectat ſententiarum, & verborum; aptè dixit Ariſtoteles oportere, vt bene ſeſe habeant; & accommodata ſint ad rem. (καλῶς ἐχ ἓν δεῖ inquit) non autem eundem eſſe oportere, qui in tragœdia; nam aliò quodam modo ornari debet Heroicum poēma, quàm Tragicum; aliudque requirit ſententiarum genus, et ſi nō valde diuerſum: cōcinnas requirit ſententias Epopœia, & ſi nō ſemper graues, ſicuti tragœdia. Grandis & ornata (inquit Cic. in Otatore) vox eſt poētarum; atque maiorem licentiam habent faciendorum, iungendorumque verborum; voluptati enim inſeruiunt aliquando magis, quàm rebus. Eſt autē videdum poētæ Epico, vt non in ſententiis ſolùm, ſed etiam in verbis elimatus ſit; nec omnem authoritatem, nec omnē honorem, nec omnem fortunam, nec omnem ætatem, eodem genere verborum, & ſententiarum tractet; quamquàm hæc illi communia ſunt cū tragico. Habent ſanè ſingula genera poēmatum ſuū » peculiare dicendi genus. Hinc Cicer. in libro de Optimo genere Orat. ait. ſi in tragœ- » dia comicum verbum ponatur, eſſe vitioſum; & in comœdia turpe eſſe tragicum: eo- » demque modo in cæteris, ſuum eſſe cuiuſque certum ſonum, & quandam intelligen- » tibus notam vocem. Idem Cic. explicat quales ſententiæ, qualiaque verba in oratione poni debeant, & quamuis ad Oratorem illa accommodarit, poſſunt tamen etiam ad » Epicum poēma tranſferri. Verba ſunt hæc. Quoniam Eloquentia conſtat ex verbis, & » ſententiis, perficiēdum eſt, vt purè, & emendatè loquētes, quod eſt Latinè; verborum » præterea & propriorū, & tranſlatorum elegantiā perſequamur; In propriis vt aptiſsima eligamus; In tranſlatis, vt ſimilitudinem ſecuti, verecundè vtamur alienis. Senten- » tiarum totidem ſunt genera, quot diximus eſſe laudum. Sunt enim docendi acutæ; » delectandi quaſi argutæ, comouendi graues, ſed & verborum eſt ſtructura quædam » duas res efficiens, numerum, & lenitatem. Hæc ille. quæ diligenter planè ſunt etiam » poētæ ſeruanda.

» Οἷς ἅπασιν Ὅμηρος κέχρηται καὶ πρῶτος, καὶ ἱκανὸς. καὶ δι' καὶ τῶν ποιημάτων ἑκάτερον » συνέστηκεν ἡ μὲν Ἰλιὰς ἁπλοῦν, καὶ παθητικόν, ἡ δὲ Ὀδύσσεια, πεπλεγμένον. ἀναγνώρισις » γὰρ διόλου, καὶ ἠθική. πρὸς δὲ τούτοις λέξει, καὶ διανοίᾳ πάντας ὑπερβέβληκε.

» Quibus ſanè cūctis & ante alios, & pleniſsime Homerus vates vti- » tur. ſiquidem vtroque poēmate hæc omnia complexus eſt. Vt enim » Ilias ſimplex, atque patheticum continet genus, ſic Odyſſea compli- » citum: vt quæ agnitionibus cōſtet, & per totū morata ſit. ad hæc quo- » que dictione, atque ſentētia, cæteris mirū in modū vatibus antecellit.

© SCD - Université de Poitiers

hactenus Aristoteles, tanquam summũ artificem poëmatis Epici, alios verò reprehendit, qui Cypriaca scripserunt, & Iliadem paruam; ille enim vnam actionem sibi proposuit, hi verò plures. Hæc autem comprobat huiusmodi ratione. Si quis velit Epicum poëma Iliados Homeri redigere ad formam tragicam; is sanè possit pro suo iure; nam cum in tragœdia simplex, & vna actio constitui debeat; & in Iliade idipsum sit ab Homero factum; non difficile fuerit id efficere; sublatis vtique Episodiis, quæ multa augent Iliadem; item sublato interuallo, & spatio multorum dierum, atque annorũ, qui illic visuntur inserti, propter magnitudinem poëmatis, quibus sublatis remanebit nuda ipsa actio primaria, quam sibi in eo poëmate proponit Homerus; quo loco perspici potest, ex singulis Epopœiæ Episodiis singulas confici posse tragœdias. Quomodo autem id fieri possit, demonstrarem pluribus, nisi putarem satis esse notum. Sumenda enim vna particula est actionis Epicæ, vt potè si dicas. TVRNI necem apud Vergilium. Patrocli cædem apud Homerum; postea verò prologus, chorus, episodium, aliaque sunt aptè excogitanda, nomina præterea personis imponenda; seruanda demum ea methodus, quam superius ipse explicauit. Sic igitur possunt ampla, & grandia poëmata redigi ad vnam tragœdiam, quia ex vna actione tantum constant artificiosè connexa. Idem fieri potest in Odyssea Homeri vt si tragœdia inscribatur Penelope, vel Vlysses reuersus; & fiat instar Electræ Sophocleæ, in qua Orestes perimit Aegisthum, & Clytemnestram; sic in hac Vlysses procos. Agnitio verò erga Penelopen lugentem. necesse igitur esset volenti inde dramata tragica desumere, partiri in octo, aut in nouem argumenta. Dicat aliquis fortasse. At nonne, eadem quoque nouem, & multò plura desumi possunt ex Iliade Homerica, seu Odyssea; & Aeneide Vergil. Respondeo tamen, posse quidem; sed non ex ipsa primaria actione, quæ vna est, & simplex; at ex Episodiis ipsis quæ inseruiunt & cohærent actioni; vt amplior, maiorque fiat; In Iliade verò parua; patet nullam esse actionem primariam authori propositam; neque vllam rem Episodii loco poni; sed omnia locum obtinere primariæ actionis. Enumerat Aristoteles Armorũ iudicium. Philoctetem, Illa tragœdia adhuc extat à Sophocle scripta. Neoptolemum, quam citat Athenæus Theophili. libro decimotertio & refert lepidissimum hunc versum. καὶ ὁ θεόφιλος δὲ ὁ νεοπτολέμῳ ἔφη.

» οὐ συμφέρον νέᾳ ὄϛι πρεσβύτῃ γωνή.

Eurypylum, de qua tragœdia meminit Cicer. in Tusc. quæst. Emendicationem, cum Vlysses se mendicum simulauit, & ingressus est Troianorum vrbem, de qua re Homerus libro quarto Odyss.

» αὐτὸν μὲν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσασα
» σταῖρα κακὴ ἀμφ' ὤμοισι βαλὼν οἰκῆι ἐοικὼς
» ἀνδρῶν δυσμενέων κατέδυ πόλιν εὐρυάγυιαν
» ἄλλῳ δ' αὖτὸν φωτὶ καταχρύπτων ἰήσκε
» δέκτῃ, ὃς οὐδὲν τοῖος ἔην ἀδὴ νηυσὶν ἀχαιῶν
» τῷ ἴκελος κατέδυ Φρώων πόλιν. & quæ sequuntur.

quo loco etiam, atque etiam poëtæ artificium considerandum est, qui eam rem in Iliade prætermisit; quoniam non omnia cõplexus est, sed vnam tantùm (vti diximus) actionem, ad quam adaptauit Episodia, quæ ipsi maximè cohærere posse cum dignitate aliqua videbantur. Lacænam; Cui similis extat Euripidis Helena. Ilii excidium, quam tragœdiã citat Athenæus ex Acato Argiuo libro decimo quarto, vocatque ἰλίου πέρσιν. Reditum. ἀπὸ πλοῦν scribit in contextu Aristoteles, de quo etiam superius mentio facta est. Eiusdem argumenti fabulã scripsit Euripides Iphigeniam in Aulide, quæ extat. Si nonẽ, quam fabulam à nemire adhuc scriptam legi. Troades, quæ tragœdia extat apud Euripidem.

» Ἔτι δὲ τὰ εἴδη δεῖ ἔχειν τὴν ἐποποιΐαν τῇ τραγῳδίᾳ. ἢ γὰρ ἁπλῆν, ἢ πεπλεγμένην, ἢ ἠθικὴν, ἢ παθητικὴν δεῖ εἶναι, καὶ τὰ μέρη ἔξω μελοποιΐας, καὶ ὄψεως πολλά. καὶ γὰρ πράξεις δεῖ, καὶ ἀναγνωρίσεων, καὶ παθημάτων, ἔτι τὰς διανοίας, καὶ τὴν λέξιν εὖ

© SCD - Université de Poitiers

tur cum tragœdia;recenſet nunc ea,quibus differunt,ſunt autem duo: longitudo,& metrum. Et quatenus ad longitudinem ſpectat,ſciendum Epicum poëma multò longius eſſe tragico, quia non habet præſcriptum temporis ſpatium tàm breue. Quòd ſiquis quærat,quanta demum debeat eſſe Epici poëmatis magnitudo;reſpondet Ariſtoteles tantam eſſe debere,vt vno intuitu tota actio percipi poſsit;ſimulque conſpici principium,& exitus,non ſecus,ac ſolet in pictorum imaginibus,quæ ſi paulò maiores fuerint,quàm conueniat,vno intuitu ſimul comprehendi nequeunt;& quia incerta,& obſcura ratio hæc præcipiendi videbatur;rem aliquanto apertius declarat Ariſteteles, ingeniosè, vti ſolet, & acutè.ſic. Si poëmatis conſtitutio, ac confectio, breuior ſumatur, quàm à veteribus ſumi ſolebat, qui plurimum in hac re peccarunt (vnum Homerum ſemper excipio) facilè erit iuſtam poëmati aſsignare magnitudinem;huc referri debent ea, quæ ſuperius de longitudine tragœdiæ dicta fuerunt; vbi antiquos poëtas, qui Heracleidem, & Theſeidem ignorato omni artificio, ſcripſerunt; reprehendit. Alia quoque ratione longitudinem præſcribi Heroico poëmati poteſt;quod apertius,& craſsiore quadam, ac magis vulgari modo explicat Ariſtoteles;ait enim;Si conſtitutio poëmatis Heroici eò vſque producatur,vt pertingat,perueniatque ad longitudinem multarum tragœdiarum, quæ ſimul eodem tempore,altera poſt alteram recitatæ fuerint;hanc eius iuſtam fore longitudinem; dictum verò eſt ſuperius ad clepſydram recitari olim tragœdias multas conſueuiſſe. Colligi igitur poteſt ex hoc loco vno heroico poëmati adequari multas tragœdias;& ſanè id valde probabile eſt; nam lõgiore ſpatio cõtinetur epopœia, quàm tragœdia,quæ egredi non poteſt periodum vnius Solis,vti antè eſt dictum copiosè.

» Ἔχει δὲ πρὸς τὸ ἐπεκτείνεσθαι τὸ μέγεθος πολύ (ἃ γὰρ ἐποποιία ἴδιον, ὅσῳ τὸ εἰ μοὶ τῇ πρα-
» γματείᾳ μὴ εἰδέχεσθαι ἅμα πραττόμενα πολλὰ μιμεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ ἐπὶ τ' σκηνῆς. καὶ τ
» ὑποκριτ μέρος μόνον· εἰ δὲ τῇ ἐποποιίᾳ, ὅσῳ τὸ διήγησιν εἶν, ἔστι πολλὰ μέρη ἅμα ποιεῖν
» πραττόμενα ὑφ' ὧν οἰκείων οὄντων αὔξεται ὁ τὸ ποιήματος ὄγκος.

» Quippe proprium Epopœiæ eſt poſſe plurimũ in magnitudinem
» excreſcere.id quod aſſequi Tragœdia non poteſt, quandoquidẽ hæc
» plura ſimul facta imitari nequit,ſed id ſolũmodo,quod in ſcena tunc,
» atque adeò penes hiſtriones eſt. contra in Epopœia,vt quæ mera enar
» ratio ſit, plures veluti partes tranſactas conglutinari permiſſum eſt;
» quibus ſanè, perinde ac ſibi propriis, poëmatis ipſius quaſi grauidus
» augetur vterus.

Illa verba ſic protulit Paccius. Quippe proprium Epopœiæ eſt poſſe plurimũ in ma
» gnitudinem excreſcere. At ego ita vetere m. Habet autem Epopœia in ſe proprium
» quiddam; ex quo longitudinem maiorẽ accipere poteſt. Explicat Ariſtoteles in Epo
pœia ineſſe quiddam innatum,ac peculiare, ex quo longius magnitudo ipſius produ
citur;nequis fortè putaret aliũde augeri, quàm ex ſeipſa;nam ſi extrinſecum aliquod aſſumeret incrementum;abſurdum id quidem eſſet;& præter rem, de qua agitur,minimeque conueniens poëmatis artificio; ex iiſdem enim rebus aptè compactum eſſe oportet. Hoc verò in tragœdia effici non poteſt; quæ non habet tàm multa inſita,vnde produci,et amplificari poſsit;neque enim in tragœdia imitatio fit multarum rerũ, quæ ſimul,eodemque tempore in diuerſis fiant locis,ſed tantùm earũ,quæ ab hiſtrionibus aguntur in ſcena;hiſtriones autem;cum imitẽtur agentes voce, vultu, habitu, quaſi illi ipſi agerent; actionem totam in ſcena referant oportet; ſicuti agi ſolet inter homines; Sed Epopœia,cum narrationem longam habeat, aut ipſius poëtæ, aut alterius cuiuſuis,multa complectatur neceſſe eſt,& ab vna narratione ad alteram ſe tranſferat;quare fit,vt totũ poëma magnopere augeatur. Adnotanda verò diligenter ſunt ea verba,ac perpendenda, quæ ſunt ab Ariſtotele prolata ἅμα πραττόμενα, ſignificauit

© SCD - Université de Poitiers

Omnia, quę ſuperius enumerata ſunt, demõſtrat Ariſt. eſſe in poëmate vtroq. Homeri, Iliade & Odyſſ. digniſsimũ verò oſtendit Homerũ, qui ab omnibus extollatur; habeaturq. plane admirabilis, ac diuinus; quòd primus (id quod ſummi fuit ingenii) tale excogitarit artificiũ, atq. ita excogitarit, vt cum nihil in eo prætermiſiſſet; à poſteris nihil potuerit poſtea vnquã addi; id quod rarò cõtingere ſolet; nõ enim facilè poſſunt primi artium inuentores eas abſolutas ab omni parte tradere; ſed paulatim abſoluuntur, & expoliuntur. Nullus verò fuit qui artificio Homeri ne tantillum quidem addiderit; at quàm plurimi poſtea fuerunt poëtæ, qui cum artificium illud ſummum nõ perſpicerent, laudem in ſcribendo non fuerunt aſſecuti; quantò enim quiſque ab inſtituto, & forma Homerici poëmatis longius diſcedit; tantò ille longius abeſt à ſummo artificio; Atque ego ſanè ſatis mirari non poſſum antiquorum ignauiam, & ſocordiam, qui cum Epicum poëma ſcriberent, Homeri artificium, de quo loquor, non conſiderarint, quale eſſet, omniũ certe diligentiſsimus in eo perpendẽdo, & exprimendo fuit Vergilius; tametſi neque is eſt omnia fortaſſe aſſecutus. Ilias ſimplex eſt, quia nullam habet agnitionem; peripetiam tantùm; & multis quidem in locis; ſæpe enim Troiani victores; Græci victi; rurſus Græci victores, Troiani victi demonſtrantur; hoc verò quid aliud eſt, quàm peripetia, & commutatio felicitatis in infelicitatem, & infelicitatis in felicitatem? Eſt præterea Ilias pathetica, vbique enim cædes, vulnera, certamina; bella narrantur. Odyſſea verò non ſimplex eſt; ſed complicita; præter enim quàm quod eadem in ſe habet; habet etiam agnitionem; qualis eſt libro decimoſexto, vbi Telemachus patrem Vlyſſem agnoſcit; & libro inſequenti altera; vbi canis herum agnoſcit; mox alio libro altera cum illum ex cicatrice agnoſcit Eurycléa, dum pedes ipſius laueret, itidem alia lib. XXIII. cum illum Penelope vxor agnoſcit, vltimo quoq. libro alia ubi à Laërte patre agnoſcitur. Mirum ſanè, quantum hæ agnitiones poëmata exornãt, ſuauiaque reddunt; Nec dubitarim ego hoc cõſtanter aſſerere, quantò tragœdia, quæ peripetiam habet, & agnitionem, cęteris præſtat, quę patheticæ tantùmmodo ſunt; tantò Epicum poëma eſſe præſtantius altero, quod nullam habet agnitionem; habet enim in ſe agnitio multum admirationis, & voluptatis; atque (quod ſummum eſt) ex ea magna animorum, & fortunæ commutatio pendet. Morata verò ſunt poëmata Homerica, quod facilè vnusquiſque perſpicere poteſt; & nos de hac re paulò poſt aliquid dicemus copioſius. Verborum verò elegantia, & ſententiarum grauitate planè cæteros omnes ſuperauit Homerus; Plutarchus de vtroque poëmate, tanquam bene vbique morato, ait; εἰσὶ δὲ αὐτῷ ποιήσεις δύο ἰλιὰς, καὶ ὀδύσσεια, οὐ διὰ μὴ μόνον ἀρετὰς οὐ ταῖς ποιήσεσι παρίστησι, λύπας τε, καὶ χάρας, καὶ φόβους, καὶ ἐπιθυμίας ἀ χρὴ αἰνιάσθαι τὸν ποιητὴν, παρόντα δὲ μιμεῖσθαι, ἀ μόνον τὰ χρηστὰ ἤθη ἀλλα καὶ τὰ φαῦλα (hoc enim addit, vt occurrat Platonis ſententiæ.) ἄνευ γὰρ τούτων παράδοξοι πράξεις οὐ σωίσανται, ὧν ἀκούοντα οὐκεῖν αἱρεῖσθαι τὰ βελτίω. πεποίηκε δὲ θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις ὁμιλοῦντας, ἀ μόνον ἀνθ' ἀγωγίας χάριν, ἀλλ' ἵνα οὐ τούτῳ παρασήσῃ, ὡς κρείττονας, καὶ ὐκ ἀμελοῦσι τῶν ἀνθρώπων οἱ θεοὶ. De ſententia vero, & oratione ſic. καὶ τὸ μὲν ὅλον παρ' αὐτῷ διήγησις τῶν πραγμάτων παράδοξος, καὶ μυθώδης κατεσκεύασται ὑπὸ τὸ πλῆθος τῶν ἀγωνίας, καὶ θαύματος ὧν ἐντυγχάνοντας, καὶ ἐκπλήκτικὸν τῶν ἀκρόασιν καθιστάναι.

Διαφέρει δὲ κατὰ τε τ' συστάσεως τὸ μῆκος ἡ ἐποποιία, καὶ τὸ μέτρον· τὸ μὲν δὴν μήκους ὅρος ἱκανὸς εἰρημένος· δύναθαι γὰρ δεῖ συνορᾶθαι τὴν ἀρχὴν, καὶ τὸ τέλος. εἴη δ' ἂν ἔστιν εἰ μὲν ἀρχαίων ἐλάττους αἱ συστάσεις εἶεν, πρὸς τε τὸ τοῦθος τ' τραγῳδιῶν τ' εἰς μίαν ἀκρόασιν πεθεμένων παρήκοιεν.

Differt autem Epopœiæ contextus à Tragico longitudine, metroque, itaque longitudinis præfinitio ſit: de qua à nobis ſatis eſt dictum. vt principium, ſimulque finis conſpici queat. hoc autem fuerit, ſi contextus ipſi, veteribus quidem minores erunt: plures verò Tragœdias ad vnam auditionem diſpoſitas complectentur.

Poſtquàm enumerauit Ariſtoteles ea omnia, quæ communia Epopœię eſſe videban

tur

non potest episodia,breuis vt sit necesse est,& cito ad Epitasin deducatur,potest hoc apertè demonstrari tùm rationibus , tùm exemplis; nam tragœdia imitatur homines (vt sæpissimè est à nobis dictum)quasi tunc agentes;necesse est igitur omnia confici circuitu vnius Solis; sicuti antè declaratum fuit; Quare lõgioribus Episodiis actionẽ tragicam amplificare non licet;quia longè repeti non possunt; Sed sumenda sunt è proximis rebus,quæ ad finem ipsius actionis respiciunt, Exemplum esto , quod superius retulimus ex Sophocleo Oedipode, nã & prologum & episodia omnia illic videre est coniuncta cum ipsa actione,neque longius repetita;præterea similia esse,& pauca;neque iis plura esse potuisse;satis enim erat rem deducere ad agnitionẽ, & peripetiam.

» Τὸ δὲ μέτρον τὸ ἡρωϊκὸν ἀφ' ἑαυτοῦ πέφυκε. εἰ γάρ τις ἐν ἄλλῳ τινὶ μέτρῳ διηγηματικὴν μίμησιν ποιοῖτο, ἢ ἐν πολλοῖς, ἀπρεπὲς ἂν φαίνοιτο. τὸ γὰρ ἡρωϊκὸν στασιμώτατον καὶ ὀγκωδέστατον τῶν μέτρων ἐστί. διὸ καὶ γλώττας, καὶ μεταφορὰς δέχεται μάλιστα.

» Heroicum verò carmen ex ipsa quidem experientia congruens esse apparuit.Etenim,siquis alio quolibet metri genere,pluribus'ue inter se mixtis, enarratiuam facere imitationem aggressus fuerit, præter ipsum decens , factum videri poterit.quãdoquidem numerorum omnium stabilissimum , atque turgidissimum Heroicum est.quo sanè fit, vt linguas, atque translationes potissimum admittat.

Ἀπὸ τῶν πείρατος ait Aristoteles;Sic etiam Cicero in eo libro qui inscribitur Orator.cũ ait. Vt igitur poëtica, & versus inuentus est terminatione aurium , & obseruatione prudentium ; sic in oratione animaduersum multò quidem serius , sed eâdem natura admonente,esse quosdam certos cursus,conclusionesque verborum. Hæc ille.Experientia igitur magistra didicerunt homines, vel hoc,vel illud metrorum genus ad diuersa poëmata accommodare;sic quoque intellexerunt non alio metro melius res gestas tractari posse, quàm hexametro;siquis igitur aut iambico, aut trimetro , aut elego,aut aliis inter se mistis versibus id genus rerum complectatur, planè perperam faciat;præterque omnem consuetudinem,& obseruationem prudentum. Aristoteles libro Rhetoric.III.ait iambum cõuenire orationi humili, quę similis est sermoni, quo inter se colloquuntur homines;Trochæum verò saltationibus; versatilis enim est, & ideò olim in tetrametris locum habebat ; Heróum autem amplum esse, & grandem; ideoque non conuenire oratoribus ; quos pæane vti vult in sua oratione claudenda. Si igitur iãbus humilior est,patet non potuisse adaptari ad hoc poëmatis genus;quod grãde est; multo minus Trochæum,ob nimiam velocitatem,et mobilitatem; narratio enim Heroicarum rerum grauitatem requirit;necesse igitur fuit Heróum retinere, quia amplus est,& sonorus.Verba Aristotelis sunt hæc. » τῶν δὲ ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷος σεμνὸς, καὶ λεκτικὸς,καὶ ἁρμονίας σκόμβωσος , ὅσῳ ἴαμβος αὐτὴ ἔστιν ἡ λέξις τῶν πολλῶν , διὰ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες. δεῖ δὲ σεμνοτέραν γενέσθαι, καὶ ἐκστῆναι. ὁ δὲ χορεῖος κορδακικώτερος. δηλοῖ δὲ τὰ τετράμετρα, ἔστι γὰρ χορεῖος ῥυθμὸς τὰ τετράμετρα; λείπεται δὲ παιάν. Quintilianus libro nono licet enim pæonem sequatur Ephorus inuentum à Thrasymacho probatum etiam ab Aristotele,dactylumque vt temperatiorem breuibus;fugiat spõdeũ, & Trocheus alterius tarditate, alterius celeritate damnata;& Heróus,qui idem est dactylus,Aristoteli amplior,Iambus humilior videatur, Trochæum vt nimis currentem damnet,eique Cordacis nomen imponat.Ex quibus Quintiliani verbis licet perspicere Heróum,quoniam amplus est, ideò reiici ab oratoribus, & accipi à Poëtis Epicis; κόρδακι (vt superius est declaratum) Saltationis erat nomen. Trochæus autem propter mobilitatem saltationi illi aptus . hincque ita vocatus & ipse.de qua re etiam Cic. in Oratore meminit his verbis. Longè Aristoteli videtur secus,qui iudicat Heróum numerum grandiorem,quàm desideret soluta oratio.Iambum autem nimis esse è vulgari sermone;ita neque humilem,neque abiectam orationẽ; nec nimis altum, & exaggeratam probat;plenam tamen eam esse vult grauitatis;vt eos,qui audient,ad

© SCD - Université de Poitiers

enim Aristoteles quiddam, quod planè summum est in artificio Epopœiæ; atque vt facilius res tota perspiciatur; exemplo Homerici poëmatis patefaciam. videre est in Odyssea libro primo.narrari procorũ insolentiam, atque intemperantiam, Telemachique calamitatem, cuius bona à procis absumebantur. mox libro secundo cùm persuadere illis non posset, vt è domo sua abirent, aggreditur iter, suadente Minerua,ad Nestorem,vt ab eo sciscitetur de reditu patris.ibi longa habetur collocutio.postea lib.III.&.IIII.suadente Nestore,contendit Telemachus ad Menelaum, eâdem de causa; ibi rursus longus sermo inter eos habetur, quem summo artificio pertexuit Homerus, vt explicaret partes quasdã belli Troiani, qualis est illa lib.IIII. vbi de Durateo,& Troiano equo mentio fit; nam & si nihil prætermittendum putabat doctus,& ingeniosus poëta,quod ad Troianum bellum spectaret; vidit tamẽ postulare poëmatis artificium, vt per Episodia opportunè multa etiam alio in poëmate explicaret;Cum in serie poëmatis Iliados longa inseri non possent,ne videretur historiam potius,quàm poësin scribere, quod summum est vitium;debet enim (vt antè diximus) poëta vnam complecti actionẽ tantùm,& simplicem;Sed redeo,vnde digressus sum.Idẽ Homerus postquàm multa Episodia deduxit ex itinere,& collocutionibus Telemachi;mox ab eo digrediens narrationem suam transfert ad Vlyssem,quẽ inducit;dum apud Alcinoum regem esset;multa narrantem, quæ antè gesta fuerant. Hoc verò artificium vnum τ' ἀπαγγελίας bellè est imitatus Vergilius; rursus ab Vlysse digrediens se transfert ad procos Penelopen, & Telemachum; Hæc ἅμα πραττόμενα, de quibus loquitur Aristoteles;illa enim simul fiebant,at diuersis in locis;dum igitur poëta animum, modò ad hæc, modò ad illa exprimenda appulit; miris modis totum suum poëma amplificauit;Hoc verò non est in poëmate Virgiliano; nam nunquam à à suo discedit Aeneа;neque certè omnia Vergilius est assecutus; Perpendenda illa dictio ὄγκος, quę translatè ponitur pro grauitate orationis;& sublimitate.Aristoteles lib.
» Rhetoric. tertio κἂν μήτε τοῦτ' ἐν ὄγκῳ αὐτοκαθάλωσι λέγηται, μήτε τοῦτ' ἐν τέλεσι σεμνῶς. Plu-
» tarchus quoque in Hom. φαγῳδία εἰς ὄγκον πραγμάτων, καὶ λόγων ἐπαρθεῖσα. Rursus per-
» pendenda illa verba, quæ sunt in contextu; πολλὰ μέρη δεῖ ποιεῖν ἅμα πραττόμενα. In Epopœia enim multæ partes simul actionis conficiuntur; Episodia partes actionis sunt;& singula actionem per se perfectam,integramque habent; vt patet in Odyss.de Polyphemo,de procis,deMenelai Nestorisque collocutione.Singula enim horũ integra dici possunt,quia exitum habent;& confecta sunt. Secus verò in tragœdia nam Episodia imperfecta sunt,& antequam conficiantur, sese coniungunt cum primaria actione,quæ sola integra est;& conficitur;sicuti satis etiam me tacente, ac non proferente exempla,attentè intuenti patere poterit.

» Ὥστε τοῦτ' ἔχει τὸ ἀγαθὸν εἰς μεγαλοπρέπειαν, καὶ τὸ μεταβάλλειν τὸν ἀκούοντα καὶ ἐπει-
» σοδίοις ἀνομοίοις ἐπεισοδίοις. τὸ γὰρ ὅμοιον ταχὺ πληροῦν, ἀκοὴν πίπτειν ποιεῖ τοῖς τραγῳδίαις.

» Quapropter hac prærogatiua cum polleat:tum facilem ad magni-
» ficentiam aditum habet, tum ad auditorem subinde leuãdum,neque
» non dissimilibus Episodiis cuncta ad peragendum,Etenim Episodio-
» rum vniformitas, vt quæ cito satietatẽ afferre soleat,in causa est,cur
» Tragœdia ad finem festinet.

Tria recensetcommoda,& ornamenta Aristoteles poëmatis Heroici;Primò decentius videtur esse,& maius,quàm cætera;præsefertque dignitatem quandam admirabilem,& plurimum in se habet decoris,& maiestatis.Deinde propter plurimarum rerum varietatẽ,quæ in eo inest,satietatẽ fastidiumq.tollit;relaxatq.sæpè,ac renouat animos audientiũ;seu legentium postremò pro suo iure vti potest dissimilibus Episodiis, quæ res facit,vt magis,magisq.semper excrescat;si enim similia essent vbiq.Episodia, non suppetentibus rebus subinde nouis, properaret ad exitum, & quam celerrimè clauderetur totum poëma,quod licet intueri in tragœdia,quæ quia dissimilia habere

non

© SCD - Université de Poitiers

cant,quales multæ apud Homerum ſunt;hyperbole,epithetis,aliis innumerabilibus, quæ in alio poëmatis genere aptè non inſeruntur.Et quoniam poſſet aliquis quærere,cur iambico verſu aut tetrametris ſcribatur heroicum poëma; reſpondet Ariſtoteles, vtrunque optima ratione genus fuiſſe reiectum, nam iambi ſunt πρακτικοὶ, ideſt potius apti ſunt ſermonibus,qui inter homines quotidie habẽtur,dum inter ſe de aliqua re agunt,& colloquuntur;vel,vt breuius,& apertius dicam, iambi ſunt apti comœdiæ,& tragœdiæ,& aliis generibus poëmatum,in quibus homines agentes exprimuntur,& negotiantes. Tetrametra autem ſunt ὀρχηστικὰ ideſt apta ad ſaltationem, de qua re dictum eſt copiosè ſuperiore quodã loco, vbi Ariſtoteles ex Tetrametris Trimetra facta eſſe aſſerebat,quòd poëſis minus ſaltatione vti cæpit,atque eadem de cauſa φορτικὰ tetrametra idem Ariſtoteles vocat in Rhet. libro tertio; quæ verba ſuperius retulimus,vti ſeſe habent.Patet igitur, Cur Epici poëtæ neque iambico, neque tetrametro vtantur verſu. Quòd ſiquis adhuc putaret multis verſuũ generibus miſtis, heroicum poëma recte poſſe contexi, reſpondet Ariſtoteles hoc multò magis abſurdum fore; ac ridiculum, & ſi Chæremon id feciſſe narratur apud veteres;de qua re quia ſuperius copiosè egimus,nihil eſt neceſſe,vt repetamus. Nimirum autem miſti verſus multi ridiculi ſint oportet,multumque præſeferant leuitatis;Adde quòd legentes nunquam ſatis eodem veſtigio mentem ſiſtere poſsunt.Quid?quod cum alii mobiliores,alii tardiores ſint,alii rotundiores,alii minus volubiles,exiſtat neceſſe eſt ex tali verſuum varietate ſumma confuſio. Concludit igitur Ariſtoteles, longi poëmatis conſtitutionẽ, (Epopœiam intelligit) non alio debere genere verſuum ſcribi,quàm herôo; ipſa natura monſtrante,quàm hoc deceat,monſtrat quippe natura ex ſono numerorum, qui iucũdi auribus ſunt. Adnotanda verò illa verba in contextu τὸ ἁρμόττον διαιρεῖσθαι; nam decorum ideo dignitatem obtinet, quia ſingulis rerum generibus ſeparatim adaptatur,nihilque aliud eſt τὸ ἁρμόττον,quàm diſtributio eius, quod cõuenit, in ſingulas res pro genere diuerſo aptè facta.

» Ὅμηρος δὲ ἄλλα τε πολλὰ ἄξιος ἐπαινεῖσθαι, καὶ δὴ καὶ μόνος τῶν ποιητῶν οὐκ ἀγνοεῖ
» ὃ δεῖ ποιεῖν αὐτόν· αὐτὸν γὰρ δεῖ τὸν ποιητὴν ἐλάχιστα λέγειν· οὐ γάρ ἐστι κατὰ ταῦτα μι
» μητής. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι αὐτοὶ μὲν δι' ὅλου ἀγωνίζονται, μιμοῦνται δὲ ὀλίγα καὶ ὀλιγάκις. ὁ
» δὲ ὀλίγα προοιμιασάμενος, εὐθὺς εἰσάγει ἄνδρα, ἢ γυναῖκα, ἢ ἄλλο τι ἦθος. καὶ οὐδὲν ἄηθες,
» ἀλλ' ἔχον ἦθος.

» Proin vates Homerus in hoc quoque quemadmodum & in cæte-
» ris,præcipua laude dignus eſt, quandoquidem omnium vnus, quid
» ipſum deceat poëtam,minimè ignorat. Decet autem hunc ex perſo-
» na ſua pauca dicere:quòd in eo imitator nõ ſit. itaque vates alii, dum
» hoc ſtudio ſemper certant, pauca interim paucisque in locis imitatio
» ne aſſequuntur.contra Homerus pauca admodum præfatus, modo
» virum,modo mulierem, interdum mores aliquos inducit.nihil enim
» vnquam non moratum:at ſemper moribus præpollens, quodcun-
» que confingit.

Homerus multis de cauſis laudandus, extollendusque eſt;nam quicquid in Epico poëmatè artificii requiritur,id totum ipſe primus demonſtrauit cæteris;rationemque rectè ſcribendi. Quatenus ad Heroicum, hexametrumque verſum, de quo paulò ante loquebamur, etiam Horatius in Epiſtola ad Piſones, Homerum primũ illius generis metrorum authorem fuiſſe ait.

» Res geſtæ regumque,ducumque,& triſtia bella
» Quo ſcribi poſſent numero monſtrauit Homerus.ac ſubinde idem Horatius oſtẽ
» dens,quomodo τὸ ἁρμόττοντος fuerit in ſingula genera facta diſtributio,ſtatim addit.

© SCD - Université de Poitiers

» maiorem admirationem posit traducere. Trochæum autem, qui est eodē spatio, quo
» Choreus, Cordacem appellat; quia contractio, & breuitas dignitatem non habeat, ita
» pæana probat. Hæc ille. Peropportunum igitur fuit res gestas eo genere metrorum enarrare, quoniam grauitatem celeritati mistam habet propter spondeū, & Heroum pedes, quos recipit; Hinc Quintilianus lib. 1 x. verisimè ait. Plurimum igitur authoritatis (vt dixi) & pōderis habent longæ, celeritatis breues, quæ si miscentur quibusdam longis, currant; si continuantur, exultant acres, quæ ex breuibus ad longas insurgunt; leniores, quæ à longis in breues descendunt. Quatenus verò ab experientia
» id homines didicisse ait Aristoteles; videre quoque est Ciceronem non dissimili ratione idem dixisse in Oratore. his verbis. Esse ergo in oratione numerū quendā non
» est difficile cognoscere, iudicat enim sensus, in quo iniquū est, quod accidit nō agnoscere, si cur id accidat, reperire nequiamus, neque enim ipse versus ratione est cognitus, sed natura atque sensu, quē dimensa ratio docuit, quid acciderit, ita notatio naturæ, & animaduersio peperit artem. Duplex igitur ratio esse videtur, quare Herôo versu scribant Epici poëtæ res gestas. Prima est, quā exposuimus. Altera est; quia nullum genus metri magis recipit varietatem linguarum, & translationes quàm Heróum. cognosci verò hoc potest ex Homero, qui vbique varietatem veterum linguarum aptè miscuit, de hac re Plutarchus ita ait, λέξει δὲ ποικίλῃ κεχρημένοσ ἅτε ἀπὸ πάσησ ἁπλῶσ λέκτου τῆσ ἑλλήνων κεκραμένησ ἐγκατέμιξεν. ἐξ ὧν σῆλοσ ἔσῃ.

πᾶσαν μὲν ἑλλάδα ἐπελθών. καὶ πᾶν ἔθνοσ. Paulò post idem.

ὅπωσ μὲν δὴ τὰσ πάντων ἑλλήνων φωνὰσ ἀθροίζων ποικίλον. ἀπεργάζεται τὸν λόγον, καὶ χρῆται ποτὲ μὲν ταῖσ ξεναικαῖσ, ποτὲ δὲ ταῖσ ἀρχαϊκαῖσ, ποτὲ δὲ ταῖσ κοιναῖσ, καὶ συνήθεσι. καὶ θαυμάσειεν, ὅλωσ καὶ κοινὰ λέξεισ παρ' αὐτῷ σώζουσι τὸ σεμνὸν τοῦ λόγου. Translationes verò multum ornamenti afferre orationi quiuis intelligit conueniunt autem Heroico poëmati, quia grande quiddam præseferunt & magnam afferunt dignitatem rebus, dum vitant vulgaria. Hinc Quintilianus libro octauo. translatio, in qua vel maximus est ornatus verba, non suis rebus accōmodat. Ideò Plutarchus Homerici poëmatis artificium perpendēs, ait, Μεταφοραὶ δὲ ἔσῃ ἀπὸ τοῦ κυρίωσ ὀνομαζομένου πράγματοσ ἐφ' ἕτερον μετενηνεγμένη μετὰ τῆσ ἀμφοῖν ἀναλόγου ὁμοιότητοσ πολλὴ ἔσῃ καὶ ποικίλη παρ' αὐτῷ. Nec verò pauciores, aut minus illustres habet translationes Vergilius apud Latinos in sua Æneide, quod alibi nos commodius, Vergilianum ornatum cum Homerico conferentes, considerabimus, atq. explicabimus. de translationum generibus, & earum vsu, qui plura legere volet; videat apud Aristotelem libro tertio Rhetoric. & Plutarchum in loco superius prolato, & Ciceronem libro tertio de Orat. & in eo libro, qui inscribitur Orator.

» πορισθὴν δὲ ἡδὺ ἡ διηγηματικὴ μίμησις τῶν ἄλλων· τὸ δὲ ἰαμβικὸν, καὶ τὸ τροχαῖον κινητικά,
» τὸ μὲν ὀρχηστικὸν, τὸ δὲ πρακτικόν. ἔτι δὲ ἀπιστότερον, εἰ μιγνύοι τις αὐτὰ, ὥσπερ χαριέμων· διὸ οὐδεὶς μακραῖσ σύρασιν εἰ ἄλλῳ τινὶ ποιήσειεν, ἢ τῷ ἡρῴῳ. ἀλλ' ὥσπερ εἴρηται, αὐτὴ ἡ φύσισ διδάσκει σ' ἁρμόττον αὐτὸ διαιρεῖσθαι.

» Nam motus ipse enarratiuus præ cunctis aliis excellens est. iambi
» verò, atque octonarii mobiles quidē sunt: verum, vt hi saltationibus,
» sic agendis rebus illi aptissimi sunt. Ad hæc illud etiam magis absur-
» dum, siquis, vt ipse Chæremon, hos miscuerit. Quare longum contex
» tum alio, præter quàm Heroico metro rite panget nemo. nimirum id
» congruere (sicut diximus) Natura docet.

Prima illa verba hanc mihi videntur præse ferre sententiam abundat enim Epopœia, enarratiua poësis, etiam aliis; nam ait Aristoteles; non mirum est, si Epopœia, & Heroicum carmen recipit varietatem linguarū, & metaphoras magis quàm alia poëmata, & alii versus, quia aliis etiam multis rebus abundat epicum poëma; quę reliquis desunt, vt (si enumerare velis) imaginibus, seu collationibus; εἰκόνασ græci vocant,

© SCD - Université de Poitiers

tragicorum;ſint eiuſmodi,vt admirabiles videri poſsint,tùm propter res,quæ narrantur,tùm propter amplificationẽ;quæ grandiores ipſas faciat,ac ſublimiores; nõ enim ſicuti res geſta eſt,ſemper eſt explicanda breuiter; ſed quærendæ delitiæ omnes, & fuci, quibus res exornari poſsint:Ac ſanè magis recipit epicum poëma huiuſmodi amplificationes,quàm tragicum,quia non exprimuntur agentes homines in eo,ſicuti in tragœdia;licetque poëtæ præter imitationẽ loquentium perſonarum,etiam ex ſuo ingenio addere multa,quæ ad actionem exprimendam,& exornãdam pertinent; atque hoc ſignificauit Ariſtoteles, per illam dictionem τὸ ἀνάλογον. quia alio modo admirabilem facit ſuum ſermonem tragœdia;quàm Epopœia;pluresque rationes ſuppetunt amplificandi rem,& admirationis mouendæ in epopœia;quia multa profert ipſe poëta;atque id exemplo ſtatim declarat.

» Εἴπειτα τὰ περὶ τὴν Ἕκτορος δίωξιν εἰσὶ σκληρῶς ὄντα, γελοῖα ἂν φανείη, οἱ μὲν ἑστῶτες
» καὶ οὐ διώκοντες, ὁ δὲ ἀναπαύων. εὖ δὲ τοῖς ἔπεσι λανθάνει.

» Porrò,ſiquis illa, quæ de perſecutione in Hectorem ſunt,in ſcenã
» afferat,vtique ridicula apparere fecerit.nam & illos ſtare, & hũc abnuere videre eſſet,id quod prorſus in ipſis carminibus latet.

Exemplum ſumitur ex Iliados Home.libro vigeſimoſecundo, vbi Achillem deſcribit inſectantem Hectorem fugientem.Verſus Homeri hi ſunt;qui ſub perſona narrãtis poëtæ proferuntur.

» Ἕκτορα δ' ἀσπερχὲς κλονέων ἔφεπ' ὠκὺς Ἀχιλλεύς
» ὡς δ' ὅτε πέρδρον ὄρεσφι κύων ἐλάφοιο δίηται. & qui ſequuntur paulò poſt.
» πῶς δέ κεν Ἕκτωρ κῆρας ὑπεξέφυγεν θανάτοιο
» εἰ μή οἱ πύματόν τε καὶ ὕστατον ὦρτο Ἀπόλλων
» ἐγγύθεν ὅσσ' οἱ ἐπῶρσε μένος, λαιψηρά τε γοῦνα.
» λαοῖσιν δ' ἀνώγει καρήατι νεύσ' ἀχιλλεύς.
» ἀλλ' εἶα βέλεμνα ἀδὴν Ἕκτορι πικρὰ βέλεμνα.
» μή πως κῦδος ἄροιτο βαλὼν, ὁδὲ δεύτερος ἔλθοι
» ἀλλ' ὅτε δὴ τέταρτον ἀδὴν κρουνοὺς ἀφίκοντο. & qui ſequuntur.

In his verſibus,vti ſatis patet,fugiẽs Hector,fugientẽ inſequens Achilles miro quodã artificio deſcribitur;vt intueri vtrunque,legens Homeri verſus,tibi videaris;adeò aptè rem ob oculos ponit. Græci,dum Achilles Hectorem inſequebatur fugientem; iacula,telaque contorquebant in Hectorem.Achilles verò veritus, ne,ſi illi telis Hectorem oppreſsiſſent,ſibi tàm magna laus præriperetur, nutu capitis ſignificauit Græcis,ne tela coniicerent.Hæc ſiquis in ſcenam adducere velit;currentemque Achillem exprimere,& fugientem Hectorem,rurſus Græcos tela coniicientes,& nutu ſignificantem Achillem;ne coniicerent;ridicula planè tota fuerit actionis huius imitatio,et repreſentatio.commodius igitur narrãtur ab ipſo Poëta;qui ſingula ob oculos ponit, dum rem exactè;ornateque explicat;Sententiis,verbisque in medium allatis,quæ eui denter omnia exprimant; Tragœdia igitur hanc vim non habet; quia agentes homines (cum Dramaticum ſit poëma) imitatur;facit tamen aliquando etiam ipſa huiuſmodi narrationes;quæ à Nuncio proferuntur; qualis illa eſt apud Sophoclem in Electra;vbi quadrigarum curſus in Pythiis, & Oreſtæ mors narratur;omnia enim ornamenta ac lenocinia,fucosque verborum in huiuſmodi narrationibus effingẽdis quærere ſolent tragici Poëtæ,vt rem ob oculos ponãt,amplificentque,& admirabiliorem reddant.nullum autem locum commodiorem ſuæ artis,& eloquentiæ oſtentãdæ habent tragici Poëtæ,quàm in Nunciorum ſermone exprimendo;referunt enim Nuncii aliunde venientes ea,quæ acta ſunt;nec multum differunt à perſona Poëtæ,qui in Epico poëmate,ipſe quoque narrat res geſtas; modumque omnem exponit,quo geſtæ fuerunt. Quis verò iam non videt καλῶς τὸ ἀνάλογον Epopœiam multis in locis; imò vbique hanc amplificandi,narrandique facultatem habere?quantò igitur maior hæc eſt,tantò magis exprimit in rebus τὸ θαυμαστὸν.Locus eſt Homeri in ὀδυσσ.lib.v.vbi na-

© SCD - Université de Poitiers

» Versibus impariter iunctis querimonia primùm.
» Post etiam inclusa est voti sententia compos. paulò post ibidem
» Archilochum proprio rabies armauit iambo. & quæ sequuntur.

Obseruatione enim doctorum hominum; & numerorum terminatione, auriumque iudicio diiudicata fuerunt singula versuum genera, cui magis rei scribendæ competerent. Hermogenes libro secundo περὶ ἰδεῶν de metris poëtarum diuersis, ait. κἀλλά
» γε μὴν ἴδια ποιητέων οὐ σωθήκαι, ῥυθμοίτε, οὐ ἀναπαύσεισ, ῥᾴδιον μὲν εἰπεῖν, οἷα τὰ μέτρα. Idē paulò post hexametrorum formas ait esse varias; vt mirum non sit iis in Epico poëmate scriben
» do vsos fuisse veteres. τοῦτο δὲ συμβαίνῃ μάλιστα μὲν καὶ διὰ τὸ πλῆθοσ τῶν τοῦ ἑξαμέτρου σχημάτων,
» δεῖ γὰρ αὐτὸ σχήματα πολλὰ καὶ διαλάσκουσιν ἡμᾶσ οἱ γραμματικοί. Magnum est & admiratione dignum, nec tamen nisi verisimum, quod eodē loco de Homeri artificio in versibus scribendis recenset idem hermogenes; nam si in reliquorum poëtarum poë si consideres hexametrorum genus; vnum tantum, ac simplex reperias, quia pro materie diuersa earum rerum, de quibus locuti sunt; ipsa distinguere, ac variare non studuerunt, Homerus autem ita in singulis animi affectionibus, & moribus exprimendis distinxit, & variauit, vt quamuis hexametrum vnum sit, ac simplex per se quod sex dimensionibus, ac rhythmis constat; variæ tamen pro diuersitate, ac dissimilitudine sumpta à rebus; illius formæ esse videātur; nam si vel alterius cuiusuis personæ sermonem exprimit, vel ipsémet à se ipso aliquid nunciat (quod proprium est epici poëmatis, in quo diximus, sæpè esse ἀπαγγελίαν poëtarum) ita conuenientes facit numeros, vt & grauitatem, & humilitatem, & ornatum, & simplicitatem, sicuti locus personæ
» que dignitas, & orationis genus postulat, præseferant. Verba illius sunt hæc, ὅ τε γὰρ
» μάθησιν ἐμποιῶν τὸ λέγοντοσ προσλαβὴ ὁ ποιητὴσ, ὡσ δι' ἄλλο προσώπου ἦθοσ μιμεῖται, ὃ καὶ ἑαυτὸσ ἀφ'
» ἑαυτοῦ τοιόνδε δι, ὃ τοιόνδε πρᾶγμα ὑφαγγέλλῃ, ἀνάγκη τοῖς προσηκούσασ οὕτωσθαι καθ' ἕκαστον γίνεσθαι καὶ
» τὰ εἴδη τῶν λόγων ἀναπαύσθσ, οὐ βάσθσ, οὐ σωθήκασ, οὐ ῥυθμὸσ ἢ σχῆσισ, ἢ ἀφελεῖσ ἢ περικαλλεῖσ. Quæ verba eò libentius apposui, quia declarant hunc Aristotelis locum, vbi ait Homerum etiam ob id esse magnopere laudandum, quòd pauca sub suæ personæ figura protulit; id enim debent in primis seruare poëtæ; quia imitantur; atque ab imitatione nomen ducunt, quatenus igitur ipsi narrant non imitantur, neque munus exequuntur suum. Quòd si aliorum poëmata intuearis (inquit Aristoteles) videas ipsos multum operæ posuisse in narrationibus sub sua persona proferendis; paucisque admodum in locis expressisse loquentes personas; atq. eo modo, quo maximè debebant, imitatos fuisse hominum actiones, & mores, qui non aliunde facilius perspiciuntur, quales sint, quàm ex sermone. Homerus verò pauca quædam præfatus statim imitari, atque exprimere personarū mores, actionesque per sermonem cæpit; totumque poëma illius vbique moratum est, quia loquentium aut virorum, aut mulierum, aut aliarum huiusmodi personarum apparet. προαίρεσισ; de qua superius; cum de MORIBVS ageremus, copiosè locuti fuimus;

» Δεῖ μὲν οὖν καὶ τοῖς τραγῳδίαις ποιεῖν τὸ θαυμαστὸν, μᾶλλον δ' ἁρμόττει ἐν τῇ ἐποποιίᾳ
» τὸ ἀπόλογον. διὸ συμβαίνῃ μάλιστα τὸ θαυμαστὸν, διὰ τὸ μὴ ὁρᾶν εἰς τὸν πράττοντα.

» Sanè cōuenit Tragœdiæ ipsum præbere mirandum, magis autem
» Epopœiæ: quòd videlicet proportione respondeat. ideoque mirandū
» maxime huic conuenit, quoniam in ea ad ipsum agentem minimè
» respicimus.

Multa sunt, vti diximus, in quibus conueniunt tragœdia, & epopœia; conueniunt igitur etiā hac in re, quòd sicuti oportet in tragœdia admirabilē cōficere sermonē; nouoque quodā stupore semper suspensos tenere auditorū animos. Fortuita, quę tamē nō sine fato quodā accidisse videtur, admirationē afferunt hominibus; sicuti ante declarauimus, cum de tragœdiæ artificio loqueremur; Talia quoque in Epopœia inesse oportet. Vel si non libet ex superioribus locum hunc ita explicare, dicendum est simplici quadam ratione Aristotelem monuisse, vt narrationes epicorum, sicuti etiam

tragicorum;

© SCD - Université de Poitiers

habent τὸ θαυμασὸν. Ac sic opinor declaratum est à me, qua ratione καζὰ τὸ ἀνάλογον magis τὸ θαυμασὸν inserat in suo poëmate Epicus poëta, quàm Tragicus. in manuscriptis
» libris video interpositam dictionem ὡσ sic. δεῖ μὲν δὴ ὡσ αὐ ταῦσ ζαγῳδίαισ ποιεῖν τὸ θαυμασὸν. Rursus in consequentibus verbis additionem est aliquam videre: nam sic legũtur.
» διὸ συμβαίνει μάλισα τῦτο τὸ θαυμασὸν διὰ τὸ μὴ. & quæ sequuntur.

» Τὸ δὲ θαυμασὸν ἡδὺ σημεῖον δέ. πάντες προσιθέντες ἀπαγγέλλουσιν ὡς χαριζόμενοι.

» Cæterùm mirandum ipsum per se esse gratum, argumẽto sit: quòd
» omnes huiusmodi aliquod, dum nunciant, veluti dicturi in gratiam,
» id semper exaggerant.

Rationem affert Aristoteles, cur narratio admirabilis debet esse tum in Tragœdia? tum in Epica Poësi. est autem hæc. Quia (inquit) omne admirabile, iucundum est, si igitur poëta aliquid narret simplici quadam ratione, neque amplificet, aut exornet, frigida erit, ac penitus elangueſcet omnis narratio. lib. Rhetoricorum. 11. Aristoteles
» καὶ τὸ θαυμάζειν ἡδύ, ὡσ ἐπιτσπολύ, οὗ μὲν γὰρ τῷ θαυμάζειν τὸ ἐπιθυμεῖν ἔσιν, ὥσε τὸ θαυμασὸν ἐπιθυμητόν. Verùm de hac re superius locuti satis fuimus. Hinc Vergilius. lib. 1. Aeneidos. ait.
» Miratur molem Aeneas.
Quòd cum voluptate quadam animi maxima, innuit illum talia spectasse; nam admiratio huiusmodi voluptatem affert, Sicuti igitur cum picturam intuemur præclaram; admiramur simul pictoris, à quo fuerit expressa, artificium, & voluptatem capimus in credibilem. quemadmodum in suo Aenea Vergilius innuit.
» Artificumque manus inter se operumque laborem.
» Miratur. Paulò post.
» Hæc dum Dardanio Aeneæ miranda videntur,
» Dum stupet, obtutuque hæret defixus in vno.
Sic in Poësi, cũ aptè, ornateque aliquid expressum audimus à perito & docto Poëta; admiramur illius artificium, magnamque voluptatem percipimus. Quòd verò ornatus, & amplificatio sermonis delectet signo huiusmodi demõstrat. omnes, qui aliquid nunciãt, rem conantur augere, et ornatius exponere, vt gratior, suauiorque ipsorum sit narratio.

» Δεδίδαχε δὲ μάλισα ὅμηρος καὶ τοὺς ἄλλους ψεύδη λέγειν, ὡς δεῖ, ἔσι δὲ τῦτο παραλο
» γισμός. οἴονται γὰρ ἀνθρωποι ὅταν τοῦδε ὄντος, ἢ γινομένου, τόδε γίνεται, εἰ δ' ὕσερόν ἐσι, καὶ
» δ' πρότερον ἔσιν, ἢ γίνεσθαι τῦτο δέ ἐσι ψεῦδος. δι' ὃ δή, αὐ δ' πρῶτον ψεῦδος, ἄλλου δὲ τοῦ
» τοῦ ὄντος ἀνάγκη ἔσιν ἢ γενέσθαι, ἢ προσθῆναι, ὅτε γὰρ δ' εἰδέναι τῦτο ἀληθὲς ὄν, παραλο'
» γίζεται ἡμῶν ἡ ψυχὴ καὶ δ' πρῶτον, ὡς ὄν.

» Homerus verò præcipuè alios docuit, quo pacto mendaciũ ipsum
» dici oporteret: quod profectò paralogismus est. Existimant enim ho-
» mines cum hoc ipso existẽte, siue facto, hoc ipsum fiat, si posterius sit,
» etiam prius esse, vel fieri: quod quidem mendacium est. sed ob id sanè
» mendacium primum est, quod alio quopiam existẽte, hoc idem esse,
» vel fieri necesse sit. siquidem cùm hoc esse verùm sciat, anima nostra
» paralogismo colligit, etiam primum esse verum.

Aliud est etiam, in quo magnoperè laudãdus est Homerus, nam docuit primus; quo modo in poësi sit confingẽdum mendacium; docuisse illum ait, quia primus aptè con finxit mendacia; vt qui sequi ipsius vestigia voluerit; facilè possit artem mentiendi per spicere. Summatim verò exponit Homeri mendacia Paralogismo contineri; Et quoniam παραλογισμῶν in libro τῶν ἐλέγχων enumerat Aristoteles septem modos, sciendum hoc loco intelligi debere quartum, qui appellatur à consequentibus. Aristoteles enim

© SCD - Université de Poitiers

tantem exprimit Vlyſſem;vndisque iactatum; Vberrima illa eſt, & longiſsima narratio;nam quæcunque naufrago homini in natatione accidere poſſunt,ea omnia exprimere in Vlyſſe eo loco voluit Homerus;neque quidquàm prætermiſit;aut in peritia & fortitudine Vlyſsis exponenda,aut vi vndarum,aut iactatione, & motione natantis explicanda.non apertius, clariusque oculis cernere naufragum hominem ad littus incolumen enatantem poſsis; quàm in illis verſibus legens cuncta,intueri, quaſi præſens adſis.Sed obiiciat ſe mihi fortaſſe hoc loco aliquis,dicatque;Si vera eſt Ariſtotelis præceptio paulò ante tradita;Poëtam,tunc minime videri poëtam in epico poëmate,cum narrat aliquid ipſe. quia non imitatur (ſicuti in primis debet)neque exprimit diuerſarum perſonarum mores, & ſermonem; cur nunc à te dictum eſt, ibi maximè vires ſuas,& artificiũ oſtentare poëtam, admirabilemq. & amplam facere orationem, vbi ipſe narrat aliquid? reſpondeo; Cum epica poëſis ſit διηγηματικὴ,neque agentes homines ẽxprimat, ac imitetur; ſed quomodo geſſerint narret; referatque diuerſarum perſonarũ ſermones, duplicem veluti campum latiſsimè patentem habere, per quem expatietur;viresque ſuas in dicendo oſtentet; Alterũm quidem; cum moratos exprimit ſermones diuerſorum hominum; nam maximo opus eſt artificio in oratione morata conficienda; neque quiuis hoc efficere poteſt; nam ferè omnes ſatis eſſe putant, ſi rem narrent,vti geſta fuerit; morumque exprimendorum nullam curam ſuſcipiũt, de quà re Halicarnaſſeus in ſuis Rhetoricis hoc hominum genus reprehendens ait,

» οἱ μὲν ἤθων ἁμοίρους τοὺς λόγους ποιοῦσι διόμενοι τὸ πράγματος εἶναι ἀγῶνα, τὸ δὲ ἦθος οὐ παρέργως ἐθέμενοι; & quamuis ad oratores hoc ipſe referat, poteſt tamen etiam ad poëtas referri; Alterum campum,per quem excurrit,poëta epicus habet,in quo deſcriptiones locorũm,veſtium,temporum, motionum, geſticulationum,atque aliarum huiuſmodi rerum quàmplurimarum deſcriptiones facit; poteſtque pro ſuo arbitratu exprimere τὸ θαυμασόν illud,de quo paulò ante loquebamur;Et quàmuis,quo loco has facit deſcriptiones,ac narrationes ſub ſua perſona; non imitatur;quia tamen neceſſe eſt multa in iis explicari, quæ in ſermone perſonarũ commodè exprimi ac declarari non poſſunt; licet poëtæ epico tali vti narratione aliqua,quam ipſe proferat; nullius perſonæ imitans mores,& ſermonem. Locus in quo hoc obſeruari poteſt, eſt apud Homerum libro quinto Odyſs. vbi hi ſunt verſus,in quibus habitum Mercurii iuſſu Iouis ad Calypsò ituri exactè deſcribit.

» αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τόν γε θεὸν ποσὶν ἐδμήσαντο καλὰ πέδιλα.
» ἀμβρόσια χρύσεια, τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν
» ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇσ' ἀνέμοιο. & qui ſequuntur.

Et paulò poſt alii,in quibus inſulam Calypſus,eiusque ſitum,& ſummã amœnitatem explicat. ὣς εἰπὼν ἐβεμφη

» ναῖον εὐπλόκαμος, τὼ δ' οὐδοθι τέτμεν ἰοῦσαν,
» πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν μέγα καίετο, τηλόσε δ' ὀδμὴ
» κέδρου τ' εὐκεάτοιο. & qui ſequuntur.

Rurſus eodem libro vbi arbores ſecuri cædentem facit Vlyſſem, vt ratem, quam diſceſſurus conſcenderet,ædificaret;

» δῶκε δὲ οἱ πέλεκυν μέγαν. & qui ſequuntur.

Plurimi enim verſus ſunt;in quibus Poëta narrans ipſe mirifice ſtudet ea exprimere, quæ dixi;vt nõ minor voluptas ex tali deſcriptione propter illud, quod Græci vocãt τὸ ἀκριβὲς,percipiatur,quàm in reliqua poëſi; vbi perſonas loquentes facit,eorumq.mores imitatur. Vergilius quoque libro primo Aeneid. vbi Veneris habitum,quẽ gerebat tunc collocutura cum Aenea,deſcribit,ait.

» Virginis os,habitumque gerens,& virginis arma
» Spartanæ. & quæ ſequuntur. paulò poſt.

Vbi picturam explicat, & aduentum Didonis in templum, multa quidem ſine imitatione ſub ſua perſona refert;ſed planè artificioſè,& aptè;quia ſecus ſi feciſſet;mutilũ, ac languens totum fuiſſet poëma;neceſſe eſt igitur aliquando longas inſerere in Epica poëſi narrationes imitatione carentes;quæ mirificè oblectant legentium animos et

habent

alioqui difficillimus apertiſimè intelligatur; Conſequentia alia ſunt facti, alia ſunt
» temporis, vtrumque genus complexus eſt Ariſtoteles illis verbis. τουδὶ ὄντος ἢ γινομένου
» τουδὶ γίνεσθαι, εἰ τὸ ὕστερον ὅδι καὶ τὸ πρότερον ἦν ἢ γίνεσθαι. Pallet, ergo amat. Vnguentatus eſt ergo adulter. hæc ſunt conſequentia facti. Nudauit enſem, ergo peremit. Sedebat in templo Veſtæ, ergo violauit Veſtalem; hæc ſunt conſequentia temporis; τουδὶ ὄντος, ideſt, ſi exemplum afferas; cum noctu ambulet, ἢ τουδὶ γινομένου. vtpotè, ſi dicas cùm cruentatus ſit; & exierit è ſylua, τοδὶ ὅδι. eſt adulter; ἢ τοδὶ γίνεται, peremit Aiacem. εἰ τὸ ὕστερον ὅδι, vt pote ſi dicas, pallet; καὶ τὸ πρότερον ἦν ergo amat; ſed inquit Ariſtoteles, τοῦτο ὅδι φοβοῦσθαι, quia pallor etiam ex ægritudine corporis proficiſcitur; & aliis cauſis; Iam verò adnotanda verba, quæ ſequuntur; δεῖ γὰρ τὸ εἰδέναι τοῦτο ἀληθὲς ὄν, παραλογίζεσθαι ἡμῶν ἡ ψυχή. Non enim ab inſciis hominibus fiunt paralogiſmi; ſed prudentibus, ac ſcientibus; ſciunt enim non eſſe neceſſariò verùm, amare eum, qui pallet; proferunt tamen; quia probabile eſt; & cupiunt perſuadere audientibus. Hinc Ariſtoſtoteles libro Rhetoricorum primo, ait Sophiſtam captioſis argumentationibus vti; non ex facultate ipſi inſita; ſed ex electione; quaſi innuat Sophiſtam ſcientem pa-
» ralogiſmis vti. Verba Ariſtotelis ſunt hæc; ὁ γὰρ σοφιστὴς οὐκ ἐν τῇ δυνάμει, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει, πλὴν ἐν ταύτῃ μία ἕξις (de Rhetore loquitur) ὁ μὲν κατὰ τὴν ἐπιστήμην, ὁ δὲ κατὰ τὴν προαίρεσιν ῥήτωρ, ἐκεῖ δὲ σοφιστὴς μὲν κατὰ τὴν προαίρεσιν, διαλεκτικὸς δὲ οὐ κατὰ τὴν προαίρεσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν δύναμιν. Poëtæ igitur etiam, non ſecus ac Sophiſtæ paralogiſmis vtuntur κατὰ τὴν προαίρεσιν, quia ſciunt hoc verũ eſſe, illud probabile ac probabili vti malũt, quàm vero. illa dictio ἄλλου in manuſcriptis libris ſecus ſe habet. ἄλλο, ſic. ἄλλο δὲ, τούτου ὄντος, ἀνάγκη ἦν, ἢ γίνεσθαι. quæ lectio multò eſt probatior. Rurſus illa verba παράδειγμα δὲ τούτου ἐκ τῆς νίπτρου. in nõnullis deſiderantur, ſed Medicæus liber habet; & agnoſcit Georg. Val. in ſua tralatione; & Paccius. puto igitur eſſe ſenſum, in Lauacris, apud Hom. in Odyſſ. vbi Eurycleã facit agnoſcentem Vlyſſem ex cicatrice, dũ pedes lauaret; ſatis apparet; ex probabili ſigno ductam agnitionem; ac ingeniosè ab Homero fuiſſe confictam. Nec verò ſine cauſa ait παραλογίζεσθαι ἡμῶν ἡ ψυχή, nam omnes ratiocinationes tàm veræ, quàm probabiles, & falſæ, ἐκ τῆς διανοίας, quæ vis eſt, & facultas in anima noſtra, per quam ratiocinamur, proficiſcuntur.

» Προαιρεῖσθαι τε ἀδύνατα, καὶ εἰκότα μᾶλλον, ἢ δυνατὰ καὶ ἀπίθανα, τούς τε λόγους μὴ
» συνίστασθαι ἐκ μερῶν ἀλόγων, ἀλλὰ μάλιστα μὲν μηδὲν ἔχειν ἄλογον. εἰ δὲ μή, ἔξω τοῦ μυθεύ-
» ματος, ὥσπερ Οἰδίπους. Σ' μὴ εἰδέναι πῶς ὁ Λάιος ἀπέθανεν. ἀλλὰ μὴ ἐν τῷ δράματι,
» ὥσπερ ἐν Ἠλέκτρᾳ οἱ τὰ Πύθια ἀπαγγέλλοντες, ἢ ἐν Μυσοῖς, ὁ ἄφωνος ἐκ Τεγέας εἰς τὴν
» Μυσίαν ἥκων.

Item que fieri quæ neutiquam poſſunt, modo veriſimilia ſint, po-
» tius quidem eligenda eſſe, quàm quæ minime veriſimilia: licet fieri
» poſsint. Sermones quoque ipſos adeo non ex parte rationis exper-
» tium conſtitui debere, vt etiam nihil, quod non ſumma ratione prædi
» tum ſit, contineant. ſi vero ſecus fiat, extra ipſam fabulationem ſaltem
» ſit: exempli gratia: ignoratio Oedipodis, quo pacto Laius occubuerit:
» nõ autem in actibus: ſicut in Electra Pythicorũ nunciatio: itemque in
» Myſis, ex Tegea mutus vt loqueretur, profectus in Myſiam eſt.

In manuſcriptis libris eſt dictio interpoſita hæc. δεῖ. & paulò poſt non eſt altera. καὶ. Sic enim legitur totus locus hic: προαιρεῖσθαί τε δεῖ ἀδυνάτα εἰκότα μᾶλλον ἢ δυνατὰ ἀπίθανα, nam etiam in poſterioribus verbis, non eſt illa dictio. καὶ. Si optio detur poëtæ, vtrum malit in oratione ponere, an id quod impoſsibile, veriſimile tamen eſt; an poſsibile, nõ veriſimile tamen, nec credibile; debet potius impoſsibile, ſed veriſimile eligere, quàm poſsibile, non credibile. Exempli gratia. Narrat Homerus Aiacem vaſtæ magnitudinis, ac immenſi ponderis lapidem coniecisſe; id, ſi vires hominis conſideres, eſt impoſ-

© SCD - Université de Poitiers

vocat τὸν παρὰ τὸ ἐπόμενον ἔλεγχον. est autem captionis genus hoc, quotiescunque retrò vicissim consequens commeare existimatur: nec tamen verum est, vt si mel est, dulce est; si dulce est, mel est; quod nequaquam verum est; non enim retrò commeat, aut cõuertitur; alia enim dulcia etiam sunt, præter mel. Alterũ exemplum est; si pluit, terra madida est; si terra madida est, pluit; potest enim rore, pruina, niue, aliisque modis madescere. Huius generis illud quoque est argumentum, quo vtuntur Rhetores, ad probandum enim aliquẽ adulterum, id, quod consequens est, sumunt; eum cõptum esse, aut vnguento delibutum, noctuque errantem videri, quę in multis vera reperiuntur, at non in omnibus. Verba Aristotelis ex libro τῶν ἐλέγχων sumpta apponam, quia similli
» ma his sunt, quæ profert hoc loco. ὁ δὲ παρὰ τὸ ἐπόμενον ἔλεγχος ὅσοι εἰλέγχθη δι᾽ τὸ ὅπισθεν
» ἀνῃρεῖφθαι τῷ ἀκολουθήσειν; οὗτος γὰρ τυγχάνει ὢν ἐξ ἀνάγκης τόδε ἦ, καὶ τὸ δὲ ὄντος οἴονται καὶ θάτερον
» εἶναι ἐξ ἀνάγκης, ὅθεν μὴ ποδὲ τῷ δόξαν ἐκτῆσθαι αἰσθήσεως ἀπάτας γίνονται, πολλάκις γὰρ τῷ χολὴν μέλι
» ὑπολαμβάνομεν εἶναι δι᾽ τὸ ἔπεσθαι τὸ ξανθὸν χρῶμα τῷ μέλιτι, καὶ ἐπεὶ συμβαίνει τῷ γλῶ ὕδατος γένεσθαι
» διάχροον, κἂν ᾖ διάχροος ὁ ὑπολαμβάνομεν ὕδωρ, τό δὲ οὐκ ἀναγκαῖον. de huiusmodi genere paralogismi mentionem facit etiam Aristot. lib. Rhet. secundo, vbi de apparentibus Enthymem. locis loquitur; docetque, quomodo captiosæ argumentationes sint soluendæ. Iam verò si diligenter consideres; nihil aliud est, confingere mendacia poëtica, quàm probabiliter loqui; ex quo patet poëticen facultatem, quod alibi copiosius exposuimus, reiicere ea, quæ prorsus sunt falsa; conuenireque cum Rhetorice, quæ ex probabilibus ducit argumentationes, sicuti docet Aristoteles copiosè libro Rhetor. primo, vbi loquitur περὶ τεκμηρίων, καὶ σημείων; maximam enim partem suarum probationum elicit ex signis probabilibus, quæ etiam ad alia possunt referri; nã necessaria quę sunt, ἀνῃρεῖφονται. Ideò Aristoteles in libro τῶν ἐλέγχων significare volens hoc genus probationum
» pertinere ad Rhetoricen. ait οἱ δὲ τοῖς ῥητορικοῖς οἱ κατὰ τὸ σημεῖον ἀποδείξεις ἐκ τῶν
» ἐπομένων εἰσί. hæc omnia igitur etiam ad poëticen sunt referenda, quia ex his sua mendacia confingit; hoc est (vt ego interpretandum puto) verisimilia, & probabilia loquitur. Hermog. lib. II. περὶ ὑποθέσεως, vbi agit περὶ μυθικῶν ἐννοιῶν enumerat singillatim omnia genera mentiendi, quib. vtuntur poëtę. Atq. nisi fallor Quatuor genera statuit, Primum, quod continet fabulas antiquorũ, de Saturno, de Titanum, Gigantumque sobole, de Iouis, Martis, aliorum Deorum rapinis, ac furtis, quæ omnia ait esse περὶ τῶν θεῶν ἀνθρωποπαθῶς λεγόμενα. & propterea dicere possumus probabilia videri; quamuis non temerè huiusmodi fabularum genus ab antiquis Philosophis fuerit excogitatũ, vt superius docuimus; Alterum genus est, quod continet transmutationes hominum in alias animalium formas, vt Cadmi in draconẽ. Halcyonis, Philomelæ, & Procnes in aues, & marium mutationes in fœminas; vt Tiresiæ: vel fœmnarum in mares, vt Cænei: vel in diuersa s diuersorum animantium figuras, vt Centaurorum, Sirenum, Gorgonum, Tritonum, Pegasorum, Cyclopum, & reliquorum huiusmodi. Tertium genus est, quod plurimum in se habet τερατολογίαν. vt si dicas bouem locutum; equum cecinisse, & quę huiusmodi sunt; Quartum genus est καθ᾽ ὑπερβολήν. qualia sunt illa Ho
» merica. ὁ ἀχιλλεὺς τοσόνδε ἐπήλατο, ὁ ἅμα, καὶ ὁ ἕκτωρ τηλικοῦτον ῥοπάλιον ἐρρίπτει λίθον, καὶ οἳ τη-
» λικοίδ᾽ ἦσαν. Hoc quartum genus vsitatissimum est apud poëtas; & Homerum in pri-
» mis, nam quamuis sint (vt Hermog. ait) ὑπερβάλλοντα ἀνθρώπῳ φύσιν, μὴ ὑπ᾽ ἐκείνων τερατολογούμενα; videntur tamen esse ὡς γεγονότα, μὴ ποσὶν ἔθαι ἄξια. Tertiũ genus haud scio, an apud vllum poëtam (de Epicis loquor) sit vsitatum, aut probari debeat; alienissimum enim est non modò à veritate, sed etiam à probabili, & verisimili, cum prorsus falsissimum sit; ac fabulosum, præterque naturam fictum. Reliqua duo genera recepta sunt ex veterum Pythagoreorum, & aliorum philosophorum disciplina; qui sub eiusmodi figmentis, de natura rerum, hominumque moribus, ac vita loquebantur. Hæc igitur ita sese habent; sed Aristoteles hoc loco, cum dixit Homerum docuisse, quomodo aptè per paralogismum mendacia confingi possent; intelligit tantùm illud sermonis genus, quo poëtæ vtuntur, amplificationis gratia, vt rem magis augeant, admirabilioremq. faciant; discedentes enim à vero, verisimilia captant, & probabilia, sed operæ precium fuerit exactius contextum declarare; appositis ad Aristotelis verba exemplis, vt locus

alioqui

bus ineſt,quæ geruntur in ſcena. Verba Ariſtotelis ſunt hæc. ὥσπερ οἰ ἡλέκτρα,οἱ τὰ πυθια ἀπαγγέλλοντος. Facit Sophocles παιδαγωγὸν in ea Tragœdia narrãtem Electræ,quo modo quadrigis certans Oreſtes, in ſumma celebritate Pythiorum ludorum, fracto curru,cum metæ illiſiſſet,miſerrimè attritum interiiſſe.

» κεῖνος γὰρ ἐλθὼν εἰς τὸ κλεινὸν ἑλλάδος
» πρόσχημ' ἀγῶνος,σκλφικῶν ἄθλων χάριν
» ὁτ' ἦσθετ' ἀνδρὸς ὀρθίων κηρυγμάτων,
» δρόμον προκηρύξαντος. & quæ ſequuntur.

Tota hæc narratio abſona eſt,& minime conſentanea;quis enim credat rumore ipſo, aut nuncio aliquo antè non prolatam ad Electram fratris mortem?Quod ſi dicas.hoc probabile eſſe, quia mulier, ſemotaque à foro, non tam facilè intelligere poterat ea, quæ in Pythiis accidiſſent. At Clytemneſtræ ſaltẽ,& Aegiſtho ea nota eſſe debuiſſent, & explorata.qui vrbis Argiuę imperio fuerat potitus; nec aliunde ſibi, quàm ab Oreſte imminens periculum timebat. ſed fac eos primos adueniſſe; qui nunciarent; An credibile eſt nullum Argiuum hominem ludis interfuiſſe,qui ſpectare Oreſtæ exitiũ poſſet; cum ex vniuerſa Græcia eò fieret concurſus? Vertas te licet,in quamcunque volueris partem,neque vllus fuerit excuſandi Poëtæ modus;Etiam igitur,atque etiã diligenter videndum; vt in ſermonibus nihil diſcrepet; nihil repugnet; ſed omnia ab omni parte quadrent,ratiocinationique auditorum qui in actione perpendenda euigilant,ſint conſentanea; Alterum exemplum ſumitur ex tragœdia eiuſdẽ Sophoclis, quę inſcribebatur μυσοί. de qua mentionem facit Atheneus lib.v.vbi de trigono, quo inſtrumento Muſici vtuntur,loquitur. his verbis μνημονεύει δὲ τοῦ τριγώνου τούτου καὶ Σοφοκλῆς ἐν μυσοῖς ὅτως.

» πολὺς δὲ φρυξ τρίγωνος. & quæ ſequuntur.

Et rurſus idem Athenæus eundem recitans verſum. lib. XII. ait καὶ Σοφοκλῆς ἐν μυσοῖς.

» πολὺς δὲ φρυξ. Quæ de muto narrantur in contextu perobſcura ſunt; quia tragœdia non extat; Sed et iam in ea,ſicuti in aliis obſeruat quidpiam,quod repugnat rationi.

» Ὥστε τὸ λέγειν,ὅτι ἀνήρητο ἂν ὁ μῦθος, γελοῖον· δεῖ γὰρ οὐ δεῖ συνίστασθαι τοιούτοις
» ἀλλ' εἰ ἔστι, καὶ φαίνηται ὑπερπόντιον ἐνδέχεσθαι, καὶ ἄτοπον.

» Quapropter locutum fuiſſe dicere, fabula quidem ridicula eſſet.
» Etenim à principio eiuſmodi conſtituendæ non ſunt.at ſi ſemel con-
» ſtitutæ fuerint,& ita ſint receptæ,eas admitti quamuis abſurdas, pro-
» babilius erit.

Tantum tribuendum putat veterum poëtarum authoritati Ariſtoteles, vt receptas ſemel fabulas,quamuis in iis aliquid repugnans ſit, ac minime cõſentaneum rationi. nolit,ne immutari quidem ab vlla parte,ne dum tolli, ac prorſus reiici. Si enim tollerentur abrogaretur fides actionibus,quas creduntur poëtę ex verò ducere euẽtu aut ex veriſimili confingere.Si immutarentur; iam ſibi actiones non conſtarent, ac diſſimiles eſſent; Sed dictum eſt antè actiones ſemel receptas ac cõſtitutas non eſſe immutandas; quod ſiquid noui confingere aliquis voluerit, id in prologo, & Epiſodiis, & ſolutione fabulæ efficere poterit pro ſuo arbitratu; modo actionis conſtitutio eadem permaneat;Ab initio potius,cum conſtituitur actio,diligenter eſt conſiderandum;ne vlla ex parte inter ſe diſſentiat;Quòd ſi acciderit,vt diſſentiat,repugnãtiaque habeat; ſatius eſt ita repugnantem ſibi, & non conſentaneam fabulam ſeruare, quàm immutare. Illæ dictiones ἂν, δὲ, θῇ. in manuſcripto meo leguntur ἂν δὲ τεθῇ. Georg. Valla videtur in ſuo legiſſe ἂν,δὲ ᾖ, ait enim,ſi fiat. Paccius in ſua verſione omiſit verba hæc ὥστε τὸ λέγειν ὅτι ἀνήρητο ἂν ὁ μῦθος.niſi fortè,quod magis crediderim id librariorum impreſſorumque culpa accidit.

» Ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν ὑπονοίᾳ ἄλογα, τὰ ποῖα τίθεσιν ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἀνεκτὰ, δῆλον ἂν

sibile,verisimile tamen,quia scimus hominem altero homine longè esse robustiorem; & iactus ille lapidis, quamtumuis vasti,quatenus iactus,non est prȩter naturã,quod fidem arrogat alteri,quod impossibile videtur.Iam verò si dicas : Dædalum confectis ex cera alis euolasse;aut Pegasum alatum,pennatumque equum volare solitum.hoc, quatenus dicis pennatũ aliquod animal volare,verissimũ est,nedũ verisimile;sed quatenus homo dicitur pennatus,& Pegasus alatus;hoc prȩter naturam est,& impossibile,tantamque habet vim;vt alteri deroget fidem,& cum possibile sit pennatum homi nem volare;non tamen credibile est hominẽ esse pennatum. Aliud exemplum quod ad superius pertinet;esto . Ex eodem Homero cognoscimus, velocitatem tantam in Achille fuisse;vt incredibilis sit dictu;impossibile est hominem adeò velocem esse; sed quia homo velocitatem,& facultatem ad currendum à natura recipit;credibile fit,itẽ quod de cursore Lada(sic enim vocat Catullus quẽ alii Talum dixerunt)narratur,qui spatio vnius diei omnia littora Cretæ currens perlustrabat,est quidẽ impossibile; sed quia ad cursum aptus homo natus est,credibile videtur,atque ex hoc genere illud est, quod refert Lucianus in libro πῶς δεῖ γράφειν ἱστορίαν; Tàm vehementi clamore in prælio quidam vociferatus est,vt vno clamore decem simul peremerit;& attonitos primum, mox emortuos prostrauerit,hoc impossibile est;Sed quia natura insitus est homini clamor,ac vociferatio;credibile fit,Ac sanè si consideres;non aliunde ducuntur poëtarum ὑπερβολαὶ, quibus illi passim vtuntur,vt illa apud Vergilium.

It clamor cœlo. Non dissimile illud Homeri.

» ὀμὴ οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει. Plutarchus hoc animaduertens ait.κέχρηται πολλάκις τῇ ὑπερ
» βολῇ,ἵνα ὑπεραίρουσι τὴν ἀλήθειαν πολλῷ ἐπίτασιν ἐμφαίνῃ. οἷον λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁ-
» μοῖοι. Verùm de his hactenus;nunc reliqua persequor. In poësi Epica,sicuti etiã in aliis illud in primis videndum,ne sermones habiti absonum aliquid habeãt,aut repugnãs. Sed ab omni parte consentiant inter se,& quadrent; Quotiescunque enim aut spatiũ temporis,quo res gesta fuit;aut locus,aut persona,aut modus,non constat;non quadrant rationi,neque cum legentium, aut audientium mente conueniunt; Si fieri igitur possit,danda opera,vt nequid repugnans sit,aut absonum; quòd si non possit;saltem efficiendum, vt extra narrationem & actionem repugnantia illa posita videãtur; Hoc verò quale sit declaratur exemplo ex Oedipode Sophoclis allato . his verbis, τῷ
» μὴ εἰδέναι πῶς ὁ λάϊος ἀπέθανε . nam λάϊος legendum est non ἰόλαος, vt multi habent vulgò impressi libri; Inducitur à Sophocle Oedipus ignorans à quo,quomodo, vbique peremptus fuerit Laius Rex. Atque multa absona sunt in hac actione; Nam quî gnorare potuit Oedipus illum Regem esse? Verùm esto.ignorauit.An consentaneum rationi est, illud postea non resciisse.non percunctatum fuisse? Fac non rogasse,facneminem superstitem in cæde fuisse;rumor ipse non potuit hæc significare? Thebanorum Regem Laium peremptum fuisse,virum insignem, ac cædem illius ignotam fuisse Corinthiis, vbi commorabatur Oedipus apud Polybum Regem, cuius se putabat esse filium; fieri quî potest? Thebas paulò post venisse Oedipodem, ænigma soluisse, Regno Thebanæ regionis potitum esse,Iocastem vxorẽ duxisse quis credat? An adeò vecors,adeò ignarus,securus rerum omnium,vt quæ vulgò notissima erant,ignoraret ipse vnus? ne peremptum quidẽ Laium esse sciret. Atqui probabilia sunt,quæ sectatur Sophocles,à circunstantia loci, & personarum ducta, in Triuio cæsum.dum veheretur quadrigis.vnà cum comitibus;à latronibus.quo vno excepto, cætera bellè quadrabant; vnde postea iniectus Oedipodi scrupulus.sed quorsum hæc? quî tandiu sui oblitus fuit Oedipus,vt nollet perueștigare, quis ille esset, quem peremisset ? aut saltem in sermone hominum tacitus perspicere ? Absonum planè hoc est, & minime consentaneum rationi,atque, vt ait Aristoteles, prorsus ἄλογον . Vna hæc ratio excusandi Sophoclis videtur reliqua,quòd tota hæc ignoratio, cædesque Laii extra fabulam,& actionem posita est;nam si in Dramate fuisset;adhibenda erat ratiocinatio diligens,quæ apertè repugnãtia ostendisset.Multò igitur artificiosius,& cautius in Oedipode egit Sophocles, quàm in Electra;vbi in eundem errorem lapsus est, qui tamẽ nullo prætextu potest defendi.ne illo quidem quo prior; nam tota discrepantia in rebus

» cus autem in his,quæ moribus, quæque ſententia polleant. quando-
» quidem ipſa valde luminoſa dictio,tum mores, tum ſententiam, quæ
» quidem per ſe ſatis conſpicua ſunt,obumbrare ſolet.

Pulcherrimum, vtiliſsimumque dat præceptum Ariſtoteles. Epici poëtæ in longa poëſi non ſemper narrare poſſunt res,quæ ſua vi auditoris animum oblectare poſsint; neceſſe eſt igitur tunc in primis ornata verba;elaboratasque ſententias afferre in medium,ne elangueſcat oratio.Nullus eſt,vel mediocriter oratoriis præceptionibus imbutus, qui neſciat orationem vim ſuam aut à rebus, aut verbis habere, idque ſæpè declarat Hermogenes, præſertim libro primo περὶ ἰδεῶν, vbi loquitur περὶ σεμνότητος; ſi res fuerint graues, magnæ, nouæ, quæ varium præſeferant exitum; lætitiam, ſpem,miſericordiam;& referta ſint moribus diuerſis ac perturbationibus; per ſe ſatis ornatam reddunt orationem,etiam ſi ſimplici quodam verborum cultu tectæ proferantur.Quòd ſi tenues exilesque fuerint res,tunc aliunde aſſumendus ornatus, verbaque eligenda quàm ornatiſsima;& ſplendidiſsima.Id videtur ſummo artificio libro quarto Georg.feciſſe Verg.vbi de apibus loquitur;nam tranſlatis verbis ferè ſemper vtitur, quæ ducuntur à caſtris, à Regibus, ab exercitu; vt grandior fiat,& ornatior ſermo;ſatis enim patet,ſi ſimplici quadam ratione rem tenuem voluiſſet exponere;nimis humilem fuiſſe futuram ipſius poëſin. Hermogenes, vbi agit περὶ κάλλους,ait parcè adhibendum eſſe ornatum in confirmatione;quia per ſe ſatis magnam habent vim,ac pondus argumentationes,quibus cauſa probatur;neque infuſcandæ ſunt ornamentis verborum.Ariſtoteles quoque libro Rhetoric. tertio ſicuti etiam hoc loco inquit,vbi ſunt Enthymemata crebra; ibi non eſſe affectus, aut mores ponẽdos in oratione;nec contrà,quia alterum ab altero truditur,ac tollitur. Idem paulò poſt eodem libro monet;vbi oratori Enthymemata non ſuccurrunt, moratè eſſe dicendum. Idem igitur ſeruare diligenter oportet poëtam;quod in primis Homerus videtur feciſſe in iis,quę ipſe narrat; vt libro decimotertio in deſcriptione Ithacenſis portus,& aliis multis in locis.Vergilius quoque apud nos libro quarto Aeneidos,vbi venationem deſcribit;

» Poſtquãm altos ventum in montes,atque inuia luſtra,
» Ecce feræ ſaxi. & quæ ſequuntur. Et paulò poſt

vbi de rumore,qui iam peruaſerat omnes gentes de amore Didûs,& Aeneę,quanto, Dii boni,artificio,ſuam exornauit poëſin deſcriptione famæ? ſi enim ſimplici quadã ratione dixiſſet;rumorem permanaſſe,nihil frigidius,aut humilius, aut magis exangue fuiſſet ea oratione.Præclarè igitur monet Ariſtoteles; Epico poëtæ tũc imprimis ornatæ, fucatæque orationis curam eſſe ſuſcipiendam; cum res languentes viderit,& exiles ſibi eſſe propoſitas,ἀργὰ ipſe vocat;nam deſidet quodam modo,& ocioſa eſt oratio;ſi non redundet, aut moribus, aut affectione aliqua;excitanda igitur ornatu verborum;vt ferueat,grandiorque fiat.

» Περὶ δὲ προβλημάτων, καὶ λύσεων ἐκ πόσων τε καὶ ποίων αὐτῶν εἰδῶν εἴη, ὧδε θεωροῦσι
» γένοιτ' ἂν φανερόν.

» Cæterum dubitationes, ac ſolutiones, ex quot videlicet,quibus'ue
» generibus conſtent,ita conſiderantibus manifeſtæ fient.

Quoniam ſemper parati adſunt, qui poëtas reprehendere conantur;dentesque in illorum poëmata exacuunt;inuidia adducti;& odio impulſi,Methodum tradit hoc loco Ariſtoteles,qua diiudicare poſsimus illorum reprehenſiones,verę ſint,nec ne;quaque ratione refelli poſsint,ſimul docet. προβλήματα vocat quæſtiones, quæ afferri ſolent ab obtrectatoribus;ambigunt enim rectè dictum ſit,an nõ;more eorum,qui problemata ponunt,eſt.n.problema dubitatio, de aliqua re ad quam contrariæ probationes referri poſſunt quia ignoratur, hoc'ne, an illò modo res ſeſe habeat. ὅσοι δὲ προβλήμασι (inquit Ariſtoteles in Top.) καὶ ὧν συλλογισμοί εἰσιν οἱ συλλογισμοὶ, ἀπορίαν φέρει τί, πότερον ἔστιν ἢ οὐκ ἔστιν, ἢ ὁπωσοῦν, διὰ τὸ τοῖς ἀμφοτέροις εἶναι λόγους πιθανούς. & quæ ſequuntur.Forma

© SCD - Université de Poitiers

» γένοιτο, εἰ αὐτὰ φαῦλος ποιητὴς ποιήσει. νῦν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς ὁ ποιητὴς ἐμφανίζει ἀ-
» δύνων τὸ ἄτοπον.

» Quandoquidem illa etiam in Odyssea circa Vlysis expositionem
» rationis expertia sunt, quæ quidem nullo pacto toleranda appareret,
» si hæc eadem non bonus aliquis poëta confinxisset. nunc verò diuer-
» sis bonis absurdum illustrans, suaue ipsum poëta reddit.

Quantùm sit authoritati antiquorum poëtarum, præsertim insignium, tribuendũ, exemplo Homeri demonstrat. sunt nonnulla apud Homerum minus rationi consentanea; quæ tamen tanto viro sunt condonanda, neque enim fieri potest, vt aliquo in loco non dormitasse videatur. Verùm age quæso. An continuò irruas contrà dignitatẽ grauissimi, doctissimique poëtæ? Temerarii quidem id est hominis; & nimium furentis. Homerus in Odysseæ libro decimotertio narrat Vlyssem cum eiectus naufragio apud Alcinoum Regem diuertisset; post aliquot dies magnis cum muneribus dimissum. Phæaces igitur iussu Regis Vlyssem naui vectum ad Ithacensium litora, ab iis expositus fuit, dum altissimo somno esset oppressus, vnà cum donariis, quæ secum ferebat; mox expergefactus solum se in litore vidit; stuporis plenissimus, Versus Homeri hi sunt, quos adscribam, vt facilius res tota perspiciatur.

» οἵδ' ἐκ νηὸς βάντος ἐὺζύγου ἤπφρονέοντε
» πρῶτον ὀδυσῆα γλαφυρῆς ἐκ νηὸς ἄειραν
» αὐτῷ σώτε λίθῳ, καὶ ῥήγεῖ στιγαλόεντι.
» κάδδ' ἀρ' ἀϋτ' ἀναμάθῳ ἑθείσαν ἀκδμημενέον ὕπνῳ
» ἐκ δὲ κτήματ' ἄειραν, ἃ οἱ φαίηκες ἀγαυοὶ
» ὤπασαν οἰκάδ' ἰόντι δόμῳ μεγάθυμον ἀθήνης.
» καὶ τὰ μὲν ἔν παρὰ πυθμένι λαίνης ἀθρόα θῆκαν
» ἐκτὸς ὁδοῦ, μήπου τις ὁδιτέων ἀνθρώπων
» πρὶν γ' ὀδυσῆα ἔγρεσθαι ἐπελθὼν δηλήσεται
» αὐτοί δ' αὖτ' οἶκονδε πάλιν κίον.

Philostrat. in Heroicis in Protesilao, vbi Hom. errata ridẽtur absurda, ait de hac re in
» hũc modũ. καλεῖ δὲ αὐτὸν ὁμήρου παίγνιον, καὶ οὐ τῇ ἄλλῃ καθεύδοντα τε γὰρ πολλαχοῦ ἀπόλλυται, καὶ
» ἐκφέρεται τῶν νεὼς τῶν φαιάκων ὥσπερ ἀποθανών. οὐ τῇ εὐπλοίᾳ τιμῶν τε τὸν ποσειδῶνος μῶμον, δι' ὃν ἔτε ναῦς
» ὑπελείφθη τῷ ὀδυσσεῖ οὐδεμία, καὶ οἱ ἄνδρες οἱ πληροῦντες αὐτὰς ἀπώλοντο. Ibidem Philostratus absurdam Homeri narrationem ostendit, cum ait Neptunum Polyphemi vlciscendi causa, Vlyssem fuisse adeò acriter insectatum: neque enim satis iusta videtur causa his verbis, οὐχ ὡσπερ τὸν πολυφήμου γενέσθαι φησὶν, οὔτε γὰρ ἀφικέσθαι τὸν ὀδυσσέα ἐς ἤθη τοιαῦτα ἔτ'
» ἂν εἰ ποσειδῶνι κύκλωψ παῖς ἐγένετο, μισῶμεν τὸν ποσειδῶ ποτε ὡσπερ τὸν τοιοῦτον παιδὸς, ὃς λέοντος
» ὠμοῦ δίκην τὸν ἀνθρώπους ἤσθιεν, ἀλλ' ὡσπερ τὸν παλαμήδους, μηνοῦ ὄντος, ἁπλοῦν μὲν τὸν θάλασσαν τῷ
» ὀδυσσεῖ ἐποίει, διαφυγόντα δὲ αὐτὸν τὰ ἐκεῖ πάθη, ἀπώλεσεν αὐτὴν ἰθάκην ὕστερον, θαλαττίαν οἶμαι αἰχμὴν
» ἐπ' αὐτὸν δοὺς. Hæc (inquit Aristoteles) adeò absurda sunt, vt si fortè ab imperito poëta, minimeque insigni fuissent prolata, malè cũ eo esset actum; nam se deridendum omnibus præbuisset; incurrissetque in reprehensionem doctorum virorum. Verùm Homero insigni poëtæ hæc danda venia est; quia aliis multis rebus hoc, quantulumcunque est absurdi, delet; ac mitigat iucundissimis narrationibus. Manuscripti Medicæi libri; meus quoque; non habent ἐμφανίζει, sed ἀφανίζει. sicque omnino legendum. Sensus enim est, aliis multis præclaris, artificiosisque sermonibus; ac virtutibus totius poëmatis; emolliri, delerique prorsus, ac tolli quicquid absurdi in eo vno errato esse posset; nec solùm deleri; sed etiam ea re suauiorem reddi narrationem poëmatis, vt iam non vitiũ sed summa virtus sit appellanda.

» Τῇ δὲ λέξει δεῖ διαπονεῖν οὐ τοῖς ἀργοῖς μέρεσι, καὶ μήτε ἠθικοῖς μήτε διανοητικοῖς. ἀπο-
» κρύπτει γὰρ πάλιν ἡ λίαν λαμπρὰ λέξις τὰ ἤθη, καὶ τὰς διανοίας.

» Cæterum in dictione, otiosis in partibus maxime elaborandum: se-
cus

ταῦτα δ' ἐξαγγέλλεται λέξει, ἢ κῦρ γλώτταις, κῦρ μεταφοραῖς, κῦρ πολλὰ παθη τ' λέξεως
» ἐστι. δίδομεν γὰρ ταῦτα τοῖς ποιηταῖς.

» Hæc autem dictione tum per linguas, tum per tranſlationes enun-
» ciantur. Multæ enim dictionis ipſius affectiones ſunt, quas poëtis in-
» dulgemus.

Oratio,& imitatio poëtica ex duobus neceſſariò conficitur;rebus,& verbis. Res cũ dico,perſonas etiam intelligo,quas imitatur poëta. Verbis verò exprimit id,quod imitari ſtudet;ex qua enumeratione conſequitur,Problemata fore aut in rebus,& perſonis, quas imitantur poëtæ,aut in verbis,quibus imitationem exprimunt;verba autem aut ſunt tranſlata(vti diximus paulò antè)aut peregrina, aut conciſa,aut producta. hæc igitur diligenter perſpicere oportet;atque exactè habere cognita, vt, ſi quando opus fuerit,reprehenſoribus,atque obtrectatoribus reſpondere poſsimus. Illa verba δίδομεν γὰρ ταῦτα τοῖς ποιηταῖς. non ſatis aptè vertit Paccius,ait enim. Quas poëtis indulgemus,nam ſententia Ariſtotelis eſt. Hæc enim omnia poëtis, poëticæque facultati, tanquam peculiaria,attribuimus;quia ipſius munus eſt in his verſari,nam peregrinis, neque tranſlatis omnibus;nulla verò prorſus,quæ aut per additionem,aut per conciſionem figurata ſit,dictione vtitur orator,ſed poëta tantum,vt ſuperius diximus.

» Πρὸς δὲ τούτοις οὐχ ἡ αὐτὴ ὀρθότης ἐστὶ τ' πολιτικῆς, κῦρ τ' ποιητικῆς, οὐδὲ ἄλλης τέχνης,
» κῦρ ποιητικῆς. αὐτῆς δὲ τ' ποιητικῆς διττὴ ἡ ἁμαρτία. ἡ μὲν γὰρ καθ' αὐτὴν, ἡ δὲ κατὰ συμ-
» βεβηκός. ἡ μὲν γὰρ προαιρεῖσθαι μιμήσασθαι ἀδυναμίαν, αὐτῆς ἡ ἁμαρτία. ἡ δὲ τὸ προελέ-
» σθαι μὴ ὀρθῶς, κατὰ συμβεβηκός. ἀλλὰ τὸν ἵππον ἄμφω τὰ δεξιὰ προβεβληκότα. ἡ τὸ καθ'
» ἑκάστην τέχνην ἁμάρτημα, οἷον, τὸ καθ' ἰατρικὴν, ἢ ἄλλην τέχνην, ἢ ἀδύνατα πεποίηται
» ταῦτ' ἔν ὁποία αὖ ᾖ, οὐ καθ' ἑαυτήν.

» Ad hæc non eadem eſt rectitudo ciuilis facultatis, quæ poëticæ:
» ſed nec alterius vllius artis, præterquàm poëticæ. huius verò pecca-
» tum omnino duplex eſt,alterum per ſe,alterum per accidens. Itaque,
» quod ad imitandum non imitabile ſibi propoſuerit,per ſe huius pec-
» catum erit:proponere verò non rectè,per accidens. Quemadmodũ
» vtrunque dextrum latus equum promouentem: aut ſecundum vnã-
» quanque artem peccatum: verbi gratia; ſecundũ medicinã,aliam ue
» quamlibet artem: aut etiã,ſi,quæ fieri nequeunt,confinguntur. Qua-
» liacunque igitur hæc fuerint, minimè quidem per ſe huius pecca-
» ta dicimus.

Tertium quiddam obſeruari diligenter debet;vt ſciamus cauillationes reprehendẽtium poëmata refellere;aut dignoſcere,rectę ſint,an non. Poëtica facultas eſt quædã, quę,ſicuti Dialectice,& Rhetorice.non habet ſibi vnum ſubiectũ genus,quemadmodum aliæ artes,& ſcientiæ, ſed verſatur circa communia quædam. Docet Alexander Aphrod.in librum primum Top.Ariſt.dialectici munus eſſe diſſerere de muſicis,geometricis,aſtronomicisque rebus, tum de iis, quæ ad Phyſicum, & Medicum pertinent.nõ tamen ſumere principia medicę artis,nam hoc ad Medicũ ſpectat;nec geometriæ; nam hoc proprium eſt Geometræ; ſed in quauis harum artium, & ſcientiarum communia ſequi,& probabilia.eodem modo Orator probabiliter loquitur de omnibus rebus,nam,vt libro primo Rhetoric.inquit Ariſtoteles,Rhetorica facultas eſt πρὸς ἅπαντα ἀφωρισμένου πράγματος. Non diſsimili ratione Poëtica facultas,ſeu ars,nullam habet ſubiectam materiẽ propriam rerum, circa quã verſatur; ſed omnia complectens, adaptansque imitationem, quæ ipſius propria eſt,de omnibus rebus loquitur, confi-

© SCD - Université de Poitiers

autem problematis hæc est. πότερον ὁ κόσμος ἀίδιος, ἢ οὔ; Hinc verò facilè cognosci potest, cur multi veterum scripserint προβλήματα ὁμηρικά. de quibus alio loco cõmodius loquemur, in libris nostrorum Problematum poëticorum, quem edere cogitamus. λύσεις solutiones sunt, quibus problemata allata refellimus. de Problematũ igitur, & Solutionum generibus in præsentia locuturus est Aristoteles, declaraturusque, ex quibus rebus aut locis sumantur, quotque sint.

» Ἐπεὶ γάρ ἐστι μιμητὴς ὁ ποιητὴς, ὥσπερ εἰ καὶ ἄλλος εἰκονοποιὸς, ἀνάγκη
» μιμεῖσθαι τριῶν οὖν τῶν ἐν ἀριθμῷ, αἰεί τι ἢ γὰρ οἷα ἦν, ἢ ἔστιν, ἢ οἷα φασί, καὶ δοκεῖ, ἢ οἷα
» ἔδει δεῖ.

» Etenim cum imitator poëta sit, sicuti quoque pictor, vel alius ima-
» ginum designator. eorũ semper vnũ aliquod, quæ tria numero sunt,
» imitetur necesse est: qualia videlicet fuerunt, siue sunt: vel qualia dicũ
» tur, videntur ue: vel qualia esse oporteret.

Explicat Aristoteles locos, ex quibus problemata, & solutiones ducuntur; iacit autẽ prius fundamenta firmissima notissimarum quarundam conclusionum, ex quibus facilè colligi poterit, quæ sint, & quot. Constat inter omnes iam poëticam facultatem, artemque esse vnam ex imitatricibus, quoniam imitatur actiones, mores, sermonemq. hominum, non secus ac pictor, aut statuarius, quamuis hi differunt à poëta, quia plura imitatur poëta, hi pauciora, vt ab initio dictum est huius libri. Cum igitur Poëta sit imitator hominum agentium, & loquentium, vel proborum, vel improborum, ne cesse est, vt imitetur tria hæc tantum, aut horum vnum singillatim potius. Vel enim exprimit, quales homines, & actiones olim erant aut nunc sunt, Vel quales videntur, famaque est fuisse. Vel quales esse conuenit. Sunt verò singula hæc diligenter perpendenda. Nam res, actiones, & personę quas imitatur, poëta, aut veræ sunt, aut fictæ. Si veræ, aut sunt aut fuerunt, vel enim viuunt; vel iamdiu interierunt. Si sunt, ac viuunt duplici modo has imitatur poëta, aut quales aiunt vulgò esse, aut videntur esse. Si nõ viuunt, neq. sunt, sed iamdiu interierunt, imitatur etiam has duplici modo; aut quales rumor est fuisse, aut quales videntur fuisse. Si personæ fictæ sunt ab ipso poëta, eas imitatur; exprimitque, quales esse conuenit, & oportet. Medea olim fuit; & fama est eam liberos necasse. Aiax olim vixit; & sibi mortem cõsciuit; Socrates olim apud Athenienses fuit; & sapiens habebatur, ac bonus; multis tamen visus est improbus, talem igitur Aristophanes exprimit in Nebulis. Achilles iracundus fuit; talis exprimitur ab Homero. Chremes persona ficta, apud Terentium, auarus exprimitur, non qualis fuit; sed quales plerumque senes esse solent. Fidum παιδαγωγὸν exprimit Sophocles in Electra; non fuit ille quidem, sed effingitur, qualis esse debet. Notandum tamen, quamuis personæ effingantur eorum, qui vixerunt, licere poëtis ipsas imitari, nõ quales fuerunt; sed quales esse oportuit; recedunt enim sæpè à vero, & excellentiorem quandam speciem viri effingunt, quod etiam pictores, ac statuarii sæpè faciunt, id certè Homerus in Vlysis, & Achillis, aliorumque Heroum persona seruauit; Quatenus Aristoteles in contextu ait; οἷα φασὶ. Horatius quoque non dissimili ratione dixisse
» videtur. Aut famam sequere. Iam verò, cum hæc ita sese habeant. Si quis Homerum reprehendat; quòd falsa narrauerit de Achillis fortitudine, aut de Vlysis prudentia, facilè tueri illum possis, vt dicas illum non effingere voluisse Heroas, quales fuerunt; sed quales esse potuerunt, aut debuerunt; eodem modo Vergilius defendendus, in persona Aeneæ exprimenda. Siquis asserat rursus Didonẽ non incubuisse gladio; teque reprehendat, quòd præter historiæ fidem id dicas in poëmate, respondere poteris; rumorem eiusmodi esse, ac famam receptam. Verùm de hac re postea. Patet igitur ex triplici illo genere imitandi, in quo poëtæ versantur; nobis summam dari facultatem resistendi obtrectatoribus, ac inuidis, qui sæpè aliena conantur falsò reprehendere.

τῶν τὰ

quinto Aeneidos.

» Obuertunt pelago proras. & illud

» Prætextunt littora puppes.

Itidem & illud lib.111. Geòrg. vbi de tauro loquitur.

» Pedibus qui spargat arenam.

Sumptũ enim est ex obseruatione naturæ eius animãtis. Nec dissimile illud est, quod narrat lib.v. Aeneidos. de serpente, qui enasci visus est ex cadauere Anchisæ. id enim nonnulli philosophi fieri asserunt; quorum sententiam secutus est Poëta. Quatenus verò Aristoteles in contextu ait κατὰ ἰατρικὸν: exemplum poterit afferri huiusmodi ex Homero. Is enim lib. Odyss. 1111. narrat, pharmacum Helenam dono dedisse Telemacho, quod νηπενθὲς vocat; à quo pelli & abstergi omnẽ mœrorem animo asserit. Versus hi sunt.

» αὐτὰρ ἐὸν οἶνον βάλε φάρμακον, αὐθι δ' ἔπινον
» νηπενθὲς τ' ἄχολόν τε, κακῶν ὑπὸ λήθην ἁπάντων,
» ὅς τὸ κατὰ ῥόον εἰσὶν ἐπὶ κρητῆρι μιγείη,
» οὐδ' ἂν ἐφημέριός γε βάλοι κατὰ δάκρυ παρειῶν.
» οὐδ' εἰ οἱ κατατεθναίη μήτηρ τε, πατήρ τε;

Hoc quidem fabulosum est, & aptè ab Homero confictum, quod satis pharmaci appellatio νηπενθὲς demonstrat; sed fac, esse pharmacum aliquod, quo pellatur mœror; id quale sit, medendi ars cõsiderat; docetque. Siquid igitur in hac re peccasset poëta; peccasse videretur artis medicæ ignoratione. Sed aliud affero exemplum multò apertius. Idem Hom. lib.x1. & lib.x1111. sicuti etiam considerat Athæneus lib.1. τῶν δειπνοσοφιστῶν; vulneratis hominibus inducit propinari vinum Pramnium, Falerni instar; & multa alia cibaria ministrari; quæ ægrotis, aut malè affectis ex vulnerib. ministrari ars medendi vetat; posset aliquis suspicari, reprehendendum esse Homerum, quòd imperitia artis medicæ lapsus sit. Sed Athenæus in eo veterum Græcorum parsimoniam, & frugalitatem in victu considerat; ait enim διὸ δεῖν θαυμαστὸν ὡς οὕτω τετραμμένους ἀφλεγμάντους εἶναι τὰ σώματα, καὶ τὰς ψυχὰς, οἰνοπλημμυροῦντας δὲ, καὶ πλὴν οὐ τὰ ξέοντα, ὡς ὑγιεινὸν ὄν, καὶ οὐ χρηστὸν καὶ κοινὸν, τὸν Νέστορα πεποιηκὼς Μαχάονι τῷ ἰατρῷ τετρωμένῳ τὸν Πραμνίειον ὦμον προφέροντα οἶνον ταῖς φλεγμοναῖς ἐναντιώτατον ὄντα, καὶ τοῦτον πράμνιον, ὃν ἴσμεν παχὺν, καὶ πολύτροφον. & quæ sequuntur. vt mirum videri non debeat id ab Homero dictum eo loco. Idem Homerus lib.1. Odyss. de Aethiopibus ait.

» αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν.
» οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

Magna enim concertatio olim inter Græographos fuit de Aethiopum habitatione. Versus hos considerat, ac tuetur aduersus quosdam obtrectatores Strabo lib.1. quod illic copiosè explicatum leget, qui volet; Huiusmodi igitur sunt errata κατὰ συμβεβηκὸς, quæ ex ignoratione aliarum artium, & scientiarum proueniunt. Nunc emendanda sunt nonnulla verba in contextu. ac primùm illa ita legi debent. εἰ μὲν γὰρ προείλετο μιμεῖσθαι ἀδιαφορίαν, αὐτῆς ἡ ἁμαρτία. Sic habent manuscripti omnes. Reliqua ita legẽda sunt.

» εἰ δὲ τὸ προελέσθαι μὲν ὀρθῶς, ἀλλὰ τὸ ἵππον ἄμφω τὰ δεξιὰ προβεβληκότα, ἢ τὸ καθ' ἑκάτερα τέχνων
» ἁμάρτημα, οἷον τὸ κατὰ ἰατρικὸν, ἢ ἄλλων τέχνων, ἢ ἀδιαφορίαν πεποιῆται ὁποιανοῦν, ὅ καθ' ἑαυτὸ.

Hæc sic leguntur in Mediceis libris; & meo; manuscriptis. quæ siquis conferre voluerit cum vulgatorum librorum lectione, animaduertet primùm illam dictionem. ἡ. quę antè corruptè legebatur; esse immutatam in hanc εἰ. rursus illam dictionem μὴ. in μὲν, quæ lectio probatissima est, cum antè esset corruptissima. Præterea; tolli videbit illas dictiones; κατὰ συμβεβηκὸς, quæ parùm opportune irrepserant in hunc contextum. Postremò sentiet delendas esse in vulgatis libris illa verba. ταῦτα δὴ ὁποῖα ἂν ᾖ, atque loco illorum esse reponendam hanc. ὁποιανοῦν. Ac ne quis meam vlla in re desideret, aut requirat operam, ac diligentiam Latinè proferam totam hãc Aristotelis sententiam.

» nam Paccii tralatio minus probari debet, quia secutus est corruptos libros. Si autem
» in proponenda sibi re, quam imitarètur, poëta rectè versatus fuit; attamen in equi in-
» cessu, aut cursu describendo lapsus est, dicens vtrunque dextrũ pedem, ac crus simul

© SCD - Université de Poitiers

citque orationem moratam, quæ imitatur hominum actiones, & sermones varios. Quòd si queras an Poëtica facultas habeat aliquid proprium, circa quod versetur; respondeo nihil præter vnam imitationem quæ fieri debet aut ex necessario, aut ex verisimili; sicuti Rhetorica quoque nihil aliud peculiare habet, quàm tractationem, & cognitionem probabilium, ex quibus argumentationes conficiuntur rei probandæ aut refellendæ gratia. reliqua omnia assumit extrinsecus tùm à Politica in primis cui inseruit; tùm ab ea philosophiæ parte, quę de moribus vitaque hominum agit, tum ab aliis omnibus artibus, & scientiis; Poëtica igitur si aliquem loquentem facit de bello & armis, id totum sumit à militari scientia, quam Græci στρατηγικὴν vocant; Si de nauibus reficiendis aut ædificandis, à nautica; si de pharmacis, et medendi ratione; à medicina; & à reliquis omnibus eodem modo. Cum igitur hæc ita se habeant, verisimaque sint; facilè fuerit attentè considerantibus diiudicare poëtarũ errata; nam animaduertent aliqua ad Poëticam facultatem spectare, aliqua verò ad alias artes, & scientias. Quòd si singula ad suam artem redigere quispiam voluerit, statim perspiciet, quale erratum sit, & Poëta ille lapsus fuerit, nec'ne. Dicendum ergo. ex superiore disputatione nostra, Duplex in scriptis poëtarum & erratorum esse genus; Alterum quidé proprium poëticæ facultatis; Alterum verò vel huius, vel illius artis & scientiæ. Prius illud erratorum genus vocatur per se, in poëtices facultatis tractatione admissum. Posterius genus erratorum vocatur κατὰ συμβεβηκὸς hoc est, per accidens; Non secus ac in Rhetorice (iuuat enim propter affinitatem duas has præclaras facultates, siue artes simul conferre) duplex quoque erratorum genus fit necesse est, Alterum per se; Alterũ per accidens: si enim Orator non probabilia, tanquam probabilia assumpserit ad aliquid confirmandum, vel refellendum; aut argumentationis genus fuerit vitiosum, quod ex prioribus confici non possit complexio vlla; hoc fuerit per se artis Rhetorices erratum. Sin autem principia sumat argumentationis ex aliqua arte, aut scientia aliter, quàm conueniat; hoc erit erratum per accidens, non enim ex eo, circa quod facultas ipsa versatur, pendet, sed ex materie alterius scientiæ, ac artis, quam perperàm tractat. Verùm vt redeam ad rem; quotiescunque poëtica in imitatione peccat; neque seruat, necessarium, ac verisimile, conaturque exprimere aliquid, quod impossibile sit; præterq. omnem fidem; ipsius erratum hoc est vocandum, quia προαιρεῖται μιμεῖσθαι (vt Aristotelis vtar verbis) τὼ ἀδυναμίαν; ideſt proponit sibi imitanda, & exprimenda ea, quæ fieri nequeunt; longissimèque absunt non modo à necessario, quia nõ euenerunt, neque facta sunt, sed etiam à verisimili; quia euenire nunquam possunt, aut fieri; Quotiescunque verò id, quod sibi proposuerit imitandum, & exprimendum, nõ rectè imitatur, propter ignorationem rei illius, & artis, atque scientiæ, ad quam spectat, erratum quidem hoc non est in poëtica facultate; sed in alterius artis, & scientiæ tractatione admissum; quod iamdudum dicimus ab Aristotele vocari κατὰ συμβεβηκὸς. Plato in eo dialogo, qui inscribitur Ἴων. multa de hac re disserit. ἀκοῦν ὅσιον ἂν μὴ ἔχῃ ἡ ἄλλη τέχνη, ταύτην τὴν τέχνην ἃ λεγόμενα, ἢ πραττόμενα καλῶς γιγνώσκειν οὐχ οἷόν τ' εἶναι, Ἴων. ἀληθῆ λέγεις, ὦ, πότερον δὲ πᾶσι τοῖς ἐπῶν ὧν εἰπόν ἔστε καλῶς λέγει ὅμηρος, εἴτε μὴ, σὺ κάλλιον γνώσῃ, ἢ ἰατρὸς; Ἴων. ἰατρὸς ἂν, ὦ. ῥαψῳδὸν γὰρ που εἶ, ἀλλ' οὐχ ἰατρὸς. Ἴων. ναὶ. ὦ. ἢ δὲ ῥαψῳδικὴ τέχνη ἑτέρα ἐστὶ τῆς ἰατρικῆς; Ἴων. ναὶ. & quæ sequuntur. Exemplum talium erratorum in cõtextu affert Aristoteles huiusmodi. Siquis Poëta imitationem quidem aptam sit secutus, aptam voco, cum proponit sibi imitanda ea, quæ in rerum natura sunt. Sed interim in aliqua narratione equũ prosilientem, aut currentem, aut incedẽtem inducat ambobus pedibus, cruribusque dexteris simul promotis, quod fieri ex natura ipsa non potest; quia animalia, quę quaternis notis incedunt (vt docet Aristoteles in libro de Incessu animalium) alternatim dexterum pedem, & crus ab vna parte simulcum siniſtro pede, & crure ab altera parte mouent; huiusmodi erratum non dicetur quidem admissum artis poëticæ ignoratione; sed eius scientiæ, quæ considerat naturam, & motionem in incessu animalium. Similia errata etiam in aliis artibus reperiri possunt; & ideò benè peritum humanarum rerum oportet esse poëtam; callereque omnium artium proprietatem, & vsum. Hinc rectè Vergilius ex peritia artis nauticæ, ait libro quinto

» καί τοι Διὶ φοβοῦσ' θεοείκελος ἔασε τ' ἰοῦσαν
» ἣν δὲ περίσσειξας κοῖλον λόχον ἀμφαφόωσα
» ἐκ δ' ὀνομακλήδην Δαναῶν ὀνόμαξεν ἀρίστους.
» πάντων ἀργείων φωνὴν εἴσκουσ' ἀλόχοισιν. Paulò poſt. vbi ait Menelaum & Diomedem reſpondere voluiſſe, ſed prohibitos ab Vlyſſe.

» ἀλλ' Ὀδυσεὺς κατέρυκε, καὶ εἶχεν ἱεμένουσ περ
» αὖθι ἄλλοι μὲν πάντες ἀκὴν ἔσαν ἦδε καὶ αἰῶς
» Ἀγκλικλος δέ σε γ' οἷος ἀμείψασθαι ἐπέεσσιν
» ἤθελον, ἀλλ' Ὀδυσεὺς ἐπιμάσσατο χερσὶ πίεζε.
» νωλεμέως κρατερῇσι, σάωσε δὲ πάντας ἀχαιούς.

Quis non videt abſurdum hoc eſſe, vt Helena, audientibus Troianis, cõpellaret Græcos in equo incluſos ligneo: ſed quia finem ſuũ conſequitur; & rem facit ἐκπληκτικωτέραν, licet excuſare poëtam. Simili ratione defendi poteſt locus ille, vbi de Vlyſſe in litus Ithacenſe expoſito narrat; nam quamuis aliquid in ea re ſit abſurdum, finem tamen opportune aſſequitur ſuum, nam & commoditatem ea res affert ad perimendos procos, & ad artificium earum agnitionum, quæ conſequuntur; eodem modo excuſari poteſt Sophocles in Electra; vbi Pythiorum narratio eſt, de qua ſuperius, nam ex ea conſequitur aptè peripetia, & agnitio. Locus eſt adnotandus diligenter, apud Philoſtratum ἐν ἡρωϊκοῖς in Proteſilao. vbi reprehenditur Homerus, quòd dixerit ob Helenam reducendã, quæ à Paride non reddebatur, fuiſſe bellum ſuſceptum. Verba Philo
» ſtrati ſunt hæc, ἐλεγεῖον, μὲν γὰρ τὸν μενέλεω γυναῖκα ἰδεῖν οὐ φησὶν ἐν φοίνῃσιν ὑφηνᾶσαν μὲν αὐτὸν τὸν
» ἐλεγεῖον, ἡγεῖται δὲ μιμεῖσθαι τὸ ἔπος κατ' ἀποθανεῖν, reliqua ibi legi poſſunt commodius, ideo à me prętermittuntur: nam poëta peropportunè finem ſuum conſequitur, etiã ſi aliquid in narratione ea parum conſentaneum apparet. Sciendum verò, hæc de quib. loquimur, potius ἄλογα eſſe (ſic enim appellauit antè Ariſtoteles) quàm ἀδυνάτα. Perpendenda diligenter Paccii tralatio, nam nonnulla minus aptè vertit. Sunt autem ita vertenda. Pri
» mum enim ſi quæ ad artem ſpectant impoſsibilia exprimantur à poëta; erratum id pu
» tandum eſt ipſius artis. Sed rectè ſeſe habebunt; ſi finem propoſitum ipſi conſequan-
» tur; Finem appello, ſi vel illud, quod abſurdum, & impoſsibile videtur; vel aliam poë-
» ſeos partem admirabiliorem reddat: Exemplo nobis ſit; illa Hectoris perſecutio; ſiqui
» dem finem ſine his vel magis, vel minus conſequi alia ratione licet; & euitari poteſt
» illud abſurdum, neque tamen id facere voluerit poëta, & artis poëticæ erratum, non
» coactus, ſed propemodum volens admiſerit; planè damnandus eſt, qui id facere negle
» xerit; oportet enim, ſi fieri poſsit, pro viribus talia errata euitare; poëſinque ſcribere,
» quæ omni careat prorſus artis vitio. Hanc noſtram tranſlationem ſi cum Pacciana cõferas; videas in illa multa perperã prolata; in hac verò (ni fallor) luci diſsimè apparet totius huius loci, qui alioqui obſcuriſsimus videri poterat, ſentẽtia. In illis verbis ἢ μοίτοι τέλος. prima illa dictio ἢ, in meo manuſcripto libro legitur εἰ. ac planè ſic legi debet; & nos ita vertimus.

» Ἔτι πρὸς τοῦτοις ἆρ' ἁμάρτημα, ἢ καθὰ τὴν τέχνην, ἢ κατ' ἄλλο συμβεβηκός. ἔλαττον
» γὰρ, εἰ μὴ ἤδη, ὅτι ἔλαφος θήλεια κέρατα οὐκ ἔχει ἢ καλλιμμήτως ἔγραψε.

» Præterea vel eſt in his peccatum, quæ ſecundũ artem ſunt, vel quæ
» ſecundum aliquod accidens. Leuius enim fuerit, ſi ceruam cornua nõ
» habere ignorauerit, quàm ſi non bona imitatione deſcripſerit.

Poſtquàm Ariſtoteles duo expoſuit erratorum genera, quæ in poëſi ſcribenda admittuntur; diiudicat vtrum maius ſit exiſtimandum; nec dubitandum (inquit) quin multò grauiora errata ſint, quæ propter ignorationem artificii poëtici admittuntur, quàm alia, quæ vocantur κατὰ συμβεβηκός; minus enim peccat aliquis poëta, qui dixerit, ceruam cornua habere, cùm non habeat, quàm qui in artificio imitationis poëticæ labitur; In eodem genere recenſenda ſunt, ſi quis dicat Leænam eſſe iubatam; &,

© SCD - Université de Poitiers

mouere.vel in aliqua alia arte vtpote medicina,& reliquis id genus errauit; impoſsibiliaque protulit,ac parùm conuenientia illi arti,qualiacunque illa ſint;non erit erratum hoc vocandum, ſecundum ipſam poëticam.Huiuſmodi igitur labeculis erat infectus,ac deprauatus pulcherrimus hic locus:quibus ſublatis,omnia iam nitent,& lucidiſsima ſunt.

» Ὥστε δεῖ τὰ ἐπιτιμήματα εἰ τῆς πρὸς τὰς μιμήσεις ἐκ τούτων ἐπισκοποῦντα λύειν.

» Quo fit, vt obiectiones in quæſtionibus, ſi quis ad hæc reſpexerit, » ſoluturus ſit.

Hic veluti epilogus quidam eſt ſuperiorum omnium, quæ dicta hactenus reprehenſionibus, & ſolutionibus poëtices dicta fuerunt. Siquis enim in promptu habuerit; ſcieritque diſtinguere ſeptem has differentias,quas expoſuimus;non erit difficile obtrectatorum calumnias refellere; aut ſaltem apertè dignoſcere, qualia ſint illa errata poëtarum.

» Πρῶτον μὲν γὰρ αὐ τὰ πρὸς αὐτὴν τὴν τέχνην ἀδύνατα πεποίηται, ἡμάρτηται· ἀλλ' » ὀρθῶς ἔχει, εἰ τυγχάνει τὸ τέλους τοῦ αὐτῆς. τὸ γὰρ τέλος εἴρηται, οἷον, εἰ οὕτως ἐκπληκτικώ » τερον ἢ αὐτὸ, ἢ ἄλλο πάθος μέρος. παράδειγμα, ἡ τοῦ Ἕκτορος δίωξις, ἡ μᾶλλον τὸ τέλος, ἢ » μᾶλλον ἢ ἧττον συνελέχθη ὑπάρχειν, μὴ κατὰ τὴν πρὸς τούτων τέχνην ἡμάρτηται οὐκ ὀρ» θῶς. δεῖ γὰρ εἰ συνελέχθη, ὅλως μηδαμῆ ἡμαρτῆσθαι.

» Ac primum quidem,tametſi peccemus ſemper in his, quæ ſecun» dum artem ſunt,ſi quæ fieri nequeunt, confingamus.rectè tum id fa» ctum ſe habebit,ſi propterea eiuſdem finem aſſecuti fuerimus.dictus » eſt enim eius finis: verbi cauſa:ſi hoc pacto,vel id magis ſtupendum » fuerit,vel aliqua ipſius pars huiuſmodi reddatur. Eexemplum ſit illa » in Hectorem perſecutio.ſi ergo finem magis, minusue aſſequi conti» gerit, peccatum verò in his,quæ circa artem ſunt, fuerit;nequaquam » ſatis rectè id fiet.quippe ſi fieri poteſt,nullo pacto peccandum eſt.

Cum duo ſint errata poëtarum;alterum,quod ad ipſarum artem, & facultatem ſpectat, quæ in imitatione verſatur; alterum, quod ad alias artes, & ſcientias pertinet; Nullus quidem videtur excuſationi locus,cum præter illa tria,de quibus eſt antè dictum,poëta facit imitationem;præter autem illa tria eſt, quicquid impoſsibile exprimitur;neque ſecundum neceſſarium,aut veriſimile; quod maximum eſt in ipſa arte, ſeu facultate poëtica vitium. Verumtamen Ariſtot.etiam iis aliquando dari veniam poſſe oſtendit.Si quis igitur poëta in ſua poëſi peccauerit,quòd ἀδυνάτως ponat, imiteturque,poterit ſic excuſari,modò finem ſibi propoſitum per illa conſequatur; Finis vero eſt,vt rem admirabiliorem faciat;augeatque magis,vt auditores maiore afficiat admiratione.Exẽplo nobis ſit locus Homeri,vbi δίωξιν ἕκτορος, de qua ſuperius nos copioſè locuti fuimus;deſcribit;poterant enim nutus illi tolli de medio;ſed rem planè faciunt admirabiliorẽ;Non diſsimilis eſt apud eundem Homerũ locus lib.Odyſſ.1111. vbi narrat Helenam ſtantem iuxta equum Troianũ,in quo incluſi erant Horões Græcorum;nominatim compellaſſe Menelaum;& alios,cum adeſſet Priami filius, qui, eo nomine audito, omnes ſtatim perdere potuiſſet; Verſus hi ſunt, vbi de Vlyſſe loquitur.

» οἷον καὶ τόδ' ἔρεξε, καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνήρ.
» ἵππῳ ἐνὶ ξεστῷ, ἵν' ἐνήμεθα πάντες ἄριστοι
» ἀργείων φῶτεσι φόνον, καὶ κῆρα φέροντες.
» ἦλθες ἔπειτα σὺ κεῖσε, κελευσέμεναι δέ σ' ἔμελλε
» Δαναῶν, οἳ Φῶτες ἐβούλετο κοῦροι ἀρίστων

καὶ

multò deteriores effingant aliquos, quàm fuisse dicantur; aut credibile sit, aut conueniat. Docet Aristoteles in hoc contextu, qua ratione se tueri possint poëtæ aduersus obtrectatores deterioris huius imitationis. Siquis igitur Homerum, aut alios poëtas reprehendat, quòd multa de Diis absurda, & nefaria cõfinxerint; cædes, furta, fœdos amores, inuidiam, odium; cæteraque omnia, quæ etiam inter homines turpia censeri solent; & quæ legibus non modo conueniunt, sed grauissimo supplicio plecti ac lui debent; responderi potest Homerum, & alios, qui talia de Diis scripserunt; nõ discessisse à populari hominum opinione; et sermone; omnes enim talia de Diis et sentiunt, & narrant; Quamobrem statuit Aristoteles, satius esse ita narrare Deorum facta, vt quadrent cum vulgata hominum opinione, quàm alia, quæ magis Deorum conueniunt sanctitati, confingere. Iouem fœdis amoribus irretitum; Iunonem libidine, ira, inuidia flagrantem; Vulcanum Veneris, Martisque cõcubitus furtiuos deprehendẽtem ac detegentem; Martem cæde, ac sanguine hominum fœdatum narrat Homerus; cæterique omnes poëtæ. Atqui si Dii, pura quædam numina sunt (vti certè sunt) carentque omni contagione scelerum, & labe corporis; nihil nisi purum, nisi sanctum; nisi pietatis, & religionis plenissimum dici de iis debet; neque alia ratione adductus Plato lib. 11. & 111. de Legibus, Homerum, & reliquos poëtas reprehendit, quia Diis attribuũt ea, quæ nefarii homines solent patrare. de hac re, qui volet, plura leget etiã apud Proclum in libro Quæstionum poëticarum, is enim in quæstione prima, quę est. Cur plato poëtas in suam rempub. non receperit; ait, Homerum, nõ satis honestè mentiri de Diis, Horoibusque, dum illis attribuit ea, quæ hominum propria sunt; Quando (inquit) opus fuerit ἀδύνατα (vtar ipsius verbis) ὡς καλῶς ἀδύνατα δεῖ τὰ ἀνοικότητα τῶν ὀνομάτων, quæ non conueniunt Diis. Quando autem opus fuerit vera dicere ait ipsum ἀδύνατα δεῖ τὰ ἀνοικειότητα τῶν παθῶν, quæ attribuit Horoibus. Aristoteles igitur (opinor) respiciens ad sententiam Platonis, clàm ipsam refellere conatur, sentit enim ipse, ea, quæ de Diis semel in opinionem hominum recepta sunt, etiam si absurda, fœdaq. sunt; nõ esse à poëtis aliter narranda; Veteres quippè philophi potius accusandi; siquid in hac re peccatum est, qui dum occultare scientiam rerum naturalium atque obscurare conati sunt, ne omnibus pateret; fabularum inuolucris omnia cõtexerunt; de qua es nos superius multà disseruimus; & multò plura apud Simplicium doctissimũ Aristotelis interpretem legi possunt, in procœmio libri τῆς κατηγοριῶν. Plutarchus in Homerum, hæc declarans quoque ait. οὐ δεῖ δὲ φησὶν ὁ ποιητὴς σωοικεῖν τῇ διὶ τὸν ἥραν οὕτως ἀδελφῷ δοκεῖ ταῦτα ἀλληγορεῖσθαι, ὅτι ἥρα μὲν νοεῖται ὁ ἀὴρ, ἥπερ ὑγρὰ οὐσία. ζεὺς ἡ αἰθὴρ, τετέσιν ἢ πυρώδης, ἢ οὐθερμος οὐσία. Paulò post. σωοικοι ἢ ἡ ὁμόλεκτοι, ὅτι ἐξ αὐτῶν σωιόντων γεννᾶται τὰ πάντα, διὸ ἡ οὐ τῇ ἰδίᾳ σωέρχονται, ἡ ἡ γῆ αὐτοῖς φύει τοὺς πόας, ἡ τὰ ἄνθη. τὸ δ' αὐτὸ λόγε ἔχεται ἡ ἐκεῖνα, οὐ διὸ φησὶν ὁ ζεὺς κρεμᾶσθαι τὴν ἥραν, ἡ ἐβάπτισθαι τὴ ποδῶν αὐτ' ἀμέσους δηλο, τετέσι τὴν γῆν ἡ τὴν θάλασσαν. Hæc, atq. alia multa apud eundem Plutarchum legi possunt; ex quib. patet, ex philosophorum obscuris disputationibus extitisse eiusmodi narrationes de Diis, quæ minus aliquando probandæ sunt, si ad ipsorum sanctissimum numen respicias. Xenophanes igitur Colophonius eos refellens, qui nihil nisi castum, ac sanctum de Diis narrari volebant: Homerumque, & alios poëtas reprehendebant qui secus fecissent; dicere solitus erat. ἀλλ' οὐ φασὶ θεόν. ideſt. At vulgò homines hæc non loquuntur de Diis, quæ vos requiritis in Homero, quasi innueret philosophus doctissimus ea quæ Homerus narrasset, quamuis fœda, ac turpia; sumpta esse ex communi hominum opinione de Diis De Xenophane meminit Arist. libro Rhetor. primo sub finem, vbi de iureiurando loquitur, refertque ipsius dictum, his verbis. καὶ τὸ τῦ ξενοφάνους ἁρμόττει οὕτω ἐκ ἴσην πρόσκλησιν, αὕτη ἀσεβεῖ πρὸς εὐσεβῆ. De eodem Xenophane mentio fit ab Aristotele libro Rhetoricorum secundo, vbi de locis agit Enthymematum, refertque rursus eius dictum huiusmodi; ex æquo impios esse eos, qui Deos asserant ortos, ac illos, qui morituros esse affirmant; cum ex vtroque consequatur Deos aliquando non esse. Plutarchus quoque in Homerum, vbi de principiis rerum naturalium loquitur. μετ' ἐκεῖνον δὲ ξενοφάνης ὁ κολοφώνιος ὑφις ἁμένος τοὺς πρώτους ἀρχὰς εἶναι τὸ ὕδωρ καὶ τὴν γῆν, ἔοικε κατάγειν τὴν ἀφορμὴν ταύτην ἐκ τῆς ὁμηρικῆς τούτων. M. Cicer. libro primo de Diuinatione, à Xe-

© SCD - Université de Poitiers

quod Homerus de bobus protulit εἰλίποδας βοῦς. quia sciſſam habent vngulam; hoc ipſum referat ad equos, qui ſolidam habent vngulam, in eodem genere connumerandus eſt error Herodoti, quem reprehendit Ariſtoteles, cum ait: Aethiopas nigrum habere ſemen. Quatenus ad exemplum ceruæ ſpectat, quod affert Ariſtoteles hoc loco;

» ipsémet libro ſecundo de Partibus animalium ait: ὅθεν δὲ ἄχρηστον πέφυκεν ἡ τῶν κεράτων ὀφ-
» χὴ, τούτοις προσέθηκεν ἑτέραν βοήθειαν ἡ φύσις, οἷον ταῖς μὲν ἐλάφοις ζώοις τὸ ὑπὸ μέγεθος αὐτῶν καὶ
» τὸ πολυχ ιδὲς βλάπτει μᾶλλον ἢ ὠφελεῖ. Emendanda nonnulla ſunt, quæ corruptè leguntur in contextu, vt εἶτα ποτέρων. omnes manuſcripti habent εἶτα ἀποπώτερον. id eſt abſurdius. Sic etiam Plutar. in libro περὶ ψυχογονίας ait. ἀποπώτερον τὸ τὴν ψυχὴν ἰδέαν ποιεῖν. Præterea illa dictio, quæ in vulgatis libris legitur κακομήτως in Medicæo libro eſt. ἀμμήτως. quæ lectio magis probari debet; nã non modò imitatio deprauata eſt, ſi dicas ceruam habere cornua, cum non habeat; ſed prorſus nulla imitatio, quia exprimere conatur id quod non eſt.

» Πρὸς δὲ τούτοις, ἐὰν ἐπιτιμᾶταί τις, ὅτι οὐκ ἀληθῆ, ἀλλ' οἷα δεῖ, οἷον, καὶ Σοφοκλῆς ἔφη. αὐ-
» τὸς μὲν οἵους δεῖ, ποιεῖν, Εὐριπίδης δὲ, οἷοί εἰσι δι' ὃ ταύτη λυτέον.

» Ad hæc, ſi quis ex parum veris arguatur, at certe qualia eſſe decet,
» ſolutio ſit, id quod Sophocles dixit, ſe quidem homines, quales eſſe
» oporteret effingere: Euripides autem quales eſſent.

Nunc oſtendit Ariſtoteles; cui vſui nobis eſſe poſsint tria illa, de quibus ſuperius locutus fuit; veluti fundamenta quædam, quibus nituntur omnes rationes imitationis poæticæ. Simulque docet, quo modo, inde ductis reſponſionibus aptis, poſsint poëtæ ſe tueri aduerſus inuidorum obtrectationes. Si quis igitur reprehendat Homerum, quòd Achilli ta m multa attribuerit, vt credibile non ſit, adeò fortem, & conſtantem eum fuiſſe; præterque fidem hiſtoriæ dicat eſſe omnem de illo viro narrationem, & imitationem factam; reſpondendum huic cauillatori fuerit; Homerum, non qui fuerit, ſed qualis eſſe potuit ſummus Heros, Achillem expreſsiſſe; quod noſter quoque Vergilius in Aenea, Aſcanio, Achate, Anchiſe, & reliquis omnibus efficere conatus eſt; Mos enim hic veterum fuit; vt, quod ſpecimen abſolutiſsimum putarent virtutis, aut alterius cuiuſuis rei, in aliqua certa perſona, aut re demonſtrarent; quod à poëtis quidem factum videtur, vt perfectionem quandam, et ornatiorem ſcribendi rationẽ, cũ amplificatione rerum, & admiratione legentiũ ſequerentur; tùm à philoſophis, vt res magis eluceſceret, circũſtantiis certarũ perſonarũ incluſa; magis moueret animos hominum; iniiceretque quandam ſpem ſe quoq. tales eſſe aliquãdo poſſe, qualem deſcribi illum viderent, Quis enim Rex, aut princeps Cyri inſtitutionem Xenophontis legens non maximè accenditur ad virtutem, & non ſperat ſe eiuſmodi fore, ſi illũ imitetur? Multa quidem alia de hac re dici poſſent; ſed hæc ſatis eſſe arbitror; Nec ſanè aliò reſpiciebat illud, quod antè fuit ab Ariſtotele dictum Poëticen Sectari τὸ καθόλου. Sophoclem ideò magis hoc loco laudandum putat, qui homines in ſuis tragœdiis, non quales fuerant; ſed multo præſtantiores effingere conatus eſt, quàm Euripidem, qui planè expreſsit omnes, quales fuerũt; Cum igitur aliquando reprehenderetur Sophocles, quòd præter hiſtoriæ fidem actiones, moresque hominum imitaretur; reſpõdit; ſe effingere illos, quales eſſe conuenit; reſpicere quippe ſe ſignificabat vir præſtantiſsimus in deſcribendis hominum moribus, & actionibus, ad abſolutum quoddam exemplar; quod mente comprehenſum de vna quaque re habemus. Hæc igitur eſt ratio, ac via refellendi obtrectatores poëtarum.

Εἰ δὲ μηδετέρως, ὅτι οὕτω φασὶν, οἷον τὰ περὶ θεῶν.

» Quod, ſi neutro ſoluendum ſit modo, at certe ita eſſe dicuntur: re-
» ſpondendum erit, velut in iis, quæ ad ipſos pertinent Deos.

Explicatũ eſt, qua ratione ſe tueri poëtæ poſsint, ſiquis eos reprehẽdere velit, quòd præſtantiores effingant, quàm fuerint, homines. Verùm quia interdum contingit; vt

multò

© SCD - Université de Poitiers

igitur diligenter consideranda;& sanè patet totius antiquitatis oportere peritum esse poëtam;varios hominum nosse mores,ac gentium naturam;præterea victus,vitæque rationem omnem;Paccius illam dictionem in contextu σωφρωτικῶς nō satis aptè vertit.

» περὶ δὲ τοῦ καλῶς, ἢ μὴ καλῶς ἢ εἴρηταί τινι, ἢ πέπρακται. οὐ μόνον σκεπτέον εἰς αὐτὸ τὸ
» πεπραγμένον, ἢ εἰρημένον, βλέποντα, ἢ σπουδαῖον, ἢ φαῦλον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν πράττοντα,
» ἢ λέγοντα, πρὸς οὕς, ἢ ὅτε, ἢ ὅτῳ, ἢ οὗ ἕνεκεν, οἷον, ἢ μείζονος ἀγαθοῦ, ἵνα γένηται, ἢ μείζονος
» κακοῦ ἵνα ἀπογένηται.

» An verò recte,vel non recte à quoquam siue dicatur,siue fiat,siquis
» inquirere velit,non modo id ipsum factum,dictum ue cōsiderare de-
» bet, vtrum laudabile,an prauum sit:verum etiam ad agentem,dicen-
» tem ue respicere , ad quem videlicet, vel quando , vel cui , vel gratia
» cuius:verbi causa: boni maioris gratia vt fiat:mali maioris,ne fiat.

Rursus aliam ostendit rationem Aristoteles poëtas defendendi;nam non continuò debet existimari aliquid perperam, minusue rectè dictum , aut factum ; sed diligenter considerandnm , prius est; à quo , cui,quando , & cur, dicatur , agaturue.faciunt enim sæpè hæ circumstantiæ locorum,personarū,& temporum;vt aliquid , quod per per se separatim consideratum turpe, aburfurdumque videri posset;venustè, apteque dicatur. Homerus Odysseæ libro quarto profert sub Helenæ persona huiusmodi versus.

» τηλεμάχῳ, τὸν ἔλεπτε νέον γεγαῶτ' οἶκῳ ἐνὶ οἴκῳ
» κείνου ἀνὴρ ὅτ' ἐμεῖο κυωπίδος εἵνεκ' ἀρ' ἄλοχος
» ἦλθε' ὑπὸ Φοίβῳ, πόλεμον θρασὺν ὁρμαίνοντος.

in quibus seipsam Helena κυωπίδα, idest impudentem vocat, quòd Paridem secuta fuerit. Rursus paulò post.

» αὐτὰρ ἐμὸν κῆρ
» ἀχνύμενον· ἐπεὶ ἤδη μοι κεφαλὴν τέφροπιν νέεσθαι
» ἄψ οἰκονδ', ἄτιμον δὲ μετέσσεσθαι, λιὼ ἀφροσύνῃσι
» σῇσιν· ὅτε μ' ἤγαγε κεῖσε φίλῃσι ἀρὴ παρίσσασα ἄνασσα.

» vbi videtur idem significare,se sponte secutam adulterum.Hęc absurda non videbuntur,si consideres ab Helena dici,sciasque,qualem effingere ipsam voluerit Homerus Alius locus est libro tertio Odyss.vbi Telemachus talia profert.

ὦ γέρον ἦ που τοῦτο ἔπος τελέεσθαι οἴῳ.
» λίην γὰρ μέγα εἶπεν ἄγυμνός τ' ἔχεφρά τ', ὅσ' ἂν εἰπόγε
» ἐλπομένῳ ζεὺς γοῦνατ' ὀπὶ εἰ θεοὶ ὧς ἐθέλοιεν. Et Aiax libro tertio Iliados
» ζεῦ πάτερ ἦ ῥά νύ σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος. Impiè quidē aduer-

» sus Deos,sed videndū est à Telemacho irato,& Aiace furente hæc proferri;quod facit,vt reprehendi Poëta nō possit.Non est præter rem illud,quod libro Rhetoricorū secundo refert Aristoteles de Hygiænonte, qui Euripidem poëtam accusauit,quod in tragœdia quadam dixisset , esse peierandum . Sic enim ille se purgauit apud Iudices ; id Bacchanalibus in scena à se fuisse prolatum . idem Aristoteles libro Rhetoricorum tertio vbi discrepantiam sermonis , ex personarum diuersitate demonstrat, ait:διὰ ὡσαύτως ἄλογον ἂν , μὴ πεπαιδιαμένου εἴποιεν . Videntur autem hoc loco expositæ omnes τὰ πράττοντος circunstantiæ,quæ sunt quinque, hæ scilicet , τὸν πράττοντα,ἢ λέ-
» γοντα.πρὸς ὃν.ὅτε.ὅτῳ ἕνεκεν.de qua re nos satis superius copiosè locuti fuimus.MAIO-
» RIS BONI potiundi gratia. MAIORIS Mali vitandi causa.Duo hæc separatim enu
» merat Aristoteles,sæpe enim homines mentiuntur,aut parum consentanea rationi loquuntur vt incommodum aliquod euitent;& commodum maius consequantur.exēplum esto in Oedipode Sophocleo,vbi Iocaste de Apolline, oraculisque obtrectans, nefaria loquitur;ita enim fortasse excusari potest Sophocles,quòd ita loquentem fecerit Iocasten:quoniā cupiebat sollicitudine graui Oedipodem maritum liberare.

© SCD - Université de Poitiers

nophane ait omnem diuinationem tolli, exiſtimabat enim Deos mortalia negligere.

» Ἴσως γὰρ οὔτε βέλτιον οὕτω λέγειν, οὔτ' ἀληθῆ, ἀλλ' ἔτυχεν, ὥσπερ Ξενοφάνης· ἀλλ'
» οὖ φασι τάδε· ἴσως δὲ οὐ βέλτιον μὲν, ἀλλ' οὕτως εἶχεν, οἷον, τὰ περὶ τὰ ὅπλων, ἔγχεα δὲ
» σφιν ὄρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος· οὕτω γὰρ τότ' ἐνόμιζον, ὥσπερ καὶ νῦν Ἰλλυριοί.

» Fortaſſe enim ſic dicere neque meliorem in modum, neque ſecun
» dum veritatem fuerit: ſed tamen ita contingit: vt Xenophanes ait, fe-
» runt hæc quanquam non meliorem fortaſſe in modum, nihilominus
» ita ſe habuere velut illud, quod de armis perhibere. Recte quàm ſolo
» præfixæ haſtæ. Sic enim eo tempore moris erat: vt nunc etiam apud
» Illyrios.

Docet Ariſtoteles aliud quoddam reſpondendi genus aduerſus obtrectationes inuidorum; nam ſuperior reſponſio ad eos accommodata, qui obiiciebant narrationes de Diis; erat eiuſmodi. SIC AIVNT; NEQVE MELIVS ETIAM FVERIT VERA DICERE. adnotanda ſunt, & perpendenda illa verba. NON MELIVS. quia ita fabulæ ab initio de Diis à philoſophis fuerunt confictæ. Nunc autem, ſiquis obiiciat aliquid, quod pertineat ad mores, & victum eorum, quos deſcribendos nobis in poëſi propoſuimus, reſpondendum docet, ſic. NON MELIVS QVIDEM ERAT. vel. SED SESE TVNC SIC RES HABEBAT. Exemplum quod affert Ariſtoteles, eſt περὶ τὰ ὅπλων huiuſmodi, ex Hom. Iliados libro vigeſimo, vbi de militibus Diomedis loquitur, apponam verò & alios verſus, vt facilius res tota intelligatur.

Βαῖνεν ἰὼν τυδείδαο διομήδεα, τόνδε δ' ἐκίχανον
» ἐγκὸς ἀπὸ κλισίης σὺν τεύχεσι ἀμφὶ δὲ ταῖροι
» δοῦλοι ὑπὸ κρασὶν δὲ ἔχον ἀσπίδας, ἔγχεα δὲ σφιν
» ὀρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος ἐλήλατο, τῆλε δὲ χαλκὸς
» λάμπε, ὡς ἀστεροπὴ παφλὸς διὸς, αἰὲν ἰόντος
» δοῦπος δ' ὑπὸ δέ ἕσπετο ποιμένι βοῶν ἀγραύλων.

» Deſcribit eo loco Homerus Diomedem, eiuſq. milites in armis dormientes; vt ſi opus eſſet, ſomno ſtatim excitati arma haberent in promptu; excurrerentque ad pugnam, haſtas igitur habebant ita collocatas, vt erectæ ſtarent ἐν σαυρωτῆρσι, nam σαυρωτῆρα Græci vocant (vt declarat Euſtathius Homeri interpres) ferramentum quoddam ex cauatũ, in quo humi defixo collocabantur haſtæ; tùm vt erectæ ſtarent, magisq. eſſent paratæ; tùm etiam, ne ima haſtarum pars, ſi ſine ferramento illo defigerentur humi, obtunderetur ac limo fœdaretur. Si quis Homerum reprehendat, quòd talem morem haſtarum defigendarum, qui apud Græcos non erat, expreſſerit, docet, reſpiciendum eſſe Ariſtoteles ad genus hominum, de quibus loquitur poëta; ſic enim facilè poterit defendi; Singulis enim populis ſui ſunt attribuendi mores; generaque armorum & ipſorum vſus; ita igitur defigere haſtas conſueuerant illi; quod adhuc in vſu ſua ætate fuiſſe teſtatur Ariſtoteles apud Illyrios, quibus imperabat olim Diomedes, nam è regione Illyriorum ſunt inſulæ vocatæ Diomedeę. Idem Homerus libro Odyſſ. primo, verſus hos profert.

» - ἔγχος μὲν ῥ' ἵστησι φέρων πρὸς κίονα μακρὸν
» - δουρὸς δόκησι σὺν τοσσῃσιν ἐὺξόου, ἔνθα περ ἄλλα
» ἔγχε' ὀδυσσῆος ζαλασίφρονος ἵστατο πολλά.

in quibus licet perſpicere Heróum Græcorum morem, qui haſtas repoſitas domi ſeruabant in lignea theca, quam vocat δουρὸς δόκιον. Præterea libro tertio Odyſſ.

» τὸν μὲν ἔπειτα τηλέμαχον λοῦσαν καλὴ πολυκάστη
» Νέστορος ὁπλοτάτη θυγάτηρ νηλείδαο.

nam mos erat apud Græcos, vt virgines, filiéque ipſorum Regum hoſpites lauarent. Rurſus lib. Odyſſ. quarto. περὶ ξίφος θέτο ὤμῳ loquens de more accingendi enſem; de quo, & aliis multis Thucydides libro primo Hiſtoriarũ ſuarum, in proœmio. Hęc igitur

que loci huius mentionem fecit. Ac ſane primus ſcrupulum iniecit, anſamque dedit diſſerendi de hac dictione ζωρότερον cauillatio Zoili; qui verſus Homeri reprehendere ſolitus erat. Is igitur affirmabat, abſurdum vtique eſſe, quòd Homerus meracius bibentẽ, hoſpitibusque, viris ſapientiſsimis propinãtem feciſſet; interpretabatur enim ζωρότερον pro ἀκρατότερον, Multi, vt Homerum tuerentur aduerſus Zoili reprehenſionem hanc; dixerunt ζωρότερον accipi debere in eo verſu pro ταχύτερον. ideſt celerius, ſeu properè magis; quam ſignificationem videtur approbaſſe Ariſtoteles quoque, vt patet in contextu. ait enim ὁ τὸ ἄκρατον, ὡσ οἰνόφλυξιν, ἀλλὰ θᾶττον. verebatur enim, ne ſi ζωρότερον aliquis intelligeret merum; parum conueniret dictum Homericum dignitati tàm inſignium Heroum; meracius enim bibere temulentiihomines ſolent; Hanc interpretationem Ariſtotelis appoſuit Plutarchus eo loco, quẽ citauimus paulò ante,

» nec tamen Ariſtotelis fuiſſe ait, ſed aliorum quorumdam, his verbis. ἐγὼ δὲ ἀνεμίμνησκον
» αὐτὸς, ὅτι τὸ ζωρότερον τὸ θερμὸν οἴνου σημαίνεσθαι λέγουσι. τῷ δὲ θερμοτέρῳ τὸ ταχύτερον, ὥσπερ ἡμεῖς ἐγ-
» κελεύομεθα πολλάκισ τοῖσ ἀκκοκονοῦσι θερμότερον ἄπτεσθαι τῆσ ἀκκονίασ. nam calidum, feruensque appellamus, in quo celeritas ineſt. Sic quoque apud Latinos, nam Vergilius libro primo Aeneid. ait.

» Feruet opus. & frigere rurſus eos dicimus, ac conglaciare, in quibus magna lentitudo ineſt; Sed hanc interpretationem, quamuis Ariſtotelem quoque ipſum, vti patet hoc loco, habeat authorem, non probat tamen Plutarchus, vt paulò poſt declarabimus. Nunc enim ſatius fuerit, alias veterũ explicationes ſingillatim proferre. Refert igitur ibidem Plutarchus Macedonem quẽdam ſuæ ætatis virum doctũ, etiam ipſum ſcopulum hunc euitaſſe, noluiſſeque eo loco ζωρότερον accipi, pro eo, quod Græci vocant propriè ἄκρατον, ideſt merum, ne incideret Homerus in Zoili laqueos, interpretari igitur ſolitum. τὸ ζωρὸν εἰρῆσθαι τὸ θερμὸν ἀπὸ τοῦ ζωπυροῦν, καὶ τοῦ ζέσεωσ. quòd ſcilicet vitalitatem hominum foueat vinum; ſenſusque vegetiores reddat; ac magis feruidos; Soſicles poëta aliam excogitabat dictionis huius explicationem; cũ enim apud Empedoclem obſeruaſſet quiddam his verbis expreſsum. γίνεσθαι ζωρότερον τὰ πρὶν ἄκρητα. accipi volebat

» pro eo, quod Græci vocant οἶνον ἄκρατον. Verba Plutarchi ſunt hæc, μᾶλλον ἔφη τὸ οἶνον ἄκρατον
» ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν ζωρὸν λέγεσθαι. neque abſurdum videri, quòd Achilles propinari iuſsiſſet, Vlyſsi, & Phœnici τὸν οἶνον ἄκρατον οἶνον. eſſe autem poſitum ζωρότερον pro ζωρὸν. ſicuti alibi σκληρότερον. ἀντὶ σκληροῦ: de qua re nos paulò ante locuti fuimus. Antipater ſubtiliore quadam ratione dictionem interpretabatur; aſſerebat enim cum veteres olim annos vocaſſent ὥρουσ; & particula ζα vim haberet augendi; hinc deductam vocem ζωρότερον. qua ſignificare voluit Hom. vetuſtum vinum, quale Horatius, cum ait, alloquens amphoram.

» O nata mecum conſule Manlio. & alibi.
» Eſt mihi nonum ſuperantis annum
» Plenus Albani cadus.

Laudatiſsima enim erant vina propter vetuſtatem. Achillem igitur viris ſumma dignitate præditis propinari iuſsiſſe vinum vetuſtum, honoris cauſa. Hæ ſunt veterum explicationes, quas refert Plutarchus olim ab illis fuiſſe excogitatas Zoili refellendi cauſa. Verùm ipſe Plutarchus multò ingenioſius, & verius (vt videtur) dictionem ζωρότερον interpretatur; Homerumque tuetur. Ait enim: ſi accipias (ſicuti Ariſtoteles hoc loco) dictum pro θᾶττον; magis abſurdum fore; quia ſignificabitur in ſapientiſsimis illis Heróibus iuuenilis quidam ardor atq. celeritas in bibendo; ac ſibi videri eos, qui ita interpretantur, in maius quoddam vitium labi; Putat igitur ipſe ζωρότερον merum ſignificare; ac magno cum artificio Homerum facere Achillem iubentem Patroclo, vt meracius vinum infundat Vlyſsi, ac Phœnici viris iam prouectiore ætate;

» his verbis. ἀγνοεῖν δὲ δοκεῖ ὁ ζωίλοσ ὅτι πρῶτον μὲν ὁ Ἀχιλλεὺσ τὸν φοίνικα, καὶ τὸν ὀδυσσέα πρεσβυ
» τέρουσ ὄντασ εἰδὼσ, ἐχ ὑδαρεῖ χαίροντασ, ἀλλ' ἀκρατοτέρῳ καθάπερ οἱ ἄλλοι γέροντασ ἐπιτείνει κελεύ-
» των κρᾶσιν. Addit & aliam probationem rei huius; quòd Achilles, cum fuiſſet à Chirone inſtitutus, totius victus rationem exactè didicerat; quare veriſimile eſt iuſsiſſe illum meracius propinari vinum eo tempore Vlyſsi, & Phœnici, quoniam τοῖσ ἀρχῆσι
» καὶ χολάζουσι παρὰ τὸ εἰωθὸσ σῶμασιν ἀνειμένη καὶ μαλακωτέρα κρᾶσισ ἁρμόζει. Ideo induci

© SCD - Université de Poitiers

» Τὰ δὲ πρὸς τὴν λέξιν ὁρῶντα δεῖ διαλύειν, οἷον, γλῶτταν. οὐρῆας μὲν πρῶτον. ἴσως γὰρ, οὐ τοὺς ἡμιόνους λέγει, ἀλλὰ τοὺς φύλακας καὶ τὴν ὄψιν. εἶδος μὲν ἔλεγχον οὐ δ' σῶμα ἀσύμμετρον. ἀλλὰ τὸ πρόσωπον αἰσχρόν· τὸ γὰρ εὐειδὲς οἱ κρῆτες εὐπρόσωπον καλοῦσι.

» Sunt etiam aliqua, quæ si ad dictionem ipsam respexeris, licet solue re: verbi gratia, lingua, vt Principio sanè οὐρῆας nam ea vox οὐρῆας forte non mulos, sed custodes significat: ac de Dolone: Turpis erat specie: non, quod esset copore male compacto, verum turpi facie. nam vocabulum εὐειδὲς pulchra facie aliquid Cretenses vocant.

Sæpe reprehendi solent poêtæ in oratione, quòd dictione parum vsitata, peregrina, & obsoleta sint vsi. Docet igitur Aristoteles, quomodo etiam hac in re se aduersus obtrectatores tueri possint; Tria verò ipse affert exempla ex Homero, quæ singillatim sunt consideranda. Primum exemplum sumptum est ex Homeri versu noctisimo libro primo Iliados, qui est huinsmodi.

» ὀρῆας μὲν πρῶτον ἐπώχετο, καὶ κύνας ἀργοὺς.

Eustathius Homeri interpres, dictionem hanc explicans ait;

» ὀρῆας δὲ ἡμιόνους λέγει, ἢ παρὰ τὸ ὄρος ὀρέας, καὶ ἰωνικῶς ὀρῆας, ἐπεὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν ἔργα (ὡς καὶ ἐν τῇ τοῦ παζρόκλου ζαφῇ δηλωθήσεται) δι' ὧν τοιούτων ζώων ἐβαστάζοντο, ἢ παρὰ τὸ οὖρον, ὃ δηλοῖ τὸν ἄνεμον, τοῦτο δὲ διὰ τὸ ἄγονον τῶν τοιούτων ζώων, καὶ τὸ τοῦ φωσφορικοῦ πνεύματος ἄκαρπον, διὸ καὶ ἐν τοῖς ὠοῖς ἄκαρπα διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν ἔρια καὶ κοινὴ λέγεται σωτηρία. Aristoteles verò innuere videtur apud Homerum eam dictionem significare τοὺς φύλακας, quia etiam addidit Canes, qui custodiæ causa alebantur, atq. ideó in Odyss. lib. 11. Telemachum in concionem euntem comitebantur δύο κύνες ἀργοί. Eustathius quoque hoc idem asserit his verbis. ὡς δὲ ὀρῆας καθ' ὁμωνυμίαν καὶ οἱ φύλακες ποτὲ λέγονται, φανερόν που ἐν τοῖς ἑξῆς. Homerus libro Iliados xx. mulos arationi aptos nominat, quare nõ absurdum etiam fortasse, si pro Mulis illic posuit, libro primo Iliados; sunt enim militibus magno vsui. Alterum exemplum ex Homero quoque sumptum est libro Iliados vigesimo, vbi de Dolone Troiano exploratore loquitur; Versus hi sunt.

» ὣ δὲ λέων οἰ φῶτε δύω, δόλων ὀμφὸ κορυφὴν
» κήρυκος θείοιο πολύχρυσος, πολύχαλκος,
» ὃς δὴ τοι εἶδος μὲν ἔην κακός, ἀλλὰ ποδώκης.

Considerat Aristoteles in his versibus illam dictionem εἶδος, & docet, cum referri possit ab aliquo ad totum corpus, non debere tamen referri; nisi ad faciem; nam apud Cretenses εὐειδὴς appellabatur, qui pulchra erat facie. Si enim apud Homerum eo loco intelligeres Dolonem fuisse deformi, distortoque corpore; &, vt ait Aristoteles, ἀνυμμέτρῳ, non rectè consequeretur altera dictio ποδώκης; nam cursores benè compacto sunt corpore, magnaque constant membrorum symmetria; ex qua existit agilitas. Aristoteles libro secundo Rhetoricorum ait; κάλλος δὲ ἕτερον καθ' ἑκάστην ἡλικίαν, ὅσῃ νέου μὲν ἔστι κάλλος τὸ πρὸς τὸν πόνους χρήσιμον ἔχειν τὸ σῶμα, τὸν τε πρὸς ἁλόμενον, καὶ πρὸς βίαν, ἁπλῶς ὃν ἐστὶν ἰδεῖν πρὸς ἀπόλαυσιν, διὸ οἱ πενταθλοι κάλλιστοι, ὅταν πρὸς βίαν, καὶ πρὸς τάχος ἅμα πεφύκασιν.

» Καὶ δ' ἐωρότδρον δὲ κέραιρε, οὐ τὸ ἄκρατον ὡς οἰνόφλυξιν, ἀλλὰ τὸ θᾶττον.

» Et illud ἐωρότδρον propinabant, haud enim ἐωρότδρον eo in loco promero, quo ebriosi gaudent, sed pro frequenter accipitur.

Tertium hoc exemplum est, quod sumitur ex Homero libro Iliad. nono vbi Vlysi & Phœnici legatis missis ad Achillem, eius exorandi gratia; Patroclus iussu Achillis, parat conuiuium. Versus hi sunt, quos profert Achilles.

» μείζονα δὴ κρητῆρα μελισσίου ἐν καθίσαι
» ἐωρότερον δὲ κέραιρε, δέπας δ' ἑτάροισιν ἑκάστῳ.

Plutarchus lib. quinto Sympos. Cap. 111. quicquid veteres inter se disseruerunt olim de hoc Homeri versu copiosè exponit; vt mirum videri nõ debeat; si Aristoteles quoque

» οὗτος καθεῦδ' ἀναξίως, πάρα δὲ χρυσόθρονος ἠὼς.

Siquis, inquam, Homerum reprehendat. facilè poterit refelli; si dixeris hanc esse metaphoram quandam, qua sæpè vtuntur poëtæ. omnia enim quæ hominum sunt propria; Diis attribuunt, risum, fletum, somnum, & quę huiusmodi sunt. transferuntque humana ad Deos, vt Cicero inquit. Non dissimili ratione, Vergilius lib. 1. Aeneidos. ait de Ioue, quem facit osculantem Venerem.

» Oscula libauit natæ. Et eodem libro ridentem.

» Olli subrisit.

Aliud exemplum simile his in contextu affert Aristoteles ex Homero. vbi Iouem ex alto speculantem facit & intuentem Troianam regionem, & planitiem, vbi pugna cõmittebatur inter Græcos, & Troianos. ἤτοι ὅτ' ἐς πεδίον τὸ Τρωϊκὸν ἀθρήσαν. Nam ἀθρεῖν, hoc est cernere dixit Iouem. Sic noster quoque Vergilius.

» Et Libyæ defixit lumina regnis.

Quam rẽ aliquãto copiosius exprimit Homerus Iliados lib. 1111. ab ipso statim initio.

» οἱ δὲ θεοὶ παρὰ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο. Paulò post.

» Τρώων πόλιν εἰσορόωντες.

Ideò sæpe ait. δῦρυόπα Ζεύς. Quid? non'ne aliquando è cœlo in montis Idæ fastigium descendentem Iouem facit, vt propius intueatur, ea, quæ aguntur apud Ilium? Plutarchus in Homerũ, de hac re ita disserit. ἐπεὶ δὲ ἐδεῖτο ἡ ποίησις θεῶν συνεργούντων, ἵνα τῷ γνώμῳ αὐτῆς αἰσθάσθαι τῆς συντυγχανόντων παραστήσῃ, περιέθηκεν αὐτοῖς σώμασι; δεῖν δὲ ἄλλο σώματος εἶδος, ἢ τὸ ἀνθρώπου σκηνικὸν ὄντιν ἐπισήμηνε, καὶ λόγου. Paulò post. ὥσθ' ἅμα τὸ παρέχ φ ὑπόμνησιν, καὶ τοῖς ἥκιστα φρονοῦσιν ὅτι εἰσὶ θεοὶ. Aliud exemplum ex Homero affert Aristoteles. cum ait.

» αὐλῶν συρίγγων τ' αἰοπῶς.

Versus hic est lib. x x. Iliados, vbi Agamemnonem inducit se oblectantem dum tibiarum, fistularumque sonum audiret, sicuti Reges decet. sed Homerus loquẽs de tibiis; αἰοπῶ vocat ipsarum sonum. nam αἰοπῶ propriè vocem loquentium hominum dicimus. Hesiodus καλῶ ὅπα de Musis canentibus protulit sub poëmatis sui initium. vti satis notum est. Non est tamen reprehendendus Homerus; quia metaphora vsus est; atque hæc est optima ratio illius defendendi. Versum hunc Homeri citat, declaratque Athenæus. ἐχρῶντο δὲ καὶ αὐλοῖς, καὶ συρίγξιν ἥρωες. ὁ γοῦν Ἀγαμέμνων, αὐλῶν, συρίγγων τ' αἰοπῶς ἀκούει, εἰσὶ δὲ ζῷα συμπόσια ἃ παρήγαγε, πλὴν οὐ τῇ ὁπλοποιΐᾳ γάμων γινομένων, αὐλῶν μνημονεύει. Hæc ille sed Aristoteles in superiore versu.

» ἄλλοι μὲν ῥα θεοὶ πάντες, καὶ ἀνέρες εὗδον,

Sic enim legendus est; considerat in eo meram cauillationem esse obtrectatorum, qui reprehendebant Homerum, quòd πάντες dixisset cum nõ omnes dormirent, nam πάντες ἀντὶ πολλοὶ. sæpè ponitur, apud Poëtas. cuius rei etiam philosophicè admodum reddit rationem, cum ait τὸ γὰρ πᾶν πολύ. Rursus considerandum aliud exemplum, quod affert ex versu, quem dimidiatum profert, Homeri.

» οἷη δ' ἄμμορος.

Versus hic integer est apud Homerum lib. v. Odyss. vbi de rate Vlyssis loquitur, & tanquàm peritum gubernatorem Vlyssem facit intuentem Orionem Arctum, & Pleiadas. de arcto igitur, quæ nobis nunquam occidit. ait.

» ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν
» ἥτ' αὐτοῦ στρέφεται; καὶ ὠρίωνα δοκεύει
» οἷη δ' ἄμμορος ἔστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.

Translatè locutus est Homerus, cum dixit Arcton expertem esse lauacrorum Oceani. Sicuti etiam Vergilius apud Latinos. cum ait.

» Metuentes æquore tingi.

Hæc verò, quæ per metaphoram proferuntur valde sunt probanda, quia mirificè sermonem illustrant metaphoræ, et rem ob oculos ponunt; notissimamque reddunt. Plutarc. in Hom. vbi veteres poëtas multa ab Homero sumpsisse narrat. Aratum imitari studuisse versum hunc Homeri ostendit; his verbis. πῶς δὲ καὶ ἄρατος παρέφρασε, τὸ μὲν
» οἷη δ' ἄμμορος. ἔστι λοετρῶν ὠκεανοῖο. εἰπὼν

© SCD - Université de Poitiers

Achillem ab Homero alio loco iubentem, apio ſuos equos paſci. quoniam equi, cum ſtabulantur, in ocioq. deſident; pedum, articulorumque dolore laborant; huius verò morbi medelam in primis eſſe apium. & ſanè in Iliade non obſeruabis vnquam, apio paſci ab aliis equos, præter quàm ab Achille, qui medicinam à Chirone didicerat. Hæc igitur ratio eſt, cur meracius tunc iuſſerit vinum propinari; neque enim dici poteſt compotatione oblectatum vnquam Achillem, quum ſeueriore eſſet ingenio; neque admodum ad hilaritatem propenſo; οὐ γὰρ ἦν γλυκύθυμος (inquit Plutarchus) οὐδὲ ἀγαχόφρων. οὐδὲ φύσει φίλοινος ἀλλ' ἀπινὴς, καὶ αὔπνους πολλὰς νύκτας διάγων. βραχὺς δὲ ὕπνος οὐκ ἰσχαρικῆς δεῖται χρεμπύους ἀκράτῳ. λοιδορούμενος γὰρ τῷ Ἀγαμέμνονι πρῶτον αὐτὸν οἰνοβαρῆ προσείρηκεν, ὡς μάλιστα τῶν νοσημάτων τὴν οἰνοφλυγίαν προβαλλόμενος. Quæ poſtrema verba ſunt adnotanda. quia (inquit) maxima ægritudo eſt ipſa ebrietas. nam ebrietatem vocat οἰνοφλυγίαν, ſicuti Ariſtoteles hoc loco eadem vtens voce ait ὡσ οἰνόφλυξι. nam ebrios Græci ita vocant; quam dictionẽ in mearum Annotationum lib. I. cap. v I. declarau politiſsime voluiſſe vertere Tibullum, cum ait.

» Nec quiſquam multo percuſſum tempora Baccho.

Nec verò prætermittenda, quæ eligantiſsimè differit Athenæus de hac eâdem dictione ζωρότερον libro decimo.

» ἐμοὶ μὲν δὴ ὦ παῖ ζωρότερον κέρασε. Paulò poſt.
» πρότερον δέ μοι λέξεται τοῦδε τὸ ζωρότερον. Antiphanes Milanione.
» τοῦτον ἐγὼ κρίνω μεθ' ὑπερβολὰς τ' ὑγιείας
» πίνειν ζωροτέρῳ κεκραμένον οἴνοχόῳ Idem Larapone.
» κέρασον δίζωρότερον. Ephippus. Ephebo. φιάλῃ ἑκατέρᾳ ἑλλέβορον κεράσας ζωρότερον ὁμηρικῶς. Nonnulli verò (inquit) ζωρότερον δὲ κέρασε οὐκ ἄκρατον σημαίνειν φασὶν ἀλλὰ θερμὸν, ἀπὸ τοῦ ζωϊκοῦ, ἢ τ' ζέσεως. Et quæ ſequuntur; nam ſi conferas cum Plutarchi verbis, animaduertas eádem fermè eſſe. Theophraſtum teſtatur ibidem Athenæus interpretari ſolitum ζωρότερον τὸ κεκραμένον. Verùm de his hactenus. Nunc reliqua perſequor;

» Τὸ δὲ κατὰ μεταφορὰν εἰρῆται, οἷον, ἄλλοι μὲν ῥα θεοί τε, καὶ ἀνέρες εὗδον παννύχιοι· καὶ τὸ, ἤδη ὅτ' ἐς τρδίον τὸ τρωϊκὸν ἀθρήσειεν. ἢ αὐλῶν συρίγγων τε ὁμαδόν. τὸ γὰρ πάντες, ἀντὶ τοῦ πολλοί, κατὰ μεταφορὰν εἰρῆται. τὸ γὰρ πᾶν πολύ τι, καὶ τὸ, οἷόν δ' ἄμμορος, κατὰ μεταφοράν. ἔστι γὰρ γνωριμώτατον, μόνον.

» Per tranſlationem inſuper: vt, Iamque deos alios pernox, hominesque tenebat Inſignes galea ſomnus: tũ illud quoq. Si quando Troiæ » ad campos ſua lumina vertant: vt etiam tibiarũ fiſtularumque vocem. ſanè pro multis omnes per tranſlationem dicimus. Omne enim » aliquod multũ eſt. & οἷόν δ' ἄμμορος: id eſt ſola, expers ſimiliter per tranſlationem. illud enim quod notiſsimum eſt, vnicũ, & ſolum dicimus.

Poſtquàm Ariſtoteles docuit rationem defendendi poëtas aduerſus cauillationes improborum hominum, ſolutione, ac confutatione allata διὰ τὸν γλῶτταν. hoc eſt per varietatem, & diſſimilitudinem eorum verborum, quæ peregrina ſunt. Nunc docet aliam rationem refellendi, quæ ducitur ex metaphora; ſiquis igitur Homerum reprehendat, quòd dormientes faciat Deos; vt in iis verſibus qui ſunt lib. I I. Iliados. nam illum citat in contextu Ariſtoteles.

» ἄλλοι μὲν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ
» εὗδον παννύχιοι. ἀλλ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος

Hos eoſdem legas lib. vltimo Iliados. Sed idem Homerus in extremis verſibus profert hanc rem multò (ſicuti mihi videtur) apertius.

» Ζεὺς δὲ πρὸς ὃν λέχος ἤι' ὀλυμπιος ἀστεροπητὴς,
» ἔνθα πάρος κοιμᾶθ' ὅτε μιν γλυκὺς ὕπνος ἱκάνοι.

ἔνθα

dem ſolutionem quoque περὶ τῶν διαίρεσιν in libro τῶν ἐλέγχων. ſed alio quodam modo conſiderat illic, quàm in hoc libro Poët. quod facilè vnuſquiſque per ſe perſpicere poterit. Diſiunctionis igitur, quatenus ad Poëticen ſpectat; exemplum affert, ex verſibus Empedoclis ſumptum, qui ſanè corruptiſsimi habentur in vulgatis libris; nec in Medicæis rectè ſeſe habent, ſed facilè, vti ſpero, ipſis medelam afferemus. Nam Simplicius in librum primum Phyſ. Ariſtotelis, vbi de Empedoclis ſententia diſputat, qui exiſtimabat Litem, & Amicitiam duo eſſe principia rerum naturalium, plurimos recẽ ſet Empedoclis verſus; inter quos & hi ita leguntur, interpuncti;

» ἀλλ' ἄγε δὴ θνητὸν ἐφύετο τῷ, πρὶν μάθον ἀθάνατ' εἶναι
» ζωρὰ δὲ τῷ πρὶν ἄκρητα διαλλάξαντα κελεύθους.

» Athenæus quoque libro decimo, probaturus ζωρότερον ſignificare κεκραμένον, hos eoſdẽ verſus refert Empedoclis, quos ideò rurſus adſcribẽda putaui, quia varietas quædam eſt in nonnullis dictionibus.

» ἀλλ' ἄγε δὴ θνητῷ φύετο τῷ πρὶν μάθον ἀθάνατ' εἶναι,
» ζωρά τε τῷ πρὶν ἄκρητα διαλλάξαντα κελεύθους.

» ex quo Athenæi loco ſatis patet legendum eſſe ἄκρητα quia opponitur alteri dictioni ζωρὰ. non autem vt eſt in vulgatis Simplicii libris. ἄκριτα.

» Τὰ δὲ ἀμφιβολία. παρώχηκε δὲ πλέον νὺξ, ἢ γὰρ πλέον ἀμφίβολόν ἐστι.

» Item per Amphibologiã: Plurima præteriit nox. Illud enim πλέον
» amphibologicum eſt.

Ambiguitas dictionis ſæpè, & cauillandi, & defendendi anſam præbet. Ariſtoteles huius exemplum, ſicuti & alia ex Homero, profert. Verſus hi ſunt lib. x x. Iliados vbi Vlyſſes Diomedem alloquitur.

» ἀλλ' ἴομεν μάλα γάρ νυξ ἄνεται, ἐγγύθι δ' ἠὼς.
» ἄστρα δὲ δὴ προφέβηκε. παρώχηκε δὲ πλέων νύξ
» τῆς δύο μοιράων, τρίτατον δ' ἐπὶ μοῖρα λέλειπται.

» Ambigi enim poteſt, dixerit. πλεῖν. an πλείων. ex quarum dictionum diuerſitate ſatis patet diuerſam in iis verſibus exiſtere ſententiam; In lib. περὶ τῶν ἐλέγχων etiam agit Ariſtoteles περὶ τ' ἀμφιβολίας. Sed planè diuerſo modo, quia illic inſeruit dialectico, hîc poëtæ. παρὰ δὲ τὸ ἀμφιβολίαν (inquit) οἱ τοιοί δε. τὸ βούλεσθαι λαβεῖν με τὸν πολεμίους. Et quę ſequuntur. Quintil. lib. v 11. cap. 1 x. amphiboliæ (ſic enim vocat) ſpecies ait eſſe innumerabiles, adeò vt Philoſophi quidam exiſtimarint nullum eſſe verbum quod nõ plura ſignificet. fit verò aut in vocibus ſingulis, ac ſimplicibus; aut in coniunctis; quarũ omnium exempla ipſe copioſè profert.

» Τὰ δὲ κατὰ τὸ ἔθος τῆς λέξεως, οἷον τὸν κεκραμένον οἴνου φασὶν εἶναι. ὅθεν καὶ ποιήται, κνημὶς
» νεοτεύκτου κασσιτέροιο, νὴ χαλκέας τοὺς τὸν σίδηρον ἐργαζομένους, ὅθεν εἴρηται ὁ γανυμή-
» δης διὶ οἰνοχοεύειν, οὐ φασκόντων οἶνον. εἰκὸς δ' αὖ οὐ τοῦτό γε κατὰ μεταφοράν.

» Per conſuetudinem quoque dictionis: vt illud κεκραμένον id eſt mi-
» xtum, quod ad vinum pertinere receptum eſt. Vnde & illud. Ocrea,
» quæ fuerat ſtanno confecta recenti. & χαλκέας, quæ vox alioqui fa-
» bros ærarios ſignificans, pro ferrariis ſumitur. Iuxta quod etiam Ga-
» nymedes à vino miniſter Iouis appellatur. cùm tamẽ Dii ipſi vinum
» non bibant: id quod per tranſlationem dici neutiquam poteſt.

Alium quoque locũ explicat; vnde ſoluere, & refellere cauillationes poſsimus obtrectatorum. Siquis enim reprehendat verbum aliquod tanquàm minus proprium, facile fuerit reſpondere; ita vſum obtinuiſſe, qui maximus eſt loquẽdi magiſter, vt proferatur; Tradit Ariſtoteles in libro τῶν ἐλέγχων præceptum ſoluendi cauillationem πα-

© SCD - Université de Poitiers

» ἄρκτου κυανέου πιφυλαγμένος ὠκεανοῖο

» Κατὰ δὲ προσῳδίαν, ὥσπερ Ἱππίας ἔλυεν ὁ θάσιος τὸ, δίδομεν δέ οἱ, μὴ τὸ μὲν, οὗ κατα-
» πύθεται ὄμβρῳ.

» Soluimus præterea ratione accẽtus: vt Hippias Thasius illud: δίδο-
» μεν δὲ οἱ: id est, nos verò damus, οἱ enim articulus est: cui si circũflexum
» addideris accentum, pronomen, sibi, significat, quin & illud quoque:
» οὗ κατα πύθεται ὄμβρῳ: id est imbre minus marcet. οὗ enim, quæ negatiua
» particula est, si circumflexum cum aspiratione sumpserit, aliud sonat.

Aliquando cauillationes soluuntur accentuum consideratione. quia (vti notũ est) sæpè accẽtu diuerso variatur significatio dictionum. Aristoteles in libro τῶν ἐλέγχων sex genera captionum sophisticarũ in dictionibus esse ait. his verbis. ἔστι δὲ τὰ μὲν παρὰ τὸ λέξιν ἐμποιοῦντα τὴν φαντασίαν, ἓξ ὧν ἀριθμόν. Ταῦτα δ' ἔστιν ὁμωνυμία, ἀμφιβολία, συνθεσις, διαίρεσις προσῳδία, καὶ σχῆμα λέξεως. Hæc omnia considerat in hoc libro Poëtices. quoniam quęcunque ad dictionem spectant, in primis huius sunt facultatis. Cum igitur Homerũ reprehenderent nonnulli in his duabus dictionibus. οἱ. & ἕ. non distinguentes significationem multiplicem ex accentu. Hippias Thasius vir doctissimus facilè modũ hunc eos refellendi excogitauit. Tam sæpe οἱ apud Homerum inuenias pro αὐτῷ, vt non sit necesse exempla apponere ἕ κατα πύθεται ὄμβρῳ. Dimidiatus hic versus Homeri est, sed integer ita legitur lib. XXIII. Iliados.

» ἢ ἁρυσσ', ἢ πόλινδε, τὸ μὲν οὐ κατα πύθεται ὄμβρῳ.

Boëtius, qui primus librum τῶν ἐλέγχων Aristotelis Latinè vertit, non apponit versum Homeri Græcum, sed Latinos duos profert; Alterum ex Horatio, qui est.

» Me tuo longas pereunte noctes.

Lydia dormis. Alterum vero ex Vergil. Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi; quasi differre significare voluerit Boëtius dicas ne ME TVO separatim, an ME TVO coniunctim, & rursus. QVIA NAM distinctè an QVIANAM simul, sed hæc magis perspiciuntur apud Græcos, qui subtilissimè considerant ac distinguunt; ea, quæ ad accentus pertinent; Arist. in eo lib. ostendit non magnopere ad Dialecticen spectare cauillationem hanc, quæ circa accentum versatur; sed potius ad Poëticen, his verbis παρὰ δὲ τὴν προσῳδίαν οὐ μὴν τοῖς ἄνευ γραφῆς διαλεκτικοῖς οὐ ῥᾴδιον ποιῆσαι λόγον. οἱ δὲ τοῖς γεγραμμένοις, καὶ ποιήμασι μᾶλλον. vt mirum non sit tàm diligenter de hac re in hoc libro Poëtices de iis agere Aristotelem, Sed illic quoque copiosè omnia explicat, & eadem affert exempla ex Homero, apponam igitur illius verba; vt facilius res tota perspiciatur; οἷον καὶ τὸν ὅμηρον οἴεταί διορθοῦσθαι πρὸς τοὺς ἐλέγχους ὧδε ἄτοπον εἰρηκότα τὸ μὲν, οὐ κατα πύθεται ὄμβρῳ. λύουσι γὰρ αὐτὸ τῇ προσῳδίᾳ λέγοντες τὸ οὐ, ὀξύτερον. Verum eodem quoque loco profert Aristoteles etiam aliud exemplum quod superius retulimus. δίδομεν οἱ. atque ita apertè profert, explicatque simul, vt non egeat locus hic mea interpretatione, adscribam igitur ipsius verba, καὶ τὸ ποδὶ τὸ σύμπτωμα τῷ Ἀχιλλέως, οὔ μοι οὐκ αὐτὸς ὁ Ζεὺς εἶπεν διόλλυμεν δὲ οἱ δύσχος ἀρέσθαι. ἀλλὰ τῷ συνθέσει συνέλλιπτο διόλλυσθαι.

» Τὰ δὲ διαιρέσει, οἷον ἐμπεδοκλῆς. αἶψα δὲ θνητὰ ἔφυν τὰ πρὶν μάθον ἀθανάτα
» ζωά τε πρὶν κέκριτο.

» Per diuisionem quoque: quemadmodum apud Empedoclem: Na
» ta sed hæc subito mortali corpore vidi. Ante immortali quàm ani-
» mantia seligerentur.

Docet alium modum soluendi cauillationes obtrectatorum, quæ sunt, circa interpunctiones dictionum; sæpè enim oratio aliqua hoc, vel illo modo interpuncta, ac disiuncta; diuersam præfefert sententiam, contrariam ei, quam sequi oportet. Tradit quidem

teſt,quantum inter illa diſcrimen ſit

» Δεῖ δὲ καὶ ὅταν ὄνομά τι ὑπ' ἐναντιώματι δοκεῖ σημαίνειν, ἐπισκοπεῖν, πόσαχῶς αὐ
» σημαίνεται. ἔστιν οὖν τῷ εἰρημένῳ, οἷον, τῇ ῥ' ἔσχετο χάλκεον ἔγχος τῷ τοιούτῃ κωλυθῆναι. ἔστι δὲ
» πόσαχῶς ἐνδέχεται, ὡδὶ πως. μάλιστ' ἂν τις ἐπολάβοι κατὰ τὸν κατ' ἀντικρύ.

» Quando autem in nomine contrarietas ineſſe ſignificationis vide-
» tur,conſiderandum ſanè,quotuplex eſt eius,circa id de quo agitur,ſi-
» gnificatio:quemadmodum:Huic ſpicula ferrea cum prohibebat. Et-
» enim eo in loco ἔσχετο, quod alioqui inhærebat ſignificat,pro prohibe
» bat accipitur. Quotuplex verò illud expenditur hoc fermè pacto:ma
» xime verò,ſiquis contraria,è regione diſpoſita ſuſcipiat.

Alium locum oſtendit Ariſtoteles, vnde ſolutio cauilationum,quæ afferuntur aduerſus poëtas, duci poteſt;& eſt locus is,quem declarat in libro τῶν ἐλέγχων, & vocat
» παρὰ τὸν ὁμωνυμίαν: apponam autem illius verba, vt res facilius intelligatur εἰσὶ δὲ τρόποι
» τρεῖς τοῦ παρὰ τὸν ὁμωνυμίαν, μὴ τὸν ἀμφιβολίαν, εἷς μὲν ὅταν ἢ ὁ λόγος ἢ τοῦνομα κυρίως σημαίνῃ πλείω,
» οἷον ἀετὸς, ἢ κύων, εἷς δὲ ὅταν εἰωθότως ὧμεν ἀπτώμεθα λέγειν. τρίτος δὲ ὅταν τὸ συντεθὲν πλείω σημαίνῃ κεχω-
» ρισμένα ἢ ἁπλῶς. Hanc ὁμωνυμίαν volens Ariſtoteles declarare in hoc libro Poët.ait:Cum nomen videtur aliquid contrarium ſignificare,nam ὁμώνυμα in primis hanc repugnantiam inducunt in orationem.oportet igitur diligẽter dictionum ſignificationẽ multiplicem perpendere,intueriq́e, quæ ad rem,de qua ſermo habetur, accommodatior ſit;Verum qui ineptis delectantur cauillationibus,ſæpe eam,quæ minus accommodata eſt ad rem,ſumentes;poëtas reprehendere conantur;Ideò ait in contextu Ariſtoteles δεῖ ἐπισκοπεῖν πόσαχῶς ἂν σημαίνειεν. Nec diſsimili ratione in Topicis lib. 1. inſtruens
» ſuum dialecticum,vt poſsit ſoluere ſophiſtarum cauillationes, ait:πρῶτον μὲν πάντων πε-
» ρὶ ταυτοῦ διοριστέον πόσαχῶς λέγεται,διόξει δ' ἂν τὸ ταυτὸν,ὡσ τύπῳ λαβεῖν ἐνδέχ ἢ διαιρεῖσθαι; & quę ſequuntur.Exemplum,quòd affert Ariſtoteles ex verſu Homeri ſumptum eſt.
» τῇ ῥ' ἔσχετο χάλκεον ἔγχος. In quo ἔσχετο ſignificat PROHIBVIT, ſeu REIECIT, ſic enim declarat ipſe τῷ κωλυθῆναι ταύτῃ. Idem Ariſtoteles in libro τῶν ἐλέγχων, vbi loquitur περὶ ὁμωνυμίας; ait nonnullas dictiones ſeparatim ſumptas aliud ſignificare;aliud verò poſitas in cõtextu orationis; quod tamen facilè perſpicitur ex affinitate
» aliarum dictionũ,quibus cũ coniunctæ proferuntur;his verbis ὅταν τὸ σώτεθεν πλείω ση-
» μαίνῃ κεχωρισμένα δὲ ἁπλῶς, exemplum autem profert huiuſinodi. οἷον τὸ ἐπίσασθαι τὰ γράμ-
» ματα. ἑκάτερον μὲν γὰρ εἰ ἔτυχεν, οὗ ἂν σημαίνῃ. τὸ ἐπίσασθαι. καὶ τὰ γράμματα, ἄμφω δὲ πλείω ἢ τὸ τὰ
» γράμματα αὐτὰ ἐπιστήμων ἐχόν,ἢ τῶν γραμμάτων ἄλλων. Hoc exemplum, ſi conſideres, valde ſimile eſt ei quod affert in libro hoc Poët. Dat verò præceptum Ariſtoteles,quomodo poſsimus internoſcere contrarias dictionum ſignificationes,ac reiicere eas, quæ ad rem non ſunt accommodatæ. Oportet (inquit) ex ipſa repugnantia diiudicare, quæ ſignificatio aptior ſit;ſi enim videas abſurdum ex vna ſignificatione ſenſum exiſtere;ad alteram confugiendum eſt,hoc Ariſtoteles declarauit per ea verba, ἐὰν ἴσο ὑπολάβοι κατὰ τὸν κατ' ἀντικρύ, ſcilicet, κατὰ τὸν σημασίαν. quæ eſt κατ' ἀντικρύ.vt ſi proferas illum Horatii verſum.

» Locus eſt & pluribus vmbris;nam vmbræ vocantur conuiuiorum, alienarumq́e menſarum aſſeclæ ſpontanei,qui à Græcis ἄκλητοι.vt libro primo docet Athenæus, & σκιαὶ, ſicuti à Latinis, & ſanè Landinus Horatii interpres turpiter lapſus eſt in hoc loco declarando propter ambiguitatem vocis:ait enim Horatium loqui,de ſede, ſeu cœnaculo vmbroſo;quod falſiſsimũ eſt. At debebat ſaltem Landinus hac Ariſtotelis normâ,ſi eam norat,vti in perpendenda dictione ambigua, nam vt paulò poſt in conſequenti contextu declarat Ariſtoteles;ſæpè conſequentia verba tollunt ambiguitatẽ præcedentium.

» Ἢ ὡς γλαύκων λέγει ὅτι σὺν ἀλόγως προϋπολαμβάνουσι, καὶ αὐτοὶ καταψηφιζό-

© SCD - Université de Poitiers

ρὰ τὸ χῆμα τ' λέξεως, ὅζαν τὸ μὴ ζαυτὸν ὡσαύτως ἐμιωδύηζαι. quamuis enim diuersum est ab hoc, non est tamen prorsus alienum; eademque norma videtur excogitatum. exemplũ quod affert Aristoteles hoc loco est huiusmodi: κεκραμένον satis notum est nihil aliud significare, quàm mistum; sed quia κρᾶσις vini fiebat apud veteres, (de qua Athenæus libro primo multa narrat & nos libro primo nostrarum Annotationũ copiosè declaraiimus) vsus obtinuit, vt vinum, quod proprio nomine vocatur οἶνος, dicatur à poëtis κεκραμένον. qui plura cognoscere volet; legat Athenæum libro primo. Nec dissimili ratione καοσίτερον, quæ vox propriè stannum significat; pro ferro accipimus. vt sæpè patet apud Homerum. lib. XII. enim Iliados ait.

» λάβρακα δὲ χρυσοῖο καὶ εἴκοσι καοσιτέροιο.

Quamuis hoc loco ambiguum videri possit. Idem igitur apertius ait lib. XVIII. Iliados. vbi de Vulcano loquitur, qui arma Achilli fuerat fabricatus.

» τοὔξε δὲ οἱ κνημίδας ἑαυτοῦ καοσιτέροιο

Eodem modo χαλκέας videmus appellari etiam eos fabros qui ferrum cudunt; cum tamen dictio ab ære deducta ærarios tantum, seu fusores æris significet. Latini quoque ARGENTARIOS ab argento primum vocatos, eos omnes appellant, qui etiam aurea numismata, & ærea permutant, tractantque. éadem ratio est in hac dictione ἀργυτόμος apud Græcos, quæ & si deducitur à quercu; ad omnes tamen syluarum cæsores refertur. ARVNDO præterea à Latinis sagitta vocata, quamuis ex arundine non sit confecta, quia primum ex ea confici cæpit. PALMA quoque, & ADOREA ex hoc genere sunt. aliaque multa, quæ ego breuitatis causa prætermitto. Aliud exemplum affert Aristoteles in contextu, quod est huiusmodi: οἰνοχοεύειν verbum est, sicuti patet, deductum à vino; & tamen videas à poëtis Ganymedem, qui Ioui fundit nectar, (neque enim potores vini sunt Dii) appellare οἰνοχόον. versus est Homeri lib. XIX. Iliados, in quo perspicias hoc esse verissimum.

» καὶ ἀνέθεσαν γανυμήδης
» ὃς ἔξοχα κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων
» τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ ἕνα οἰνοχοεύειν.

Et rursus adhuc apertius lib. IIII. Iliados, vbi de Hebe, quæ etiam ipsa pocula Diis ministrabat, ait.

» μετὰ δὲ σφισι πότνια ἥβη
» κύκλωσε φέρουσ' ἐφυοχόει, τοὶ δὲ χρυσείοις δεπάεσσι
» ἀλλήλους προσέειπον.

Athenæus libro. X. ex Alcæo hunc citat versum.

» οἰ δὲ κίρνω μελιαδέος ὅτι τάχιστα κρατῆρα

Idem lib. II. ait veteres corneis poculis vti solitos; idque comprobat hac ratione. quod verba hæc κιρνᾶν. κεραννῦσθαι, κρατῆρ. κρᾶσις. ad vinum referantur, cum ἀπὸ τοῦ κεράτων, hoc
» est, à cornibus, ex quibus olim veteres pocula conficiebant, sint deducta. ὧν πρώτων (in
» quit) λέγεται τοῖς κέρασι τοῖς βοῶν πίνειν, οὗλον δ' ἐκ τοῦ καὶ μέχρι νῦν λέγεσθαι, ὅζαν συμμίσγωσι τῷ οἴνῳ τὸ ὕδωρ κεράζειν φάσκοντες. & quæ sequuntur. nam de his copiosè locuti fuimus libro Annotationum nostrarũ. II. cap. IIII. Eadem igitur ratio in his esse videtur, quæ in dictione, de qua loquitur hoc loco Aristoteles οἰνοχοεύειν. Sic Latini quoque AVSPICARI primum ab auspiciis, quæ antequàm aliquid agerent captabãt, dixerunt; mox, pro exordiri, & incipere ad omnia cæpit referri. Rursus, ADOLERE. quod ab Ador deductum, postea ad concremationem thuris, & viscerum accommodatum. Hæc igitur huiusmodi sunt, in quibus siquis poëtas reprehendere conetur, satis patet, qua ratione possit refelli. Adnotanda verò in contextu illa verba. εἴη δ' ἂν ἃ τοῦτο γε καλῶς μεταφορὰν. hæc addit Aristoteles, nequis fortasse decipiatur, putans illa omnia, quæ exposuimus, dicta esse per metaphoram; nam aliud quiddam est metaphora, & differt ab hac consuetudine loquendi. nec sanè vllus satis doctus dicat PALMAM pro victoria translatè poni. Illa translatio est apud Verg. lib. VII. Aeneid. verè appellanda.

» Et frontem obscenam rugis arat.

Plura de hac re dicerem, sed satis sit apposuisse exempla, ex quibus satis cognosci potest,

© SCD - Université de Poitiers

bro quarto euntem facit Telemachum Lacedæmona ad Menelaum Regem, vt percũctaretur de Vlysse patre.

» οἵσι ἴξον κοίλῳ λακεδαίμονα κυδαλίμοιο
» πρὸς δ' ἄρα δώματ' ἔχ' ων μενελάου κυδαλίμοιο.

Cum hæc ita se habeant, asserebant reprehensores Homeri, Icarium Lacedæmonium fuisse; & ideò absurdum sibi videri, quòd Homerus euntem fecerit illum Lacedæmona, neque hospitantem apud Icariũ matris suæ patrem, aut cum eo colloquentẽ, quæ quidem quàm friuola, ac inanis sit reprehensio, aut cauillatio potius, satis omnes perspiciunt; nam quid vetat, quo minus verum sit, id quod Cephalęnii vulgò prædicabant; Icarium apud se natum suumque fuisse ciuem, non autem Lacedęmoniũ, atque Vlyssem è sua insula vxorem Penelopen ab Icario patre traditam, abduxisse Ithacam Icadiumque vocatum non Icarium ab Homero; Hanc igitur secutus est famam, atq. opinionem, quæ adhuc vigebat, Homerus; nihilque, sicuti satis patet, absurdum fuerit in eius narratione. Huiusmodi cauillationes nullo satis firmo nituntur fundamento; ideò tolli facilè possunt, ac refelli; quia sunt in inani quadam, & varia opinione diuersorum hominum inter se dissentientium posita. Sicuti etiam de Homeri natalibus septem olim inter se ciuitates illum sibi ciuem vendicare cupientes concertarunt, quòd si quis asserat esse Chium; facilè possit refelli ab altero, qui asserat esse Argiuum.

» Διαμαρτημα δὲ τ' πρόβλημα εἰκός ἐστιν.

» Hoc autem in genere peccatum est, verisimilis dubitatio.

Hoc ad superiora spectat, nam reprehẽsores illos cauillosos irridet Aristoteles ingeniosè admodum, ait enim, Erratum, quod illi demonstrare conantur in Homeri versibus; non est quidem ex eo genere, vt erratum sit verè appellandũ, nam errata ea sunt, quæ aut veritati, aut opinioni sapientum, & plurimorũ hominum aduersantur; Illud verò, in quo lapsum Homerum aiunt cauillatores, est potius problema quoddam verisimile, seu probabile; nam ex æquo aut hoc, aut illud incertum est, & vtrumque potest asseri. Problemata, seu quæstiones, de rebus admodum certis, & veris non proponuntur, quia dubitationem ea, quæ vera sunt, & certa, non recipiunt, rursus de rebus apertè falsis, nullus ambigit, qui sana sit mente. probabilia igitur tantum cadunt in quæstionem.

» Ὅλως δὲ τ' ἀδύατον μὲν ἢ πρὸς τὴν ποίησιν, ἢ πρὸς τ' βέλτιον, ἢ πρὸς τὴν δόξαν δεῖ
» ἀπάγειν. πρός τε γὰρ τὴν ποίησιν αἱρετὸν τὸ πιθανὸν ἀδύατον, ἢ ἀπίθανον καὶ δυνα-
» τόν. τοιούτους δ' εἶν, οἵους Ζεῦξις ἔγραφεν· ἀλλὰ καὶ πρὸς τ' βέλτιον. τὸ γὰρ παράδει-
» γμα δεῖ ὑπερέχειν.

» In summa, quod fieri nequit, vel ad ipsam Poësim, vel ad meliorem
» eius modum, siue etiam ad famam referendum est. quantum verò ad
» Poësin attinet, credibile potius, licet fieri non queat, eligendum est,
» quàm incredibile, licet queat. huiusmodi autem sint, cuiusmodi pinxit Xeuxis: potiusque in melius declinent. exemplar enim ipsum superare oportet.

Summatim colligit Aristoteles tres modos, quibus vti debemus in refellendis obtrectatorum cauillationibus. totidem enim etiam cauillationes in rebus ipsis, quæ ad poëticen spectant, esse videntur vt prius diximus. Siquis igitur obiiciat aliquid, tanquàm impossibile, id triplex vt, sit omnino est necesse. Aut enim impossibile aliquid est, quòd prętęr naturã sit, vt naues in Nymphas verti, mulieres in viros, homines in arbores; Cyclopes esse Gigantes, Chimeram. Cerberus. Aut quod suprà naturam, & vires hominum, & aliarũ animantum. Vt Achilles, vt Cyrus, vt Nestor, aliiq. Heróes,

© SCD - Université de Poitiers

» μὲν οὖν συλλογίζονται, καὶ ὡς εἰρηκότες, ὅτι δοκεῖ, ἐπιζημιῶσιν, αὖ ὑπεναντίον ἢ τῇ αὐτῶν οἰήσει
» ἔλεγχον δὲ τοῦ πόθεν τὰ τοιαῦτ' ἰκάριον. οἴονται γὰρ αὐτὸν λάκωνα εἶναι· ἄτοπον δὲ τὸ μὴ συντυ-
» χεῖν τὸν Τηλέμαχον αὐτὸν εἰς λακεδαίμονα ἐλθόντα. τὸ δ' ἴσως ἔχει, ὥσπερ οἱ κεφαλλῆνές
» φασι, παρ' αὐτῶν γὰρ γῆμαι λέγουσι τὸν ὀδυσέα, μὴ εἶναι ἰκάδιον, ἀλλ' οὐκ ἰκάριον.

» Siue, vt inquit Glauco. Quoniam ſine ratione aliqua, præſumunt
» ipſi quidem veluti iam pronunciaturi ratiocinantur: quaſiſque pro
» arbitrio locuti, tametſi eorum opinioni contrarium inſit, redarguunt.
» quo in genere ſunt illa, quæ de Icario perhibentur. Siquidem Laconē
» hunc extitiſſe exiſtimant: ideoque ſequi abſurdum euntem quidem
» Lacedæmona Telemachum in eum minime incidiſſe: cùm tamen id
» fortaſſe ſe habeat, quemadmodum Cephalenſes dicunt, qui quidem
» duxiſſe apud ſe vxorē Vlyſſem dictitant; Icadiumque eſſe, non Icariū.

Aliam tradit Ariſtoteles præceptionem, & normam diiudicandi eas voces, quæ ambiguæ videntur apud poëtas, nam iis ſæpè vtuntur poëtæ non decipiendi cauſa ſicuti Sophiſtæ; quod tradit Ariſtoteles tum in libro τῶν ἐλέγχων, tùm libro tertio Rhetoric. vbi monet, oratoribus ambiguas voces eſſe fugiendas. Normam, quam explicat in præſentia, ſumit à Glaucone Teio, qui librum de Hiſtrionum & oratorum pronuncia tione, ac geſtu ſcripſit, quod his verbis, declarat Ariſtoteles libro tertio Rhetoric. ὅπερ
» ἕτεροι ἔνιοι ἐπραγματεύθησαν ὑπὸ γλαύκων ὁ τήϊος. δῆλον δ' αὐτὸ μὲν οὐ τῇ φωνῇ, πῶς αὐτῇ δεῖ χρῆσθαι πρὸς
» ἕκαστον πάθος. Is igitur monebat quoſdam, ne temerè Homerum aut alios poëtas reprehenderent, ſed ſingula prius diligenter perpenderent; turpe enim eſſe repugnantia ſibi, ac parum certa loqui, quòd infirmis nituntur fundamentis, quæ facilè euerti poſſunt, ac tolli; omnes enim qui ſumunt parum firma principia ſuarum argumentationum, facilè refelluntur ab aduerſariis, nā hoc eſt, quod ait in contextu. ἀλόγως προϋπολαμβάνειν. Ipſi igitur met reprehenſores falsò ratiocinantur, neque proferunt vera, ac certa, ſed quæ in labili quadam, & fluxa hominum opinione poſita ſunt, nil igitur mirum, ſi in ipſos rurſus retorquentur eædem rationes; omnes manuſcripti libri habent καταψηφισάμενοι. ſed ſi coniecturæ aliquando locus eſt, putarim eſſe legendum, leui quadam mutatione facta, καταψευσάμενοι. Rurſus ex meo manuſcripto emendanda illa dictio ἄν. nam legendū eſt κ' ἐν. ſenſus enim eſt. Obtrectatores hi reprehendunt veteres poëtas, etiam ſi in ipſorum opinione fuerit aliquid contrarium, ac repugnans. οἴησιν appellauit opinionem parum firmam; nullaque ratione certa munitam, huiuſmodi opinionū genere Democritus philoſophus dicere ſolitus erat omnia eſſe perturbata. Præceptio igitur, ſeu norma cauillationes diiudicandi, quam elicit Ariſtoteles, ex Glauconis ſermone, eſt; vt perpendamus, firmo ne nitantur fundamento illorū ratiocinationes, an potius ex falſis, atque iis, quæ in opinione incerta poſita ſunt, deducantur; Hoc quale ſit facile cognoſci poteſt ex falſa illorum cauillatione, quam affe rebant contrà Homerum, vbi de Icario Penelopes patre mentio fit. ſed prius explico rem totam, demonſtroque Homeri loca, mox docebo, qualis ipſorum fuerit reprehē ſio, & quomodo refelli poſsit; verſus hi ſunt apud Homerum libro ſecundo Iliados.

» ἀγχίνοε ἄπποθ δεῖ δόμον ἀίκουδε ἀπῶσαι,
» ἢ μ' ἔτεχ' ἢ μ' ἔφεπε, πατὴρ δ' ἐμὸς ἄλλοθι γαίης
» ζώει, ὅγ' ἢ τέθνηκε, κακὸν δέ με πολλὸν ἀποτείνῃ
» ἰκαρίῳ, αἰκὴ αὐτὸς ἐγὼν ἀχὴ μητέρα πέμψω,
» ἐκ γὰρ τοῦ πατρὸς κακὰ πείσομαι.

Rurſus eodem libro ſecundo.

» οἱ πατρὸς μὲν ἔσ οἶκον ἀπερρίγασι νέεσθαι
» ἰκαρίου ὡς κ' αὐτὸς ἐεισαώσατο θυγατρὸς,
» οἷόν δ' ὦκ' ἔθελοι.

in his verſibus Icarium Penelopes patrem fuiſſe ſignificat. Idem Homerus Odyſſ. libro

© SCD - Université de Poitiers

» Cæterùm ita dicta contraria ſic exploranda,quemadmodum in ſer
» monibus elenchi, ſi idem & ad idem & eodem modo:ſicuti dicẽtem
» ipſum:aut ad ea quæ ipſe dicit,aut quæ prudens aliquis ſupponeret.

Contraria verò,ac repugnantia,quę ſuperius dicta fuerunt.non ſecus ſunt in verſibus poëtarum conſideranda,ac ſolent in oratione ab oratoribus, & dialecticis; ſicuti enim illi habent locos, vnde promunt refutationes contrariarum rationum;ita quoque poëtæ, ex quibus normam capiunt diiudicandi an aliqua inter ſe diſcrepent,contraria'ue ſint.Sunt autẽ ferè hi. AN IDEM, AN AD IDEM, AN EODEM MODO, de quibus qui volet,plura leget apud Ariſtotelem libro Rhetoric.11.ſub finem ferè; vbi Enthymematum locos,ſolutionesque demonſtrat. & lib.1.Topicorum, vbi περὶ ταυτὸ,καὶ τὸ ὁμοίου copioſè diſſerit;docetque,quomodo ſint diiudicanda.Eodem igitur modo poëta conſiderare debet, à quo quidvis dicatur; & quid dicatur; qualeque ſit; & vtrum, ſententia, aut iudicio prudentis alicuius nitatur.nam ſicuti docet Ariſtoteles libro primo Topicorum.non ſemper dialecticus probabilia ſequitur, quæ in communi hominum opinione poſita ſunt;ſed etiam ea,quæ ſapientum ſententia comprobãtur,aut plurimorum, aut paucorum,aut vnius.quàmuis hoc poſtremum rarò.nam magis ad poëtam,quàm aut ad oratorem, aut ad dialecticum ſpectat.vt cum Homerus ait,Oceanum omnium rerum eſſe parentem;ſequitur Thaletis ſentẽtiam qui omnia ex aqua generari aſſerebat.Plura,qui volet,legere poterit de huiuſmodi veterum opinionibus apud Plutarchum;is enim copioſè oſtẽdit,ſingulas diuerſis in locis Homerum fuiſſe ſecutum antiquorum opinione.id quod etiã nos à Vergilio factũ oſtendemus in libello,quem mox edere cogitamus Problematum poëticorum.

» Ὀρθῶς δὲ ἐπιτίμησις,καὶ ἀλογία, καὶ μοχθηρία. ὅταν μὴ ἀναγκαίως οὔσης μηδὲν χρήσηται
» τῷ ἀλόγῳ,ὥσπερ Εὐριπίδης τῇ αἰγέως τοῦ πονηρίᾳ. ὥσπερ ἐν Ὀρέστῃ τὸ μενελάου.

» Rectè enim id increpatur,quod ſiue rationis eſt expers,ſiue probi-
» tatis: cum videlicet nulla neceſsitate cogente,præter rationem aliquo
» quis vtatur:ſicut Euripides Aegeeti nequitia,& in Oreſte Menelai.

Poſtquàm Ariſtoteles omnia genera cauillationũ ſingillatim explicauit, quibus obtrectatores vtuntur in reprehendendis poëtarum ſcriptis, quàmque inanes ſint oſtendit;atque docuit, qua ratione refelli poſsint;declarat ipſe, quod genus reprehẽſionis, minimè ſit cauilloſum; ſed rectum, ac firmum.quo iure poëtæ reprehendi debent ab omnibus.Duplex autem eſt recta,iuſtaque reprehenſio. Altera quidem, quæ ab ipſo vocatur ἀλογία. quotieſcunque poëtæ narrant aliquid, quod caret ratione neque conſentaneum ſibi videtur; id enim maximum eſt erratum; & quàmuis paulò ante dictũ eſt,quo modo illud tueri poſsit aliquis; magis tamẽ ingeniosè, quàm verè plerunque fit.neque facilè approbari poſsunt rationes allatæ ad purgandum poëtam in eo erratorum genere;Cauendum igitur,etiam atque etiam poëtæ,ne qua in parte ſui poëmatis perſpiciatur ineſſe ἀλογία hæc de qua loquimur in præſentia,& ſuperius multò copioſius locuti fuimus.cum præſertim nulla neceſsitas cogat, vti τῷ ἀλόγῳ quaſi innuat Ariſtoteles Homerum eſſe excuſandum, quia aliter deducere ad exitum aptè non poterat ſuam narrationem.Altera autẽ reprehenſio,quæ iure fit,eſt quæ ab Ariſt.vocatur μοχθηρία. quotieſcunque poëtam videmus in ſuo poëmate improbos alicuius exprimere mores,præſertim nulla vrgente neceſsitate.Vtriusque errati affert exemplum, in quo iure reprehendi poteſt Euripides, nam τῷ ἀλόγῳ vſus eſt in tragœdia quadam, in qua Aegeten loquentem facit;Multum, diuque me torſit,et torquet adhuc locus hic, nam vbique corruptus legitur etiam in manuſcriptis;qui habent αἰγινῆ τη. Georgius Valla, & Paccius verterunt, Aegeten,aliam lectionem ſecuti. Quòd ſi coniecturæ locus eſt,dùm probatior ex meliore libro profertur lectio;putarim eſſe le
» gendum. ὅταν μὴ ἀναγκαίως ἀτοπα μηδὲν, χρήσηται τῷ ἀλόγῳ. ὥσπερ Εὐριπίδης ἐν τῷ αἰγεῖ. τῇ πονηρίᾳ
» ὥσπερ ἐν τῷ ὀρέστῃ τὸ μενελάου.quæ Latinè profero,nam aliter videntur eſſe diſtinguenda;

© SCD - Université de Poitiers

qui multò præstantiores effinguntur à poëtis,quàm credibile sit fuisse;vel esse potuerint.Aut quòd de Diis multa narrantur,quæ prorsus fieri nequeunt.Cũ triplex hoc sit genus impossibilium, quæ poëtis obiici possunt à cauillatoribus. Triplex quoque modus refellendi demonstratur. Primus est πρὸς ποίησιν. vt dicas, cum Poësis Fabulas ingeniosè confictas acceperit olim à Philosophis, qui obscurum illud philosophandi genus sequi maluerunt,de quo superius locuti fuimus,eas esse semel receptas neque posse iure reprehendi.Quòd si quæ præter illa confingantur præter verisimile; id fortasse licere poëtis;quamuis de hac re quid sentiẽdum sit, superius copiosè exposuimus.Sacra igitur veluti quædam anchora hæc esse debet,ad quam confugiendum est,cum alio genere defensionis caremus. Secundus modus refellendi est, πρὸς τὸ βέλτιον; vt dicas,poëtas in exprimendis hominum moribus semper præstantissimũ quoddam exemplar respicere;neque quales fuerint,sed quales esse debuerint, considerare. Tertius modus est refellẽdi. πρὸς τὴν δόξαν.vt dicas,de Diis ita homines vulgò sentire, ac loqui,neque licere aliter narrare,quamuis satius,honestiusque fuerit. His ita declaratis;tradit Aristoteles pulcherrimam,maximeque vtilem præceptionem quæ continetur his verbis. πρός τε γὰρ τὴν ποίησιν αἱρετώτερον πιθανὸν ἀδύνατον, ἢ ἀπίθανον καὶ δυνατόν. In poësi(inquit)satius est eligere,sequiq́ue credibile impossibile,quàm non credibile possibile.Credibile impossibile est Hectorem,seu Achillem adeò fortes fuisse, nõ credibile possibile est Dædalum alatum fuisse aut Pegasum. Verùm de his superius copiosè locuti fuimus;non sunt igitur repetenda. In pingendo (nam hoc affert exemplum Aristoteles) Zeuxis eandem sequebatur rationẽ;pulchriora enim omnia exprimere conabatur;semperq́ue tendebat πρὸς τὸ βέλτιον. quod satis declarat etiam Cicer. in proœmio libri secundi de Inuentione , nec mirum verò toties ab Aristotele sumi similitudinem à pictoribus,& pictura;dum de poësi,et poëtis loquitur,magnam enim inter se affinitatem habent;Hinc Plutarchus descriptiones Homericas ait esse veluti quædam exemplaria pictoribus , vnde desumant sibi rationem rectè pingendi. εἰ γὰρ καὶ ζωγραφίαν ἀνδριάντων ἄμεινον φαίη τις ἂν ἀμαρτάνοι, καὶ γὰρ εἰκάζει τῇ ὄψει, ὃ δὲ ἔστιν ἡ ποιητικὴ ζωγραφία λαλοῦσα, ἡ δὲ ζωγραφία ποιητικὴ σιωπῶσα. Declarat autem Aristoteles,qua ratione in pingendo vti debeant pictores,& poëtæ in scribendo,ait. τὸ γὰρ παράδειγμα δεῖ ὑπερέχειν. hoc est , oportet exemplar , quod tibi imitandum proposueris , longè excedere; pulchrioremque multò descriptionem,seu in pictura,seu in poësi effingere.

» Πρὸς ἃ φασι τ' ἄλογα. οὕτω τε καὶ ὅτι ποτὲ οὐκ ἄλογόν ἐστιν, εἰκὸς γὰρ καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς
» γίνεσθαι.

» Et ad illa,quæ præter rationem dicunt esse,sic respondendum,tum
» quòd aliquando sine ratione nõ sunt.verisimile enim fieri aliqua præ-
» ter id,quod verisimile est.

Nunc modum docet , quo refellere possimus obtrectatores obiicientes τὸ ἄλογον. Si quis igitur dicat;aliquid esse minus consentaneum rationi; duplici modo eius reprehensionem refutare poterimus, aut eâdem ratione vtentes , quam paulò ante exposuimus;poësin scilicet multa eiusmodi recipere,nec debere reprehendi,aut prorsus inficiantes illud,quod ipsi asserunt,esse absurdum,neque rationi consentaneum,credibile enim est aliquid etiam præter verisimile fieri aliquando,vt si insitas prius allatis exemplis. Homerus quatenus narrat à Phæacibus in littus fuisse expositum dum alto somno esset oppressus; ita defendi poterit;vt dicas,verisimile esse id tum contigisse Vlyss.quod ferè nunquam antè contigit aliis,vel quatenus Sophocles ait Oedipodem ignorasse cædem Laii à se patratam;verisimile enim fuerit;id ei semel accidisse, quod ferè vix vlli acciderit vnquam,aut accidere possit,vt ignoret rem à se factam.

» Τὰ δ' ὑπεναντία, ὡς εἰρημένα, οὕτω σκοπεῖν, ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς λόγοις ἔλεγχοι· εἰ τὸ αὐτὸ
» καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ, καὶ ὡσαύτως, ὥστε μὴ αὐτὸν ἢ πρὸς ἃ αὐτὸς λέγει, ἢ ὃ ἂν φρονίμως ὑπο-
» θῆται.

Cæterum

» tele vocatum.Secundus eſt;cum poëta diſtortam adducit,ac prauam repreſentationẽ
» ſeu imitationem,ſicuti pictor,in imagine aliqua pingenda, in qua pingit membrum,
» quod non competit ei;aut nõ ponit in loco competenti, atque apto;vt ſiquis in qua-
» drupede ponat pedes poſteriores antè,& priores pòſt. Hæ ſunt,quæ ab Ariſtotele vo
» cantur κατὰ τὸ ὀρθότητα. Tertius error eſt;cum per irrationabilia, ac parum conſenta-
» nea fit imitatio, ac narratio. Veritas nanque in hac perpuſilla eſt; mendacium autem
» magnum. Vel cum rationalia per irrationalia explicantur. ſed hoc tolerabile fit pro-
» pter conſuetudinem, vt conſueuerunt Arabes aſsimilare mulieres campis; & vaccis
» ſylueſtribus;& puellas hinnulis ceruorum. Hæc ille.in quibus,videor mihi perſpice-
re Auerroem,loqui de metaphora; vt non ordinatim perſequatur,quinque hos mo-
dos erratorum Poëticorum, de quibus Ariſtoteles in cõtextu;ſed confusè de omni-
bus loquatur;Quare facile adducor,vt credam Auerrois Paraphraſin hoc loco,ſicuti
in aliis multis;eſſe mutilam,ac confuſam,vel ipſius culpa,vel interpretis vitio accide-
rit;Ideò non eſt magnoperè laborandum in conferendis his,quæ ab eo dicta ſunt,ſin-
gillatim cum iis, quæ ab Ariſtotele explicantur. Recitabimus tamen etiam alia gene-
ra erratorum,quæ Auerroes perſequitur;nã docte de iis videtur locutus,etiamſi non
» ſequatur exactè ordinem,quem conſtituit Ariſtoteles. Ait igitur. Quartus error eſt.
» cum res ita repreſentatur,vt ſimilis ſit ſimili ſui contrarii,aut ipſimet contrario.Vide
tur Auerroes in his verbis,quoquomodo ſignificaſſe τὰ ἐναντία, quę appellat Ariſto-
» teles.Quintus error eſt cum adducuntur in medium duo nomina æqualiter duas di-
» uerſas res ſignificantia.Niſi fallor innuit Auerroes τὰ κατὰ τὸ ὁμωνυμίαν.ex quo iã aper-
tiſsime cognoſci poteſt,quàm hæc confusè explicentur ab eo.Sextum genus quoque
erratorum apponit Auerroes; ſed adeò obſcurè verba eo loco,ac corruptè legũtur in
tralatione interpretis,vt nullus poſsit ſatis certus elici ſenſus;ideò prætermiſi. Libuit
vero ſuperiora apponere,quia non omnino inutile exiſtimaui, ſi quod ab initio mihi
propoſui,excerperem ex eius Paraphraſi,quę intelligi poſſe videbãtur.Sed,quod po-
ſtea hęc ſcribẽs animaduerti,Auerroes inſeruire cupiens ſuis Arabibus potius,quàm
exactè Ariſtotelem interpretari, omiſit ea,quæ in illorum poëmatibus non reperire
bantur.id quod ipſemet ait, in Paraphraſi; Sunt igitur;vt ad Ariſtotelis epilogum re-
deamus. in poëtice Reprehenſionum modi ſeu loci ſex. Solutionum autẽ duodecim,
ſicuti ſingillatim explicauimus antè.

» Πότερον δὲ βελτίων ἡ ἐποποιητικὴ μίμησις, ἢ ἡ τραγῳδική, διαπορήσειεν ἄν τις. εἰ γὰρ ἥ
» ἧττον φορτικὴ, βελτίων, τοιαύτη δὲ πρὸς βελτίους, θεατάς ἐστι, δῆλον ὅτι ἡ ἁπάντων μιμου-
» μένη φορτική. ὡς γὰρ οὐκ αἰσθανομένων ἂν μὴ αὐτὸς προσθῇ, σαλλεῖ κίνησιν κινοῦνται. οἷον,
» οἱ φαῦλοι αὐληταὶ κυλιόμενοι, ἂν δίσκον δέῃ μιμεῖσθαι, ἢ ἕλκοντες τὸν κορυφαῖον, ἂν σκύλ
» λαν αὐλῶσιν.

» Vtrũ verò melior Epopœica imitatio ſit, an Tragica; dubitare ali-
» quis poterit.Etenim ſi illa melior,quæ minus inuidioſa,huiuſmodi ſa
» nè eſt,quæ ad meliores ſit ſpectatores.Manifeſtum quide m,quod illa
» quæ cuncta imitari vult,magis inuidioſa eſt:vt quæ parum ſentientes,
» niſi multo motu moueãtur,excitare debeat. Id quod inepti tibicines
» efficere ſolent: qui, cum diſcum imitari oporteat, ſeipſos in gyrum
» agunt:Scyllamque dum modulantur,chori principem trahunt.

Poſtquam Ariſtoteles de reprehenſionibus, ac cauillationibus, quæ aduerſus poë-
tas excogitari ſolent,locutus eſt;& earum ſolutionibus;aggreditur aliam diſputatio-
nem,in qua diſſerit in vtranque partem allatis rationibus. VTRA POESIS præſtan-
tior ſit,tragica'ne, an epica:& hæc laudabiliorem imitationem contineat,an illa.Vide
tur enim quæſtio hæc multum apud veteres agitata; tùm quia in frequenti vſu vtraq.
erat poëſis;tùm quia Plato & hanc, & illã in libris de Legibus exagitarat; quaſi inuti-

© SCD - Université de Poitiers

quàm in vulgatis libris diſtinguuntur. Quando iis (ἀλογίαν, & μοχθηρίαν intelligo) poëta vſus fuerit, nulla vrgente neceſsitate. Abſurda quidem narratione, ſeu (vt ipſe ait) τῷ ἀλόγῳ; ſicuti Euripides in Aegeo. Narratione autem improbitatem præſeferente; vt in Oreſte, Menelai perſonam cum imitatur. His ita interpunctis, declaro quaſi adductus coniectura puto legendum eſſe τῷ Αἰγεῖ. Euripides in Medea redeuntem ab Oraculo facit Aegeum, qui ierat percunctatum de ſobole filiorum propaganda, atque occurrentem Medeæ merenti ac iratæ, quòd eiiceretur domo à Iaſone. Paulatim eò res deducitur mutua collocutione; vt Aegeus ſpondeat Medeæ ſe illam hoſpitio accepturum; ſi ſponte ad ſe veniſſet; nam vocaſſe videri nolebat ipſe, ne ius hoſpitii violaret, quod ſibi intercedebat cum Iaſone, rem cum iureiurando cõfirmaſſet, abit Aegeus. Medea liberos perimit paulò poſt. in hac igitur narratione conſiderat Ariſt. τὸ ἄλογον; nam abſurdum eſt tam inſperato aduentu Aegeum Medeę occurriſſe. oraculum tàm temere expoſuiſſe; ac demum ſpopõdiſſe ſe eam hoſpitio excepturum. rurſus magis abſurdum hominẽ voluiſſe excipere hoſpitio eam, quæ liberos peremiſſet. At nondum peremerat, dicat aliquis. eſto, vt lubet. at multò magis abſurdum Medeam, cum ſciret Aegeum velle ſe excipere, ac ſponpodiſſe; ſobolis procreandæ cauſa; liberos peremiſſe. quis enim ex tàm immani muliere filios velit procreare? aut quomodo incolumes fore ſperet? cum liberos illam trucidare ſolitam ſciat. Hæc ego ita interpretatus ſum, coniectura (vti mihi videor) adductus ſatis firma, quanquàm nihil magnoperè affirmo, cum careat noſtra hęc opinio manuſcriptorum librorum authoritate.

» Ταῦτα μὲν οὖν ἐπιτιμήματα οὐ πάντες εἰδῶν φέρουσιν. ἢ γὰρ ὡς ἀδύνατα, ἢ ὡς ἄλογα ἢ ὡς βλαβερὰ, ἢ ὡς ὑπεναντία, ἢ ὡς παρὰ τὴν ὀρθότητα τὴν κατὰ τέχνην. αἱ δὲ λύσεις οὐ τῶν εἰρημένων ἀριθμῶν σκεπτέαι. εἰσὶ δὲ δώδεκα.

» Tales itaque obiectiones ex quinque generibus proueniunt. Etenim vel ſicut illa, quæ fieri nequeunt, vel quæ rationis expertia, vel quæ lædentia, vel quæ contraria, vel quæ præter artis rectam normã exiſtunt. ſolutiones autẽ, ex dictis iam enumeratis conſiderandæ ſunt omnino duodecim.

Epilogus eſt ſuperioris totius diſputationis, in qua reprehenſiones tùm firmæ, tùm infirmæ cauillationes, quę afferuntur contrà poëtas: & ſolutiones cauillationum expoſitæ fuerunt ab Ariſtotele. Ac reprehẽſiones quidem ſunt quinque ex locis ductæ. Solutiones verò ipſarum habent locos, vnde promuntur duodecim. quos omnes hactenus ſingillatim expoſuimus. Annotanda illa verba, quæ profert Ariſtoteles in enumeratione reprehenſionum. ἢ ὡς βλαβερὰ. Lædentia vertit Paccius. Valla Pernitioſa. Ego verò ea voce puto ab Ariſtotele ſignificari omnia errata, quæ & in rebus, & in dictionibus fiunt; nam βλαβερὰ, ſunt ea vocabula, quę rem minus exprimũt, imminũtque venuſtatem, ac dignitatem ſermonis; ac deteriorem faciunt imitationẽ; aut quòd peregrina, aut quòd durè tranſlata. aut quòd ambigua ſunt: Reliqua ſatis patent per ſe; neque egent mea interpretatione, quia ſatis ſuperius declarata ſunt. Auerroes in ſua Paraphraſi ſex ponit genera erratorum; nec eſt, quòd quiſquam miretur; Cũ Ariſtoteles ponat in contextu tantummodo quinque nam omnia illic confusè leguntur; vti paulò poſt oſtendam, et aliam quãdam diuiſionem ſequitur hoc loco Auerr. Sed ſatius igitur fuerit verba ipſius apponere, tùm quia mirificè nonnulla illuſtrant Ariſtotelis dicta; tùm quia nonnulla profert, quæ cum iis, quæ ab Ariſtotele prolata fue
» runt conferri poſſunt; ait igitur: ERRORES, qui accidunt in poëtarum ſcriptis, pro-
» pter quos iure reprehendendus eſt poëta, ſunt ſex. Primus eſt; cum repręſentatio fit
» per aliquid, quod non ſit poſsibile; imò impoſsibile; oportet ergo, vt fiat repręſentatio
» per rem, quę exiſtat in rerũ natura; aut per rem, quę exiſtimetur eſſe, aut per aliquid, quod fieri poteſt, aliquãdo vt ſit; hæc Auerrois verba ſignificant τὸ ἀδυνάτον ab Ariſto

tele

» ἅλμα, ποδωκείλω, δίσκον ἄκοντα, πάλην.

» Disci iactum declarat Iulius Pollux his verbis libro tertio; sub finem. τὸν δὲ δίσκον ἀφεῖ-
» ναι, δίσκον ἐκπέμψαι, δίσκον ἐκρίψαι. sed & ex Dioscoride licet cognoscere, quo loco agit
» de herba, quam vocant θλᾶσπι. ait enim καὶ τοῦδὲ ὅλον αὐτὸν καρπὸσ ὑποπλατυσ ὀξ ἄκρου, ᾧ ὡ-
» τοειδέσ ἐμφερὲσ καρδάμῳ δισκοειδὲσ. eam ego sæpè inspectaui; in qua folliculi quidam, quibus semina includuntur rotundi carnosi exigui admodum & crebri; hanc præseferunt formam. & ideo Dioscorides δισκοειδὲσ ait. Verùm hactenus de disco. Alterum quoque affert exemplum Aristoteles in contextu, quo explicat, imperitos tibicines motionem addere solitos corporis, cum diffiderent se sono tibiarũ satis imitari rem posse. Verba sunt hæc. καὶ ἕλκοντεσ τὸν κορυφαῖον ἂν σκώπτειν αὐλῶσι. Vocabatur à vetetibus κορυφαῖοσ, qui à Latinis præsultor, seu præcentor, dux chori, & saltationis; de qua dictione copiosè in Comm. suis Budæus locutus est. σκώπτειν quid sit satis notum, eam pulcherrimis versibus effingit Vergilius libro tertio Aeneidos.

» Informem vastò vidisse sub antro
» Scyllam, & cæruleis canibus resonantia saxa.

Hanc igitur scyllæ rabiem, ac latratum imitari cupientes tibicines; gestu ipso conabantur exprimere, cum sono tibiarum satis non possent, nam trahebant ipsum Coryphæum huc, & illuc, vt imitarentur scyllæ motus, quos ita exprimit Vergilius, cũ ait.

» Ora exertantem, & naues in saxa trahentem. & quæ sequuntur.

Hoc illud est, igitur, quod inquit Aristoteles ἂν σκώπτειν αὐλῶσι. sicuti Horatius Epistolarum libro secundo. Ep. vltima.

» Ludentis speciem dabit, & torquebitur, vt qui
» Nunc satyrum, nunc agrestem Cyclópa mouetur.

Hoc est; saltando imitatur. Ea enim sunt cantilenarum, quæ Auletice imitabatur, nomina.

» Ἡ μὲν οὖν τραγῳδία, τοιαύτη ἐστίν. ὡς καὶ οἱ πρότερον τοὺς ὑστέρους αὐτῶν ὤοντο ὑποκρι-
» τάς· ὡς λίαν γὰρ ὑπερβάλλοντα. Πύθηκον ὁ Μανίσκος τὸν Καλλιππίδην ἐκάλει. τοιαύτη δὲ
» δόξα καὶ τοῦδὲ Πινδάρου ἦν, ὡς οὗτοι ἔχουσι πρὸς αὐτούς, ἡ ὅλη τέχνη πρὸς τὴν ἐκείνων ἔχει.

» Itaque Tragœdia talis est, vnde priores illi iuniores se pro histrionibus habebant. siquidem Myniscus velut in eo nimium Callipidem simiam appellabat. talis'que propemodũ de Pindaro opinio erat. Vt autem hi ad illos se habent: ita quoque integra ars ad Epopœiam.

Argumentationis igitur illorum, qui anteponebant tragœdiæ Epopœiam, hæc erat conclusio; cum tragœdia multis extrinsecus adiumentis egeret; molestaque esset propter scenicam imitationem ab histrionibus sæpè immoderata corporis motione expressa; eam Epopœiæ postponendam; Epopœiam autem, sua narratione cum esset cõtenta, neque scenica quæreret adiumenta multò esse præstantiorem tragœdia. His ita declaratis, adhuc illorũ exponit probationem, qui aiebant immoderatam, ac nimiam illam corporis motionem scenicam esse reprehendendam; vt ostenderent postea tragœdiam esse damnandam; ducebatur autem illorum probatio ex hoc signo, seu similitudine. Sicuti ipsi'met histriones inter se alter alterum tanquam peritior parum peritum reprehendit, atque illudit, vel ob hoc ipsum tantùmmodo; quòd nimium gesticulantur; sic quoque ea poëmata, in quibus histrionum scenica imitatio requiritur, deteriora sunt censenda iis, quæ tali motione corporis mimica carere, pro suo iure possunt. Verba hæc, quæ sunt in contextu, neq. intellexit, neq. aptè vertit Paccius, ὡσ καὶοἱ
» πρότερον τῶν ὑστέρων αὐτῶν ὤοντο ὑποκριτάς. nam sic sunt vertenda. Quemadmodum etiam præstantiores histriones, qui principatum obtinent, propter peritiam suæ artis, inferiores se ob idipsum alios putabãt histriones, minusque prestantes. Mynisc us igi-

© SCD - Université de Poitiers

les,ac penitus reiiciendas;Secus verò cum ſentiret Ariſtoteles,conatus eſt omnes Platonis,aliorumque tollere reprehenſiones, nam multas in primis attulit Plato libro ſecundo, & tertio de Legibus, ad quas reſpexiſſe videtur Ariſtoteles; Qui ſentiebant epicam imitationem, ac poëſin præſtantiorem eſſe, huiuſmodi vtebantur argumentatione;Ea poëſis præſtantior eſt,quæ paucioribus eget adiumentis extrinſecus ſumptis ad imitationẽ ſuam & vim exprimendam;Rurſus ea,quæ pauciora requirit adiumenta,accõmodata eſt ad peritiores auditores;quæ verò huiuſmodi præſtantior,peritiores voco auditores,qui etiam ſine geſtu hiſtrionum, ac voce,& apparatu aptè percipiunt imitationem poëmatis;nam vulgares,rudesque homines nõ aptè intelligunt, niſi omnia ponantur ob oculos, quaſi tunc agantur,ſenſu enim viuunt inſtar brutorum,ac mouentur;neque mentis acie, aut cogitatione poſſunt vti, quam nunquam excoluerunt,ſegnes igitur illorum ſenſus,ac mentes imitatione ſcenica ab Hiſtrionibus,rem,de qua agitur;referentibus voce,vultu,geſtu,habitu,totius denique corporis motione;ſunt irritandæ,atque excitandæ,Sed tali tantaque rerum euidentia, ac expreſsione non egent docti homines,qui meditationi ſunt aſſueti; percipiuntque etiã ea,quæ longiſsimè abſunt à corporis ſenſibus.Epopœia igitur,cum narratio ſit ipſorum poëtarum,ſola recitatione contenta eſt, aut etiam tacita, mutaq.lectione vnius.

» Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
» Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus,

Inquit Horatius in Epiſtola ad Piſones, non de peritis loquens viris,ſed de hominibus,qui rudes ſunt,ac prorſus inculti;Ex his facilè patet Epopœiam multò eſſe præſtantiorem tragœdia;quæ dum ſingulas motiones corporis magna cum agitatione,ſæpè etiam diſtorta,ac parùm virili,qualis erat olim mimica;prorſus onerosa eſt,multisque eget adiumentis, nec parum moleſtiæ affert peritis,ſapientibusque viris, quamuis fortaſſe rudes oblectet.Res tota vt apertior ſit, faciliusq. intelligatur ab omnibus, exemplum affert Ariſtoteles à Tibicinibus ſumptum.Dictum fuit ab initio noſtrarũ explicationum huius libri.Auleticen eam eſſe poëſin, quæ tibiis imitatur actiones,& mores hominum,nõ eſt igitur neceſſe, vt de eius imitatione plura dicamus hoc loco, aut quales ipſius eſſent cantilenæ recenſeamus.Imperiti igitur Tibicines, Auleticen poëſin exercentes, cum ſono tibiarum non poſsint ſatis exprimere, & imitari actiones,motionesque eorum,quos ſibi propoſuerint imitandis; adiicientes præterea geſtum,agitationem totius corporis magno cum riſu,imitari aptè ſtudent;ſiquando igitur diſcum iaculantes homines,frendentemque diſcum, dum in aëre circũagitur,imitari volunt Tibiis;neque poſſint propter imperitiã; ſimul conſurgentes ipſi ſe circum agunt;vt ea corporis motione circumactionem imitentur diſci; Adnotandum autem eſt diligenter hoc loco, qualis olim fuerit diſcus, Homerus de diſco mentionem facit libro primo Odyſſ.

δίσκοισ τερπόμενοι καὶ αἰγανέαισ.

» Athenæus libro primo verſum hunc declarans,conſiderat,quàm vtilis hæc olim fuerit exercitatio corporis, his verbis, καὶ τὼ ἐπιθυμίαν πληρώσαντεσ οἱ μὲν ἀγώνων ἀδὴ μελέτων ἀθλητικῶν, δίσκουσ τερπόμενοι, καὶ αἰγανέαισ. τῇ παιδικῇ δὲ σπουδῶν ἐπιμελετῶντεσ. Philoſtratus in Heroicis,in Proteſilao; de diſco mentionem facit. Idem in Hyacinthi imagine ait ὁπόσοι οἱ ποσὶ δίσκουσ; Paulò poſt. αὐτίκα δὲ καὶ ὁ ζωγράφοσ τὼ ἀπώλειαν τὸ μέρακίου, δισκεύοντι τῷ Ἀπόλλωνι πλάγιοσ ἐκπνεύσασ ἐμβάλλει τῷ ὑακίνθῳ τὸν δίσκον. M.Cic.lib.de Or.ſecundo iaci in altum ſolere diſcum ſignificat,his verbis.Nam & ſeculis multis ante gymnaſia inuenta ab illis, qui ſe in gymnaſiis exercebant, ſunt, quàm in his philoſophi garrire cæperunt,& hoc ipſo tempore cum omnia gymnaſia philoſophi teneant; tamen eorũ auditores diſcum audire,quàm philoſophum malunt, qui ſimul vt increpuit,in media oratione,de maximis rebus,& grauiſsimis diſputante philoſophum omnes actionis cauſa relinquunt;ita leuiſſimam delectationem grauiſsimæ (vt ipſi fuerunt) vtilitati anteponunt; Horatius quoque libro primo ode octaua.

» Sæpè diſco Sæpè trans finem iaculo nobilis expedito.connumeratur etiam inter alias exercitationes diſcus in eo verſu ab ingenioſo poëta.

ἕλμα

ſtrionum ars refert, atque exprimit voce, ac geſtu ea, quæ à poëta ſcribũtur; ac ſanè ſæpè contingit, vt propter imperitos hiſtriones; poëtæ minus periti videantur. ideò Lucianus in Nigrino ait de quodã narraturo Philoſophi ſermonem. vereri ſe, ne malis
» hiſtrionibus ſimilis ſit, qui malè referunt, ac recitant poëtarum Dramata. ὁποῖός τις
» εἰμὶ τὼ μιμήμω ὑποκριτὴς, ὀδὲν ἀγγέλου τοῦ ἄλλα φαγικοῦ διαφέρων, ὥστε κ' ἂν αἰσθέσθαι τι δοκῶ λέγειν
» ἐκεῖνο μὴ ἴσω πρόχρεον, ὡσ' ἄμεινον ἰῶ, καὶ ἄλλως ὁ ποιητὴς ἴσως διεξέρει. Hæc igitur diligenter ſunt diiudicanda; ne quod hiſtrionis erratum eſt, poëtæ attribuatur; Subſeruit enim poëtis hiſtrio in recitandis verſibus Dramatum ſcriptorum; propter exactam illam omnium rerum imitationem, ſæpe vſque ad faſtidium, ac nauſeam ſpectantium factam ab hiſtrionibus, ſeu mimis; qui etiam turpia dictu, ipſo geſtu exprimunt; Prima ratio, quam affert Ariſtoteles, vt illorum refellat opinionem, eſt hæc. Quid opus eſt, inquit, propter nimiam geſticulationem reprehendere tragœdiam; cum etiam Epopœia eodem modo à Rapſodis recitari ſoleat, ac repræſentari habitu, voce, geſtu, non ſecus ac tragœdi ſolent? ῥαψῳδοὶ qui dicantur ſuperius copioſè declaratum fuit; & plura de iis legi poſſunt apud Platonem in Ione, vbi cum Rhapſodo ſeu Homericæ poëſeos recitatore loquentem facit Socratem. Xenophon
» quoq. in Symp. ait. ὅτι καὶ οἱ ῥαψῳδοὶ πάντως ἐπίστανται ταῦτα ἃ εἶπεν, καὶ πῶς ἔφη λελήθοι ἀνεσώ-
» μενον γε αὐτῆς ὀλίγου ἂν ἑκάστῳ ἡμέραν. δῆλα δή τι ἂν ἔθνος ἔφη ἠλιθιώτερον ῥαψῳδῶν, ἃ μὰ τὸν Δί' ἔφη ὁ νικη-
» ράτος, ἔκουν ἐμοίγε δοκεῖ, δῆλον γάρ, ἔφη, ὁ σωκράτης, ὅτι ταῖς ὑπονοίαις ἃς ἐπίστανται, σὺ δὲ σπουδαιότατα καὶ
» ἀναξιμάνδρῳ, καὶ ἄλλοις πολλοῖς πολὺ διέφερον ἀργύριον, ὥστε ἀδὲν σε τῆς πολλοῦ ἀξίων λέγειν. Videtur Xenophon in his verbis duos celebres nominare Rhapſodos, Teſimbrotũ, & Anaximãdrum, ſicuti duos nominat alios Ariſtoteles hoc loco Soſiſtratũ, & Mnaſitheum Opuntium, quorum alterum ait conſueuiſſe ῥαψῳδεῖν, hoc eſt recitare Epicos verſus; alterum διᾴδειν, hoc eſt canere; vtrunque enim factitabant olim Rhapſodi. Adnotanda illa verba in contextu. περιεργάζεσθαι τοῖς σημείοις; hoc eſt, plus nimiò exornare, atque exactius, quàm opus ſit, geſticulatione exprimere, nam σημεῖα vocauit geſtus, ac motiones corporis; ſunt enim notæ veluti quædam, ac ſigna affectionũ animi, & ſermonis, qui narratur, ſine quibus omnis narratio languet, ac friget.

» Εἶτα οὐδὲ κίνησις ἅπασα ἀποδοκιμαστέα, εἰ πορ μὴ δ' ὄρχησις. ἀλλ' ἡ φαύλων, ὅπερ καὶ
» καλλιππίδη ἐτιμᾶτο καὶ νῦν ἄλλοι, ὡς οὐκ ἐλευθέρας γυναῖκας μιμουμένων.

» Deinde non omnes motus ſunt improbandi, ſicuti nec ſaltationes, ſed ineptorum tantum: quibus & ipſe tunc arguebatur Callippides, & nunc etiam aliqui, perinde ac minime liberales fœminas imitentur.

Alia hæc eſt ratio, qua illorum refellit ſententiam Ariſto. ait enim non eſſe omnem corporis motionem reiiciendam; nam ex hoc conſequeretur etiam ſaltationes eſſe tollendas, aut pyrrhicham, aut hyporchematicen; aut alias eiuſdem generis, quibus ſe plurimum exercebant veteres. Ego de his ex Athenæo ſuperius multa recenſui, plura legi poſſunt apud Platonem libro de Legibus tertio; ideo hoc loco non eſt neceſſe, vt copioſius explicem, aut ipſarum genera, aut vtilitatem, quæ maxima ex iis capiebatur. Xenophon in Sympo. μετὰ δὲ ταῦτο ὁ κύκλος εἰσῆλθε πυρίμεσσος ξιφῶν ὀρθῶν, εἰς μὲν δὴ τοῦτο
» ἡ ὄρχησις ἐκινεῖτο τε καὶ ἠκινεῖτο ὥσπερ αὐτῆς, ὥστε οἱ μὲν θεωρῶντες ἐφοβοῦντο μή τι πάθῃ. Idem pau
» lò post vtilitatem saltationis ostendens ait. ἆρ' οὖν καὶ τῷδε τῷ συρακοσίῳ κρεῖττον ἐπιδείξαντι τῆς
» πόλεως ὄρχησιν εἰπεῖν. ἐὰν διδῷσιν αὐτῷ ἀθλωταῖοι χρήματα, ποιησαι πάντως ἀθλωταίους τολμᾶν
» μόσαι ταῖς λόγχαις ἰοῦσι. Paulò post. ἀδὲν ἄρτον τῆ σώματος ὄφελος οὐ τῇ ὄρχήσει. ἀλλ' ἅμα καὶ φάχη-
» λοῦ, καὶ σκέλη, καὶ χεῖρες ἐγυμνάζοντο, ὥστε χρὴ ὄρχεῖσθαι τὸν μέλλοντα εὖ φορώτερον τὸ σῶμα ἕξειν.
Multa alia apud Xenophontem de ſaltationis vtilitate legi poſſunt, quæ ego, ne longior ſim, prætermitto. ſi igitur propterea Epicam poëſin illi laudant, quòd recitationẽ tantùm habet; Tragicam verò, quia in illa inſunt geſtus, & motiones totius corporis; videant, inquit Ariſtoteles, ne totam ſaltationem damnent; nam perridiculi eſſent, ſi rem adeò abſurdam aſſererent. Non igitur motio corporis, aut geſtus eſt damnandus; ſed immoderatus tantùmmodo, ac nimius, qualẽ reprehẽdebat Myniſcus in Callippi-

© SCD - Université de Poitiers

tur Callipidē vocabat ſimiam, quod nimia vteretur geſticulatione, et motione totius corporis, quali vitio laborauit olim apud Romanos Hortenſius Orator; ſaltatricula-que dictus, de qua re A.Gell.meminit. Athenęus libro octauo de Myniſco hoc hiſtrione tragico mentionem facit; vbi ait; à Platone comico poēta reprehenſum, ac notatum; tanquam helluonem, ac voracem, verba illius ſunt hæc. Μωϊσκος ὁ τραγικὸς ὑποκριτὴς κωμῳδεῖτο ὑπὸ Πλάτωνος ἐν σύρφαξι, ὡς ὀψοφάγος. ἔτως.

ὁδὶ μὲν ἀναγνῴσεται ὀρφῶς ὅδε ἰών.

ταῦθ' ὡς φίλος Μωϊσκος εἴσεθ' ὁ χαλκιδεύς.

De Callippide verò Xenophō in Sympos. loquens ait ipſum aptum fuiſſe ad ciendas lacrymas, & luctum, δικαιότερον γ' ἔφη οἶμαι, ἢ Καλλιππίδην ὁ ὑποκριτὴς ὃς ὑπερεμιμεῖτο, ὅτε δὴ τραγῳδοῖεν πολλοὺς κλαύσαντας καθίζειν. Eleganter quidem & aptè Callipides Myniſcum ſimiam vocabat, nam ſimilas veteres appellabant imitatores, qui geſtu omnia exprimere conantur; vnde Ariſtophanes οὐ ἱππόδρομον ait οἷμοι τάλας οἷος πίθηκισμὸς με περιλαύνει. Vſque adeo autem imitari ſimiæ ſtudent actionem geſtumq. hominum, vt vinum etiam bibant; temulentæque fiant; quod pauciſsimis inter bruta accidit; vt ſuibus, coruis, elephanto etiam, de qua re Athenæus libro decimo ita diſſerit. μεθύσκονται δὲ κἂν τοῖς ἀλόγοις ζῴοις ὗς μὲν σαφυλῶν συμφύλων χορτασθέντες, καὶ τὸ τῆς κοράκων, καὶ τῆς κωφῶν γυνὸς πλὴν οἰνοῦ πᾶν καλυμμένῳ φαγόντα βοτάνῳ, πίθηκος δὲ καὶ ἐλέφας πιόντος οἶνον, ἅλιος καὶ τὰς θήρας ποιοῦνται τῆς πιθήκων, καὶ τῆς κοράκων, μεθυσθέντων τῆς μὲν οἴνῳ, τῆς δὲ τῇ οἰνοῦ πῇ. M.Cicero antiquiſsimum verſum refert de ſimia.

Simia quàm ſimilis turpiſsima beſtia nobis.

Sed non tantum peccabat nimio geſtu Myniſcus, verum etiam alius hiſtrio qui Pindarus vocabatur, Valla Dareum, vertit.

τὴν μὲν οὖν τοιαύτην θεατὰς ἐπιδεικτέον, φασὶν εἶναι, δι' ὃ οὐδὲν δέονται τῶν σχημάτων· τὴν δὲ τραγικὴν πρὸς φαύλους. ἣ δὴ φορτικὴ χείρων δηλονότι αὐλητική.

Hanc igitur ſicuti præſtantiorum ſpectatorum eſſe dicunt, hiſtrionica arte minime indigentium: ita ignarorum Tragœdiam, quæ, quoniam inuidioſa, ideo deterior eſſe apparet.

Adhuc refert Ariſtoteles illorum probationem, qui oſtendere conabantur tragœdiæ anteponendum eſſe Epopœiam. Sic accommodata eſt (inquiunt) Epica imitatio ad viros doctos, ſapientes; ideò præſtantior, quàm tragœdia, quæ vulgi auribus, atque oculis inſeruit; patet enim Epopœiam, cum iudicio paucorum, ac ſapientū probetur; minus multis egere adiumentis; minusque moleſtam eſſe, aut oneroſam auditoribus propter exactam illam omnium rerum imitationem, ſæpe vſque ad faſtidium, ac nauſeam ſpectantium factam ab hiſtrionibus, ſeu mimis, qui etiam turpia dictu ipſo geſtu exprimunt.

πρῶτον μὲν οὖν τὴν ποιητικῆς ἡ κατηγορία, ἀλλὰ τὴν ὑποκριτικῆς. ἐπεὶ ἔστι περιβρέμεσθαι τοῖς σημείοις, καὶ ῥαψῳδοῦντα, ὅπερ ἐποίει Σωσίστρατος, καὶ διαδόντα, ὅπερ ἐποίει Μναστίθεος ὁ Ὠπούντιος.

Primum igitur huiuſmodi accuſatio non poëticæ, ſed hiſtrionicæ eſt. nam & indiciorū opificio tum, qui hexametros recitat, quod Soſiſtratus faciebat, vtitur: tum, qui hos concinit, quod Manaſitheus Opuntius.

Hactenus argumētationem illorum expoſuit Ariſtoteles, qui putabant Epopœiam eſſe præſtantiorem tragœdia. Nunc verò, quid ipſe ſentiat, exponit; ac firmis rationibus oſtendit, rem aliter ſe habere. exiſtimat enim Ariſtoteles longè præſtantiorem eſſe tragœdiam epopœia; ait igitur. Quatenus illi tragœdiam criminantur, quod nimis geſticuloſa ſit; hoc non eſſe poētices vitium, ſed hiſtrionicę; poētica enim ſcribit, hiſtrionum

© SCD - Université de Poitiers

lũ ſtatim ex ſimilitudine vultus, habitus,& ſermonis.Poſterior eſt,cũ res ipſas intuemur;dum aguntur;neque verò hoc eſt ab Ariſtotele dictum, quòd affirmet res tunc geri;nam non eſſet imitatio, ſed vt tantam euidentiam in imitatione illa eſſe oſtende ret,adeoque perſpicuam;vt parum diſcrepet à vera actione. Hic locus,hoc modo debet intelligi. Paccius neque intellexit; neque aptè vertit; videtur enim intellexiſſe de agnitione,quæ pars eſt Tragœdiæ:cum de ea nõ loquatur in præſentia Ariſtoteles.

» Ἐπὶ τῷ οὖν ἐλάττονι μήκει τὸ τέλος τ' μιμήσεως ἔστιν. τὸ γὰρ ἀθροώτερον ἡδονὴν πολλῷ κε-
» κραμένον τῷ χρόνῳ.λέγω δ' οἷον εἴτις τ' Οἰδίποδα θείη, τ' Σοφοκλέους οὐ ἔλαττον ὅσους ἡ ἰλιάς.

» Et ambitu minori poëticæ imitationis finẽ aſſequitur. id enim vbe-
» riorem voluptatem præbet, quòd quæ per longam temporis perio-
» dum ſparſa habentur,breuiori collecta gyro perſtringit:exempli gra
» tia. Si quis Sophocleum Oedipodem tot in carmina, quot Ilias conti-
» net,diſtribuerit.

Tertia hæc eſt ratio,ad idem probandũ accommodata,huiuſmodi. Poëmata,quæ facilius,breuioreque via tendunt ad exitum, ſiue finem imitationis ſibi propoſitæ.at id facit Tragœdia;nam breui temporis ſpatio, ſuam conficit actionem; paucioribusque eget Epiſodiis,quàm Epopœia;quę lõgiſsima eſt poëſis;innumerabiliaque habet Epiſodia,quibus ſuam auget actionem. Atqui maiorem affert voluptatem actio,quæ fuerit conſtipata variis euentibus;breui tamen narratione coarctatur; & multum habet
» admiſtum tempus. Verba Græca ſunt. τὸ γὰρ ἀθροώτερον ἡδονὴν πολλῷ κεκραμένον τῷ χρόνῳ, ea dicuntur ἀθρόα, quæ condenſata ſunt, & in arctum coacta. Rurſus τὰ κεκραμένα πολλῷ χρόνῳ ſunt res, quæ quidem multorum annorum ſpatio arctæ fuerunt, ſed breuiter narrantur;Huiuſmodi quippè narrationes multarum rerum breues; multum habent admiſtum tempus;quia complectuntur (vti dixi) multas res longiſsimo temporis ſpatio actas.Hoc vt facilius intelligatur exemplum affert Ariſtoteles,vt ſiquis Sophoclis Oedipodem redigere velit ad prolixitatẽ poëmatis Epici; qualis eſt Iliàs, poſſe enim id aptè fieri;ſed alia ratio eſſet excogitanda in conſtituenda actione, vt plura recipere poſſet Epiſodia,& magis,magisque ſicuti Epopœia ſolet,augeri.Id ſi quis efficere velit;actionẽ,quæ Dramate tragico prius collecta erat,& coarctata in breue quoddã ſpatiũ,denſas variasq.continens res;cogetur diſgregare in tenuiores partes,ac magis exiles,dũ diducere ipſam voluerit,vt ad iuſtã magnitudinẽ Epici poëmatis perueniat.

» Ἔτι δὲ ἧττον μία ὁποιαοῦν μίμησις ἡ τ' ἐπποιῶν· σημεῖον δὲ,ἐκ γὰρ ὁτιασοῦν μιμήσεως,
» πολείοις τραγῳδίαι γίνονται. ὥστε ἐὰν μὲν οὖν μῦθον ποιῶσιν, ἀνάγκη ἡ βραχέα δεικνύ-
» μενον μύουρον φαίνεσθαι, ἡ ἀκολουθοῦντα τῷ τ' μέτρου μήκει,ὑδαρῆ. ἐὰν δὲ πολείοις, λέγω
» δὲ,οἷον,ἐὰν ἐκ πλειόνων πράξεων ἡ συγκειμένη, οὐ μία· ὥσπερ ἡ ἰλιὰς ἔχει πολλὰ τοιαῦτα
» μέρη,καὶ ἡ ὀδύσσεια· ἃ καὶ καθ' ἑαυτὰ ἔχει μεγέθος. καίτοι ταῦτα τὰ ποιήματα συνέσκε-
» κεν ὡς οἷόν τε ἄριστα, καὶ ὅτι μάλιστα μιᾶς πράξεως μίμησίς ἐστιν.

» Ad hæc Epopœicam imitationẽm,qualiſcunque fuerit, nõ vnã om
» nino eſſe argumento ſit,quòd ex hac qualiſcunque fuerit, Tragœdiæ
» ſemper plures exeunt, quare ſi vnam iſti fabulam compoſuerint, ne-
» ceſſe eſt eam vel breuem nimis, inſtarque muris caudæ apparere:vel,
» ſi ad iuſtæ menſuræ longitudinem produxerint,quaſi vinum dilutiſsi
» mum.quòd ſi plures, verbi gratia, ſi ex pluribus actionibus commix
» tam, profectò non vnam:qualem Iliadem, & Odyſſeam, plures qui-
» dem huiuſmodi continentes partes, quæ alioqui per ſeipſas etiam ma
» gnitudinem habent: tametſi huiuſmodi poëmata tum optime quan-

© SCD - Université de Poitiers

des: & aliis hiſtrionibus,qui nimia corporis motione peccabant: & ſæpè mimicè etiã turpia imitabantur,vt coëuntes meretrices, aliáque innumerabilia, obſcenitatis pleniſsima,de quib.ſuperius ſatis diximus;vbi de Mimis egimus.

» Εἴτε ἡ τραγῳδία καὶ αὐτὴ κινήσεως ἐποιεῖτο αὐτοῖς,ὡς οὐδὲ ἡ ἐποποιία. δῆλα γὰρ τὰ αὐτὰ
» γνώσεται, φανερὰ ὁποία τίς ἐστι. εἰ δὲ ἔνεστί τἄλλα κρείττων, τοῦτό γε οὐκ ἀναγκαῖον αὐτῇ ὑ-
» πάρχειν.

» Ad hæc Tragœdia ſine motu, quemadmodum & Epopœia confici
» tur: vt quæ ex lectione quoque, qualis omnino ſit, manifeſtò appareat.
» Itaque ſi in cæteris eſt præſtantior, illud ſibi quaſi minus neceſſarium
» eſſe planè dicimus.

Verùm eſto (inquit Ariſtoteles) laudetur Epopœia,quòd careat geſticulatione, & motione corporis. Non'ne à Tragœdia quoque tolli poterit Hiſtrionum geſticulatio? vt eodem modo ſecreta ab omni ſcenica motione,recitetur,ac legatur, non ſecus ac Epica poëſis, quid enim vetat, quo minus viri docti Sophoclis tragœdiam, aut Euripidis aliquam,taciti ipſi priuatim domi legant? atqui nihilòminus imitationem perſpicient. Iam igitur fuerit tragœdia in hoc par Epopœiæ. Illud peculiare, ampliusque habebit,quòd hiſtrionum habitu,geſtuque repræſentatur in ſcena,rudes, ac populares oblectandi gratia; quamuis id ſapientibus quoque iucundum eſſe poteſt intuentibus admirabile quoddam imitationis artificium.

» Ἔτι πείρᾳ διότι πάντ' ἔχει, ὅσα περ ἡ ἐποποιία· καὶ γὰρ τῷ μέτρῳ ἔξεστι χρῆσθαι, καὶ ὅτι οὐ
» μικρὸν μέρος τῶν μουσικὴν, καὶ τὴν ὄψιν ἔχει. δι' ἧς αἱ ἡδοναὶ ἐναργέστατα.

» Omnibus inſuper quæcunque Epopœia cõtinet, abundè pollet. nã
» & numeris vtitur: &, quæ non modica pars habenda eſt, muſica quo-
» que, & apparatu. Ex quibus ſanè voluptates ipſæ, manifeſtiſsime
» percipiuntur.

Poſtquàm ſatis Ariſtoteles illorum refutauit ſententiam ipſe multis rationibus ſuam probat,oſtenditque Tragœdiam Epicæ poëſi eſſe anteponẽdam. Prima ratio eſt hęc Quæ plura continent, quàm ea in quibus pauciora inſunt; præſtantiora cenſentur. At plura continet Tragœdia quàm Epopœia;nam quatenus metrum vtraque habẽt pares inter ſe ſunt; quatenus autem in ſcena ab hiſtrionibus adhibito etiam cantu,et harmonia,recitari conſueuerit;duó hæc habet peculiaria,quæ maxima ſunt; τῷ μουσικῷ, καὶ τῷ ὄψιν hoc eſt,muſicen,& apparatum ſcenæ. quorum vtrunque imitationem iucundiſsimam reddit;& euidẽter res ob oculos ſpectatorum ponit, atque exprimit, quaſi agentes ipſos intuentur. magnam verò ex huiuſmodi genere imitationis, & repreſentationis voluptatem capi,declaratum eſt antè copiosè. Quòd autem hac eadem ratione ante vſus fuerit Ariſtoteles, cum prius ſibi de Tragœdia, quàm de Epopeia dicendum ſtatuit;ſatis notum eſt; & nos ſuo loco expoſuimus.

» Εἶτα καὶ τὸ ἐναργὲς ἔχει, καὶ ἐν τῇ ἀναγνωρίσει, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις.

» Nec non in agnitione, cæterisque actionibus euidentiſsima eſt.

Secunda hæc eſt ratio,qua idem probat Ariſtoteles Tragœdia habet actionis ipſius euidentiam, qua nullum genus orationis, quàmlibet artificiosè confictum,clarius eſſe poteſt; quis enim ſperet rem narrando æquè auditoribus perſpicuam proponere, ac,cum fieri vident? At Epopœia narratio eſt. Tragœdia autem Drama. Ac ſanè euidentia hæc in Tragœdia duplex eſt: aut τῇ ἀναγνωρίσει. aut αὐτῷ τῷ ἔργων. Prior eſt; cum videntes poſt aliquid,agnoſcimus; dum hiſtriones igitur tragicam actionem referunt; eum repreſentantes habitu, vultu, & ſermone, à quo fuerit acta; agnoſcimus il

lum

actiones,si seperẽtur,quod patet eò magis,quòd ex singulis Episodiis Epicis vna conflatur actio tragica, suapte igitur vi, natura,ac magnitudine Epopœiã non excedere tragœdiam.Non igitur præstantior,imò tragœdia præstantior,quæ habet verè vnam, & simplicem, quæ suis se sustentat viribus,& auget. Adnotanda in contextu duo sunt. Primum, cum ait ἀνάγκη μῦθον βραχέα ἀλλὰ μέγα μύουρον φαίνεσθαι.Nam pulcherrimà vsus est similitudine Aristoteles,dum rem exiguam voluit significare,sumpta à muribus,neque à muribus tantum,sed etiam à cauda ipsorum.murem exiguum trita appellatione solent veteres nominare, vt Vergilius in Georg.

» Exiguus mus. Horatius quoque de partu montium,ex vetere prouerbio, loquens, ridiculum nasci murem dixit, dum rem exilem, ac paruam significare vult. μύουρον quoque scimus claudicans quoddam genus versuum fuisse adpellatum,& desinens in exiguam quandam figuram,ex hac ipsã vt opinor similitudine.Hesychius dictionem hanc declarans ait μύουρον τὸ ἐπὶ τελευτῆς ἀπολειπόμενον.Alterum deinde est in contextu adnotandum in alia similitudine quæ ducitur à diluto vino, quod Græci ὑδαρῆ vocant, sicuti Athenæus docet libro decimo citans huiusmodi versum.

» μὴ παντελῶς οἰνοῦ τῷ λίθου ὑδαρῆ. & paulo post.ex Hegesandro.

» τὸν οἶνον ὑδαρῆ πωλούντων τῆς καπήλου οἰ τῷ σρατοπέδῳ, ἐκέλευσεν, αὐτὸν πωλεῖν, ἵνα ἀκρατέ-

» σερον ὠνοῖντο.Verùm de hac re copiosius locuti fuimus libro primo nostrarum Annotationum. cap. XXII.

» Εἰ δὲ τούτοις τε διαφέρει πᾶσι, καὶ ἔτι τῷ τ' τέχνης ὄργανον, δεῖ γὰρ οὐ τὴν τυχοῦσαν ἡδονὴν

» ποιεῖν αὐτάς, ἀλλὰ τὴν εἰρημένην, φανερὸν ὅτι κρεῖττον αὐ εἴη μᾶλλον τὸ τέλειος τυγχάνου-

» σα τ' ἐποποιΐας.

» Si igitur Tragœdiam non modo in his omnibus præcellit,sed artis
» quoque opificio:quippe non quamlibet voluptatem,verum quam di
» ximus,præstare debet:sanè liquet meliorem hanc esse,multo quidem
» perfectius Epopœia finem assequentem.

Quinta hæc est probatio;qua vehementer confirmat suam de Tragœdiæ præstantia sententiã.Alijs omnibus rebus,quas hactenus explicauimus;excellit Tragœdia Epopœiam;tùm verò hac in primis. quòd maius requirit artificium;vt auditores oblectare possit; non enim quamlibet rem licet inserere in Tragœdia, vnde voluptas capiatur;nam iocos,sales,ridiculas narrationes,festiuos sermones non recipit; quibus omnibus facilè est parare auditori voluptatem.Sed cum luctuosa,lacrymarumque plena; luctusque & lacrymas homines auersentur, detestenturque;magnamque suæ infelicitatis partem imò verò omnem in iis positam putent;tantum abest,vt voluptatem ex illis capiant.plane summo opus est artificio,eò perducere venusta,aptaque imitatione animos hominum,vt oblectari se sentiant in medio luctus.neque sanè,cum id natura festiuitasque rerum non efficiat, aliunde voluptas oritur in Tragœdia,quàm ex apta,concinnaque morum,sermonum,actionumque imitatione;& dilucida quadam euidentia, licet igitur verè affirmare,Tragœdiam Epopœia multò esse præstãtiorem. Ac sanè testatur Plutarchus in eo libro, in quo differit.vtrum domi, aut foris magis excelluerint Athenienses, hac voluptate captos magna præmia doctis poëtis proposuisse,qui Tragœdias scriberent.ac multo plus auri insumpsisse in Theatris,voluptatis huius causa,quàm in bello gerendo,propagandorum finium gratia.

» Περὶ μὲν δὴ τραγῳδίας καὶ ἐποποιΐας καὶ αὐτῶν, καὶ τὴ εἰδῶν, καὶ τ' μερῶν αὐτῶν, καὶ πόσα,

» καὶ τί διαφορά, καὶ τὰ οὖ ἢ μὴ τίνος αἰτίας, καὶ πῶς ἐπιτιμήσεων, καὶ λύσεων, εἰρήσθω τοσαῦτα.

» De Tragœdia igitur & Epopœia,deque earũ generibus, atque par
» tibus,quot etiam quibusque differunt, de causis insuper,cur hæ meri
» tò probentur,reprobenturue,tum de obiectionibus,ac solutionibus,

© SCD - Université de Poitiers

„ tum fieri poteſt conſtituta ſint, tum etiam quàm maxime vnius actio-
„ nis imitatio.

Quartam affert rationem Ariſtoteles, qua probat aduerſus Epici poëmatis laudatores, & tragœdiæ reprehenſores; hanc illi eſſe anteponendam, quę eſt huiuſmodi. Illa poëſis, in qua vna, ſimplexq. ineſt actio, magis eſt probanda, præſtantiorque cenſenda; quàm in qua illa multiplex fuerit actio. At ſimplex, et vna magis eſt actio in tragœdia; ideò probatior. In Epopœia autẽ actio, non multiplex quidem, at minus ſimplex; ideò minus probanda. Quòd minus ſimplex in Epopœia actio ſit; hinc facilè cognoſci poteſt; quia multæ tragœdiæ, in quibus ſingulis, vna, ſimplexque actio eſt, ex vna Epica poëſi ducuntur; quod ſuperius quoque eſt à nobis copiosè declaratum. Si igitur res ſe ita habet; planè probatior fuerit poëſis Tragica quàm Epica. Verũ mirari fortaſſe poſſit aliquis hoc loco, cur Ariſtoteles, cum antè ſæpè dixerit Iliadem, Odyſſeamque Epica Homeri poëmata vnam habere tantùm ſimplicemque actionem, ſicuti ars poſtulat &, ideò in primis Homerum eſſe laudandum; cæteros verò poëtas ignaros artificii poëtici, qui ſingulas res geſtas vnius viri perſecuti ſunt more hiſtoricorum; eſſe improbandos; nunc dicat in iis plures eſſe actiones, ſed conſiderandum omnia ab Ariſtotele prudenter dici; nec ſibi ipſi vlla in re aduerſari, nam Epopœia continet quidem vnam ſimplicemque actionem, ſicuti declaratum fuit; ſed ipſius Epiſodia, quæ partes ſunt quædam, tam magna ſunt, cũ magno annectantur poëmati, vt ſingula vnam contineant actionem integram; Epiſodia autem Epopœiæ duplici modo aut coniuncta cum toto, hoc eſt, cum actione primaria, tanquam partes ipſius; aut ſeparata ab actione; ſi coniuncta conſideres; vna fuerit, ac ſimplex actio; ſi ſeparata, ac diſiuncta per ſe; plures videri poterunt actiones, ideò Ariſtoteles dixit Iliadem; & Odyſſeam ex pluribus conſtare partibus, ſeu actionibus, quarum ſingulæ per ſe integram, iuſtamque magnitudinem habent; vt ſatis perſpici poteſt apud Homerum, & Vergilium, nam qualia ſint Epiſodia, quomodoque actionem vnam complectantur per ſe, ſatis eſt antè declaratum. Non quòd neget, id, quod toties affirmauit, ita cum actione aptè eſſe Epiſodia coniuncta, vt diſtrahi non poſſint; ſed vt oſtendat, ſi libuerit aliquã do alicui ſeiungere, id pro iure facere poſſe, quia magna ſunt & integram continent actionem. Non idem fieri poterit in tragœdia; nam quamuis etiã ipſa Epiſodia habeat, quibus augetur; non tamen magna ſunt, aut integra; ſicuti illa, & ideò ſi ſeiungeretur ab actione cuius ſit imitatio; non conſtituerent per ſe integram actionem. Tantundem verò differt inter Epiſodia Tragica, & Epica, vt hæc quidem longa ſint, & magna; illa breuia, & exigua, hæc integram contineant actionem, illa verò non contineant; hæc (quod ſummum eſt) ex natura ipſius actionis, ac intimis viſceribus deducantur; illa ex ſimilibus, eòque ſpectantibus aliis actionibus conflata primariæ actioni arctè annectantur, iunganturque. Hæc cum ita ſeſe habeant; veriſsima eſſe animaduertes, quæ ab Ariſtotele dicuntur in contextu nec repugnare ſuperioribus. Nam ſi in Epopœia vnam tantum (ſicuti maximè oportet) actionem conſtituas, & illa ducas Epiſodia, eo modo, quo ſolent duci, ex actione tragica, non aliunde integras actiones ſumptas adnectas, vti fit in Epopœia ſemper, & factum ab Homero videmus, videas exilem actionem, ac perpuſillam exiſtere, qualis quantaque tragica eſt, & ſimillimam murium caudæ. Quòd ſi producere tentes, & in tenuiſsimas extendere partes. atque augere, ſimillimum reddes poëma vino quàm maximè diluto, nam cum ante merum eſſet; paruo continebatur cyatho; mox ſuperaddita aqua ita auctum, vt ne magno vaſe contineri poſsit, ſed dilutum omnino fuerit, omnemque vim amiſerit priſtinam, nõ ſecus in poëmate fiet, ſi enim diducere coneris, & prolixum facere magis, quàm ipſius patitur actionis natura, quæ in eo ineſt, omnem amittet venuſtatem, languidumque fiet & eneruatum. Iam verò ſi hoc metuens plures in Epopœia conſtituas actiones, aberrabis ab artificio ipſius, debet enim vna tantùm, & ſimplex eſſe actio. Cum igitur hæc incõmoda conſequantur, nihilò minus vna videbitur eſſe Epopœiæ actio, quàm tragœdiæ, ſi ſeparatim cõſideres, nam (vti diximus) ſingula Epiſodia ſingulas cõtinent,

actiones

actiones, si separetur, quod patet eò magis, quòd ex singulis Episodiis Epicis vna conflatur actio tragica, suapte igitur vi, natura, ac magnitudine Epopœiâ non excedere tragœdiam. Non igitur præstantior, imò tragœdia præstantior, quæ habet verè vnam, & simplicem, quæ suis se sustentat viribus, & auget. Adnotanda in contextu duo sunt. Primum, cum ait ἀνάγκη μῦθον βραχέα λέγειν μέλον μύουρον φαίνεσθαι. Nam pulcherrimâ vsus est similitudine Aristoteles, dum rem exiguam voluit significare, sumpta à muribus, neque à muribus tantum, sed etiam à cauda ipsorum. murem exiguum trita appellatione solent veteres nominare, vt Vergilius in Georg.

» Exiguus mus. Horatius quoque de partu montium, ex vetere prouerbio, loquens, ridiculum nasci murem dixit, dum rem exilem, ac paruam significare vult. μύουρον quoque scimus claudicans quoddam genus versuum fuisse adpellatum, & desinens in exiguam quandam figuram, ex hac ipsâ vt opinor similitudine. Hesychius dictionem hanc declarans ait μύουρον τὸ ἐπὶ τελευτῆς ἀπολειπόμενον. Alterum deinde est in contextu adnotandum in alia similitudine quæ ducitur à diluto vino, quod Græci ὑδαρῆ vocant, sicuti Athenæus docet libro decimo citans huiusmodi versum.

» μὴ παντελῶς οἰνῶ ὑδαρῆ. & paulo post. ex Hegesandro.

» τὸν οἶνον ὑδαρῆ πωλούντων τῆς καπήλου οἱ τῷ στρατοπέδῳ, ἐκέλευσαν, αὐτὸν πωλεῖν, ἵνα ἀκρατέ-

» στερον ὠνοῖντο. Verùm de hac re copiosius locuti fuimus libro primo nostrarum Annotationum. cap. XXII.

» Εἰ δὴ τούτοις τε διαφέρει πᾶσι, καὶ ἔτι τῷ τὴν τέχνης ὄργανον, δεῖ γὰρ οὐ τὴν τυχοῦσαν ἡδονὴν

» ποιεῖν αὐτάς, ἀλλὰ τὴν εἰρημένην, φανερὸν ὅτι κρεῖττον αὖ εἴη μᾶλλον τὸ τέλος τυγχάνου-

» σα τὴν ἐποποιΐας.

» Si igitur Tragœdiam non modo in his omnibus præcellit, sed artis
» quoque opificio: quippe non quamlibet voluptatem, verum quam di
» ximus, præstare debet: sanè liquet meliorem hanc esse, multo quidem
» perfectius Epopœia finem assequentem.

Quinta hæc est probatio; qua vehementer confirmat suam de Tragœdiæ præstantia sententiâ. Aliis omnibus rebus, quas hactenus explicauimus; excellit Tragœdia Epopœiam; tùm verò hac in primis. quòd maius requirit artificium; vt auditores oblectare possit; non enim quamlibet rem licet inferere in Tragœdia, vnde voluptas capiatur; nam iocos, sales, ridiculas narrationes, festiuos sermones non recipit; quibus omnibus facilè est parare auditori voluptatem. Sed cum luctuosa, lacrymarumque plena; luctusque & lacrymas homines auersentur, detestenturque; magnamque suæ infelicitatis partem imò verò omnem in iis positam putent; tantum abest, vt voluptatem ex illis capiant. plane summo opus est artificio, eò perducere venusta, aptaque imitatione animos hominum, vt oblectari se sentiant in medio luctus. neque sanè, cum id natura festiuitasque rerum non efficiat, aliunde voluptas oritur in Tragœdia, quàm ex apta, concinnaque morum, sermonum, actionumque imitatione; & dilucida quadam euidentia, licet igitur verè affirmare, Tragœdiam Epopœia multò esse præstãtiorem. Ac sanè testatur Plutarchus in eo libro, in quo disserit. vtrum domi, aut foris magis excelluerint Athenienses, hac voluptate captos magna præmia doctis poëtis proposuisse, qui Tragœdias scriberent. ac multo plus auri insumpsisse in Theatris, voluptatis huius causã, quàm in bello gerendo, propagandorum finium gratia.

» Περὶ μὲν δὴ τραγῳδίας καὶ ἐποποιΐας καὶ αὐτῶν, καὶ τῶν εἰδῶν, καὶ τῶν μερῶν αὐτῶν, καὶ πόσα,

» καὶ τί διαφορά, καὶ τῶν οὖν ἡ μὴ τίνος αἰτίας, καὶ πρὸς ἐπιτιμήσεων, καὶ λύσεων, εἰρήσθω τοσαῦτα.

» De Tragœdia igitur & Epopœia, deque earũ generibus, atque par
» tibus, quot etiam quibusque differunt, de causis insuper, cur hæ meri
» tò probentur, reprobenturue, tum de obiectionibus, ac solutionibus,

© SCD - Université de Poitiers

» ſatis hactenus à nobis hæc dicta ſint.

Epilogus eſt totius libri, in quo ait ſe de Tragœdia, de Epopœia; ipſarumque differentiis, & partibus ſingulis locutum. præterea de reprehenſionibus, ſeu cauillationibus, quæ afferri ſolent contra poëtas, & de ipſarum confutatione, ſeu (vt ipſe vocat) de ſolutionibus. Atque vtinã ſicuti integer eſt ab omni parte liber hic, alterum quoque haberemus, in quo de aliis poëſeos generibus locutus fuit, ſed quando interiit, reliquum eſt, vt hoc ſaltem nos ſolemur qui integer ad nos peruenit. ſicuti vbique nos Methodi ſeriem Ariſtotelæ obſeruantes oſtendimus; vt tandem aliquando nonnullorum peruicacem morositatem vinceremus; qui ſua authoritate homines ab hoc libro legendo, quẽ mutilum, mirisque modis lacerum eſſe ſemper prædicarunt; antehac deterrere conati ſunt.

FINIS.

© SCD - Université de Poitiers

© SCD - Université de Poitiers

© SCD - Université de Poitiers

Franciſci Robortelli Vtinenſis

PARAPHRASIS IN LIBRVM HORATII, QVI VVLGO DE ARTE POETICA AD PISONES INSCRIBITVR.

EIVSDEM EXPLICATIONES

DE SATYRA

DE EPIGRAMMATE

DE COMOEDIA

DE SALIBVS

DE ELEGIA.

Quæ omnia addita ab authore fuerunt, ut nihil quod ad poeticam ſpectaret deſiderari poſſet: Nam in iis ſcribendis Ariſtotelis methodum ſeruauit: & ex ipſius Libello de arte Poetica principia ſumpſit omnium ſuarum explicationum.

© SCD - Université de Poitiers

© SCD - Université de Poitiers

Franciſci Robortellii Vtinenſis

PARAPHRASIS IN LIBELLVM HORATII, QVI VVLGO DE ARTE POETICA INSCRIBITVR.

ETSI libellus hic de arte poëtica inſcribitur, videtúrque ipſa inſcriptio præ ſe ferre methodo quadam certa, & ordinata præceptiones tradi ſcribendorum poëmatum, puto tamen ego inſcriptionem illam à poëta non fuiſſe appoſitam. neque, cum ad PISONES ſcriberet, in animo habuiſſe artem vllam, aut methodum præclaræ huius facultatis tradere; nam ſi id efficere voluiſſet; ab initio omnia repetens, & naturæ ordinem ſequens præceptiones omnes ſingillatim eſſet perſecutus, quæ ad poëma rectè ſcribendum ſpectant; hac enim commodiore ratione potuiſſe artem poëticæ facultatis deſcribi ab Horatio ſatis patet. Nuncuerò quis credat hominem doctiſsimum de arte tam confuſe fuiſſe locutum? ſic igitur omnino ſentiendum. Cum Romæ ſua ætate videret Horatius eſſe multos, qui poëtæ nomen ſibi falsò vendicabant; diésque totos in ſcribendo aliquo poëmate ponebant, & ignorabant tamen, quanto in verſibus ſcribendis opus eſſet artificio, diutius illorum inſcitiam, & inſolentiam æquo animo cum ferre non poſſet; ſermone hoc ſatis longo cum Piſonibus habito, eos reprehendere inſtituit, ac ſingillatim omnes illorum errores demonſtrare, quibus patefactis dat operam, vt eos ad meliorem frugem reducat, præſcribens rectam rationem ſcribendi poëmatis; in eo præſertim, in quo eos labi animaduerterat; quo fit, vt ego exiſtimem, temere à multis libellũ hunc in plurimas, ac minutiſsimas præceptiones fuiſſe diſſectum; cum miro ordine totus liber ſit contextus, perpetuámque præ ſe ferat, & minime interpellatam de eâdem re orationem, vt conabor oſtendere, ac facile perſpicient ii, & probabunt, opinor, qui cognitam habent ſcribendi rationem, quam vbique ſecutus eſt Horatius in Epiſtolis.

Omnes poëtæ in ſcribendo certum ordinem, ac ſeriem rerum in primis ſeruare debent; nam qui ſuum poëma non diſtinguit rectè, neque in conuenientes partes diſponit, vt altera alteri aptè cohæreat, non admodum diſsimilis eſt illius pictoris, qui monſtrum aliquod huiuſmodi in tabula pinxerit, vt caput quidem hominis ſpeciẽ præ ſe ferat; ceruix verò equi; inferiórque corporis pars piſcis formam referat; & ſicuti nullus eſt, qui ſine riſu tam monſtruoſam picturam ſpectare poſsit; ita par eſt, vt omnibus riſum concitet poëma ex diuerſis, ac diſsimillimis inter ſe partibus concinnatum. hoc enim in primis in poëmate requiritur, vt omnia ſibi conuenientia ſint, & ſingulæ partes cognatione veluti quadam inter ſe

© SCD - Université de Poitiers

coniungantur, nam si secus fuerit, merito cum somnio ægrotantis hominis poterit comparari; tanta enim vis morbi est sæpe in corporibus, vt animo spectra horribilia offerat, atq. huiusmodi portenta videre cogat, quæ in rerum natura neque sunt, neque esse possunt: Quòd si aliquis indoctos hos poëtas ita fortè excusare conetur, vt dicat poëtis nihil non esse concedendum, posséque eos pro suo arbitratu, sicuti pictores noua quædam formarum genera confingere; is sciat velim ea lege poëtis hanc veniam dari; vt nouum aliquid confingant, modo, ne æquam naturæ legem transgrediantur, quod etiam pictori, qui vere ea tantum, quæ à natura fiunt, imitari studet, diligenter est seruandum; fieri enim non potest, vt quispiam satis probet, aut rectam naturæ imitationem agnoscat in ea pictura, in qua simul commisceantur, quæ diuersi sunt generis, diuersísque aluntur cibis, & diuerso generantur modo, vtpote serpentes, & aquilæ. tygres, & agni. leones, & cerui: & quæ eiusmodi sunt. Nostra quidem ætate præterquàm quòd portentosa, qualia descripta sunt superius, videre est multorum poëmata; illud quoq. magna est reprehensione dignũ, quod vulgò faciũt mali poëtæ, qui cum grande aliquod poëma Epopœicum, qualis Homeri Ilias est, & Odyssea, de magnis rebus gestis sibi scribendum proponant, grauiter quidem exordiuntur, & magna profitentur ab initio, mox instituti operis obliti excurrunt in locos quosdam tenues, vbi omnes suos consumunt fucos, ac myrothecias, tanquàm si eius in primis rei tam pusillæ gratia negociũ tam magnũ fuisset susceptum; Huiusmodi vero poëtarum genus, si quis diligenter attendat, non dissimile est ab iis pictoribus, qui cum omnia imitari nesciant, sed in aliqua tantum re, & ea quidem tenui, exprimenda se per omne vitæ suæ tempus exercuerint; conantur in quauis tabella eam ipsam effingere, quàmuis neque rerum similitudo, neque temporis, neque naturæ ratio id postulet. Cupressum aptè pingit aliquis, quòd in ea exprimenda multum operæ posuerit; cætera non satis aptè; Quòd si huic pingendam locaueris tabulam votiuam naufragi alicuius hominis, quæ in templo Neptuni sit appendenda, statim rogabit ineptus, velis ne in ea tabella appingi cupressum; verùm quid cupresso simile est cum naufragio; nihil planè; Sed id, in quo se excellere putat, quamuis tenue sit, & maximè alienum; omnibus in locis apponere cupit; Poëtæ quoque, de quibus loquimur, planè idem faciunt; cum enim parum exercitati sint in aliquo grandi volumine; & poëmate conscribendo, omnes autem ingenii sui vires consumpserint in breuibus quibusdam, ac iocosis rebus exprimendis, statim, dum grande illud opus describunt, digrediuntur ad id, in quo se putant excellere; & lucum aliquem vmbrosum; aut aram Dianæ, aut riuulos leniter fluentes per herbosa prata; aut iridem, eiúsq. colores varios; aut Rhenum amnem aut Padum politissimis quidem, & ornatissimis verbis describunt. Sed quorsum hæc; aut quid commune habent cum grandi eo poëmate. Sunt quidem descriptiones fluuiorum, syluarum, montium,

© SCD - Université de Poitiers

& eiuſmodi rerum valde aptæ ad poëma exornandum, ſed aſpergi tantum debent, ſicuti colores quidam aliquot in locis. Verum hi longè ſecus faciunt; nam immemores facti eius, in quo potiſsimum erat laborandum; centonem veluti quendam centoni ex lucida purpura aſſuentes illuſtrare ſe poſſe putant ſuum poëma, quod alioqui, neque aptè diſpoſitum, neque integrum fuerit. Siquis autem huius rei probabilem aliquam afferre velit rationem, cur poëtæ hi in tantum delabantur errorem, nullam ego probabiliorem proferri poſſe exiſtimo, quàm quòd maxima pars poëtarum decipiuntur ſpecie recti; & omnes, nimio, peccant, dum id rectum eſſe exiſtimant, ac laudabile, quod nequaquam eſt. Exempli cauſa; Breuitas quidem in oratione ſumma virtus eſt, ſi ſuis locis aptè adhibeatur, ſed eam dum aliqui ſectantur, & plus nimio affectant; ſæpè in obſcuritatem incidunt; itidem hoc ipſum contingere videmus, vt, dum quiſpiam ornatas nimium, & expolitas efficere ſtudet deſcriptiones, in eo nulla appareat rerum grauitas; eiúsque oratio inſtar ſit picturæ alicuius, quæ quòd nimium lucens, politáque ſit, nullos oſtentat lacertos; neque venas, neque oſſa, neque neruos. Eâdem ratione labuntur etiam illi, qui grande aliquid profitentur, idipſum plus nimio affectantes; nam turgidi fiunt; Similis eſt ſcriptorum conditio, qui humilia ſe qui volunt; nam eorum oratio ſæpè ob nimiam tenuitatem, & humilitatem aſpernabilis fit. Atque vt alio exemplo res éadem apertius demonſtretur; etiam qui rem aliquam nimium variare ſtudent, ſæpè prodigioſam videre eſt illorum narrationem. Quamobrem veriſimè concludi poteſt, maximam ſcriptorum partem in vitia hæc prolabi, dum alterum vitiorum genus longè diuerſum vitare cupiunt, & ideo nulla adhibita moderatione, id quod diſsimillimum eſt, probant, & efficiunt; Atque ita ſane omnes decipiuntur, ſicut & hi, de quibus paulò ante loquebamur, poëtæ; qui grande aliquod poëma aggreſsi ſcribere; ignari, qualis in eo requiratur diſpoſitio; mox digrediuntur in leuem aliquam deſcriptionem, quæ ad partem, ſeu particulam, potius, quàm ad totum poëma ſpectat; Non admodum diſsimiles hi dici poſſunt fabri illius ærarii, qui IMVS appellabatur, officinámque habebat circa Aemylium ludum; is enim perite admodum, & artificioſe, vngues & capillos exprimebat in ſuis ſimulacris, quæ particulæ quædam ſunt totius corporis valde exiguæ totum autem ſimulacrum, & primarias ipſius partes, vt pote vultum, ceruicem, pectus, & brachia effingere prorſus neſciebat. Quòd ſi alicui ſanæ mentis homini optio detur, non magis, velit huic ſimilis eſſe, quàm corpus quidem habere ab aliqua parte formoſum, atque laudatum; ab aliqua verò parte deforme, ac ridiculum, quales ii ſunt, qui nigros oculos, & capillos habent, diſtortum autem, & prauum naſum; Quamobrem rectè aliquis huiuſmodi poëtas monere poſsit, vt ne tam grandia ſibi proponant poëmata ſcribenda; ſed materiem ſuis viribus parem aſſumant, & diu, multúmque conſiderent, quantum ſuo ingenio aſſequi

© SCD - Université de Poitiers

poſsint; ii enim qui ſuis viribus omnia metiuntur, neque maius ſubeunt onus, quàm ſuſtinere poſsint; & in narrando ſatis facundi, & vberes ſunt; neque ordinem rerum, in quo ſumma virtus eſt, peruertunt. Siquis autem quærat, qualis ordo in poëmate requiratur grandi, & Epopœico, ſciat velim, hunc potiſsimum requiri, vt res quidem ipſas non ita perſequatur, aut narret, ſicuti deinceps geſtæ fuerunt; hoc enim hiſtorici eſt, non poëtæ; ſed aliqua quidem arripiat dicenda, quamuis ab extremo deſumpta, mox redeat ad prima, & rurſus, quæ conſequi videbātur, in aliud differat tempus; Hoc vero qua ratione fiat, facile perſpiciet, qui Homeri poëmata diligenter obſeruarit, & ſcierit Epopœicum poëma per annunciationem, vt Ariſtoteles in Poët. docet, proferri, eundémq. diuerſis ſuſceptis perſonis, varios referre ſermones, quod ipſum ſanè facit, vt pulcherrimus in hoc genere poëmatis ordo conſtituatur, quem qui ſequuti non ſunt, neſcio quidem, an poëtæ vix ſint appellandi; Vergilius certe in Aeneide ſequutus eſt, ſicuti patet lib. i. ii. iii. & iiii. Apollonius, qui Argo nautica ſcripſit, hunc ordinem non adhibuit in ſuo poëmate, quàmuis in reliquis mirifice exequatur poëtæ munus. Atque hæc quidem hactenus à nobis dicta ſint de ordine Epopœici poëmatis, quod temere multi poëtæ aggrediuntur ſcribendum, cū neſciant, quanto artificio ſit opus. Non minus vero iidem reprehendendi ſunt, quòd temere verba noua confingere ſtudent; non quidem quòd dictiones nouas proferre non liceat; ſed modus in hac re adhibendus, videndúmq. vt id caute, & rarò fiat. Duabus in primis de cauſis concedi poteſt verborum innouatio, vel cum iunctura verborum, quorum ſignificatio ſuapte natura vix videtur cohærere poſſe, nouitatem quandam præ ſe fert; vt ſi quis comas arborum dicat, quod ipſe protulit Horatius; in hac enim iunctura verborū nouitas ineſt; quia non eſt ante vſitatum, vt coma arborum diceretur, ſed hominū tantummodo; tametſi hoc etiam referri poteſt ad iuncturam, hoc eſt, compoſitionem verborum, quæ ſæpe facit, vt verbum ex duobus vſitatis compoſitum, nouum appareat; quale illud eſt Catulli MVLTIVOLA eſt mulier. & illud Vergilii: VELIVOLVM mare. Altera cauſa, propter quam licet innouare verba, hæc eſt, cum cogimur res obſcuras, neque ab aliis antè dictas nouis dictionibus explicare; hinc Ciceroni licuiſſe videmus, quàmuis id pudenter faciat, & niſi petita prius venia, in philoſophia veterū Græcorum mandanda literis Latinis. nouas ſubinde proferre dictiones, quod ipſum etiam facit Lucretius; ne multa ſilere cogeretur. Propter egeſtatem linguæ. Siquis normam hanc ſequatur, & cautionem in verbis innouandis, quæ maiorum ſuorum ætate nunquàm fuerint prolata; hic, me iudice, non errauerit. Verba autem noua, quoniam ſæpe reiici ſolent ab hominibus, videndum eſt quo modo probarī poſsint; Atque, vt ſummatim id dicā, eius rei videtur hæc vna eſſe ratio, ſi videlicet ex Græcorum fontibus deriuentur; atq. id parcè tamen, nam ſi quis aſſerat, nobis non licere vllum innouare verbum; is mihi reſpon-

deat

© SCD - Université de Poitiers

deat velim, cum id licuerit efficere CAEcilio, & PLauto, qui prius vixerunt; cur itidem non liceat VERGILIO & VARIO? Atq. vt hos præteream doctiſsimos viros, quib. id fortaſſe pro ſuo iure concedatur propter ſingularem eruditionem, & ſummam inliteris authoritatem & dignitatem; cur non etiam cuiuis hoc ipſum concedatur? & cur inuideatur is, qui poſsit doctè & aptè fictas nouas aliquot dictiones comparare? Nam ſi CATO; & ENnius, cæteriq. ſuperioris ætatis homines Latinum ſermonem locupletarunt, & multa nomina noua rerum protulerunt, non eſt, cur cæteris hoc idem ius denegetur; & innouandorum verborum poteſtas eripiatur. Licuit certè, & ſemper licebit etiam poſthac nouas dictiones confingere; modò agnoſcant homines, cuius ætatis illæ ſint, non ſecus ac numiſmata ſolent agnoſci ex nota, quam præſeferunt; Nam ſicuti arborib. folia modò decidunt, modò renaſcuntur pro diuerſa temporum ratione; ita etiam verba, alia quidem intereunt, & abolentur; alia verò rurſus enaſcuntur, & floreſcunt. Quid verò mirum, ſi hoc contingit? nam ipſimet homines morti addicti ſunt; & res ipſæ etiam naturales mutationem & interitum patiuntur. Sæpè videre eſt, vbi terra erat, eò mare influxiſſe, & rurſus, vbi aquoſæ erant paludes; ibidem deſiccatis aquis, opimos, ac feraces eſſe agros, arationi, & ſatiani aptos. Fluuiorum quoq. curſus ſæpè mutantur, & alio decurunt alueo, ſiue in ſpontè fiat; ſiue hominum labore, & opera; qui, quòd viderent eorum inundatione ſegetes perimi, & arua præroda; aliò magna vi aquarum fluxum impulerunt; Quòd ſi in his rebus tanta mutatio, & viciſsitudo eſt, quis ſperare debeat, ſermonis Latini eandem ſemper fore ſpeciem; & eius venuſtatem nunquàm interituram? Res quidem aliter ſeſe habet, nam multæ dictiones, quæ iam ob ſoletæ erant factæ, rurſus priſtinam acquirent dignitatem; multæ quoq. quæ nunc in magno ſunt honore, contemni incipient, ſic volente ipſo vſu, qui arbiter eſt veluti quidam, & ſummus magiſter loquendi, & normam pro ſuo arbitratu hominibus ſingularum dictionum præſcribit. Atq. hæc quidem à nobis hactenus dicta ſint de verborum innouatione, in qua imperiti illi poëtæ, quòd nihil non putabant ſibi licere, valde decipiebantur. Non minus verò peccant iidem poëtæ, qui cum res geſtas magnorum Regum, & Ducum, pace, belloq. ſcribant, alio quouis vtuntur metro, quàm quo vti decet, quòd ſi id ignorabant, diſcere tamen poterant à præclariſsimo omnium poëtarum Homero, qui primus monſtrauit, quo metrorum genere bella poſſent deſcribi. heróoſcilicet, & hexametro, quod ideo huic poëmatum generi aptum eſt, quia multũ in ſe ponderis, & firmitatis habet, Sicuti etiam præclarè docet Ariſt. in Poet. Atq. id ſanè optima factum eſt ratione, nam ſingula poëmatum genera proprios habent numeros, & metra, quib. proferri debent, pro materie earum rerum, de quib. agitur; Hinc factum eſt vt olim elegis verſibus lugubres næniæ, & querimoniæ ſcribi cæperint;

© SCD - Université de Poitiers

tametsi postea amores, & lusus quidam iocosi eo genere metrorum in clusi sunt, vt facilè iam obseruare possit aliquis, quæ materies elegis apta sit: qui quidem, si quæras à quo primùm inuenti fuerint; ignorare me ingenuè fateor; nam de ea re adhuc inter se certant grammatici: & nondum lis est diiudicata. IAmbici versus, quibus ante poëtæ vsi sunt, & Archilochus in primis, ad maledicendum, vndè & ipse Iambus appellatus est. Sicut in Poët. docet Aristoteles aliquantò post asciti fuerunt à Comicis, & Tragicis poëtis ad sua poëmata scribenda; nam vt etiam Aristoteles ait in Poët. Iambus proximè accedit ad solutam orationem, & homines inter se colloquentes in quotidiano conuictu multos sine vlla meditatione proferunt iambos: Quoniam igitur in Comœdia, & Tragœdia inest imitatio earum rerum, quæ ab hominibus fiunt, dum inter se colloquuntur; eo opus fuit metro in tali poëmatum genere. Adde quòd metrum hoc, tametsi simile est solutæ orationi, vincit tamen popularem illum loquendi modum; & aliquantulum à vulgari consuetudine recedit; vt enim poëma aliquod dicatur, non tantum imitatione opus est, sed etiam metro; non quidem quòd metrum absque imitatione poëtam vllum efficiat; Sed & ipsum requiritur tamen, ne nimium soluta sit oratio, sicut etiam in Poët. innuere videtur Aristoteles. Lyrico poëmati aptissime inseruntur Deorum, & Heroum laudes; nec non etiam iis celebrare licet, qui in Olympiis, aut certu, aut quadrigis, aut cursu extiterit victor; possunt etiam hoc genere poëmatis amores iuuenum decantari, & lasciua carmina describi. Hæc quidem, vti diximus, ita distinguenda sunt; & singula singulis adaptanda; Quòd si quis hæc distinguere nesciat, omniáque perturbet, atque commisceat sua insciatia, non debet is inter poëtas connumerari; Atque eò magis sanè hoc hominum genus detestandum videtur, quia in suo errore pugnaces sunt; maluntque perperàm scribere, & defendere ea, quæ praua sunt; quàm discere id, quod rectum est. Versibus Tragicis res Comicæ tractari non debent: nec è contrario res Tragicæ versibus Comicis; sed & his, & illis suus tribuendus est honos. non negarim tamen interdum sermonem in comœdia assurgere, & pleniorem fieri, cum præsertim delitigantem aliquem senem iracundum, aut militem suas res gestas iactantem inducimus; In Tragœdia quoque plerunque humilem, & tenuem proferri orationem simillimam Comicæ, cùm præsertim Herôes calamitate aliqua pressi, dolentes, & opem implorantes inducuntur; tunc enim minimè opus est vti turgido, & nimis elato sermone; alioqui auditorum animos non commouerent, neq. commiseratione digni viderentur, si inflata & grandia proferrent verba: qualia ipsis conueniebant, antequàm in miseriam laberentur. Obiiciat se mihi hoc loco aliquis, & dicat, si id fiat, corrumpi omnem venustatem & grauitatem poëmatis Tragici, quod nihil nisi grande & elatum recipit;

Huic

© SCD - Université de Poitiers

Huic ego ità reſpondendum puto, non ſatis eſſe, vt poëmata venuſta ſint, & dignitatem ſuam ſeruent; nam dulcedine quoque, & ſuauitate quadam ſunt conſpergenda, vt poſsint auditoris animum inflectere in quancunque voluerint partem; ita enim comparatum eſt natura, vt homines eodem genere perturbationis moueantur, quo illum moueri vident, qui loquitur; Hinc fit, vt ridenti arrideant & flenti flentes ipſi quoque præſto ſint; Si igitur in tragœdia vllus eſt Heros, quàmlibet ſummo loco natus, qui alios ad fletum, & commiſerationem impellere velit, ipſi nimirum eſt primùm flendum, ac lugendum, talísque eius debet eſſe oratio, vt non imperioſa, ſed remiſſa; non elata, ſed humilis appareat. quòd ſi ſecus loquetur, ac fortune miſerabilis exitus poſtulat, ſpectatores aut nón ſatis attentè audient, aut ridebunt etiam; ei enim qui aduerſa conflictatur fortuna, præterquàm quòd vultu mœſtitiam præ ſe ferre debet, conuenit etiam ſermo triſtis, ac lugubris. Homini vero, qui ira fuerit ſuccenſus, ſermo attribuendus eſt minarum plenus. Iocoſis hominibus, & ludere volentibus laſciua, ac petulca verba competunt; ſicuti ſeueris grauia. Neque vero hæc temere fiunt; nam ita poſtulat non ſolum artis, ſed etiam naturæ ratio; Natura enim ipſa primum intimos hominum animos effingit, & impellit modo ad hunc, modo ad illum habitum, vt vt res vel ſecundæ fuerint, vel aduerſæ; Hinc fit vt aut lætitia euehantur, aut ira concitentur, aut graui aliquo mærore preſsi iaceant. Porrò ex huiuſcemodi animorum affectionibus varii exiſtunt ſermones; lingua enim veluti quidam interpres animi eſt; & quicquid animo prius homines conceperint; ipſa poſtea profert, & explicat; Si igitur diſsidium fuerit inter linguam, & pectus; verbáque non videantur competere interioribus animorum habitibus, & affectionibus, meritò ab omnibus fuerit explodendus, & ridendus ille poëta, qui artis huius ignarus longè diuerſam ſequutus fuerit viam, & rationem in ſcribendo; hoc vero vt commodius fiat; præterquàm quòd ad interiores animi affectiones reſpiciendum eſt, perſonarum quoque conditio, ſtudium, natio & ætas eſt conſideranda; nam pro harum rerum diuerſitate diuerſos quoque mores exiſtere neceſſe eſt; de qua re copioſe etiam Ariſtoteles agit in Poëtica, vbi de moribus loquitur, quídque in his ſeruandum ſit docet. Atque id vt exemplis apertius fiat, aliter loqui inducitur Deus aliquis, & Heros; multóque aliter ſenex, ac iuuenis, qui adhuc florente ſit ætate, & cupiditatibus ferueat; longéque diuerſus ſermo attribui debet matronæ alicui, quæ nobilis fuerit, ac potens; atque nutrici, quæ in primis ſedula, & officioſa effingi debet; Alio etiam vtitur ſermone mercator, qui multas per regiones peregrè profectus fuerit, & ruſticanus agrorum cultor; Diſsimiles quoque erunt in ſermone Perſæ ac Macedones; Colchi, & Aſſyrii; Thebani, & Argiui; cæteríque, qui aut natione, aut patria inter ſe differunt; Quare ego ſcriptores poëmatum monuerim, vt in perſonis effingendis magnã adhibeant diligentiam,

© SCD - Université de Poitiers

quod vt facilius intelligatur, ita puto distinguendum. Persona, quæ loquens inducitur à poëta, duplex est, aut vetus, aut noua; Veterem appello, quæ ab aliis poëtis antè fuerit sæpe inducta. Nouam verò, quæ tũc primum efficta sit. Exemplum veteris fuerit huiusmodi. Achilles apud Homerum primùm, deinceps apud alios omnes poëtas iracundus, acer; impiger ad labores suscipiendos, inexorabilis effingitur, eóque ingenio præditus, vt legibus se velit esse superiorem, & robore corporis, atque armis fretus, nihil non putet sibi licêre. Medea in veterum tragœdiis ferox, & aspera; atque, vt Euripides vocat, μεγαλόστομαχος. Ino flebilis. Ixion perfidus. Iò vaga. Orestes tristis, & furiis maternis exagitatus. Atque hæc quidem de persona veteri dicta sint. Si vero noua effingitur persona, quod rarò accidit in tragœdiis; quia vt Aristoteles ait, paucarum familiarum sunt, & nomina noua confingi non possunt; In comœdia verò frequenter, nam pro arbitratu suo vnusquisque & argumentum comminisci, & nouarum personarum nomina excogitare potest. Si igitur hoc fiat, diligenter videndum est, vt mores earum personarum sibi constent, & seruent eam, quam Aristoteles in Poëtica ὁμαλίαν vocat. turpe enim fuerit, & indecorum, si diuersa conspiciatur in extremis actibus, ac ab initio processerit in medium; multo verò difficilius est nouum tractare argumentum, & nouas effingere personas, quàm insistere veterum poëtarum vestigiis; nullúsque est, qui non possit aptius multò, & facilius tractare res Troianas antè ab Homero descriptas, & ex ipsis sibi desumere dramata tragica, quàm proferre res ignotas, neque prius auditas; Quòd siquis ideò nolit hoc efficere, quòd putèt non satis magnam sibi proponi laudem in exprimendis alienis fabulis; is sciat velim, posse multis quidem modis materiem, quæ ab aliis fuerit tractata, propriam effici. Atque id sanè continget; si poëta noluerit immorari ei rei, in qua ille, qui prius scripsit, multum operæ posuit. Si neglexerit itidem singillatim omnia vertere, tanquàm interpres, qui ab aliorum præscripto nunquàm discedit; si præterea seipsum non intruserit in angustias, vnde exilire postea non possit, & cogatur, velit, nolit, aliena scripta exprimere imitando, ne vno quidem prætermisso verbo; Optimum quoque fuerit, si ab ipso statim initio poêmatis se pollicitatione aliqua grandi & inflata non obstrinxerit ad omnia persequenda, qui enim sub exordium operis turgidè, ac magnificè nimium aliquid fuerit pollicitus, non potest id sine magna reprehensione prætermittere; quo vitio olim laborauit Antimachus poëta, cognomento Cyclicus dictus, qui ita exorsus est.

„. Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.

Quid enim tãto erat opus hiatu, aut quid tandem præstiterit vir hic egregius, quod tam inflatis verbis par esse possit; planè, quod in veteri adagio circumfertur, verum esse perspicietur, ex montium partu murem nasci exiguum, quod non minus aptè in huiusmodi poëtam retorqueri

poterit

© SCD - Université de Poitiers

poterit, ac olim à Tacha rege in Ageſilaum dictum fuit his verbis.
ὡδίνων δ'ὄρος. Ζεὺς δ'ἐφοβεῖτο. ἔπεκε δὲ μῦν. Quanto venuſtius, & verecundius exorſus eſt Homerus omnium poëtarum facilè princeps; qui cum nihil moliretur impudentur, hoc leni vſus eſt principio. »

Dic mihi muſa virum, captæ poſt tempora Troiæ »
Qui mores hominum multorum vidit, & vrbes. »

In hoc tàm leni exordio quis non perſpiciat, quale ſit doctiſsimi poëtæ ingenium, quàm prudenter omnia egerit; non enim cogitabat ex fulgore fumum, ſed ex fumo lucem dare; vt ſiquid ſpecioſum poſtea deprompturus eſſet; maiore animos audientium voluptate afficeret, quæ alioqui prorſus fuiſſet ſublata ab inani aliqua, & turgida pollicitatione. Hinc cernere eſt, quanta cum venuſtate, quaſi præter omnem ſpem audientium narret de Antiphate: Scylla, & Charybdi. de Cyclope & aliis huiuſmodi; Nec ſuas narrationes ab vltimo repetit initio rerum; nam cum de reditu loquitur Diomedis, non orditur ab interitu Meleagri, Troianum verò bellum deſcripturus non repetit à Ledæ partu; ſed pleno ſemper gradu ad exitum feſtinat, & medias ipſas res aggreditur exponendas, non ſecus ac ſi ex prioribus auditori notæ eſſent; Quæ verò videt ornatum recipere non poſſe, nec ſua tractatione illuſtrari, prætermittit; nam in minutiſsimis quibúsque rebus videbat ſibi non eſſe immorandum; Iam verò ſi mendacium vllum profert, id aptiſsime facit, nam falſa veris miſcet, diligentérque cauet, ne medium à principio, aut finis à medio diſcrepet, atque idem planè feciſſe videtur, quod Ariſtoteles in lib. Poët. obſeruauit, vbi docet, quomodo mendacia à poëtis per paralogiſmum proferri debeant; Verùm, poſtquàm à ſuperiore ſermone digreſsi ſatis multa de his rebus diximus, non inutile fuerit, ſi demonſtratis malorum poëtarum erroribus, ipſis certam normam ſcribendi poëmatis præſcripſerimus, breuitérque declarauerimus, quid in dramatico poëmate, non ſolùm in epopœico ſeruandum ſit. Si quis eſt igitur, qui ſpectatorum gratiam inire, & plauſum, atque acclamationem ab iis elicere in recitatione ſui poëmatis cupit, debet is in primis ſingularum ætatum quales mores ſint, obſeruare, vt in omnibus perſonis deſcribendis illud à Græcis appellatum τὸ πρέπον vbique exprimat; Non grauabor itaque breuiter ſingula explicare in gratiam eorum, qui poëmata ſcribunt, ſicut Ariſtoteles in Rhetoricis ad Theodecten oratorum commodis inſeruiens explicat. Puer, qui adhuc tenera eſt ætate, neque multum tamen ab adoleſcentia abeſt, qui & fari optimè iam didicit, neque inceſſu vacillat, libentiſsimè cum ſuis æqualibus colludit, & ad iram facillime irritatur, quam mox acceptæ iniuriæ immemor deponit, & in horas mutatur. De hac quidem ætate nullam Ariſtoteles in Rhetoricis facit mentionem, quia oratoris non eſt eius ætatis mores adnotare, quæ nihil prudenter, aut quod in iudicium venire poſsit; agit; Poëta verò minutius ſingula perſequitur, nec

© SCD - Université de Poitiers

tamen ipſe,quàmuis multum in omnibus elaboret,inania quæ ſunt, conſiderat; quid enim attinet infantium naturam, aut mores obſeruare; quorum nulla in poëmate eſſe poteſt imitatio; cum eorum ſermo,quòd voces effingere neſciant exprimi non poſsit; Iam verò iuuenes adulti, & impuberes, poſtquàm à latere magiſtrorum diſceſſerunt,liberămque inierunt viuendi rationem, omnem ſuam curam, & ſtudium in equitatione, & venatione, quæ duo ſpeciem quandam ſimilem bello, & præliis habent,ponũt; & in gramine Campi Martii palæſtra,diſco,iaculo,& ſaltu ſe exercent; Iidem facilè in vitiũ flectuntur, monitorémque,& reprehenſorem pati non poſſunt; pigri verò,ac tardi ſunt in parandis iis, quæ ipſis aliquando vtilia eſſe poſſe videantur; Rem à maioribus partam profundunt, pecuniæ parandæ minime intenti; Multis hos videas ſemper agitari cupiditatibus, ferocíque eſſe animo, ac ſpiritu; vehementer aliquid appetere, quod cum fuerint adepti, mox præ nimia mentis inconſtantia faſtidire, ac negligere incipiunt. Virilis autem ætas,in qua iam deferbuêre cupiditates, longè diuerſa ſequitur, nam & diuitias in longos vſus ſibi parare ſtudet, & gratiæ hominum ineundæ, quacunque poteſt ratione,intenta eſt, intelligens, quàm firmum præſidium homini propoſitum ſit in rebus aduerſis,ſi amicis, quorum ſe fidei ſuáq. credere poſsit, abundauerit; honoris verò appetentior eſt, nulláque in re maiorem adhibet diligentiam,quàm vt ne cui videatur inconſtans;turpe enim putat aliquid committere, quod poſtea non probarit: Senem autem,vtpote qui iam vergente eſt ætate,multa incommoda circumueniunt, Rebus partis vti neſcit; vel vt verius dicam, non vult,ab ipſis tanquàm à rebus ſacris abſtinens; omniáque timidè agit, Negocium aliquod,prius quàm confi ciat, ſæpe in longius differt tempus; Tantum verò abeſt, vt, quamuis propè abſit à morte,mori cupiat, vt etiam ſperet, ſe multos victurum annos; In conuictu difficilis eſt; moroſus, ſempérque habet in promptu,de quo conqueratur, Rerum antèactarum libenter meminit; ſuæque ætatis mores ſemper laudat,& reprehendit præſentem viuendi rationem; Sed nimirum adueniens ætas,& ad maturitatem tendens multa affert hominibus commoda; decedens autem,& ad ſenectutem inclinans, non modò commoda aufert, quæ attulerat; ſed & multis incommodis homines afficit; mirísq. quibuſdam diſcruciat modis. Summa igitur omnium præceptionum noſtrarum hæc fuerit: quatenus ad varias hominum ætates ſpectat, vt poëta diligenter caueat,ne ea,quæ iuueni conueniunt,ſeni attribuantur; aut quæ virorũ propria eſſe videntur,puero mandentur; ſemper enim ea,quæ ſingulis ætatibus adiuncta ſunt,ſequi debemus, & ipſis, conuenientia quæ videri poſsint, aſsignare. Aliud quoque poëtæ ſcribenti tragœdiam diligenter conſiderandum eſt, nequid abſurdum fiat. Hoc verò quale ſit, breuiter explico. Res aut agitur ab hiſtrionibus in ſcena, aut intus acta nunciatur, atque exponitur; ita autem comparatum eſt natura, vt minus moueant animos, quæ audiuntur, quàm

quæ

© SCD - Université de Poitiers

quæ oculis cernuntur; certius enim, & expreſsius cognoſcuntur ea, quæ viſu percipimus, quàm quæ auribus; illa enim ipsémet ſpectator ſibi propoſita arripit, atque cognoſcit; hæc verò aliunde in animum per aures intruduntur; Debebit igitur attentè operam dare poëta, vt internoſcat, quæ agenda, quæue non agenda ſint in ſcena; nonnulla enim intus occultanda ſunt, nec in ſcenam promenda; Atque vt ne ignorentur, cum fuerint ex oculis ſublata, peropportune hoc à veteribus excogitatũ fuit; vt ab aliquo narrentur, poſtquàm acta ſunt, neq. enim humanitas, & mollitudo animorum patitur, vt Medea coràm populo filios ſuos trucidet; aut Atreus vir maxime nefarius Thyeſtæ fratris ſui filium enectum palàm coquat, & patri comedendum apponat; aut Progne plumas induat, & in auem vertatur; Cadmus autem in anguem; ſi enim huiuſmodi ſpectanda præbuerit poëta in ſcena; quæ crudelitatis pleniſsima ſunt; præterquàm quòd illa ſua atrocitate animos offendent ſpectatorum; hæc quoque non erunt ſimilia vero; neceſſe eſt igitur, vt & nulla fide dignus appareat, & multum in ſe concitet ſpectatores. Eſt & aliud, in quo vigilet oportet tragicus poëta, ſi modo ſibi laudem parare ſtudet, non enim decet pauciores, aut plures quinq. actibus in fabula poni; nam hæc fuerit iuſta ipſius magnitudo. Quatenus verò ſpectat ad machinam, è qua cælitus Deus aliquis in ſcenam ducitur, ſciendum quidem eſt, conſuetudinem hanc à veteribus introductam, qui putabant fabulam aliter ſolui non poſſe, propter maximas contentiones, & turbas, quæ ſæpe inter homines exiſtunt; huius rei exemplum qui volet, ſibi ſumat ex Euripidis Iphigenia, ſub finem; itidem in Helene; nam Minerua, Caſtor, & Pollux Dii per machinam inducuntur, ea ipſa de cauſa, quam diximus. Cenſemus igitur non vbique machinam adhibendam, ſed tum ſolummodo, cum aliquid inciderit, quod labore hominum, & induſtria confici non poſsit, Deorúmque ope, ac potentia egeat. Ariſtoteles tamen in lib. Poët. totam hanc conſuetudinem reprehendit, putátque omnino eſſe è medio tollendam tum, quòd præter veriſimile fit; tum quòd ingenioſo poëtæ opera danda eſt, vt ſolutionem fabulæ non extrinſecus, nam id parum artis in ſe habet, ſed ex ipſamet fabula petat, quod videtur diligenter à Sophocle ſeruatum. Non minimum quoque ad artem ſpectat, vt quarta perſona, quæ in collocutionem venerit, pauca loquatur; nam ſicuti ſcribit Iulius Pollux lib. iiii. Si quartus hiſtrio aliquid profert, idipſum παραχορήγημα vocatur, & quoniam in tragœdiis inſeritur chorus; huc quoque operam ſuam conferet poëta, vt omnia ſummo artificio facta videantur. Debet chorus ſuaſoris velut cuiuſdam, & monitoris partes ſuſtinere; grauitatémque, & conſtantiam omnibus in rebus præ ſe ferre, qualis maxime decet fortes viros. Illud in primis cauendum, ne quid inter medios actus concinat, quod non cohæreat cum fabula, & ſpectet ad id, quod ſibi ab initio tranſigendum propoſuerunt perſonæ illæ Dramaticæ. Et ideo prudenter, doctéq. monet Ariſt. in Poët. Oportere

© SCD - Université de Poitiers

choros tragicos συναγωνίζεσθαι, vti videre est apud Sophoclem; nam Euripides alicubi diuersam secutus est rationem, quæ satis probari non debet; Cum enim in tragico poëmate imitatio sit hominum, qui inter se negociantur, ac colloquuntur de re seria, & graui, nihil ab iis debet proferri, quod cum reliquo sermone non sit coniunctum. In primis vero chorus faueat bonis, & aduersetur improbis, & eos, qui in rebus agendis ancipites fuerint, suo consilio iuuet; Iratos homines blando sermone molliat, ac mitiget; eorúmque se semper studiosum præ se ferat, qui ab omni vitiorum genere abstinent; laudet frugalitatem in conuictu; ebrietatem, & nocturnas compotationes detestetur. Iustitiæ, & æquitati faueat; leges tueatur; ciuium concordiam foueat, & bella propulset, vt suis in ocio viuere liceat, & omni metu liberi sint; qui ab hostibus grauis sæpè impendêre solet. Eius fidei, si quod arcanum fuerit commissum, constanter tegat. Demum Deos immortales oret, vt bonos viros è calamitatibus ereptos, pristinæ restituant felicitati; superbos vero, & insolentes homines graui aliquo incommodo vrgeant, ne suo fastu cæteris nocere possint. Hæc atque huiusmodi choro attribuenda sunt in tragœdia; nam qui hæc seruarit, laudatissimus poëta ab omni fuerit parte; eiúsq. scripta sæculis permanebunt innumerabilibus. Verum his omissis reliqua persequamur. In tragœdia paulatim, sicuti in cæteris artibus, omnia inuenta sunt, & aucta; & quæ ab initio rudia erant, atque exigua, suum incrementum, & ornatum adepta sunt, quod ex tibiis satis demonstrari potest; erant enim olim tenues, ac simplices, neque multa habebant foramina; sonúmque emittebant adeò exilem, vt choris quidem satis esset; sed magna theatra, & spissa sedilia, quæ postea extiterunt, complere non possent; carebántque eo ornamento, quo nunc exornari solent; orichalco scilicet; sed ita sanè ferebat ea ætas, vt rudes essent, & inornatæ; postea autem magnitudine adeò creuerunt, vt cum tubæ sonitu facile certarent; neque verò theatris magnis, aut grandibus tibiis olim opus fuit; cum Romæ non innumerabilis, vt nunc, esset populus; sed paruus; neque delitiis, & luxu circumflueret, sed frugi, castus, & verecundus; Postquàm enim imperii fines propagari cœperunt, & murorum ambitus, qui vrbem cingerent, amplior factus est, crescente in dies multitudine; & festis diebus in honorem Genii sacra instituta sunt; in quibus omnia summa cum hilaritate, & impunitate fiebant; numeris quoque tibiarum, & modulationibus mollioribus; minúsque grauibus vti cœperunt; Neq. verò hoc mirum cuiquàm videri debet; nam nullus est sanæ mentis homo, qui ab indocta multitudine, quæ ex vrbanis, & rusticis hominibus commista sit; si præsertim omnium curarũ & laborum vacationem habeat; quamuis autem non deessent viri graues, & honesti, qui ea non probarent, non poterant tamen alios cohibere, aut moderari; ita igitur factum est, vt tibicines, neglecta prisca numerorũ grauitate mollius, ac lasciuius canerent; & ad luxuriam augendam talares vestes, & syrmata

indu

indutus per pulpita incederet. Non diſsimili ratione etiam lyrica poëſis aucta fuit,& cum antea omnis ipſius oratio præceps eſſet, & extemporaria,meditata diu,& bene compoſita vti cœpit; vt non multum differret à Delphicis carminibus,quibus oracula dantur. Tragœdia quoque amplificata eſt,nam inſeri cœperunt ſatyricæ recitationes; quod hac de cauſa videtur factum. Spectatores tragicarum rerum, quæ ſeueræ ſunt & atroces,imitatione,& recitatione ſæpè defatigabantur. Erant igitur illorũ animi relaxandi iocoſo aliquo ſermone,vt attentius,veluti renouati,& recreati reliqua audirent,& ſpectarent; Fuiſſe verò hoc neceſſarium factu quis neget? ſi conſideret,non niſi poſt ſacra peracta,& libationes bene potum, quaſi omnibus ſolutum legibus ſpectatorem illis recitationibus intereſſe conſueuiſſe. Ariſtoteles quoq. in Poët.innuere videtur, ſatyrica tragicis immiſta,ſed mox ſublata; neq. enim cõueniebant,quòd ſatyrica poëſis magis eſſet ſaltatoria,& tetrametro vteretur verſu,qui propter ſuã longitudinem maxime aptus eſt ad ſaltationem; Quatenus verò ad conſuetudinẽ hanc ſpectat intermiſcendi ſatyras,quæ laſciuæ ſunt,tragœdiis, quibus nihil eſt grauius,& magis ſeuerum. Ego ita ſentio,dandámq. eſſe hanc veniam,modò cachinnus, atq. dicacitas ſatyrica eòuſq. progrediatur, vt non corrumpat tragicam grauitatem; neq. nimis magna repente mutatio fiat rerum grauiũ in res leues; & ſermo,qui ante ſeueritatis erat plenus ad infimam humilitatem redigatur; & dum grauia vitare ſtudet inania ſequatur. Adhibendus igitur erit modus in ſatyricis his recitationibus,vt & breues ſint,& aliquanto minns mordaces. Tragœdia enim inſtar eſt matronæ alicuius,quæ feſtis tantum diebus domo egreditur; magnáq. cum dignitate incedit; pudoris ſui vbiq.rationem habens; Quantum verò ad dictiones ſpectat, quibus vti debemus in ſatyris ſcribendis; non ſatis eſt, vt ſimplices ſint,& propriæ; multúmque diſsimiles à tragicis,quæ fucatæ,& grandes eſſe ſolent; Sed videndum quoque,vt ne decli nent ad comicam humilitatem; Satyricus enim ſermo à comico multum differt,mediúmq. veluti quendam locum obtinet inter tragicum,& comicum. Qui igitur ſatyricum ſcribit poëma,dabit operam,vt nota quidem tractet, non ſecus, ac comici,& humilia, nam materie parum differunt; non tamen notis verbis,ſed fictis,& alio quodã modo rem eandem adumbrantibus,quod ſermonis genus in primis lepidum eſt,& ſuaue,quali vſus eſt Horatius ipſe vbiq. in Satyris,& Epiſtolis; atq. in hoc ipſo etiam libello Poët. ſicuti vnuſquiſque per ſe poteſt cognoſcere; atq. vt ne exemplo locus hic careat; quemadmodum ipſemet Horatius in hoc libello populares homines,ac plebeios volens ſignificare ait. Nec ſiquid fricti cice „
ris probat aut nucis emptor. Eius generis ſermonis, de quo loquor, hæc „
ſumma virtus eſt, vt quilibet quidem legens eo modo ſe ſcribere poſſe ſperet,ſed ſi periculum faciat,nõ aſſequatur; & idem planè ei contingat, quod Cicero de optimo orat. ſermonis genere loquens, ait, Cogitanti „
quidem multa eſſe facilia; experienti autem nihil minus. Optimum enim „

© SCD - Université de Poitiers

illud eſt loquendi genus,quod ſua facilitate incautos homines decipit.Eſt & aliud quiddam diligẽter obſeruandũ in ſatyrico poëmate,nequid præter decorum fiat; Cum enim perſonæ Satyrorum,qui in ſyluis,& locis agreſtibus educati verſari ſolent,loquentes inducantur, non eſt ipſis attribuendus ſermo vrbanus, ac penè forenſis,tanquàm ſi in triuiis ciuitatis, & angiportu aliquo verſarentur; nam ſi Satyrorum ſermo,nimium mollis,ac laſciuus fuerit,obſcenitatémq. magis vrbanam, quàm ruſticanam præ ſe tulerit; equites,& ſenatores, qui aliqua dignitate ſunt, & authoritate præditi; poſſúntque doctè de literis iudiçare, æquis animis ipſum non audient,neque vlla laude,aut præmio dignum cenſebunt,tametſi fortaſſe vulgus hominum rude, quod in iudicãdis poëtarum ſcriptis parum omnino perſpicit,quid rectum,quid'ue non rectum ſit,idipſum loquendi genus probarit. Verum de ſatyrico poëmate hactenus dictum ſit. Nunc redeo,vnde digreſſus fueram; & de tragœdiæ artificio loquor,quod quia magna ex parte conſiſtit in numerorum,& verſuum apta concinnitate; de ea quoque breuiter eſt dicendum; quandoquidem multi peccare viſuntur. Dictum eſt à nobis antè ad tragica poëmata ſcribenda Iambicos verſus aſcitos fuiſſe,quòd orationem redderent ſimilem ſolutæ.Iambus pes, quoniam ſyllabam longam habet alteram breui ſubiectam,celer eſt,& rotatili quadam volubilitate; Ab eo trimetri verſus, qui ſenis conſtant pedibus,iambici dicti. Sed quoniam iamborum celeritate nimium leuis efficiebatur oratio,vt aliquanto grauior, & tardior eſſet, ſpondæi intermiſceri cœperunt,qui ſtabiles ſunt,ac lenti; ſed ea tamen lege,vt ſecunda,& quarta ſedes iambis ſemper reſeruaretur; in reliquas admitterentur, & iambi, & ſpondæi; Ennii, & Accii verſus raros habent iambos; & ideo, quòd grauiores ſunt, laudatiores quoque; videndum tamen, vt in hac re moderatio adhibeatur; Nam ſi abundarint,plus nimio, ſpondæis verſus tragici,& magno cum pondere pronunciati fuerint, quia non expriment imitationem quotidiani ſermonis; duplicem ſubibunt reprehenſionem; nam incuſabitur primum poëta,qui tales fecerit verſus, quòd impatiens moræ ſit, neq. multum operæ ponat in ſuis verſibus expoliendis; ſi enim elimare eos voluiſſet,amouendi erant ſpondæi; etiam ſi id magno interdum fit labore,& ipſorũ loco iambi reponendi. Verum qui laborem ſubterfugit elimandi verſus ſuos; eósq. ſpectandos offert,ac legendos ea forma, qua primum celeritate quadam mentis fuerint efficti,nil mirum ſi in hanc incurrit reprehenſionem. Deinde non carebit ſuſpicione ignoratæ artis; quæ quidem res multum in ſe turpitudinis habet; Hoc enim ars postulat,ſicuti ante diximus, vt poëticus ſermo proxime accedat ad ſimilitudinem quotidiani, quo inter ſe colloquentes homines vtuntur; Frequentia igitur illa ſpondæorum hanc imitationem tollit; plures enim iambos proferimus,dum inter nos colloquimur. Dicet fortaſſe aliquis,me nimis accuratum eſſe in numeris etiam ipſis ponderandis, & potuiſſe hoc facile prætermitti,nam magni nõ refert,tardior'ue an celerior verſus ſit,modo

aptè

© SCD - Université de Poitiers

aptè ſententiam de quauis re exprimat; Huic ego reſpondendum puto, verum quidem illud eſſe; non ab omnibus perſpici malè modulata poëmata; & ideo ſæpe à maioribus noſtris datam veniã indoctis poëtis; cum tamen dari non debuiſſet; Sed quid tum poſtea? Iccircóne aliquis putet ſibi licere vagari, nullámq. certam ſequi normam in ſcribendo poëmate; quod certò ſciat à paucis ſua errata perſpectum iri. vel ſi etiam perſpician tur, ſperet ſe veniam conſecuturum. Atqui non ſatis eſt reprehenſionem euitare, ſi laudem etiam non paraueris; Quamobrem ego huiuſmodi poëtas monuerim, vt Græcorum ſcripta, die, noctúque legant, ii enim optimi ſunt ſcribendi magiſtri; nihilque vnquàm protulerunt ſine ſummo artificio. Hos igitur velim ſibi proponant imitandos, qui laudem aſſequi voluerint; & obſeruent, quibus verbis, qualibúsque numeris vſi fuerint. Aetate noſtrorum maiorum, plurimi, ac ferè omnes, quòd non multum iudicio valerent, nimium, ſicuti mihi videtur, patienter audierunt, & approbarunt ſales, & numeros Plauti; nam & in iocis immodicus eſt, ſæpe etiam inſulſus; in numeris verò parùm inſeruiſſe videtur auribus doctorum hominum; Quare ſatis mirari maiorum noſtrorũ inſcitiam non poſſum, qui Plauto tãtum tribuerint; Sed nos, qui aliquanto diligentius rem conſiderauimus, illum planè damnandum cenſemus, hocque non minus verè, quàm liberè proferimus, vt, ſi ſe res aliter habeat, non recuſemus magno etiã cum diſcrimine noſtræ dignitatis, iudicandi hanc aleam ſubire, vt quantum de hoc noſtro iudicio, tantum de eruditione, & dignitate noſtra dematur; ſed non vereor, ne id quod diximus, non placeat doctis viris, qui ſales vrbanos ab inurbanis, et falſos ab inſulſis diiudicare ſciunt, & aures ita habent aſſuetas, vt legitimum numerorum ſonum ſtatim dignoſcant. Apud Græcos numeroſa poëmata ſunt, ac bene modulata; eo planè, quo antè diximus, modo; ſed neque id ſtatim ab initio fecerunt; nam Theſpis primus tragici poëmatis imitationem excogitaſſe fertur, & homines, qui verſus recitarent inconditos, nec ſatis cultos, plauſtro vexiſſe per vrbem, non perſonatos quidem, ſed fece illitos vultum. Verum aliquãto poſt Aeſchylus, & perſonas, & pallam, & pulpiti ædificationem; aliáq. quàmplurima inuenit, vt non immerito à veteribus Græcis tragœdiæ parens fuerit appellatus. Ipſe verò in primis docuit, quo genere ſermonis ſcribenda eſſet tragœdia, et numeros adhibuit maxime conuenientes; Non multò poſt eam ætatem in lucem prodiit comœdia; quæ vetus dicta fuit poſtea; magnoperéque aliquandiu placuit; ſed improbari cœpit propter nimiam dicacitatem; impune enim, etiã ipſis nominibus prolatis, huic, & illi maledicebant. Eò igitur res redacta eſt, vt lege cautum ſit, ne quis huiuſmodi poëmata, iniuſſu magiſtratus in ſcenam deduceret; & ſic comœdia vetus paulatim negligi cœpit; ſicut etiam Ariſtoteles in Poët. ſcribit. Verum qualecũnq. id fuit poëmatis genus, viguit aliquandiu; & Latinis imitandi occaſionem præbuit; nihil enim intentatum reliquerunt; Nam quicquid auſos fuiſſe Græcos videbant, ipſi quoq. audere

© SCD - Université de Poitiers

cœperunt; imò tantus ipſis inerat ſcribendi ardor, vt etiam, ſine Græcorum præſcripto, de rebus Romanis comœdias cõſcripſerint, quæ prætextatæ, & togatæ poſtea dictæ ſunt; nam quas à Græcis tranſtulerant palliatas vocabant; Nec ſanè parum laudis ipſis, vel ob hoc vnum, tribui debet; magnum enim ſpecimen ſui ingenii, & eruditionis dederunt; Cum Romanarum rerum argumenta ſcribentes, cum Græcis ferè de ſumma laude concertarunt; Ac nimirum Latini homines nõ minus eloquentia, et artificio ſcribendi, quàm armis, et rei militaris ſcientia Græcos excellerent, ſi noſtrates poëtæ in elimandis, & corrigendis ſuis ſcriptis operam ponerent; neque ſtatim, quod ſemel ab ore exiit, quamuis non ſatis meditatum probarent. Sedulitas in corrigendis verſibus hoc aſſequeretur, vt & multæ dictiones aptiores, lucidioréſque ponerentur, ac veluti de loco non ſuo minus aptæ truderentur, numeríque, id quod in primis poſtulabamus, ſuauiores eſſent, & accommodatiores imitationi effingendæ. nam nullum poëma ſatis probandum eſt, niſi multa meditatione fuerit ſcriptũ, ac magno labore emendatum. adeò vt adhibita litura quàmplurima fuerint ex eo ſublata; & multa immutata, vt tum demum probetur, cum in eo nihil obſcurum; nihil rude, nihil aſperum appareat; ſed omnia ſint lucida, & expolita, inſtar marmoris, quod ad vnguem elaboratum ſit.

Inualuit inter homines vetus quædam opinio, quæ à Democrito primũ fluxit, ingenium plus conferre poëtis ad ſcribendum, quàm ars; fortunatóſque eſſe, & omni copia abundare, qui ingenio valent; Artem verò ab iis tantùm neceſſario adhiberi, qui cum tardi ſint, & hebetes, velint, nolint coguntur multum adhibere cogitationis; & ab arte ipſa, cum nullum à natura habeant, adiumentum aliquod petere. Idem Democritus in numero poëtarũ eos non cenſebat eſſe ponendos, qui furore aliquo non agitarentur, & mente eſſent ſua abalienati; Hinc videas multos, qui videri ſtudent poëtæ, barbam alere, vngues non recidere; ſolitudinem petere, vitare forum, curiam, & balnea; vt prorſus inſanire videantur; Sed agant vt lubet; Ego enim malo ineũte vere, ſicuti meus eſt mos, quotannis atrãbilem aliquo pharmaco purgare, quàm ea non eiecta μελαγχολίαν; ſi modo verum eſt, melancholicos ſolos ingenioſos eſſe; Quòd ſi non potero laudatum aliquod ſcribere poëma; rectè tamen diiudicabo aliorum ſcripta; ac veluti cenſor quidem, & Ariſtarchus adnotabo, quid rectè, quid perperam dictum ſit. Præceptionéſque volentibus tradam, quas ſi fuerint ſecuti, aptè ſcribant; vt cum ego parum idoneus ad ſcribendum ſim; alios tamen iuuem meis præceptionibus, neq. multum coti diſſimilis ſim, quæ cum ipſa ob duritiem ſuam, & hebetudinem ſecare non poſsit; ferrum exacuit, quo omnia ſecantur; Docebo igitur in primis, vnde ſibi aliquis verborum, ac rerum copioſam ſupellectilem parare poſsit; quídque ſit, quod poëtæ ingeniũ alat, effingat, & confirmet. Demonſtrabo etiam quid deceat in poêmate ſequi, quid non, & quantum momenti in ſe habeat, ac ponderis recta ratio ſcribendi, & deniq. quàm diuerſum ad finem

dedu

© SCD - Université de Poitiers

deducantur homines, qui errore lapſi temerè ſcribunt. Atque vt hac de re in præſentia ſummatim aliquid dicamus,ſapientia non eſt ab eloquentia diſiungenda; Qui enim pectus multarum rerum cognitione non habet imbutum, inania neceſſe eſt proferat verba; Videndum igitur ſcribenti primùm,vt habeat rem,de qua loquatur; neque ei deſint multa ornamenta,quibus eam locupletare poſsit; Hoc verum eſſe facile aliquis intelligat ex Socratis diſputationibus,neque ſanè eſt,quòd quiſquàm vereatur,ne in dicendo diſertus, atque eloquens eſſe poſsit, ſi maximarum rerum ſcientiam ſibi comparauerit,in primísque perceperit eam philoſophiæ partem, quæ de moribus agit, & ciuitate rectè adminiſtranda; docent enim ii,qui de his rebus ſcribunt,quantum patriæ,& amicis quiſque debeat;quatenúsque in rebus agendis,ſalua dignitate,homines progredi poſsint,vt ipſis vtilitatem afferant. Præſcribunt etiam, quali amore parentes, & fratres, & hoſpites complecti debeamus; multiplex enim cum ſit amoris,amicitiæq.genus; & diuerſas habeat cauſas, quid alterum ab altero differat, quod ue maius, minus'ue ſit, diligenter eſt conſiderandum; Proferunt quoque quid ſenatori conueniat, quale ſit iudicis officium, & imperatoris, qui bellum cum hoſtibus pro ſuorum ciuium ſalute gerat. Hæc,atq. alia omnia, quæ eiuſdem ſunt generis qui exactè didicit poëta, facile munus ſcribendi exequetur,& perſonis attribuet,quod ipſarũ proprium,vt nihil non decorum ſit,& venuſtum;Quoniam verò in comicis, tragicis, & heroicis poëmatibus, in quibus præſertim imitatio eſt actionum humanarum,perſonas loquentes facimus, vt pro dignitate ſua quilibet loqui videatur, poëtam reſpicere oportet non modo particulatim ad eam perſonam, quàm effingit, ſed potius ad generale quoddam exemplar,in quod intuens omnem vitæ,& morũ ipſius rationem aptè,& doctè imitetur; itáq. loquentem faciat, vt iam non fictus,ſed verus videatur ſermo,nam ſi fabulæ oratio præ ſe tulerit ſuis locis aptè locata ornamenta; fuerítq. morata(ſicuti etiam in lib. Poët. declarat Ariſtoteles) debet enim in primis oratio poëtarum, magna cum venuſtate exprimere hominum mores, quod antea à nobis copioſe expoſitum fuit, nullámque habuerit venuſtatem præterea,aut artem; multo magis oblectabit audientium animos,quàm ea fabula,quæ verſibus ſit contexta ornatis, & lucidis compoſita dictionibus,fuerit tamen inops rerum, & inanem tantummodo verborum ſonitum habeat, ex quo facile perſpici poteſt: plus momenti, & ponderis ineſſe in morũ imitatione quàm in verbis ornatis; non quidem quòd etiam hoc non requiratur,ſed quia illud in primis efficiendum eſt; neque verò eſſet neceſſe tales dare præceptiones hominibus peritis, & exercitatis in ſcribendo, ipſi enimmet hæc optimè norunt, quales Græci fuerunt, qui in ſcribendis verſibus maximè excellunt; nec mirum; nam contempto omni genere diuitiarum, lucri minimè appetentes, totos ſe contulerunt ad laudem parandam, huiúsq. vnius cupiditate inflammati, maximos ſuſceperunt labores; noſtræ vero ætatis homines in ciuitate

© SCD - Université de Poitiers

Romana longè diuersam sequuntur rationem; nam in primis detinentur cupiditate auri, auaritiáque impulsi, scientiarum omne genus negligunt, & ratiocinandi, ac metiendi artem discentes dant operam, vt assem in centum, si opus sit, partes sciant diuidere, & ad omnem propositi quæstionem de huiusmodi re quàm primum respondere; neq. hoc tantùm plebs facit; sed nobilissimus quisque. Quis igitur speret huiusmodi homines, qui lucro semper intenti sunt, neque aliud dies, noctésq. cogitant, qua ratione patrimonium augere possint, poëmata scripturos, quæ posteritati mandentur, & ad eorum perueniant manus, qui post innumerabiles annos victuri sunt. Si scirent igitur, quàm difficile sit ita poëma conscribere, vt iure ab omnibus laudari possit, nimirum desisterent ab incepto; nam duo nisi assequuntur poëtæ, aut alterum saltem; prorsus contemnendi sunt; vtrunq. verò difficillimum; aut prodesse, aut delectare poëtam oportet, aut vtrunq. simul efficere. prosunt quidem poëtæ, quotiescunq; graue aliquid proferunt, quod ad vitam rectè instituendam spectet. Sed etiam in hac re adhibendus modus, nam breuitate opus est, & poëma potius præceptionibus aliquibus conspergi debet, quàm fermè totum ex locis communibus deduci, & grauibus sententiis contexi. Auditorum animi, si quid prolatum intelligent, ex quo rectam viuendi rationem percipiant, facilius arripiunt, tenaciúsq. retinent, quàm si multa infundantur; facit enim illa tàm densa præceptionum congeries, vt mentes defatigatæ; ac veluti nauseantes reiiciant, quod fuerit infusum. Delectant autem poëtæ, quod secundo loco fuerat propositum, quotiescunq. aliquid fabulosum confingunt; sed & hæc similia vero esse oportet. nam si à veritate recedunt; fidem sibi, & poëtæ dignitatem derogant; Vtpotè siquis in scena fingat ex Lamiæ aluo viuum extrahi puerum, quem paulò ante sua inglu uie integrum voraſſet; Hæc, quæ prorsus falsa sunt, & minime credibilia auditores offendunt; Adde, quòd cum in theatris sedeat duplex hominũ genus, qui & dignitate, & ætate differunt. vtrique est inseruiendum, nam senatores, & omnes, qui prouectiore sunt ætate maximè probant ea poëmata, quæ vtilitatem aliquam afferunt audientibus ad mores rectè effingendos. Equites vero, qui tanta non sunt seueritate, neque eò ætatis peruenerunt, austera poëmata negligunt, neque audire æquis animis volunt. Quicunque igitur poëta, vtrunque fuerit assequutus, vt & prosit, & delectet; is sanè ab omnibus probabitur; eiúsque poëmata passim describentur, & manibus legentium conterentur; nullúsque fuerit; qui sibi à Sosiis librariis ea nolit politissimis describi literarum formis, in membrana, magno etiam cum sumptu; huiusmodi demum poëma ad longinquas deferetur gentes, ex qua re maxima laus scribentem consequetur, eius enim memoria etiam apud posteros conseruabitur. Dicat fortasse quispiam, me nimium multa, ac nimis difficilia requirere, víxque posse aliquem reperiri, qui alicubi non peccet, poêmáq. tam aptè scribat, vt nulla ex parte reprehendi possit. Huic ego ita respondendũ puto, esse quidem in scriptis

poëtarum

© SCD - Université de Poitiers

poëtarum nonnullos errores leues, quibus venia danda eſt; nam nullus eſt artifex, aut profeſſor ſtudii alicuius, qui ſemper aſſequatur quod velit; Fidicines non ſemper eam attingunt chordam manu quam ſibi propoſuerant; & cum graui opus eſſet ſono, ſæpè eam attingunt, quæ acutum emittit; ſagittarius quoque quàmlibet peritus non ſemper ſcopum ferit; ſic etiam poëte non ſemper id aſſequuntur, quod ab omni parte decorum, venuſtúmque ſit; Quamobrem ſi in illorum ſcriptis plurima fuerint laudanda; non reiiciam, etiam ſi leues aliquæ maculæ fuerint inſperſæ; neque ea de cauſa totum poëma improbabo, nam ſæpe fit, vt homines aut incuria labantur, aut ſuaptè natura nonnulla parum perſpiciant; Sed quemadmodum librarius, aut ſcriptor aliquis, ſi in ſcribendo peccet; ſæpéque monitus non deſiſtat tamen; Citharœdus quoque, qui eadem ſemper chorda oberrat, quamuis ſæpè fuerit reprehenſus; venia digni non ſunt; ſic poëta, qui multis labitur in locis, maximè ridendus eſt, & explodendus, qualis olim narratur Cherilus fuiſſe, qui grandi illo ſuo volumine, vix duos, aut treis verſus habet venuſtos, & elegantes. Huius poëtæ ſcripta quotieſcunque lego, & mihi poſt multum ſpatii verſus aliquis occurrit non malus; non ſine maximo riſu admirari ſoleo; præter enim conſuetudinem ſuam videtur feciſſe; Quòd ſi Homerum legens aliquem offendero verſum minus elegantem, & politum; illi ſubiraſcor; animóque meo exoritur grauis indignatio; quandocunque illum, qui peccare nunquàm conſueuit in ſcribendo, alicubi video dormitaſſe, & propter incuriam lapſum; Malus quippè poëta, qui nullum laudabilem facit verſum, ſi fortuitò bonum faciat; ridiculus eſt. Bonus autem aliquis poëta, qui ſuo ingenio omnia perſpicit; magnúmque ſæpè ſuæ virtutis ſpecimen dedit in verſibus ſcribendis; ſi fortè errauerit, fautores ſuos, qui illius laudes apud omnes prædicauerant, non parùm offendit; cum enim certò ſciant, illum peccare non ſolere, indignantur, ſi peccantem viderint, quòd paulò fuerit præter morem negligentior, Huius rei exemplum nobis afferre poteſt ille à Vergilio optimo poëta in laudatiſsimo poëmate ſemel admiſſus error; vbi INARIMEN inſulam appellat, quæ ARIME erat dicenda; deceptus videlicet verbis Homericis, ἐν ἀρίμοις; in quibus non animaduertit, quàmuis oculatiſsimus eſſe ſoleret; non vnam illam eſſe dictionem, ac ſimplicem, ſed duas, atque inter ſe diſiunctas. Verùm excuſatione, ac venia digniſsimus eſt doctiſsimus poëta, qui ſemel tãtum peccauit in tàm longo poëmate. Sed nimirùm quo differunt inter ſe modo pictura, eodem etiam modo differre videmus poëmata, nam ſicuti aliqua pictura eſt, quæ ſi propius ſteteris, te magis oblectabit, aliqua verò longiore interuallo ſpectari vult; Itidem alia in loco obſcuro, non omnino improbanda videtur; alia, quæ omnium fuerit laudatiſsima ſi in lucem proferatur, eò ornatior apparet, neque in ſe quippiam habet, quod

© SCD - Université de Poitiers

vel ab acutiſsimo homine & maxime perſpicaci poſsit reprehendi; Eſt & alia quædam inter picturas differentia, quòd aliquæ vno perluſtrantur intuitu; ſuíque afferunt ſatietatem ſpectantibus; Aliquæ verò, ſi vel ſexcenties ſingulis horis ſpectentur, ſemper habent, quòd animos oblectent, & oculos ſpectatorum paſcant. Hæc quæ de picturis, à me veriſsimè dicuntur, ad poêſin referri debent; & vnuſquiſque facilè intelliget; quantum inter poëmata interſit; quidque alterum altero præſtet. Itaque rem miram, & incredibilem fortaſſe, ſed veriſsimam omnino hoc loco dicam; quam velim diligenter ab omnibus conſiderari; nullam eſſe artem, nullam ſcientiam, nullam facultatem, aut animi, aut corporis, in qua qui mediocria fuerint conſecuti, quàmuis à ſummis longè abſint, non videantur laudandi; Iuriſconſultus, & actor cauſarum, quàmuis ſcientia ille Trebatio, aut Caſſellio par non ſit; Hic quàmuis multo inferior ſit Cicerone, Meſſala, & reliquis, qui primas eloquentiæ partes obtinent; laudandus tamen, & aliquo in numero reponendus; idem de cæteris dicendum. Poëtica facultas ſola eſt inter omnes, quæ mediocritatem non recipit; Excellere poëtam oportet, & ſumma quæque obtinere, ſi probari vult; alioqui nullius fuerit precii; quamuis mediocria, & proxima ſummis ſit conſecutus. Neque verò hoc ipſum, quod à me dicitur, ratione caret maximè probabili, quæ huiuſmodi eſt; Poëma ea in primis de cauſa ab initio fuit inuentum, vt animos oblectaret; hoc ipſum ſi non aſſequitur, vix eo nomine appellandum eſt; Quantum enim à ſummo recedit, tanto etiam propius ad infima accedit; ſuámque omnem venuſtatem amittit: Non erit difficile intelligere, quale hoc ſit, ſi idem conſideremus in concentu, & harmonia; in vnguentis, & melle; nàm cum ad conuiuia nobiliſsimorum virorum adhiberi conſueuerit, aut vocum, aut ſonorum concentus aliquis, qui accumbentes oblectet; ſi ab aliqua parte, diſcors ſymphonia illa fuerit; iam non modo oblectat, ſed ne ſymphonia quidem eſt, aut appellari debet. Vnguenta ſi beneuolentia ſint, mirificè reficiunt homines; quòd ſi corrupta ab aliqua parte fuerint, nihil ipſis fœtidius excogitari poteſt; Quid de melle dicam? cuius dulcedine palata hominum deliniuntur; ſed ſi amaror aliquis, vel exiguus in eo fuerit inſperſus; aut minus dulce ſit, quàm natura mellis patiatur, vix amplius mel dici poteſt; Ex his, & aliis ſatis puto intelligi, quid in poëmate requiratur; vt ſcilicet ab omni parte venuſtum, & decens, doctum, & graue, elegans, & ſuaue appareat. in eóque omnia ſumma ſint; nihil mediocre, aut tenue; Cùm igitur res ita ſeſe habeat; vel hoc vno tàm multi inepti homines, & indocti abſterreri deberent à verſibus ſcribendis, & poëmate aliquo, præſertim grandi, pangendo. Videmus eos, qui equitatione, natatione, iaculatione exercitati non ſunt, in Campum Martium non prodire, vt

cum

© SCD - Université de Poitiers

cum peritioribus certent; itidem illi, qui pilæ indocti sunt & trochi; discum'ue non didicerint in altum proiicere, prorsus ab hoc genere abstinere, ne spectatoribus risum moueant; Nullus est tamen quàmlibet indoctus, & parùm exercitatus in scribendo, qui non audeat versus effingere, & poëtæ nomen profiteri. At fortasse hoc sibi licere putant, quòd summo loco nati sunt, & opibus abundant; insigni præterea sunt probitate præditi; ab omni vitiorum genere remoti. Sed quid hoc ad rem? si nobiles, si opulenti, si probi, laudandi quidem, & amandi, plurimíque faciendi, sed non propterea poëtæ salutandi; nam in scribendo poëmate ingenio opus est, & singulari mentis acumine; opes verò & nobilitas nullum ad hanc rem afferunt adiumentum; Illud etiam, in quo multum nostræ ætatis homines reprehendendi, cauendum, ne quidpiam temere in vulgus edatur; sed potius domi, intus in scrinio, nouem etiam, si opus sit, annos descripta in membranis poëmata seruentur; subindéque in manus resumantur, semper enim aliquid fuerit immutandum, aut delendum, quod fieri non posset, si edita prius fuissent, & in hominum manus peruenissent. Præterea quàmuis in se ipso agnoscat aliquis tantum inesse ingenii, ac iudicii, vt per se satis sua scripta iudicare, & corrigere possit; Adhibebit tamen, si poterit, docti alterius viri iudicium; sic enim fiet, vt omnia multo facilius perspiciantur, & elimatiora sint; Neque verò admirabitur aliquis, si tanto studio & labore poëticen egere diximus; est enim præclara quædam, & ampla facultas, qua nescio, an vlla maior, laudabilior'ue sit, quæ hominibus quàmplurima attulit commoda; Primum quidem poëtice sua vi homines è syluis euocatos pellexit ad ciuilem viuendi rationem; vnde locus fabulæ datus, vt dicatur Orpheus doctissimus vates tygres, leones, omnéq. ferarum genus suo concentu deliniuisse, & Amphion sono lyræ ipsa saxa mouisse, quæ in vnum per se congesta, muro Thebanam ciuitatem cinxerunt; planè enim esse rati homines, & qui nullis moribus exculti sunt, & artibus; feris, & lapidibus, aut siquid etiam durius his est, similes dici possunt. Cum nondum iurisprudentia in lucem venisset, etiam hanc vtilitatem mortalibus attulit poëtice, nam quicquid postea à iurisconsultis sapientissime cautum fuit, id multò antè cauerant poëtæ, qui, quomodo publica à priuatis essent secernenda, docebant, & sacra vetabant profanis commiscери; concubitus quoque vagos, & apertos hominibus, ob turpitudinem interdixerunt; Connubiorum fœdera, certásque leges excogitarunt, qua ratione nouæ vrbes essent ædificandæ, & coloniæ deducendæ præmonstrarunt; Ipsi quoque leges ligneis tabulis incisas publicè populo legendas proposuerunt; ex quibus omnibus rebus, quis non intelligit, quanta sit poëticæ facultatis dignitas, & amplitudo; Sed et alia ex hac proueniunt commoda, nam ad fortitudinem multùm confert Homerus suis versibus, dum prælia fortissimorum virorum describit, & alios audaces in periculis subeundis, alios imbelles, & timidos describit;

© SCD - Université de Poitiers

legentes multum incitat ad fortitudinem, & alacritatem; à timiditate verò deterret; post Homerum extitit Tyrtæus poëta, qui vbique ad arma, bellicámque laudem homines hortatur; vt ex pauculis his ipsius versibus potest cognosci.

Ἀλλ' Ἡρακλῆος γὰρ ἀνικήτου γένος ἐστὲ
Θαρσεῖτ' οὔπω ξευὸς αὐχένα λοξὸν ἔχει
Μηδ' ἀνδρῶν πλῆθος δειμαίνετε, μηδὲ φοβεῖσθε
Ἴθὺς δ' εἰς προμάχους ἀσπίδ' ἀνὴρ ἐχέτω.
Ἐχθρὰν μὲν ψυχὴν θέμενος, θανάτου δὲ μελαίνας
Κῆρας αὐγαῖσιν ἠελίοιο φίλας
Ἵστε γὰρ ὡς ἄρεος πολυδακρύου ἔργ' ἀρίδηλα,
Εὖ δ' ὀρχὴν ἐλάκητ' ἀργαλέου πολέμου.
Καὶ μεταφευγόντων, δηωκόντων τε γίνεσθε
Ὦ νέοι, ἀμφοτέρων δ' εἰς κόρον ἠλάσατε.

Quid verò? Non'ne oracula, & sortes versibus describi consueuerant, vt & hac in re poëtæ præclaram suam operam ponerent; Non minor ea est poëtarum laus, quòd ipsi primùm recte viuendi rationem hominibus proposuerunt, & nullum hominum genus fuit, quod facilius regum, principúmque iu amicitiam se insinuaret; Possent quidem innumerabiles proferri poëtæ, qui principibus charissimi fuerunt; sed breuitatis causa prætermitto; Atque vt omnibus in rebus vim suam præ se ferret poetice; Relaxandis quoque animis hominum operam suam præstitit; nam seu reges, seu priuati maximis aliquando periculis, & laboribus defatigati fuerint, non aliunde animos commodius, aut honestius recreare possunt, quàm audiendis poëtarum carminibus, quæ præsertim ad lyram concinuntur; eo enim genere; nihil suauius; nihil dulcius, vt ne quis fortasse putet, lyricam poësin esse negligendam. Cum verò tanta, ac tàm ampla sit poëticæ facultatis dignitas, ac vis, quæsierunt multi, natura'ne magis, an arte constaret; Ego, vt tantam litem breuiter diiudicem; ita sentiendum esse existimo, neque artem sine ingenio, neque ingenium sine arte multùm posse; Alterum enim alterius adiumento eget, neque si fuerint disiuncta; magnam habent vim; sed præterquàm quòd natura sibi subsidium artis postulat; multa quoque opus est exercitatione; Cursores, qui agiles corpore, & celeres pedibus esse student, abstinent à compotationibus & ingurgitationibus meri; omnem lasciuiam, voluptatémque corporis vitant; multa perferunt; multùm, diúque sudant; multùm algent ab ipsa pueritia, antequàm habili sint ad currendum corpore. Tibicines quoque, qui in Pythicis sacris, vbi certamina fiunt in Apollinis honorem, antequàm summam consequantur laudem, victorésque existant; multùm prius se in eo genere exercent; magistrorúmque, à quibus artem canendi tibiis discunt, præceptiones diligenter seruant; & illorum minas, ac ferulas exhorrescunt; nostrates autem homines sine vlla exercitatione, ac studio poëticæ artis, temerè aggrediuntur ad scribenda

poëmata

© SCD - Université de Poitiers

poëmata; ſatísque magnam laudem ſe aſſequutos putant, ſi multa ſcripſerint, & verſuum numero cæteros præcurrerint; quaſi ignauos eos credant, ac deſides, qui pauca ſcribunt; Inſtar igitur eorum, qui in ſtadio currunt, alios præuertere conantur; ne extremo loco conſiſtere videantur; Adde quòd malunt turpiter profiteri id, quod nunquàm didicerunt, quàm aperte fateri, & ingenue, ſe id ignorare; Videmus quoque, non ſine riſu; ſiquis diues, qui multo abundet pecore, & auro, latósque habeat fundos, verſus ſcribit, conuocare illum vndique ſuos aſſentatores, quibus, erogata etiam mercede, ſuos recitat verſus, accurrunt verò illi ad lucrum ſtipendiarii auditores ſibi propoſitum ab opulento poëta, non ſecus, ac plebecula ſolet ad præconem; qui merces ſub haſta vendit, licitandi gratia; Sed non video, quàm hoc rectè fiat; tametſi neque miror; difficile eſt enim opulento viro, ac beato veros amicos ab adulatoribus dignoſcere; cum præſertim multos habeat obæratos homines, & clientes multis de cauſis, ac ſummo eius aliquo beneficio obſtrictos, qui omnibus illius dictis, ac factis applaudunt; Quare monuerim eum, qui aliis ſuum poëma diiudicandum committere voluerit, vt eos in numerum cenſorum non admittat, quos ſibi viderit ſuo aliquo munere ſibi eſſe deuinctos, ſolet enim hoc hominum genus ſtatim exclamare. RECTE'. PVLCHRE'. BENE'. Nec ſatis habent voces has cum acclamatione proferre; ſed inter loquendum etiam expalleſcunt; ac præ nimia lætitia lachrymam effundunt, ſubſultant, geſticulantur; terram pede contundunt; Nec pluribus modis præficæ mulieres, quæ in funeribus clarorum virorum mercede conductæ lugent, ac plorant, conantur dolorem exprimere, atque imitari verum, quàm ii lætitiam animi nimiam præ ſe ferre; dum amici recitantur poëmata; ſed qui ſapit, huiuſmodi vitabit homines; & vel ex his ipſis ſignis paulatim diſcet, verum laudatorem ab adulatore, & deriſore internoſcere. Dicuntur reges in conuiuiis ſæpe ingenia hominum vino explorare; antequàm eos in ſuam recipiant amicitiam; Non minore ſtudio, & diligentia conabitur is, qui verſus facit, cenſorésque ſuo adhibet poëmati, fallaces ac fraudulentos homines dignoſcere, qui nihil vnquàm ex animo loquuntur; ſed (vt Varro ait) vulpinantur, vt alios decipiant. Quintilius vir doctiſsimus, & optimus longè ſecus faciebat; Nam ſi poëta aliquis ſuos ipſi recitaſſet verſus; perhumaniter dicere ſolebat. corrige quæſo, & hoc, & illud, quòd ſi negaret poëta ſe poſſe verbum immutare, numerorum lege aſtrictum, fruſtráque ſe ſæpe id efficere conatum; ſtatim vir præſtantiſsimus magna vtens animi ſimplicitate illum monebat, vt integros deleret verſus, & alios ipſorum loco, qui magis eſſent tornati, ac expoliti, reponeret. Quòd ſi adhuc pugnax in ſua fuiſſet ſententia, maluiſsétque errata ſua defendere, quàm corrigere, tacitus hominem dimittebat, ne vno quidem amplius prolato verbo; quid enim opus eſt inanem ſuſcipere laborem corrigendi eos, qui ſibi plus nimio

© SCD - Université de Poitiers

placent; sed nimirum suæ temeritatis pœnas demum dant; nàm in maximas incurrunt reprehensiones, & passim ab omnibus ridentur; ita fit, vt sua poëmata nemo præter ipsos aut probet, aut legat. Vir igitur bonus, & prudens in corrigendo pöemate simillimus Quintilio erit, sublatáque omni adulatione reprehendet versus, qui fuerint nullo artificio efficti; dictiones nimis asperas, & obsoletas diligenter adnotabit; inornata, & inculta verba tollet; superflua quæ fuerint, & nimis luxuriantia resecabit; obscura, & parùm lucida illustrare conabitur; ambigua, quæ nescias vtro sensu sint accipienda transuerso signabit calamo. Demùm in singulis adnotandis adeò erit diligens, vt olim ferunt Aristarchum fuisse, qui miro quodam acumine castigabat veterum scripta; optiméq. subodorabatur, siquid alienum, aut furtiuum clàm irrepsisset inter Homericos versus. In primis vero, nihil dicet; agetue in gratiam amici, nam si censorem cæcutientem in iudicando amicitia reddiderit, magnum inde consequetur incommodum. Fiet vtique poëta ille postea in scribendo negligens paulatímq. ita peruerse scribere assuescet, vt postea nullis amicorũ precibus, nulla hortatione, aut admonitione retrahi possit ad rectam scribendi rationem; Satius est igitur ab initio sedulitate sua in corrigendo, amicum, qui charus fuerit, offendere, quàm dissimulatione aliqua negligentem reddere; vt postea ab omnibus rideatur; solent enim homines, ex ea re vsq. adeo inflari, & insolescere, vt morbus veluti quidam planè exitialis eos occupet, aut insania furorue aliquis: Sicuti igitur scabie laborantes, aut morbo regio, aut phanatico furore vexatos, nullus est, qui propter morbi contagionem, & periculum impendens non effugiat, cum interim à pueris passim exagitentur; Ita malo poëtæ, qui iam vesania creditur aliqua, aut alio quóuis animi morbo impelli ad versus faciendos; nullus est, qui faueat; sed quid faueat, dixi? Nullus, qui non euitet, qui non exagitet, qui non oderit; planè enim dignissimus est, qui à nemine subleuetur, non secus ac auceps aliquis, qui dum nimis intentus est in spectandis auibus, quæ per aërem transuolant, in foueam incautus, quæ ante pedes erat, delabitur; & quamuis illàc prætereuntium opem imploret, adduci tamen homines non possunt, vt credant illum satis sana esse mente, qui in foueam deciderit, & hiatum adeò apertum; Ambigunt enim homines, an se eò volens propter insaniam deiecerit; sicuti de Empedocle poëta, & philosopho scriptum legimus; Cum enim à mortalibus Deus existimari vellet, quasi è terra in cœlum subuolasset, et nullo in loco ipsius corpus amplius videretur; sicuti Deorum solet, qui immortales sunt; neq. in terris sepulcra habent; in quibus humi putrescant; in ardentis Aetnæ vastas cratéras, vnde ignis erumpebat magna vi, se spontè coniecit. Liceat igitur, liceat poëtis perire, si voluerint, nam qui inuitum seruat, planè idem facit, ac si perimeret; Quòd si semel seruatus fuerit; nullam tamen seruatori suo gratiam habuerit; rursúsque conabitur vltro mortem oppetere; Non minore laborant insania; neque minus exitiali interitu se

ipsos

© SCD - Université de Poitiers

ipſos perimunt poëtæ, qui neglectis amicorum admonitionibus, verſus ſcribunt; dignitatíque ſuæ,& famæ peſsimè conſulunt. Sed quid facias? A' ſtudio ſcribendorum verſuum deduci nulla poteſt vi; furere tantum illum cernere eſt hoc inſaniæ genere, quaſi in cineres paternos imminxerit, aut aram inceſto aliquo ſcelerè polluerit, aut nefarium aliquod ſcelus patrarit, propter quod à Diis furore fuerit incitatus; Tantus vero furor eſt horum poëtarum, vt quâcunque per vrbem incedant, dum ſuorum verſuum recitatione homines inuitos detinent; & fermè enecant, ab omnibus fugiantur, ne, velint, nolint, emori cogantur audientes longas illas verſuum recitationes; iniicit enim metum iis, qui ſemel experti ſunt periculum, & fugere cogit; non ſecus ac leo aliquis, vel vrſus, inſigni ferocitate, cum effractis caueæ, qua incluſus erat clathris, per vrbem diſcurſat. Quòd ſi hominem aliquem poëtæ ii nacti fuerint, aut inuitum detinuerint, occupatum tenent ſuis inſulſis narrationibus illepidorum verſuum, miſeréque diſcruciant, neque antè dimittunt, quàm illius aures exhauſerint; ipſíquemet recitando defatigati fuerint, inſtar planè irudinis, quæ cum ſitibunda ſanguinis, cuti ſemel inhæſerit, eam non prius dimittit, quàm ſanguine fuerit expleta.

© SCD - Université de Poitiers

Franciſci Robortellii Vtinenſis

EXPLICATIO EORVM OMNIVM, QVAE AD SATYRAM PERTINENT.

NVNC dicamus de fine, origine, materia, vtilitate ſatyræ. & inſcriptione, quam ſecutus videtur Horatius. Ac primum de fine. Nam eo perſpecto origo qualis fuerit, & quando, facile cognoſcemus. Eum habet finem ſatyra ſibi propoſitum; quem tota poëſis, & reliquæ omnes ipſius partes, cum & ipſa, pars ſit. Is eſt, imitari, neque tamen quiduis, ſed actiones tantùm humanas. In actionibus autem humanis quoniam alia commiſerabilia. Alia horribilia. Alia ridicula ſunt, & ſubturpicula; neceſſe eſt diuerſarum rerum eſſe imitationem. Sed de his dicemus poſtea, cum de materia loquemur. Imitatio tribus modis fit ῥυθμῷ, λόγῳ, ἁρμονίᾳ, aut tribus ſimul iunctis, aut ſingulis, & binis ſeparatim. Hæc verò omnia quomodo fiant, ſatis patet; nam declarauit copioſe Ariſtoteles in libro Poët. Atque ad Poëticen adeò imitatio pertinet, vt ipſius forma verè dici debeat; Qua ſublata, ne ipſa quidem poëtice dici poteſt. Nam eorum poëmata, qui nõ imitantur, non poëmata, non imitationes, ſed narrationes potius quædam ſunt. Metrum enim non eſt, quòd quiſquàm putet tantam in hac facultate vim habere, vt poëtam ab hiſtorico diſtinguat, nam præterquàm quòd & oratores, & hiſtorici ſuas quaſdam habent menſuras, quibus orationẽ dimetiuntur. Liuii quoq. & Saluſtii. Herodoti, & Thucydidis hiſtoria carmine poteſt complecti; & tamen erit nihilominus hiſtoria. Id autem, quo maxime, & verè inter ſe differunt poëſis, & hiſtoria, Si quis quærat facile dixerim. Hiſtoria res exponit, vt geſtæ fuerunt. Poëſis verò vt geri potuiſſe videntur. Quàmuis & hiſtorico licet hoc aliquando efficere; nõ tamen in rebus geſtis æquè, ac in dictis. Nam res geſtæ immutari non debent, alioqui vera nõ eſſet narratio. Sed dicta ab hiſtorico quàmuis longè diuerſo modo effingi, ac narrari poſſunt. quod in concionibus fecit Thucydides apud Græcos, & alii omnes apud Latinos; vt Liuius & reliqui. Vnde non immerito ob hanc cauſam Cicero lib. ii. de Oratore hiſtoriam concludit oratorum artificio. Quoniam vero poëſis ita exponit res, vt geri potuiſſe videntur. Conſiderat magis vniuerſale. vt quid cuique conueniat facere, ac dicere. Vnde exiſtit illud τὸ πρέπον in quo omnia ornamenta ſunt poëtarũ. Hiſtoria autem particulare ſectatur ſemper. vt quid geſſerit Alcibiades, Themiſtocles. Camillus, Fabius. Ex his verò omnibus iam ſatis patet, finem poëtices facultatis eſſe imitari actiones humanas. Satyra quoque cum particula ſit poëtices, & ipſum hunc habuiſſe finem olim propoſitum, quod paulò poſt apertius demonſtrabimus. Si

imita

© SCD - Université de Poitiers

imitatur ſatyra,ſicuti patet,imitatur & ipſa actiones humanas : Atque ex iis non omnes,ſed aliquas tantum de quibus poſtea dicemus,cum de materia eius in qua verſatur, loquamur, Sed & diuerſo modo imitatur, ac cæteræ imitatrices poëſis, quod vt facilius intelligatur. Sciendum eſt (ſicuti teſtatur Athenæus lib. xiiii. vbi de veterum ſaltationibus loquitur) ποίησιν aut eſſe σκινικὴν. aut λυρικὴν. Lyricen, quæ harmoniam, & rhythmum habebat, non autem ſermonem. »

Ea tres continet ſpecies { πυρρίχιν / γυμνοπαιδικὴν / ὑπορχηματικὴν,

Pyrrhica ſaltatio fuit ad ſonum facta, magna cum corporis mobilitate, ab armatis aliquando hominibus oſtentata, atque ideo bellica : in ea ſe plurimum exercebant Cretenſes, vt teſtatur etiam Strabo. à Curetibus primum inuenta, Qui cum armorum magno ſonitu eam ſaltarant, ne vagientis Iouis vocem exaudiret vorax pater Saturnus. Sicuti explicat Callimachus in ſuis hymnis. Vnde & iidem Corybantes dicti. γυμνοπαιδικὴ à pueris nudis fiebat; multa cum venuſtate, & corporis decoro motu,ac planè graui. ὑπορχηματικὴ ſaltatio erat valde παιγνιώδης, & ridicula, Atque hæc de lyrice & eius partibus. Scenicam vero, quæ, & harmoniam,& rhytmum & ſermonem habebat; & in ſcena agebatur; vnde etiã nomen accepit. Eius tres ſpecies ſunt τραγικὴ, κωμικὴ. σατυρικὴ. τραγικὴ cor » reſpondet gymnopædicæ. nam cum luctuoſas res imitetur, & magnas; Habet etiam ipſa τὸ βαρὺ, καὶ σεμνὸν. Comica correſpondet ὑπορχηματικῇ. » Nam & ipſa ſcatet iocis,ac illuſionibus. Satyrica correſpondet Pyrrhichæ. nam vtraque fiebat magna cum mobilitate. Satyricam verò hanc » recitationem,& ſaltationem crediderim ego omnium earum, quas expoſui,antiquiſsimam eſſe,ac prius inuentam. Idipſum vero teſtatur Ariſtoteles in lib. Poëtices, cum ait. Fabulas paulatim ad iuſtam magnitudi- » nem prouectas ab exiguis; & ideo excluſas fuiſſe ſatyras quòd breuem » quandam cõtineret imitationem,& actionem. Vnde non ſatis probo id, » quod aſſerit in ſuis Succiſiuis lectionibus Franciſcus Floridus meus. Ait enim à comœdia fluxiſſe ſatyram. Cum à ſatyra paulatim ſit deuentum ad comœdiam:ſicuti patet ex eo Ariſtotelis loco. Breuia quædam fuiſſe poëmata ſatyras, & interponi conſueuiſſe in tragœdiis demonſtrat Horatius quoq. in Poëtice. Accedit huc quod ſatis conſtat poëticam primum » exerceri ſolitam (vt idem affirmat) ex temporariis metris, & numeris; atque vt quiſque diuerſas res imitari cœpit; ita in multas partes diſtributam fuiſſe poëticen. Sed conuitii primum fieri imitatio cœpit, quemadmodum & hymnis laudum. Nam ὑμνογραφίαν omniũ antiquiſsimam eſſe credi poteſt. De laudibus ea agebat Deorum, ſed ὑμνογραφία vix quic- » quam in ſe imitationis habebat, præter eam,quæ dithyrambice contine batur, metrum tantum. Vnde Homeri hymni, Orphei,Callimachi,& reliquorum. Horatii aliquot apud Nos, & Catulli. Poëtæ enim hymnos

© SCD - Université de Poitiers

conſcribebant, qui inter ſacrificandum concinerentur, à choris puerorum,& puellarum. Sicuti teſtatur Horatius in Epiſt. lib.ii. cum ait.

» Diſceret vnde preces, vatem ni muſa dediſſet,
» Poſcit opem chorus,& præſentia numina ſentit,
» Cœleſtes implorat aquas,docta prece blandus,
» Auertit morbos,metuenda pericula pellit,
» Impetrat & pacem, & locupletem frugibus annum.

Excepta igitur hymnographia, conuitioſum poëma primum omnium prodiit. Atq. cum multa conuitioſorum poëmatum ſpecies ſint,omnium » antiquiſsima eſt ſatyrica. Teſtatur hoc Ariſtoteles in lib. Poëtices,cum » ait, Senarium ex octonario ſibi feciſſe fabulas metrum; nam hoc vteban » tur prius,cum Satyrica magis,& ſaltatoria eſſet poëſis. Conuitia primum iambis agitare cœptum. Vnde ἰαμβίζειν maledicere eſt apud Græcos, & conuitiari. Maledicendi vero hanc conſuetudinem, ac licentiam antiquiſsimam fuiſſe inter ruſticos aſſerit Horatius quoque in Epiſt. cum ait.

» Agricolæ priſci,fortes, paruóque beati
» Condita poſt frumenta leuantes tempore feſto
» Corpus & ipſum animum ſpe finis dura ferentem.
» Feſcenina per hunc inuenta licentia morem
» Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit.

Atque hæc ſanè origo fuit cõuitioſi poëmatis. Ruſtica ac villica. poſt res, vt venuſtius ageretur,ac maiore cum riſu; atque imitatione, Introductæ ſunt ſatyrorum perſonæ. Cauſam verò huius exiſtimarim hanc fuiſſe Satyros,Faunos, Silenos, Priapos. Scimus ab antiquitate exiſtimatos mediam quandam naturam habere inter deos, & homines. Vnde teſtatur Nicephorus in Porphyrium, à Platonicis in definitione hominis additũ » diſciplinæ capax. Quod hominum videtur eſſe proprium in primis, & " ſeparat eorum naturam à natura Satyrorum, Faunorum, & huiuſmodi deorum. Hæc ita exiſtimarunt Platonici. Horum deorum forma ſylue " ſtris erat, ac planè ridicula. vnde ſcimus cuſtodem hortorum Priapum tam magnam ſegetem veteribus poëtis Latinis dediſſe iocorum, qui Priapeio continentur carmine. Sic enim eſt prorſus exiſtimandum, vt Romæ his temporibus videmus ad Marforii ſtatuam multa affigi à multis obſcena,ac maledica carmina; ita in hortis Mecœnatis olim factum à poëtis di » uerſis. Eſt apud Athenæum illud ita prolatum, πολὺ αἰσχίων σιληνῶν τῶν ἐν σατυ » ρικοῖς. Item apud Xenoph. in Conuiuio νὴ Δί' εἰ πολὺ τῶν σιληνῶν τῶν ἐν σατυρικοῖς » αἴσχιστος ἄν εἴην. Hunc locum in Adagiis ſuis aduertit Eraſmus,ſed nõ videtur intellexiſſe. Sic enim vertit, Si omnium Silenorum qui inter Satyros ſunt,turpiſsimus fuero, Nam ἐν σατυρικοῖς cum dixit Xenophon,intellexit » actus ſatyricos, debebat igitur ſic verti. Si omnium Silenorum, qui in » actus ſatyricos à poëtis introduci ſolent, fuero turpiſsimus. Nam Satyri, & Sileni diuerſarum ſunt inter ſe formarum Dii; & omnes ſub diuerſis perſonis in ſatyricam ſcenã prodibant ſaltaturi,ſicut poſtea demonſtrabi

mus

© SCD - Université de Poitiers

mus,cum de perſonis ſatyricis ex Polluce loquemur. Sed redeo ad rem. Sileni deformes erant, Dii agreſtes ac petulci. Idem legimus de Faunis. Horatius. Fauni nympharum fugientum amator. Satyri quoque Capripedes Dii ſylueſtres, ac laſciui. Vnde apud Theocritum ille Satyriſcus vocatur,quaſi petulcus,ac laſciuus. Quæſitum inter doctos de Satyris, an eſſent in rerum natura; Lucretius doctiſsimus poëta lib. v. multis probat rationibus, Centauros, & ſimiles animantum formas fabuloſas eſſe. Quoniam eorum (vt ille ait) diſcordia membra videmus.

Quæ neque floreſcunt pariter,nec robora ſumunt
Corporibus,neque proficiunt ætate ſenecta
Nec ſimili venere ardeſcunt,nec moribus vnis
Conueniunt,neque ſunt eadem iucunda per artus.

Plinius tamen eos eſſe affirmat, & videri in Indorum montibus (ideſt in regione Caradulorum.)animal eſt perniciſsimum,quadrupes,tum etiam recte currens,humana effigie;& propter velocitatem non niſi ægri,ac ſenio confecti Satyri capiuntur. Parum me moueret Plinius ad hoc credendum.nam dum ſuum librum ex veterum lectione confecit, non tam ſedulus fuit iu rebus diiudicandis, quàm adſcribendis, & aggregandis; Sed certius teſtimonium affert de Satyris Plutarchus in vita L.Syllæ. Ait enim apud Apolloniam olim, dum dormiret,captum Satyrum,& adductum ad L.Syllam. Qui cum conaretur elicere vocem,locutum quidem illum, ſed confuſe, & cum ſonitu hinnientis equi ſimili, & hirci balantis; ea autem fuiſſe figura,qua ſolent effingi à ſculptoribus,& pictoribus.Ego ſane in antiquis numiſmatis multos ſpectaui facie humana, & corpore vſque ad vmbilicum, reliqua ex parte equo ſimiles, & caudam equinam habentes,pedes caprinos,caput cornigerum, barbam & eam quidem exiguam; & modice prolixam è media, & inferiore mandibulæ parte propendentem,vultu planè petulco,ac laſciuienti. Huiuſcemodi igitur Deorum ſub perſonis, & habitu veteres ſatyrica agebant poëmata cum ſaltatione, ſicuti ego opinor, duplici de cauſa. primum vt ab agreſti cultu talem recitationem ortum habuiſſe ſignificarent, Deinde, quòd poëma illud mordax laſciuum,acridiculum ſub laſciua petulcorum Deorum perſona optimè,ac maximè conuenienter recitari poſſe videbant. Nam,vt inquit Athenæus τὸ σατυρικὸ ἐμφανίζουσι τὸ ἱλαρόν. L.vero Syllam ſcimus apud Romanos huiuſmodi ſatyricis iocis delectatum, Nam librum de ea re conſcripſit,& domi multos homines aluit φιλογέλωτας,φιλοσκώμμονας,σατυρικὰ μονας. vel ſi alio libet quopiam nomine appellare. Appellabatur autem ab antiquis ſatyrica ſaltatio σίκιννις. vel à Sicinno inuẽtore Barbaro, vel vt alii ſcripſerunt, Cretenſi. Nam Cretenſes ſaltatione plurimum delectabantur. Alii non à ſicinno dictam, ſed παρὰ τὸ σείεσθαι vel ἀπὸ κινήσεως ἣν οἱ σάτυροι ὀρχοῦνται ταχυτάτην οὖσαν, οὐ γὰρ ἔχει πάθος ἡδὲ ἡ ὄρχησις, διὸ οὐδὲ ἀναβλύνει. Conſtabat autem olim ex choris ſaltatio, & recitatio ſatyrica,ſicuti & τραγικὴ antiquitus. Hæc ex Athenæo. Nunc dicamus de perſonis ſatyricis. Iulius

© SCD - Université de Poitiers

„ Pollux lib. quarto ait σατυρικὰ δὲ πρόσωπα σάτυρος τραχὺς. σάτυρος γενειῶν. σάτυρος
„ ἀγένειος. σιληνὸς. παππο σίληνος. id est Satyrus canescens. Satyrus adultus & pubescens. Satyrus impubis: Silenus, Papposilenus. τῷ ἰδέαν erat θηριωδέστερος aliis. sic sese habebant satyricæ personæ; de hac re etiam ita meminit Dionysius Halicarnasseus libro vii. histor. Roman. his verbis: οἱ τῶν σατυρικῶν ἐπόμπευον χοροὶ τῷ ἑλληνικῷ εἰλοφοροῦντες σίκιννιν: σκευαὶ δὲ αὐτοῖς ἦσαν, τοῖς μὲν εἰς σιληνοὺς εἰκασθεῖσι μαλλωτοὶ χιτῶνες, οὓς ἔνιοι χρταίους καλοῦσι, καὶ περιβόλαια ἐκ παντὸς ἄνθους. τοῖς δὲ εἰς σατύρους περιζώματα καὶ λοραὶ τραγῶν, καὶ ὀρθοτρίχες ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς φῶκαι. Comicæ aliquando personæ iis assimilabantur in antiqua comœdia, quos carpebãt, & aliquanto etiam γελοιότερον. Tanta erat apud veteres maledicendi impunitas. Et quoniam necesse est maledicentiam satyricam aliquid habere, in quod suum illud atrum virus effundat; habet & illa materiem sibi subiectam, in qua versatur; Et quoniam sub imitationem omnes cadunt actiones humanæ; sub hanc quoque necesse est aliquos contineri. Imitatur satyra, at cum ioco & risu. Commiserabilia non excitant risum, sed potius luctum; & miseros non ridemus, sed commiseramur, non igitur satyræ hæc sunt, at tragœdiæ. Itidem horribilia, & quæ huiuscemodi. Nam terrorem incutiunt hæc; non risum mouent; Ridicula igitur ad satyram pertinent, & comœdiam, Nam ambæ ridicula tractant. at diuerso modo, sicuti patet. Ridemus autem ea, que in se turpitudinem habent, & vitii speciem, non tamen vno modo turpia sunt accipienda. nam alia risu, alia odio digna sunt. in irrisione contemptus est potius, quàm odium. In odio nulla irrisio, sed reprehensio cum seueritate: vtraque tractat Satyricus poëta; nam in peruellendis & reprehendendis hominum vitiis versatur. eorum autem alia in se turpitudinem habent dignam odio. alia dignam risu. Huiusmodi igitur habet sibi materiem subiectam satyra. Ridet enim & peruellit ambitiosos, auaros, ingratos, prodigos, periuros, rapaces, adulteros, adulatores, loquaces, stolidos, amatores, ineptos, irreligiosos, parricidas, desides, inertes, parasitos, & qui huiusmodi sunt. Hinc Iuuenalis in satyra prima sic ait.

„ Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,
„ Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus
„ Si vacet, & placidi, rationem admittitis, edam
„ Cum tener vxorem ducat spado, Mæuia Thuscum
„ Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma.
„ Patritios omnes opibus cum prouocet vnus, & quæ sequuntur.
„ Difficile est satyram non scribere. etiam Persius.
„ Ah Romæ quis non? ah si fas dicere; sed fas.
„ Tunc cum ad caniciem, & nostrum illud viuere triste
„ Aspexi, & facimus nucibus quæcunque relictis. Item in aliis locis vt videre est. Horatius quoque multis in locis, sicuti notum est. Homine autem qui in hoc poëmatis genere versetur, opus est versuto, callido, sagaci, acuto, diserto; Addo etiam bono, & probo; qui cum optimè aliorum

© SCD - Université de Poitiers

rum vitia perſpiciat. ipſe tamen talem ineat vitæ rationem, quæ à nul
lo, iurè reprehendi poſsit. Celeritatem quoque ingenii magnam re-
quirit hoc poëmatis genus, ac mentis alacritatem. Non enim niſi φιλο- »
γέλωτες & φιλοσκώμμονες homines recte in hoc verſantur genere ſcriben- »
di, qualem narrant veteres Amaſin regem fuiſſe. Et L. Syllam; quales
Phæſtios narrat Athenæus fuiſſe, qui vſq. à pueritia ſeſe iocis, ac ſcom
matis effingendis ac proferendis vſque adeò aſſuefaciebant, vt cum
eos aliquando ſuæ hilaritatis, & naturæ pœnituiſſet; crederéntq. eam
veluti peſtem ex ira deorum iniectam; ad oraculum Apollinis acce-
derent, ſanari cupientes, & redigi ad ſeueritatem, neque tamen id aſſe-
qui potuerint, vſque adeò à teneris annis eorum animis huiuſmodi na
tura ingenita vnà cum ætate creuerat. Contingebat autem eos ob ta-
lem aſſuetudinem ſæpe ἀνακαίρως iocari, & ἀπροφθέγγεσθαι. Neque vero ab »
oratoribus quoque eſt aliena ratio hæc omnis & diſciplina iocandi, ac
reprehendendi. Nam ſæpe in iis dicacitates eſſe oportet ad refellen-
dos aduerſarios. id tamen oratores faciunt παρεργον ὁδοῦ: Poëtæ vero ſa
tyrici id tanquàm peculiare habent; & in eo toti ſunt. Maledicendi ve
ro hanc licentiam non tantum ſibi poëtæ ſumpſerunt, ſed etiam philo
ſophi. neque boni tantum, ſed plerunque etiam mali, neque vitia ſo-
lum peruellendi gratia, & carpendi, ſed etiam, quod deteſtandum eſt
maximè, cauſa virtutis delendæ, ac extinguendæ gloriæ optimorum,
ac inſignium virorum; Id autem non niſi ab exulceratis animis eſt fa-
ctum & ſubdolis. Socratem ſanctiſsimum virum maledictis ſuis viola
re mercede conductus non dubitauit Ariſtophanes. Epicuri laus, qui
ſummum bonum ſemper in voluptate poſuit, quæ ex virtute proficiſcitur, improbitate nonnullorum, ſicuti teſtatur Laërtius, vſque adeo
obſcurata fuit, vt omnes eum crediderint de nefanda, et turpi voluptate
corporis locutum. Eo vitio etiam non parum laboraſſe creditur Ae-
ſchines Socraticus; Nam & Critobulum Critonis filium, & Teleſan-
tem, & Telaugem, & Hipponicum Calliæ filium aſperrimis maledi-
ctis eſt inſectatus, quin auſus etiam omnes Ionicas fœminas appellare
μοιχάδας, & κερδαλέας. Antiſthenes quoque philoſophus miſerè diſci- »
dit Alcibiadem ſuis conuitiis, neque Alcibiadem tantum, ſed alio in li
bro qui πολιτικὸς inſcribebatur omnes Athenienſium, qui vnquàm fuiſ- »
ſent δημαγωγούς. Archelaus Gorgiam Rhetorem, quin & Platonem »
nonnulli auſi ſunt ταθωνα vocare. Non defuerunt alii, qui diuerſam ab »
his ineuntes rationem, non obtrectandi ſtudio, ſed potius corrigendi
corruptos mores maledicentia vtebantur probitatis, ac ſanctitatis ple
niſsima. Qualis Socrates, qui improbos ea de cauſa in ſe irritauit.
Quales Menippus, & Diogenes Cynici. Nam hic ideo ſe Canem ap-
pellari dicebat, quòd hominum vitia morderet ac peruelleret. Qualis «
Democritus. qui ineptias; ſtultitiam, miſeriámque hominum ſemper «
ridere ſolitus erat. Qualis alter Heracletus ab eo longè diſsimilis, qui

© SCD - Université de Poitiers

cum videret homines à virtute transuersos agi, & alia omnia sectari; eorum deflebat calamitatem. Poëtæ quoque tum comici, tum satyrici, alii quidem, vti opinor, quod eo vitio maledicendi laborarent. Alii, vt vtilitati hominum consulerent, & vitia corrigerent id genus studiorum secuti sunt. Magna certe comicorum pars, qui antiquam tractarunt comœdiam; in bonos & sanctos viros maledicta vibrarunt. Vnde non immerito Plato eos de sua rep. vult eiici tanquàm pernicio sissimos homines, qui vt ait Cic. virtutis neruos omnes eliderent. Plutarchus vir prudentissimus in eo libello, in quo confert Menandrum cum Aristophane, quàm meritò, Dii boni, ob hoc ipsum illum huic præferendum putat. Quod siquis causam exquirat, cur poëtæ hoc potissimum studii genus quod est in maledicendo positum, secuti fuerint; probabilem ego mihi videor eius rei posse rationem afferre. Poëta nullus est, vt præclare ait Cic. qui, quàm se quenquàm meliorem arbitretur. Neq. vllum est hominum genus, quod sibi magis placeat. Atque hæc, sicuti puto, maxima ex parte causa est ipsorum maledicentiæ, & obtrectationis, qui enim se bonum censet, alios deteriores, maledicat aliis necesse est, & suum cum probet studium, aliorum viuendi rationem improbet. Adde quòd qui dicendo & agendo multum se consequi posse vident, iniuriam perferre diutius, (vt sapienter est ab Arist. in Rhet. dictum) non possunt, sed quàmprimum vlcisci cupiunt. Nam si inopes essent in dicendo, reconciliationem potius expeterent, quàm vltionem. Vnde eos in primis homines videmus esse iniuriis, & contumeliis expositos; qui neque opibus neq. eloquentia neq. vlla alia re muniti satis sese tueri possunt. hinc minaces videas esse poëtas. Catullus.

„ At non effugies meos iambos. Horatius libro Serm. secundo, Satyra prima.

„ Sed hic stylus haud petet vltrò
„ Quanquàm animantem, & me veluti custodiet ensis.
„ Vagina tectus, quem cur distringere coner
„ Tutus ab infestis latronibus o pater, & rex
„ Iuppiter, vt pereat positum rubigine telum.
„ Nec quisquam noceat cupido mihi pacis, at ille
„ Qui me commorit (melius non tangere clamo)
„ Flebit, & insignis tota cantabitur vrbe.

„ Hinc præclarè est à Platone dictum. Poëtam ne tibi reddas infestum. nihil enim aliud est, quàm cicadam ala tenere: cogi ad silentium nunquàm possunt, & ideo procliuiores ad maledicendum sunt, quod æternitatem sui nominis habent animo comprehensam; sperántq. sua scripta ab omnibus lectum ac probatum iri, Vnde Horatius.

„ Exegi monimentum ære perennius.
„ Quod non imber edax; non aquilo impotens.

Quòd si quis opportunè satyrica hac vtatur maledicẽtia; neq. quempiã

© SCD - Université de Poitiers

per iniuriam laceſſat; magnam neceſſe eſt ex ea re vtilitatem capi, nam mores deprauati, & inueterati, qui facile, vt ait Cicero, exui non poſſunt, ſæpe ob aliorum obtrectationis metum immutantur in melius. attentiúsq. pro ſe quiſq. vitat ea, quæ ab aliis reprehendi in aliquo videt, atq. ſtudet ſeſe ad virtutem conformare, paulatímque effingere. Ea ratio impulit Plutarchum vt diceret, maximam ſæpe ab inimicis vtilitatem capi, ac fortaſſe aliquando maiorem quàm ab amicis, qui ſæpe ad noſtra conniuent vitia; ſicque ea fouent, quaſi virtutes eſſent. Adde quòd opportuna maledicentia non patitur, vt ſeſe hominum animus vltra mortalitatem efferat, ſibiq. plus iuſto placeat, quaſi ab omni parte integer, ac bene cultus. Argumento nobis eſſe huius rei poteſt quòd veteres ne deos quidem ſuo Momo carere voluerunt. Erat enim Momus: vt teſtatur Heſiodus in Theogon. Deus Nocte matre, & Somno patre procreatus. huius Dei mos erat nihil agere, ſed aliorum facta reprehendere, & oblimis oculis intueri, ac ſumma cum audacia carpere: μῶμος Græce vituperatio dicitur. de eo meminit Ariſtoteles in libro iii. de partibus Animal. ait enim illum naturam accuſaſſe, quòd bobus cornua in capite, non in pectore collocaſſet. Momus cum iudex fuiſſet electus: vt teſtatur Lucianus in Dialogo περὶ τῶν αἱρέσεων, inter opera à Minerua, Neptuno, & Vulcano fabrefacta. Nam illa domum, ille taurum, hic hominem compoſuerat: in Vulcani opere, ideſt homine reprehendit, quod non feneſtratum effeciſſet pectus, innuens hominis fraudes multas eſſe, ac difficiles perſpectu. In Venere reprehendit Momus nihil præter Sandalium nimium ſtrepens. Ad hunc alluſit Cicero ad Atticum libro quinto, vt etiam Ligurino Momo ſatisfaciam. Hic erat ille Deus Momus; qui inter deos verſari dictus eſt olim ab antiquis volentibus oſtendere Adulatione nihil eſſe pernitioſius, Reprehenſione opportuna nihil vtilius. Reliquum eſt vt agamus de inſcriptione, quam ſecutus eſt Horatius. nam non ſatyras, ſed ſermones inſcripſit. Acron Horatii non contemnendus interpres ideo ſatyras ab Horatio, ſermonum nomine appellatas, ait, quòd humili vſus ſit in illis, ac remiſſo dicendi genere. Io. Britannicus ſermones ideò appellatos, & Epiſtolas ab Horatio, quod hæc ad abſentes, illi ad præſentes. Meræ nugæ. Franciſcus Floridus meus in libro ſuarum lectionum ſucciſiuarum tertio ſatis Britannicum illuſit. Idem quoque Acronis ſententiam confirmare conatus eſt, eam ſequatur qui volet, nam ſatis eſt proba. Ego tamen primum addubito an genuina ſit hæc ab Horatio appoſita inſcriptio, ſuſpicórque ab aliquo effictam vel ex eo quod Horatius alibi ait;

Nec ſermones ego mallem. ”

Repentes per humum quam res componere geſtas, cum alibi ”
ipſe Horatius vocet ſatyras;

Sunt quibus in Satyra videar nimis acer, & vltra. ”

© SCD - Université de Poitiers

Vtcunque tamen ſit, in hoc enim magnopere non pugno. Eſto, quòd ſermones fuerint ab Horatio appellati; exquiramus igitur aliam etiam, ſi poſſumus, probabilem cauſam huius inſcriptionis. Sic autem opinor, imò planè affirmo. Vetus fuit mos ſatyras in ſcenam producere eo, quo ſuperius expoſitum eſt, modo, vt à choris, & perſonis ſatyrorum recitarentur. Eum morem ſublatum de medio crediderim poſt inuentam comœdiam; cum tamen adhuc poëtæ maledicentiam exercerent ſuam; Eiuſmodi mordax poëma ſatyrarum nomine appellarunt; quod perſimile foret ſatyris antiquis: Horatio nomen id non placuit ſatis, quòd videret jam non eo modo ſcribi à poëtis, aut recitari ſatyras. Sed tantum mordacitatem in eo relictam poëmate. Formam vero recitandi ac ſaltandi ſublatam, ideò affirmarim ſermones non ſatyras appellaſſe; quòd ita reprehendat, & peruellat corruptos hominum mores; quaſi ſecum loquens, & enarrans aliorum peccata. Hoc ego ita exiſtimo ſeſe habere, Alii hoc viderint diligentius. Scriptores ſatyrarum apud Latinos connumerantur hi Lucilius. Varro. Horatius, Iuuenalis. Perſius. De aliis nunc ſilebo. De Varrone tantum illud dicam, Politiſsimè, ſuſpicari nos poſſe, eum tale poëma conſcripſiſſe, tum ex multiplici eius eruditione, tum ex nonnullis, quæ ſparſim citantur, à Non. Marcello, vbi & inſcriptiones, quales fuerint ſatyrarum, tum Græcas tum Latinas facile perſpicias. dicta illa ex ſatyris
„ Varronis bella ſunt, ac lepida: Habet quiddam ἑλωστισὸν prouincialis
„ formoſula vxor, & illud. „ Cum hic Rapo vmbram quoque ſpei de-
„ uoraſſet, & illud. „ Vulpinare modo, & concurſa qualibet: il-
„ lud quoque. „ Propter phagones, ficedulam pinguem aut
„ turdum niſi volantem non video. Itidem & hoc inter
„ eſt inter Epicurum, & ganeones noſtros, qui-
„ bus modulus eſt vitæ culina. Itidem
„ nunc emunt Troſſuli nardo
„ nitidi vulgò; Talento
„ Attico equum.
Ex qui-
bus
facilè perſpi-
cias, quàm lepidè car-
pſerit Varro ſuæ ætatis homines.

© SCD - Université de Poitiers

Franciſci Robortelli Vtinenſis

EORVM OMNIVM, QVAE AD METHODVM ET ARTIFICIVM SCRIBENDI EPIGRAMMATIS SPECTANT, EXPLICATIO.

EX ARISTOTELIS LIBRO DE POETICA; MAGNA EX PARTE DESVMPTA.

INTER tot poëmatum genera eſt & illud quod Epigrammata continet; de quorum artificio neceſſe eſt, vt pauca dicamus, conſideremúsque primum ad quam poëſeos partem ſpectent; Deinde exponamus, qualis ſit ipſorum materies, quídque in iis ſcribendis aut ſequendum aut fugiendum. Poëmatum genera hæc fermè connumerantur à veteribus. Tragœdia. Comœdia. Epopœia. Dithyrambica. Legum poëſis. Grandia ſunt hæc poëmata; ſed breuia, Satyra, & quam appellauit Horatius Epiſtolam; & Statius Syluam. Horum omnium particulam quandam valdè exiguam exiſtimauerim eſſe Epigramma; nam ſicuti Comœdia; aut Tragœdia vna particula eſt Epopœiæ grandioris poëmatis; ducitur enim ex vno illius Epiſodio, vt ſatis patet, & apertè declarat Ariſtoteles in poëtice: Ita quoque Epigrammata multa ducuntur ex vna particula comœdiæ, aut tragœdiæ; adeò, vt aliquis iure appellare poſsit ipſum epigramma particulam vnius alicuius particulæ comœdiæ, tragœdiæ, & aliorum poëmatum. An verò contineat imitationem, ſiquis quærat; reſpondeo, aliquando quidem in epigrammate imitationem ineſſe aliquam; aliquando verò non eſſe; ſed ſimplicem tantùm narrationem. Imitatio eſt in illo Epigrammate Catulli.

Acmen Septimius ſuos amores ,,
Tenens in gremio. Mea, inquit, Acme. ,,
Ni te perditè amo; atque amare porrò ,,
Omnes ſum aſsiduè paratus annos, &c. ,,

In illo nulla eſt imitatio. ,, Chommoda dicebat.
In illo ſimplex eſt imitatio, ſeu allocutio potius quædam.

Mellitos oculos tuos Iuuenci. ,,
Siquis me ſinat vſque baſiare. ,,

Origo quidem Epigrammatis qualis fuerit, ipſum nomen demonſtrat, nam inſcriptiones eo fiebant modo, aut in clypeis, aut in nauibus, aut in ſepulcris. Quale illud apud Pauſaniam.

© SCD - Université de Poitiers

» Τοὺς θυρεοὺς ὁ μολοασὸς ἰτωνίδι δῶρον Ἀθάνᾳ
» Πύῤῥος ἀφ' θρασείων ἐκρέμασεν γαλατῶν
» Γαύντα τὸν Ἀνζγόνου καθελὼν σφαγὸν, οὐμέγα θαῦμα,
» Αἰχμητὰ ἠὲ νῦν, ὡς πάρος, Αἰακίδαι.

Quale illud Catulli

Phaſelus ille, quem videtis hoſpites. Quale illud Ennii

Aſpicite ò ciues ſenis Ennii imaginis formam.

Inſcriptiones autem hæ ferè non excedebant ad ſummum, quaternos verſus. Materies verò qualis apta ſit ad epigrammata conficienda, conſiderandum; nam ſicuti materies comica, quæ ridicula continet, & humilia, non eſt apta ad tragœdiam; neq. tragica ad comœdiam; Ita quoq. par eſt epigrammati ſuam quandam peculiarem aſsignare materiem. Materies epigrammatum multiplex eſt, nam cum ſit particula quædam exigua ſingulorum generum poëtices facultatis, nunc huius, nūc illius; planè neceſſe eſt, vt qualis in ſingulis generib. fuerit materies, talis quoq. ſit in epigrammate. Hinc fit, vt tam multa, atq. inter ſe valde diuerſa cernantur; epigrammate perbelle tractari; Atq. vt huius ſententiæ noſtræ, quæ multis iure optimo noua videri poſsit, probabilem aliquam rationem afferamus; neceſſe eſt, vt ſingillatim, ac diligenter, quoad eius fieri poteſt; ita tamen vt ne longiores ſimus; hoc in omnibus, aut aliquibus ſaltem generibus poëmatum conſideremus. Quatenus partium tragœdiæ particula eſt epigramma, primum materie conuenit cum tragœdia, ab ea enim deſumit, quod eſt ipſius proprium; Tragœdiæ quidem proprium eſt tractare res ſerias, quæ in ſe multum doloris, & commiſerationis habeant, neq. parum admirationis, ſicuti copiosè explicat Ariſt. in Poët. Dolorem afferunt omnia atrocia, vt verbera, vulnera, cædes; Commiſerationem afferunt eadem ipſa, ſi viro immerenti accidant; aut ſi inter conſanguineos, vtpotè inter matrem, & filium, vel inter fratres. Admirabilia ſunt fortuita, vt Argis ſta tua Mityi collapſa eum peremit, qui Mityum peremerat; Recipiunt enim hæc omnia pulcherrimas deſcriptiones. Multò magis admiranda ſunt, quando præter opinionem fuerit aliud ex alio dependens, quod cernere eſt in Oedipodis vita. Hæc omnia aptiſsima ſunt ad epigramma; Hinc tam multa extant epigrammata apud Græcos in Heróas, Eteoclem, Polynicen, Proteſilaum, Hectorem, Achillem, Aiacem, Priamum, & alios eiuſmodi. Apud Latinos verò tum antiquos tum recentiores, qui elegantiſsimè in hoc genere verſati ſunt; in Portiam Bruti coniugem; in Pompeium; in Cæſarem; in Catonem; Lucretiam, Verginiam, Scæuolam. Decreueram hic apponere exempla aliquot; ſed quia non nimis videbatur neceſſarium, ne prolixior eſſem, prætermiſi. A' tragœdia etiam videri poſſunt deſumpta epigrammata, quæ de morte alicuius ſcribūtur, & ſepulcralia appellari poſſunt. Quatenus verò partium comœdiæ particula quædam eſt epigramma;

inde

© SCD - Université de Poitiers

inde quoq. deſumit materiem; ſuámq. facit; Eſt quidem (vt ait Ariſt. in lib. Poët.) imitatio deteriorum, neq. tamen in omni vitiorum genere, quanquàm ridiculum à turpi proficiſcitur; Ridiculum enim aliquo pacto peccatum eſt, & turpitudo ſine dolore; Hæc ille. In comœdia igitur illa, quæ vetus appellatur, profitebantur veteres poëtæ impunè ſe vnumquemq. ridere poſſe, ac nominatim reprehendere, adducerèque in ludibrium, & contemptum, patefacto aliquo ipſius vitio. Hæc tota materies conuitioſa & ridicula eſt etiam epigrammatum, nam in his poëtæ aliena detegunt, ridéntq. vitia, & errata cum lepôre, & feſtiuitate non pauca, adeò, vt aliquando ne nomina quidem ſileant perſonarum, Aliquando tamen immutent, quod ſe feciſſe teſtatur Martialis in vna ex ſuis Epiſt. Leget per ſe vnuſquiſq., &, me etiam tacente, ac prætermittente exempla, anima duertet in Catullo, in Martiale, & aliis, qui epigrammata ſcripſerunt; In maledicendo verò, & ridendo aliena peccata multo opus eſt lepôre, & ſale, nam qui id parùm aptè faciunt, multi ſunt; ex recentioribus præſertim, qui bibliothecas referſerunt ſuorum epigrammatum voluminibus; Lepidè ridet Catullus Rufi maleolentiam ſub alis, & Gellii oris fœtidum halitum; pulcherrimè illudit Quintiæ ſtaturam nimis longam, & Lesbiam ſuam laudat; ſalſiſsimè carpit Aufilenam, Cæſarem, Mamurram; Martialis quoq. aptè multis in locis; ſed plerunque in iocis friget. Bellum eſt illud Martialis lib. vi. in Coracinum; lepidum illud in Cilicem furem, In eodem lib. ſalſum illud de Gellia. Frigere mihi videtur idem lib. primo, cum ſcribit ad Fidentium, & ad Poſthumum; non nimium lepôris habet, quod ſcribitur ad Marianum lib. ii, Friget quod in Taurum ſcribitur lib. eodem; & ad Gargilianum lib. v. & in Candidum lib. eodem. Ac ne ſingula recenſeam, poterit quilibet per ſe hæc facillimè diiudicare, qui veterem illam Romanorum vrbanitatem deguſtarit, Erat enim ferè Domitiani Imp. temporibus abolita, quòd in Vrbem multa eſſet infuſa peregrinitas. Præterquàm quòd vetus comœdia in maledicendo multum operæ ponebat, laſciuis quoq. vocibus, ac petulcis erat referta, quæ ipſa conſuetudo etiam ad epigrammata tranſiit; nam ſæpè videre eſt iis contineri res obſcenas, ac laſciuiæ cuiuſdã planè mimicæ plenas, quod ipſum cognoſci poteſt apud Catullum, et Martialem adeò ſæpè, vt vna hæc potiſs. videatur eſſe epigrammatum materies, quæ planè eadem eſt cum comica; neq. vlla in re epigrãma differt à comœdia, præterquàm forma, et ratione tractandarum rerum, Illa enim fuſius, ac per collocutionem; Hoc autem breuius, atq. ſimplici quadam narratione; Ac plane éadem videtur eſſe ratio præceptionũ in epigrãmatis ſcribendis, quæ à veteribus, & à Cic. præſertim lib. ii. de Orat. de ſalibus oratoriis tradita fuit. Vno autem hoc excepto, quòd Cic. mimicos iocos interdicit oratoribus, in cæteris epigrammatũ ſcriptores oratorib. pares ſunt. in eo etiam (nam mimica ipſos non dedecent) ſuperiores, quarè non inutile fuerit totam

© SCD - Université de Poitiers

illam artem,quam conatus eſt Cicero de ſalibus oratoriis tradere, Epigrammata volentibus ſcribere in promptu habere; ſed cum facetiarum duo ſint genera; alterum æquabiliter in omni ſermone fuſum; alterum peracutum,& breue; illáq. à veteribus ſuperior cauillatio,hæc altera dicacitas nominetur; Hanc ego exiſtimo non tantùm propriam eſſe oratoris,ſed etiam eius,qui Epigrammata ſcribit. Facetiarum aliæ in verbo, aliæ in re poſitæ ſunt; illarum priorum locos ſeptem Cicero aſsignat; harum poſteriorum locos duos & viginti, quos ego hic omnes appoſuiſſem; ſed quia illinc facilè peti poſſunt, ſatis putaui, ſi id ſubinnuerem huc ſpectare: Iam ſatis, opinor, demonſtratum eſt partim ex tragœdia,partim ex comœdia vetere duci epigrammata, quod ſi patet, iam cætera multò facilius demonſtrabuntur; Comœdia quoque,quæ noua dicta fuit,huic generi magnam ſubminiſtrat materiem; quamuis enim mordax, & dicax non ſit, habet tamen in ſe ſermonis feſtiuitatem, ſpem, metum, ſuſpicionem, leuitatem, grauitatem, animorum diſsimilitudinem,amorem,deſiderium,diſsimulationem,ſubitam lætitiam, inſperatum incommodum, miſericordiam,fortunæ commutationem,& alia innumerabilia,quæ aptè Epigrammate comprehendi poſſunt; Amatoria enim in primis venatur is,qui Epigrammata ſcripturus eſt; inueſtigátque,quales ſint illius perturbationes omnes, quò hominem impellant,quò retrahant,quid ſuadeant,à quo reuocent. ex qua inueſtigatione magnam ſibi rerum ſyluam parat ad id poëmatis genus. Hæc facilè animaduertet aliquis eſſe veriſsima,ſi quæ à Catullo ex hoc affectionum genere deducta & ſcripta ſunt obſeruarit; ibi enim maximè excellit,ibi plurimum nitoris habet, & elegantiæ, vt in Epigrammate ad Iuuencium. O qui Floſculus es. & ad eundem. Mellitos oculos tuos Iuuenci. & ad Ipſithyllam. Amabo mea dulcis Ipſithylla. Itidem ad Iuuencium. Nemóne in tanto. & ad ſeipſum. odi,& amo. Itidem de Lesbia. „ Lesbia mi dicit. & ad Iuuencium rurſus. Surripui tibi,dum ludis. & ad ſeiſpum. „ Siqua recordanti. Martialis lib.primo in Epigramm.ad Flaccum. Siquis forte mihi,Itidem ad Diadumenum. „ Baſia da nobis. & eodem lib. de morte Eutychi. Flete nefas veſtrum. & in Afrum lib. ix. Dantem vina tuum. Itidem lib.xi. ad Romam & Dindimum. Vnctis falciferi.
Ex Epopœia quoque aliquid ſumit Epigramma. laudationes in primis inſignium virorum, aut vrbium. Fluuiorum, portuum, & fontium. quale eſt illud Catulli ad Ciceronem. Diſertiſsime Marce Tulli. Et Martialis ad Domitianum ſæpè. Sed fabuloſa quoque non aliunde ſumuntur,quàm ex Epopœia,nam neque comœdia, neq. tragœdia recipit antiquas illas fabulas de diis,de inferis, de nymphis; & huiuſmodi rebus; præter admodum pauca,quæ in tragœdiis eſt videre,quia poëmata hæc confinguntur ex neceſſario,aut veriſimili,quod ſit è neceſſario ductum; ſicut ſatis in poëtice explicat Ariſtoteles. Hinc igitur fit,
vt

© SCD - Université de Poitiers

vt in epigramm. loqui videas magna cum venuſtate Deum, aut Deam aliquam; Nymphas, Satyros, & huiuſmodi genus. Quin etiam aliquando præter veriſimile illud, de quo loquimur ex Ariſtotelis ſententia, perlepidè amnis, fons, arbor aliqua, vrbs, oppidum loqui inducuntur cum aliis, aut poëtæ cum ipſis. Obſeruaui tamen ego Catullum in Epigramm. ſuis deos nunquàm facere loquentes, aut nymphas. Martialem quoque haud ſatis ſcio, neque in memoria habeo id vnquàm feciſſe. Recentiores certè ſæpè id iam factitarunt; ſicuti ſatis eſt notum; Quàm verò id liceat, cæteri viderint diligentius; Ego vt non probem, non certè magnoperè improbo, quia in Græcis epigramm. video vſitatum; indéq. tota ea conſuetudo manauit; Neque verò eſt, quòd quiſquam expectet hoc loco vt aliquot ex recentioribus nominem in hoc genere poëmatis non ſatis magna cum laude verſatos; Ego enim magis quid rectum ſit conor præſcribere, quàm aut aliorum errata demonſtrare, aut corrigere. Eſt in Epigramm. Græcorum lib. tertio, in inſcriptione xiiii. εἰς ἥρωας, in Epigrammate Aſclepiadæ tale argumentum, vt inducatur ſuper tumulo Aiacis ſedens virtus, & ita loquens.

Ἀλλ' ἐγὼ ἀτλάμων Ἀρετὰ παρὰ τῷδε κάθημαι
Αἴανθος τύμβῳ κειραμένα πλοκάμους,
Θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, οὕνεκ' ἀχαιοῖς
ἀλλοφρων ἀπάτα κρεῖσσον ἐμοῦ κέκριται.

Videndum igitur erit diligenter, quid Romanorum linguæ vſus recipiat, quidue reiiciat, quod homini exercitato non erit admodum difficile. Inducit Martialis libro primo colloquentes inter ſe leporem, & leonem, quod eſt omnino fabuloſum, ac præter veriſimile; Neque ideò mihi multum probatur. Catullus quoque ianuam loquentem facit; ſed ea fortaſſe potius elegia dici debet, quàm epigramma; quídque deceat in Elegia ſequi, aliâs commodius declarabimus. Narrat A. Gellius certamen ortum inter quoſdam doctos viros de ſuauitate Epigram. Græcorum & Latinorum, nam cum ſuauiora nonnulli Græca aſſererent, ſatis apertè eſt ab altero demonſtratum multum quoq. ſuauitatis ineſſe in Latinis, atq. ita quidem ſeſe res habet: ſed non ex iiſdem ſæpe rebus prouenit; Ideò res tota diligenter diiudicanda, nam multa habent Græci lepidiſsima, quæ alioqui apud Latinos ita relata ſalſa non ſunt; Appoſuiſſem hic exempla; ſed adnotaſſe ſatis fuerit id, quod eſt inuentu facile; Suauitas ex omnibus iis rebus oritur, quæ in ſe ſuauitatem aliquam habent ad ſenſus oblectandos; vt, riuuli fluentes, fontes, viriditas arborum, & ſegetum, oſcula, ſaltationes, & reliqua eiuſmodi; tantóque maiorem habent ſuauitatem, quantò expreſsius deſcribuntur, ac ferè ſenſibus ſubiiciuntur. Suauem reddunt, & lepidam orationem in Epigram. allocutiones ad ſeipſum conuerſæ, vt in illo Cat.

Deſinas ineptire miſer Catulle. Seu apoſtrophe in medio epigramm. aut in extremo poſita ad aliquem vel Deum, vel hominem;

© SCD - Université de Poitiers

Cuius rei exempla multa apud Catullum,& alios.Suauem quoq. reddunt ſermonem in Epigramm. allocutiones cum ſyluis, cum fontibus,cum inſulis,& rebus inanimatis. vt in illo Horatii.

„ O fons Blanduſiæ.

Itidem apud Catullum ad Coloniam,& apud eundem ad Sirmionem; nam Catullus etiam ſuos alloquitur hendecaſyllabos. Venuſtum illud eſt, quod aliqua fuerit tinctum antiquitate, & eruditione, non ita paſsim cognita, vt in illo Catulli. „ Miniſter vetuli. & apud eundem, cum ait,

„ Quem attractis pedibus patente porta
„ Percurrent raphani, mugilésque.

Innuit enim ῥαφανίδωσιν, de qua multa apud Græcos. Occulta etiam ſignificatio, quæ ſubeſt verbis proximè id ſignificantibus; multum in ſe lepôris habet; vt in illo Catulli de Gellio.

„ Si tria amatorum.

Delectat quoque mirum in modum,quod acutè fuerit dictum, quale illud Græcum de Cœco,& Claudo; quod vertit Auſonius; & illud Catulli de Gallo; In eodem genere ponenda ſunt ea, quæ ſunt aptè concluſa,& paria paribus habent reddita. Itidem ea,quæ redundarint aliqua animi affectione; vt in iis exprimatur aut dolor, aut mœror, aut pietas,aut commiſeratio. Aptè texuntur epigrammate res geſtæ præclari alicuius viri,ſed illud in primis requiritur,vt in fine epigramm. apponatur aliqua ἐξήγησις argutulè prolata, vt in illo Martialis de Portia.

„ I nunc & ferrum turba moleſta nega.

Itidem apud eundem libro primo de Scæuola. & Porſenna. Huiuſce autem generis epigrammatum maxima eſt apud antiquos pars,vt facilè poteſt ab omnibus obſeruari. Verba verò ipſa,quæ in epigrammate ponuntur, in primis ſplendorem quendam, & proprietatem requirunt; ſic enim res multum illuſtratur; Tranſlata quoque adhibenda, ſed molliuſcula, & apta,neq. grandia; vt in illo Catulli ad Iuuencium.

„ Surripui tibi,dum ludis. Itidem apud eundem. Iam ver egelidos re
„ fert tepores. Ac ne ſingula perſequar; Verba debent eſſe aperta, lucida,expreſſa,rotunda,aptè ficta,non popularia, non plebeia, non ſordida,non dura,non obſoleta,non aſpera. In verbis lepôrem habet apud Græcos paronomaſia etiam frequens. vt in illo,

„ οἱ κόρις ἄχει κόρου κορέσαντά μου, ἀλλ' ἐκορέσθην
„ Ἄχει κόρου κ' αὐτὸς τὸς κόρις ἐκκορέσας.

Apud Latinos parcius poſita in duabus,aut,ad ſummum,tribus dictionibus laudabitur. Neque etiam magnopere requiro illas ἀκροστιχίδας, in quibus multi noſtræ ætatis homines laborarunt. ἀκροστιχίδα autem voco, cum ex ordine primarum literarum,aut ſyllabarum vniuſcuiuſque verſus, colligitur dictio aliqua; aut ſententia aliquid ſignificans; qualis eſt in carmine Sibyllæ,quod circumfertur apud Græcos.Nolim etiam

etiam admodum miſceri Græca verba, etſi Catullus ſemel μνημόσυνον dixit. nam Martialis Græcum etiam verſum miſcet. Id verò, me iudice, vitandum eſt. Cauendum autem in primis, ne res verbis ſeruiant; ſed videndum, vt res verba ſequantur; in quo peccare plurimi videntur. Multò verò diligentius videndum, ne vllum ocioſum, aut ſuperuacaneum ponatur verbum ad numerum explendum: Id enim mali poëtæ vitium eſt, quo tamen multi laborant noſtra ætate. Hæc habui quæ de artificio epigrammatis μεθοδικῶς, quoad eius fieri potuit dicerem; Reliqua attentius ſibi quilibet parare poterit ex lectione veterum poëtarum, & exercitatione ſcribendi.

Franciſci Robortelli Vtinenſis

EXPLICATIO EORVM OMNIVM, QVAE AD COMOEDIAE ARTIFICIVM PERTINENT.

FINEM habet ſibi propoſitum comœdia eum, quem & alia omnia poëmatum genera, imitari mores, & actiones hominum. Et quoniam omnis imitatio poëtica tribus conficitur. Sermone. Rhytmo & Harmonia; Tria hæc in comœdia adhiberi conſueuerant; ſed ſeorſum in ſingulis partibus, neque ſimul, vt in nonnullis aliis, quod tamen commune habet cum tragœdia, vt in lib. Poët. declarat Ariſtoteles; differt etiam comœdia ab aliis materie rerum ſubiectarum, quas tractat; nam imitatur actiones hominum humiliores, & viliores; & ideò differt à tragœdia, quæ præſtantiores imitatur, vt idem exponit Ariſtoteles. Tertia differentia, quæ inter poëmata conſtituitur, ſumitur à modo diuerſo imitandi. Comœdia imitatur homines, quaſi negociantes, & agentes, quamuis & hoc commune illi ſit cum tragœdia; vnde factum eſt, vt tàm comœdiæ, quàm tragœdiæ πράματα ideſt actus à veteribus dicantur ἀπὸ τοῦ πράττειν, quod eſt agere, ſeu negociari. Hinc Ariſtoteles in Poëtice, quàmuis obſcurè, explicat tamen; ortam olim contentionem inter Athenienſes, & Megarenſes, qui in Doride habitabant, de aſciſcenda ſibi laude inuentæ primum comœdiæ. Aſſerebant Megarenſes tàm ii, qui in Doride erant, quàm qui in Sicilia, (nam Dorienſes illi ex Sicilia profecti fuerant) apud ſe inuentam comœdiam, eo tempore,

© SCD - Université de Poitiers

quo in illorum vrbibus adminiſtratio popularis florebat;atque hac ratione nitebantur;quòd Epicharmus prior fuiſſet Chionide et Magnete, quos Athenienſes antiquiſs. apud ſe iactabant fuiſſe comœdiæ authores;Secunda ratio deducta eſt à proprietate,& vſu dictionis;nam Athenienſes κώμους vicos vocabant; Megarenſes verò κώμους, quæ dictio comœdiæ nomen dedit; quoniam in vicis primùm, & pagis agi cœpit; noctu enim quidam diſcurſantes per vicos,& pagos conuitia ioculariter proferebant in eos,à quibus iniuriam acceperant; ex qua re hoc capiebatur commodi; quòd multum cohibebatur improborum inſolentia,ac petulantia; Ideò permiſſum, vt in theatro recitarentur ea carmina conuitioſa; vnde paulatim orta comœdia; Varro quidem hac eâdem via inuentam narrat; itidem & Donatus; ſed vterque apud Athenienſes,quod non videtur probare Ariſtoteles. Tertia ratio huiuſmodi eſt. Athenienſes τὸ ποιεῖν dicunt πράττειν, Megarenſes vero δρᾶν; & quoniam ἀπὸ τοῦ δρᾶν dicta ſunt δράματα; Similius vero eſt apud Megarenſes prius inuentam comœdiam. Duabus verò de cauſis inuenta videtur,& amplificata comœdia; primum, quia homines apti ſunt ad imitationem,& id inſitum habent à natura,cum adhuc pueri ſunt; deinde quia vnuſquiſque imitatione gaudet; Cum igitur & eſſent, qui imitari aptè poſſent; & qui ea,quæ imitatione exprimebantur,libenter ſpectarent,factum eſt; vt in magno eſſet honore tale poëmatis genus. Erat quidem ab initio rudis, perpuſilla, nec ſatis redundans comœdia; ſed paulatim aucta fuit; cum in eam, non ſecus ac riuuli ſolent in amnem, influxiſſet phallica poëſis; (ſicuti in Poëtice declarat Ariſtoteles) propter affinitatem quandam, & ſimilitudinem rerum; quæ autem, qualísque ſit phallica poëſis, ibi eſt à me copiosè declaratum; Ambigere tamen videtur Ariſtoteles,an comœdia adhuc ſua ætate eſſet abſoluta, necne; puto, quòd non ſatis probaret, eam comœdiæ formam, quæ tunc erat in vſu,veterem à nobis dictam,quia erat conuitiis referta, & multa imitando agebat, præter ſimile vero, quod in primis ſequi poëtam oportet; Teſtatur Ariſtoteles ibidem, non ſatis ſibi eſſe perſpectum,quomodo aucta fuerit comœdia;affértque rationem hanc,quòd eiuſmodi poëſis diu latuit neglecta, quia pauci admodum erant ipſius ſtudioſi propter conuitiorum aſperitatem;Et lege cautum erat,nequis in theatrum comicarum rerum imitationem proferret; póſtque multos annos vix aliquando ab ipſo magiſtratu nonnullis conceſſum; vt comœdiam recitarent; Illud tamen aſſerit,notum eſſe. Phormum, & Epicharmum primos in Sicilia fabulam finxiſſe comicam; Apud Athenienſes verò Cratetem,qui iambica poëſi omiſſa; in qua antè verſatus fuerat, animum appuliſſe fertur ad ſcribendam comœdiam; quis autem prologos inuenerit,aut chorum, aut multitudinem hiſtrionum in comœdia,prorſus ignorari. Prologum verò ſciendum eſt,aliter ab Ariſtotele ſumi,quàm à Latinis;nam in prologo,quæ prima pars eſt fabulæ

Epi

© SCD - Université de Poitiers

Epiſodium aliquod collocatur fabulæ augendæ, & ornandæ cauſa; eſſet enim alioqui breuis, & perpuſilla. Quòd ſi quis quærat, vtrùm prius comœdia inuenta fuerit, an tragœdia; Donatus Terentii interpres prius tragœdiam extitiſſe ait; affértque rationem hanc, quòd à ferino cultu, & ſylueſtribus moribus paulatim deuentum eſt ad manſuetam, & ciuilem viuendi rationem, atque hilaritatem. Ariſtoteles verò in Poëtice diligentius rem totam perquirens ex natura ipſa eodem tempore vtranque extitiſſe videtur innuere; ait enim homines, cùm alii eſſent σεμνότεροι ideſt grauiores, & ſeuiores; alii εὐτελέστεροι ideſt leues, & iocoſi; Illos quidem grauia ſcripſiſſe; hos autem leuia, & iocoſa; atque ita enatum duplex poëmatis genus; Alterum quidem ſeuerum; alterum verò iocoſum: rémque ita ſeſe habere Homeri probat exemplo, in quo vtranque naturam licet perſpicere, & leuem, & grauem; nam quatenus ſeuero fuit ingenio, & graui, Iliadem ſcripſit, & Odyſséam: quatenus autem leui, & ioculari; Margiten. At ex priore quidem genere enata tragœdia, ex altero autem comœdia, redactis narrationibus ad dramaticas imitationes: nam ipſe Homerus primus dramaticè ſcripſit; Quum igitur Homerus res iocoſas dramaticè ſcripſerit, normam videtur primus tradidiſſe comœdiæ: Paulatim verò ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων extitit vetus comœdia dicta; qualem Ariſtophanes ſcripſit: in qua multa fabuloſa miſcebantur, quod non eſt in noua poſtea factum, nàm Deorum perſonæ in ea ſæpè viſuntur: vt apud Plautum in Amphitryone: noua comœdia magis acceſsit ad imitationem morum, qui quotidiè in communi hominum conuictu cernuntur. Ideò Ariſtoteles, cum nondum, opinor, eius ætate extitiſſet noua comœdia, in poëtice innuit, quod nos in noſtris explicationibus oſtendimus, non videri ſibi adhuc ad ſummum peruenisse decoris, ſicut poſtea peruenit; Plutarchus quoque in eo libello, in quo Menandrum cum Ariſtophane confert, ſatis multa protulit, ex quibus cognoſcas, veterem non ſatis probari; nouam multò eſſe laudatiorem; cuius extitit author Menander, quem eſt in primis noſter Terentius imitatus. Verba Plutarchi ego hic nonnulla apponam, vt res facilius intelligatur. Ἀριστοφάνης μὲν δὴν, οὔτε τοῖς πολλοῖς ἀρεστὸς, οὔτε τοῖς φρονίμοις ἀνεκτὸς, ἀλλ' ὥσπερ ἑταίρας τῆς κωμῳδίας παρακμὴ καὶ ἀκμὴ, εἶτα μισουμένης γαμετὴν; οὔτε οἱ πολλοὶ τὴν αὐθάδειαν προσιέμενοι, οὔτε σεμνοὶ βδελύττονται δ' ἀκόλαστον, καὶ κακόηθη. ὁ δὲ Μένανδρος μᾶλλον ἑαυτὸν αὐτάρκη παρέσχεν, οὐ θεάτροις, οὐ διατριβαῖς, οὐ συμποσίοις ἀνάγνωσμα, καὶ μάθημα, καὶ ἀγώνισμα κοινότατον, ὧν ἡ Ἑλλὰς εὐλύσχημον παρέχων τὴν ποίησιν, δεικνὺς ὅτι δὴ, καὶ ὁποῖον δεῖ ἅρμα δεξιότητος λόγου ζῴων ἅπαντα χρῆσθαι μᾶλλον θοῦς ἀφύκτου, καὶ χειρούμενος ἅπαξαν ἀκοὴν φωνῆς ἑλληνικῆς, In vetere comœdia multum inerat dicacitatis, & maledicentiæ, adeò, vt ne nominibus quidem parcerent. Hoc apud Ariſtophanem vbique obſeruari poteſt; in Nebulis præſertim; vbi ridetur Socrates vir ille optimus, ac ſanctiſsi-

© SCD - Université de Poitiers

mus .de hac verò dicacitate præclarè Horatius libro ſecundo Epiſt. in Epiſtola ad Aug. Fuit verò neceſſe totum hoc maledicentiæ genus lege coërcere ; atque ita ad ſatyras tranſlatum fuit,quales Horatius ſcripſit,& ante eum Varro, & Lucilius ; poſteà verò Iuuenalis, & Perſius. nam olim ſatyra non erat eiuſmodi, ſicuti copiosè docuimus in diſputatione , quam ſcripſimus de ſatyra . Sed qui plura ſcire volet de comœdia vetere , & noua ; is legat ea ; quæ ſcripta reliquit Platonius Ariſtophanis interpres. Fuit apud veteres quædam comœdia dicta MIMVS à nimia imitatione ; Ea res continebat obſcenas , quas hiſtriones ipſo etiam geſtu exprimere conabantur ; Ideò Cicero libro de Oratore ſecundo monet , Mimicos ſales oratori eſſe vitandos propter obſcenitatem ; qui talem comœdiam ſcribebant, Mimographi olim dicti . Mimorum vero comœdiarum plura recenſentur genera . nam alii Hilarœdi, alii Magœdi , alii Sicyonii , alii Phallophori ; Sunt hæ à Latinis Planipedes vocatæ , quod ſine ſocco agerentur ; Pantomimum ex hoc genere refert Lucianus in libro de Saltatione ; & Saltatorem , qui manibus , ac pedibus aptè motis , omnia exprimebat ; quam ſaltandi rationem χειρονομίαν ſcimus vocatam ; de ea Quintilianus libro ſecundo. Comœdiarum autem genera totidem fermè connumerantur apud Romanos Stataria ; Motoria , Mixta. Togata. Palliata. Tabernaria . Stataria ; qualis eſt Andria, nam quietiore agitur modo ; Motoria turbulentior eſt , qualis Eunuchus . Mixta ex vtroque,qualis Adelphi . Prætextatæ à prætexta imperatoria dictæ , quibus negocia imperatorum agebantur , ſeu publica ſeu priuata ; prætextati enim erant etiam imperatores , & magiſtratus . Hinc Cicero libro quinto Epiſtolarum ad Atticum,Epiſtola prima. „ Magnus eo die prætextatus fui ; Reliquæ etiam ſimili ratione vocatæ à rebus , quas complectebantur . Erant etiam Attellanæ ab Attella oppido dictæ , Iocoſæ. de quibus vide Donatum Ter. interpretem . Partes verò comœdiæ , aliæ ſunt , quæ ad eſſentiam reſpiciunt , & eſſentiales dici poſſunt ; aliæ , quæ reſpiciunt ad quantitatem ; & partes magnitudinem conſtituentes vocari poſſunt; ac primùm de eſſentialibus dicamus . Ex numero ſunt quinque,ſeu,vt alii,ſex . Fabula . Mores. Sententia . Dictio . Apparatus , Melodia ; Has totidem eſſe ita probat Ariſt. in Poët. Non poteſt recitari comœdia vlla, ſi non adhibeatur Melodia (quia ita obtinuit vſus)& apparatus,vt res in ſcena,tanquàm in vrbe , aut oppido aliquo geri videatur ; Ergo neceſſariæ ſunt hæ partes. Melodia,Apparatus; multò verò magis neceſſariæ aliæ,quia ſine iis ne ſcribi quidem poteſt comœdia;Nam ſcripturo comœdiam prius neceſſe eſt excogitare rem,quæ ſcribenda eſt ; Ea continetur fabula. ſed rurſus oportet fabulam , quia imitatur eſſe moratam ; & exprimere exactè diuerſorum hominum mores ; & ideò neceſſaria

altera

© SCD - Université de Poitiers

altera pars. MORES. nam non omnis oratio Morata; qualis eſt Mathematicorum, Medicorum, Phyſiologorum, Dialecticorum. Verùm quia neceſſe eſt animi ſenſa exprimi per orationem; ideò neceſſe alteram addere partem, quæ eſt. SENtentia. Sed quia ſententia verbis conſtat; ideò neceſſariò additur etiam alia, quæ eſt. DICTIO. Ad hæc omnia reſpiciat neceſſe eſt, qui comœdiam ſcripturus eſt aptè ſed dicamus de iis ſingillatim. Fabulam comicam oportet complecti res tenues ac viles; hac enim ratione differt à tragœdia; itidem ſimplicem, atque vnam tantum actionem imitari, non plures; quæ confici poſsit intrà vnius Solis periodum, vt doctiſsimè monet Ariſtoteles in Poëtice, vbi de tragica loquitur fabula. Periodum autem vnius Solis, putarim ego referri debere, non ad diem naturalem vulgò à Mathematicis vocatum; ſed ad artificialem. ſicuti copioſius à me dictum eſt in Explicationibus libelli de Poëtica. Debet fabula habere magnitudinem, & ordinem. Magnitudo facit, vt ab extemporaneis differat quibuſdam, & breuibus poëmatibus. Ordo facit, vt omnes partes inter ſe congruant; neque enim temere debet vbilibet terminari fabula, aut vndelibet initium ſumere. Præfiniendæ autem magnitudinis in fabula illa certiſsima norma eſt; vt tantum excreſcat in vnius actionis tractatione; quantum par ſit; hoc eſt, donec appareat eſſe venuſtior; atque vt ſummatim dicam, Ea iuſta magnitudo fabulæ comicæ eſt, in qua apertè fieri mutationem, & inclinationem turbationum, & rixarum neceſſe eſt. Partes verò omnes fabulæ inter ſeſe ita iunctas eſſe oportet; vt nulla ſubtrahi, aut transferri poſsit, quin tota fabula ruat, & diſſoluatur; In fabula porrò comica omnia nomina confinguntur perſonarum, quod in tragœdia non fit; quia hæc argumenta tractat rerum commiſerabilium, quæ contigerunt, certis quibuſdam hominibus, quorum nomina neceſſe eſt proferrè, Comœdia autem omnia confingit ex veriſimili, & ideò etiam nomina comminiſcitur; ſicut præclare docet Ariſtoteles in libro de Poëtice. Fabulam minime oportet eſſe epiſodicam, eſt enim vitioſa; Epiſodicam voco eam, in qua præter actionem illam, quæ propoſita eſt ab initio, multa inſeruntur; quod olim ab imperitis fiebat poëtis in certaminibus vt longior appareret fabula; & magis oblectaret. Quoniam verò in comœdia non tantum imitatio eſt rerum vilium, ac tenuium, cuiuſmodi ſunt in actionibus hominum priuatis; ſed etiam turbulentarum; hoc enim etiam adſit oportet, quod eſt ſumptum à natura, & conſuetudine humanarum actionum, quæ ſemper aliquid in ſe perturbationis, ac difficultatis habent; ne ceſſe eſt intermiſceri ea, quæ ſunt præter ſpem, & expectationem noſtram; euenta quædam fortuita, quæ inſperatam lætitiam afferant, aut dolorem; aut admirationem. Duplex igitur dicimus fabularum comicarum eſſe genus; aliæ enim ſimplices ſunt; Aliæ implexæ, qua-

© SCD - Université de Poitiers

les etiam ipſæ ſunt actiones quas imitantur;eæ verò ſimplices ſunt,quæ nihil habent inſperatum; & quæ nullam continent agnitionem. Implexæ autem, quæ aut alterum horum, aut vtrunque continent; Agnitio eſt, cum ex ignoratione in notitiam rei alicuius perducimur; ex qua aut lætitia oritur, aut dolor; ſed ferè ſemper lætitia; nam agnitiones in comœdiæ extrema parte rectè collocantur; vbi turbatio rerum ſedari incipit; cuiuſmodi exemplum ex Andria Terentii ſumi poteſt, & aliis multis, in quibus eſt agnitio. Agnitionis quinque genera ſunt. Primum eſt ex ſignis, quorum alia ſunt ingenita, alia aduentitia, quæ rurſus in duas diducuntur partes, nam aut in corpore ſunt, vt cicatrices,næui: aut extrinſecus, vt monilia. Horum ſignorum alia præſtantiora ſunt, alia deteriora; & alia artificialia, alia verò inartificialia. Artificialia ſunt, quæ ab ipſo poëta excogitantur. Inartificialia, quæ per ſe inſunt in rebus, & ſuppetunt ex ipſa fabula. Ingenita ſigna vocamus,quæ attribui ſolent ipſis habitibus perſonarum; vt claua Herculi, & leonis pellis. Secundum genus agnitionis fit per memoriam; cum aliquid ſpectantes alterius ſimilis nobis ſubit recordatio; & ex ſimili ſimile agnoſcimus. Tertium genus agnitionis fit ex neceſſaria ratiocinatione, vt cum alicui vnum tantum in ciuitate ſimilem eſſe ſcimus; hunc eſſe ſimilem videmus; hunc igitur illum eſſe colligimus. Alia vero agnitio,quæ quarta eſt,fit per parologiſmum; atque ſanè hæc fallax eſt ex principio nō vero ducta, ſicuti paralogiſmus dialecticorum. Quintum genus agnitionis eſt, quod naſcitur ex veriſimilibus coniecturis attentius conſideratis, & inter ſeſe collatis. Atque hæc de agnitione à nobis breuiter dicta ſint; Copioſius enim in lib.de Poët. apud Ariſtotelem diximus. Neque verò temere progrediendum eſt ad fabulam comicam ſcribendam,ſed certa cum ratione;ac methodo,quæ, ſicuti ſcribit Ariſtoteles,huiuſmodi eſſe debet; Conſtituenda primum eſt poëtæ fabula; & breui oratione deſcribenda, atque ob oculos ponenda; vt intueri facilè poſsit, quid deceat, quid'ue non deceat; non ſecus ac ſpectator ſolet, dum res in ſcena agitur; Vti autem debebit oratione,quæ fabulam explicet,plana,ac aperta; vt repugnantia,ſi quæ fuerint, perſpiciat; hinc enim maxima pars erratorum proficiſcitur, quæ à malis,& indoctis poëtis committuntur in ſcribendo. Summam rei totius cum ita explicarit poëta, nomina illi ſunt pro re confingenda,quæ apta ſint: mox Epiſodia parare debet & ſuis locis diſponere; Epiſodia enim poëma augent,& actionem ornant,& amplificant. Atq. hæc quidem ita ſeſe habent,quæ ego ex Terentianis aut Plautinis fabulis aliquot proferens exempla non lucidius quidem, ſed prolixius fortaſſe enarraſſem; ideo ſatis mihi viſum fuit, ſi omnia breuiter, ac ſine exemplis,afferrem in medium. Illud quoq.ad artem ſcribendæ comœdiæ pertinet,vt ſciamus, duobus veluti quibuſdam terminis diſtingui ipſius longitudinem: Solutione ſcilicet & connexione.Connexio enim

appel

© SCD - Université de Poitiers

appellatur id totum, quod ab initio poêmatis pertingit vſque ad eum locum vbi inclinant turbæ rerum,& mutatio fit,ſicuti ſuperius eſt a me dictum: Solutio autem vocatur ea pars, quæ à mutationis principio vſque ad exitum fabulæ producitur. Hæc qui habuerit in promptu, & facilè antiquorum poëtarum ſcripta diiudicabit, & ipſe faciliore quadam ratione comœdiam ſcribet. Sed hactenus à nobis de fabula dictum ſit: nunc dicendum de moribus. In moribus quatuor ſunt conſideranda. Primùm videndum,vt probitatem, & improbitatem præſeferant in ſingulis hominum generibus. Si probus aliquis fuerit, probi ſunt quoque ipſi attribuendi mores:exprimuntur autem mores ſermone, & actione; nam ex his cognoſcimus, an aliquis probus, an improbus ſit: hoc verò eſt obſeruandum in quolibet hominum genere,nam ſæpè contingit,vt qui mores in vna perſona laudantur, alteri non conueniant; nam ratione perſonarum multum diſſimilitudinis accipiunt: Da mihi ſeruum aliquem non eſſe furacem, in ſeruo hæc eſt ſumma virtus,& probitas,in viro nulla laus eſt: in muliere laus eſt aptè texere, pingere acu,nere;in viro hæc laudari non debent. Alexander Macedo à Philippo patre reprehenſus olim narratur, cum eum inter cantores aliquando canentem deprehendiſſet, quaſi id parum regi conueniret. Neroni vitio datum fuit,quòd peritus eſſet cantor: Commodo, quòd bene iacularetur & luctaretur: quare laudes eæ, quæ conueniunt ignobilioribus, non ſunt laudes,ſi attribuantur præſtantioribus. Serui mores ſi applicentur viro ingenuo, & inſigni non modo deterior fiet, ſed etiam malus:ex quo patet eam, quæ in ſeruo ſumma erat probitas, in illo eſſe ſummum vitium. Secundum genus,quod requiritur in moribus,eſt τὸ ἁρμόττον. vt fortitudo corporis,ſumma quidem virtus eſt; ſed ſi attribuatur fœminæ, & poëta aliquis talem effingat fœminam, qualem Homerus effingit Achillem; valde fuerit reprehendendus. Tertium,quod in moribus ineſſe debet ab Ariſt. in Poët. vocatur τὸ ὅμοιον. vt ſcilicet imitatio morum in alicuius perſona exprimatur ex fama iam recepta, & communi hominum opinione: tunc enim τὸ ὅμοιον illud ſeruatur,cum talia agentem,& loquentem poëta aliquem inducit: qualia homines ipſum agere, & loqui ſolere ſciunt: exemplum eſto. Achillem ſcimus acrem, & inexorabilem fuiſſe ſicque de eo omnes exiſtimant. Talis igitur effingi debet. Vlyſſem callidum,& vafrum narrant fuiſſe antiqui: Eiuſmodi igitur effingendus. De hac re copiosè Horatius in Poët. & in Epiſt. ad Auguſtum,lib. ſecundo. Quartum,quod in moribus neceſſariò poni debet,eſt τὸ ὁμαλὸν, æquabiles enim vbique mores ſint in poêmate oportet: vt ſi ſemel timidum, auarum, ſuperbum aliquem oſtenderis,eundem talem ſemper oſtendas:non aliquando timidum,aliquando audacem,aliquando auarum, aliquando liberalem: ſummum enim hoc vitium in poêmate: ſed de hac re nos copiosè in noſtris explicationibus dicemus in lib. de Poët. Ariſt. Hora-

© SCD - Université de Poitiers

tius quoque hæc diligenter ſcripſit in ſua Poët. Sciendum verò mores effingi duplici modo, aut κατὰ τὸ εἰκὸς, aut κατὰ τὸ ἀναγκαῖον. vt ait Ariſtoteles in libro de Poët. Si igitur perſonæ inducuntur notæ, & eorum quos fuiſſe verè ſcimus, mores ſunt exprimendi ex neceſſario. Sin autem perſonæ fuerint nouæ, & ab ipſo poëta tunc primum effictæ, debent in iis exprimi mores ex veriſimili; quod vt ſciat poſsítque efficere poëta, neceſſe eſt, vt omnium ætatum, omnium ordinum mores obſeruet; ſicut doctè monet Horatius in Poët. & Ariſtoteles in Rhet. ad Theod. lib. ſecundo. neque illud tamen ignorandum; in comœdiis omnes effingi perſonas à poëta; & quolibet nomine appellari, vt ſuperius etiam diximus, & ideò eiuſmodi poëmata recipere tantùm τὸ εἰκὸς. quàmuis vetus comœdia veram aliquando reciperet perſonam; ſed ego de noua loquor, quæ multò laudatior eſt. In tragœdiis ſecus eſt; nam cum res veræ earum imitatione exprimantur, nomina etiam vera retinenda fiant; & mores exprimendi κατὰ τὸ ἀναγκαῖον; quàmuis non omnes perſonæ veræ, & notæ etiam in tragœdiam inducebantur. nam ſatis eſt, ſi aliqua vera nomina retinentur eorum, quibus res acciderunt aduerſæ. reliqua pro arbitratu poſſunt à poëta confingi ὡς εἰκότως, ſicuti in comœdia fieri diximus. Atque de moribus hactenus à nobis dictum ſit; ex quorum tractatione totum ferè comici poëmatis pendet artificium. Nunc conſequitur vt dicamus de ſententia. Sententiæ virtus eſt, vt aptè exprimat animi ſenſum. hortetur, incitet, retineat, ſoletur, irrideat, contemnat: & huiuſmodi innumerabilia conficiat; ſicuti doctè ſcribit Ariſtoteles in libro de Poët. Oportet autem, cum ſermo comicus ſit tenuis, & vt Græci Rhetores vocant, ἀφελὴς, ſententias quoq. ipſius minimè grandes eſſe, ſed humiles; alioqui enim non differret à ſermone politico, eo ſcilicet quo vtuntur oratores in foro; Ideò Ariſtides rhetor in libro περὶ ἀφελοῦς λόγου veriſimè rem totam
» diiudicauit; ait enim τὰ πολιτικὰ σύνοιμματα ſunt βαχύτερα, σύνθετότερα, καὶ ἀπὸ
» τῶν σύνθετοτέρων λαμβανόμενα, καὶ σριμύτερα τλύτε σριμύτητα ὀργαζόμενα, σὺ τῷ πανικῷ
» τερα εἶναι καὶ σύνθετα, τὰ δὲ ἀφελῆ νοήματα ἁπλᾶ, ἐπίκοινα, ἄσυνθετα, καὶ ταῦτα ἀπὸ ἀσύνθετων
» ἐπιχειρημάτων ſumpta. præter hanc differentiam, quæ eſt inter ſermonem oratorium, & comicum σὺ τῶν σύνθετων, eſt etiam alia, quæ ſumitur σὺ μεταχειρίσεως. nam in ſermone politico, ſeu oratorio eſt declaratio quæſtionum, & probatio diligens, vt animus auditoris, attentè percipiat, & credat ea, quæ dicuntur; In ſermone autem comico, quæſtiones non ſunt, ſed proferuntur omnia tanquàm iam κεκριμένα & probata.
» Alia quoque eſt differentia σὺ τῶν ὀνομάτων, nam, quæ ſunt in ſermone
» politico, videntur eſſe βαχέα, ἐλεγκτικὰ, & βίαια (ſic enim ſcribit idem Ari
» ſtides rhetor) in comico autem, ſeu ἀφελεῖ, ἀνεπιμελῆ, ἀπλᾶ, μηδενία ἔλεγχον, μηδὲ ζήτησιν ἐμφαίνοντα ſed κοινότροπα, καὶ ἀναστεπτωκότα, ſicut enim illa ſermonem efficiunt grandem, & planè πολιτικὸν, ita hæc ipſum faciunt ἀφελῆ, ac planè comicum, cùm ſint ὁμιλητικὰ, & ἰδιωτικά. Atque hæc de ſententia dixiſſe

dixiſſe ſatis fuerit. Nunc dicamus de dictione. Ea debet eſſe in ſermone comico, pura, facilis, aperta, perſpicua, vſitata; ex communi deniq. vſu ſumpta; nam, vt idem Ariſtides rhetor ait: ſermo ἀφελὴς, qualis comicus eſt, dictionem grandem non recipit, cum νοήματα habeat, vti dictum eſt, tenuia, & humilia. oratio autem forenſis & politica, cum grandis ſit, ad eam quoque dictionem grandem accommodari oportet. Atque ideo talis conſtituitur differentia inter ſermonem comicum, & politicum ſumpta ex dictionibus; vt in eo, hoc eſt, ἐν τῷ ἀφελεῖ ,, ἡ λέξις ὡς αὐτύχηι (hæc enim ſunt Ariſtidæ verba) πεφάνται· ὑπέρλαν ἐμφαίνου- ,, σα, τὴν μεγαλειότητα ἐστιν ἀλλοῖον. In politico autem, dictio oportet vt ſit ſplendida, ornata & concinna. Addo etiam aliam differentiam, quàm ibidem apud Ariſtidem obſeruaui; In ſermone politico quicquid voluerit aliquis ſignificare, idipſum ſeparatim ſingulis dictionibus neceſſe eſt, vt proferat; verba Græca hæc ſunt. τῇ λέξει ἐν πολιτικῷ λόγῳ οὐχ οὕτω μόνον αὐτὸ δεῖ ,, ἐμφαίνεσθαι· In ſermone autem tenui, & comico, vna dictio, ſæpe duo, ,, aut tria ſignificat: verba Græca ita ſeſe habent; ἐν ἀφελεῖ λόγῳ μία λέξις ἐνί, ,, ἠδὲ δύο, ἠδὲ τρία σημαίνει, οἷον ἱππαγωγός, Nam ex compoſitione multum ſplen ,, doris, & ornamenti accedit: Nunc, poſtquàm de dictione egimus reliquum eſt, vt agamus de apparatu. Apparatus conſtat, ſcena, habitu, & veſtitu hominum, dicamus igitur ſingillatim de iis. Scenarum tria genera recenſet Vitruuius. Tragicum, Satyricum, Comicum. poſtremum hoc ita effingi ait, vt priuatorum ædificia, cùm feneſtris, ac por- ,, tis præferat, vt etiam nunc fit. Scenam primus Ap. Claudius (vt ſcribit Valerius Max.) varietate colorum adumbrauit; cum antè ex tabulis confici ſoleret ſine pictura: Scenæ ornamenta ſunt Aulæa, Peripetaſmata, Vela. Siparia. & reliqua eiuſmodi. Scena floribus ſternebatur, & croco: vt ex verſu Horatii in Epiſt. declarat Crinitus, qui primum rectè eum locum poëtæ explicauit: In ſcena duas aras extrui ſolitas ſcribit Donatus: & innuit Terentius, vbi ait, ,, Verbenas hic ad aram ponito. Altera erat Libero dicata: altera Deo, Deæue in cu- ,, ius honorem ludi celebrabantur: nam ludis aut megalenſib. aut circenſibus recitabantur comœdiæ, quas procurare ædiles ſolebant vt ex inſcriptionibus Terentianarum fabularum, quæ adhuc leguntur, cognoſci poteſt. Scena orcheſtram habebat, in qua ſaltatores collocabantur & pulpitum. vbi perſonæ loquentes ſtabant. ideo Horatius hùc reſpiciens ait. ,, Traxítque vagus per pulpita veſtem. Sub ſcena machinæ ſtatuebantur vt bronteum, quo exprimebantur tonitrua; & ἐκκύκλιον in tragœdiis, in quo, cum eſſet in rotæ figuram factum; quò facilius volueretur, eminens ab vna parte ſupra pulpitum ſcenæ; omnia ea, quæ ſine horrore ſpectari non poterant pingebantur, vt cerni à ſpectatoribus poſſent, ſed de his hactenus. Veſtitus, habitúsque comicus huiuſmodi narratur à Iulio Polluce fuiſſe. Senibus candidæ attribuebantur veſtes, quòd is habitus antiquiſs. putaretur; Iunioribus purpureus, &

© SCD - Université de Poitiers

verſicolor ; ſeruis tenuis & pannoſus aſsignabatur veſtitus ad pauper-
tatem ſignificandam . geſtabant enim exomidas . Paraſiti palliis fuſcis
induti incedebant; Viro læto veſtis alba, Aerumnoſo,& triſti furua tri
buebatur. Lenoni pallium vario colore,et virga,quam manu geſtabat:
Sacerdotibus oblongæ,talarésq. veſtes albæ . Vetulis fœminis ac ma-
tronis Melinæ . Calceamenta comica ſocci erant, ſicuti cothrurni,tra-
gica. Barbæ (ut idem ſcribit Pollux) effingebantur,aut nigræ, aut ca-
næ,aut breues , aut promiſſæ . Perſonati cœperunt aliquando eſſe hi-
ſtriones , cum ante fecibus ora illinerent : perſonarum inuentorem
Theſpin fuiſſe narrat Horatius in Poët. Ariſt. id incertum eſſe ait. De
melodia ; quæ vt plurimum tibiis fiebat; dicerem aliquid , niſi ſatis
omnibus eam notam viderem ; quo loco , modóue ea in recitatione
poëmatum vterentur, alius erit quærendi locus ; & de hac re tota co-
pioſius in noſtris explicationibus in lib. Ariſtotelis de Poët. Hactenus
à me expoſitæ fuerunt partes comœdiæ, eſſentiales . Aliæ partes, quæ
ad quantitatem reſpiciunt, quatuor à Donato enumerantur, qualésq.
ſint, explicantur . Prologus , Protheſis ; Epitaſis ; Cataſtrophe . de his
puto ſcripſiſſe Ariſtotelem in lib. ſecundo de Poët. quem interiiſſe ſu-
ſpicór ; nam libro primo qui extat; tragœdiæ partes eiuſmodi dili-
genter perſequitur. Comœdia quinque actibus abſolui debet,vt etiam
monet Horatius in Poët. Donatus obſeruat perſonæ vni non licere
exire in ſcenam, niſi quinquies ; in tragœdia tamen id parcius fit . De
choris eſſet poſtremo loco dicendum,nam eos recipiebat vetus co-
mœdia; Sed quia eos reiecit noua comœdia,non eſt neceſſe,vt
de iis plura dicamus,cum præſertim in noſtris explica-
tionibus in librum Ariſt. de Poët. copioſè omnia
à nobis fuerint declarata,quæ ad cho-
rum ſpectant,etiam comicum;
redditáque ratio ; cur
poſtea è noua
comœ-
dia
fuerit ſublatus .

© SCD - Université de Poitiers

Franciſci Robortelli Vtinenſis

EXPLICATIO EORVM OMNIVM, QVAE AD QVAESTIONES DE SALIBVS PERTINENT.

EX Rhetorica facultate, quæ multas et amplas partes habet; nihil iam ferè nobis videtur reliquum, quod explicemus, præter duo hæc. Primum ea quæ ad oblectandos, & releuandos animos auditorum ſpectat: Sales ſcilicet & acutè dicta. Deinde, quæ ad locutionis genus, & ornamentum ſermonis ſpectant. Quæ cum à me fuerint abſoluta; tum demum verè affirmare potero, me vobis quicquid pulcherrima hac, & ampliſsima facultate, & arte dicendi continetur, explicaſſe. Agendum vero in præſentia nobis eſt de ſalibus, ac facetiis ex Ciceronis præſcripto loco, qui poſitus eſt in lib. ſecundo de Oratore. quem antequàm aggrediamur interpretandum, volo, vt breuiter non nulla, quæ ad rem ſpectant, conſideremus. De fine. De materia. Ex qua animi parte proueniant. An de iis tradi ars vlla poſſit. De Methodo Ciceronis in his tradendis ſeruata, & Methodo Ariſt. Ac primum de fine ex quo patebit cur eorum omnis oratio fuerit excogitata. Præclare eſt ab Ariſtotele dictum lib. tertio Rhet. Si auditores, & iudices omnes probi eſſent, ac æquitatis amatores, non fore nobis opus vlla Rhetorices parte, præter eam, quæ tradit rationem probandi, & confutandi. Nam exordium, & epilogus, quæ duæ partes in primis capaces ſunt eorum, quæ ſunt præter rem; ideo fiunt, vt iudicem nobis conciliemus, in aduerſarios irritemus, ad commiſerationem & lacrymas cieamus, ad lætitiam & hilaritatem reuocemus. Sed cum ita comparatum ſit; vt homines variis iactentur perturbationibus, & ex iis variæ exiſtãt animorum voluntates, delinitiones quaſdam à nobis excogitari oportuit, quibus illorum mentes captaremus. Vnde apud Platonem in Gorgia veriſſimè hac de cauſa dictum fuit, Rhetoricen quàm ſimillimam eſſe Adulationi, & fucatoriæ cuidam arti; quàmuis hoc hominũ improborum cãuſa contigerit. Captandorum igitur animorum ratio fuit hæc, vt nos attentè iudices audirent, noſtrámq. cauſam amarent, ad quod adduci non poſſent ſine aliquo delinitione, & oblectamento, vnde ab antiquis Rhetorib. prudenter dictum fuit. Finem oratoriæ facultatis eſſe, perſuadẽdi. eum finem nos triplici aſſequimur via docendo. mouendo. oblectando. oblectamus autem ſuaui oratione: Suauis oratio fit ſalibus, ac facetiis. Id ipſum hac ratione non diſſimili demon

© SCD - Université de Poitiers

» ſtrat Ariſtoteles lib. tertio Rhet. oblectationem parari neceſſe eſt. Pa-
» rari autem iucunda, & ſuaui oratione. diſcere quidem omnibus eſſe
» iucundum, at cum voluptate, & oblectatione diſcere eſſe iucundiſsi-
» mum. Iucunditatem autem orationis prouenire ex facilitate, & vi ſigni
ficationis, ex quo conſequitur, cum in ſalibus vtrunque ſit, eos eſſe ſua-
uiſsimos, & mirifice oblectare, cum enim oratio obſcura eſt, & inſulſa,
omnes alienantur, cum autem ſalſa, facilis, & acuta; omnes attentè, &
cum delectatione audiunt. Hic eſt igitur facetiarum, & huius Rhetori
ces partis finis, quem expoſuimus. Eſt autem, ſicuti patet, cum refera-
tur ad finem totius facultatis; etiam hæc ipſa tractatio, pars quædam
rhetorices inter eas videlicet reponenda, quæ ad perſuadendum perti
nent, ex quo ſatis patet, maximi eſſe momenti, & plurimi faciendam.
» Ratio quippe perſuadendi omnis (vt Ariſt. declarat lib. primo Rh.) in
» tribus poſita eſt rebus. In commendatione, & exiſtimatione eorum qui
» dicunt. In afficiendis, quacunq. opus fuerit ratione, animis auditorum.
» In perturbationibus & argumentis. Pars vero hæc ſalium, & vrbanita-
tis tractandæ in duabus verſatur. Nam cum virtutis quandam habeat
ſpeciem imò virtus maxima ſit, vt declarabimus poſtea, multum affert
commendationis dicenti, & exiſtimationis, Deinde afficit animos au-
dientium, quia oblectat, hilari quadam motione. Hilaris autem permo
tio animi cum riſu fit. isq; indicio nobis eſt animos audientium eſſe ex
hilaratos, cum ſit lætitiæ ſignum, riſus. Eſt verò lætitia animi affectio
quædam, quæ nos faciles, ac exorabiles reddit, Ac beneuolos erga eos,
qui nobis excitarunt in animo eam hilaritatem, Argumento nobis hu-
ius rei eſſe poteſt, quòd cum amicum, & familiarem aliquem poſt mul
tum temporis reuiſimus, & amplexamur; id facimus cum riſu, & hilari
tate. Nam in beneuolentia neceſſe eſt, vt inſit hilaritas, & riſus placi-
diſsimus, qui hilaritatis eſt index, ſicuti planè è contrario contingit
in odio. à quo quàm longiſsimè riſus omnis abeſt: Mærent enim ho-
mines, & frontem contrahunt, cum inimicos intuentur. Sed cùm feſ-
tiuitas hæc tum in rebus, tum in verbis ſit, de ea loquimur, quæ in
oratione verſatur. An igitur erit communis omnium, qui oratione
vtuntur? Et an priuati, qui inter homines in conuictu habetur, & quo-
tidiani ſermonis, an publici. & forenſis tantum? Vtriuſq. ſanè; ſed nos
de forenſi loquimur; nam in eo ſeſe exercet facultas oratoria, de altero
vero præceptiones dant philoſophi, qui de moribus tractant; ſicuti fe-
cit Ariſt. quod nos paulò poſt quantum ſatis fuerit, explicabimus. Non
omnium verò, qui oratione vtuntur, communis eſt. Nam philoſophos
decet oratio verecunda, caſta & ſeuera. (vt declarat Cic. in Bruto) Poë
tarum vero propria eſt; Sed neq. omnium; nam tragicas qui tractant
res, totos ſeſe, orationémque ſuam componunt ad mærorem, & triſti-
tiam, atq. omnia infuſcant luctu, lacrymis, & dolore. Ne Heroicis qui-
dem liceat admodum ea vti, niſi tollendæ aliquando ſatietatis gratia; de

virtu

© SCD - Université de Poitiers

virtutibus enim et rebus geſtis præclarorum Heroum tractant. magna cum dignitate, bella, nauigationes, pericula, animi magnitudinem, & fortitudinem exponunt. Quàmuis Homerus videtur interdum iocatus magna cum feſtiuitate; cum in Therſiten ſcommata iacit, & cum de Veneris, & Martis coitu cantilenã explicat à Citharœdo recitatam, aliísque multis in locis. Sed id breuiter facit, ac parcè, neque eo planè modo, quo oratores. Vergilius quoque apud nos à grauitate & ſeueri tate heroica nunquàm diſcedit; ne in coitu quidem Veneris, & Vulcani explicando. Didonis itidem, & Aeneæ. Dii enim boni quanta cum dignitate amores, qui per ſe leuiſsimi ſunt, narrat; vt ne in verbo quidẽ vllo notari vix poſsit vlla feſtiuitas; tantum abeſt; vt obſcenitatem præ ſe ferat. Comicis libentius multò conceſſum fuit, hac feſtiuitate vti in ſua poëſi, quod optima eſt factum ratione, quia amatoria magna ex parte, & deridicula; quæ in quotidiano conuictu fiunt, tractant. Plautus certè vſque adeo feſtiuus fuit; vt intemperanter, & immodice ſalibus vſus dicatur; id quod veriſsimum eſt; non vult enim oratio ſalſa eſſe nimis. condiri tantum contenta, & conſpergi. & quoniam comicis libera datur iocandi facultates, ideo Ariſtoteles. in Poëtices libro de iis meminit; quàmuis alibi dicat ſe de iis copioſius egiſſe in Rhetorices ſcilicet libro tertio, vti ſæpe eſt à me dictum. & dicetur poſtea. Materiem vero ſiquis exquirat, quæ ſit ſalium ac iocorum. ſummatim quidem id dici poteſt. cum ſales, & ioci riſum captent, riſus autem non aliunde facilius paretur. quàm ex ſubturpiculis; & maledicis, rectè tamen et ingenioſè prolatis; eorum materiem eſſe ex ſubturpiculis; & maledictis eiuſmodi. quod eſt præclare etiam à Cicerone dictum vbi de iis agit. Valde turpia, & obſcena viris bonis. qui verecundiam amant, non placent. eósq. irritant verius, quàm delectant. Triſtia, & aduerſa minus quoq. ad hoc negocium ſpectant, nam miſeros homines in rebus aduerſis illudere, quàmuis id falsè poſsit fieri, inhumanum planè eſt, vt rectè quoq. affirmat Quint. lib. vi. Riſum vero captamus aut ex aliis, aut ex nobis, aut ex rebus mediis. Aliena autem aut reprehendimus, aut confutamus, aut eleuamus, aut repercutimus, aut eludimus. Noſtra ridicula indicamus, cũ dicimus aliqua ſubabſurda; quæ ſi nobis per imprudentiam excidant, ſtultitiam redarguunt. Si ſimulamus, venuſtatem & feſtiuitatem habent. media ea ſunt, quæ neutram attingunt perſonam. Item materies falſorũ & acutorum, aut facto, aut dicto effingitur: vt dicto exprimatur, ſatis patet. Facto, vt cum Fabritius, repulſis à ſe legatis qui magnam attulerãt vim auri, manum appoſitã adduxit ad nares, inde ad os, & fauces, mox ad ventrem; ſignificans eo facto, ſe donec continere poſſet eas cupiditates corporis, non egere auro, aut diuitiis. Item materies falſorum iocorum ducitur aut ex corpore, aut ex animo, aut ex iis quæ poſita ſunt extra. Quarum rerum vituperatio ſi grauior fuerit, non iocus, ſed contumelia, & repre

© SCD - Université de Poitiers

henſio. Si ſeuerior, non iocus, ſed ſerium fuerit. Si leuis, tùm demum erit iocus, & feſtiuitas, quam quærimus. atque hæc ſic doctè diiudicat Quint. lib. vi. Cap. iiii. In primis vero in iocis fugienda eſt obſcenitas & ſcurrilitas, honósq. auribus habendus, veriſimum enim planè eſt, non in rebus tantum ſed etiam in verbis ineſſe turpitudinem, quàmuis olim Bryſo & Stoici aliter ſenſerint; Quos poſtea cõfutauit breuibus quibuſdam rationibus Ariſt. lib. iii. Rhet. & Cic. in Epiſt. quadam ad Pætum. Materies autem hæc ſubturpicula & iocoſa ſalsè dictorum, quàmuis ex quotidiano conuictu, & omnibus hominum actionibus deſumi poſsit, Ea tamen quæ oratori inſeruit, ex vrbanis rebus, ac negociis ciuilibus ſumi potiſsimum debet. Vnde etiam huic generi iocandi, vrbanitatis nomen eſt impoſitum à Veteribus, ſicuti præclare
» etiam declarat Quintilianus cum ait „ Nam & vrbanitas dicitur,
» qua quidem ſignificari video ſermonem præferentem in verbis, &
» ſono & vſu, proprium quendam guſtum Vrbis & ſumptam ex conuer
» ſatione doctorum tacitam eruditionem. Denique cui contraria ſit ru-
ſticitas. Idipſum ſæpe videtur innuere Cicero in Epiſt. ad Pætum cum
» ait. „ Accedunt non Attici, ſed ſalſiores, quàm illi Atticorum Ro-
» mani veteres, & vrbani ſales; Ego autem (exiſtimes licet quod lubet)
» mirificè capior facetiis maxime noſtratibus, præſertim, cum eas vi-
» deam primum oblitas Latio tum, cum in vrbem noſtram eſt infuſa pe
» regrinitas, nunc vero etiam Brachatis, & tranſalpinis nationibus, vt
» nullum veteris lepôris appareat veſtigium. Ibidem. Moriar ſi præter
» te quenquàm reliquum habeo, in quo poſsim imaginem antiquæ, &
» vernaculæ feſtiuitatis agnoſcere. Huius igitur vrbanitatis, & elegan-
tioris quidem bene peritum eſſe oportet oratorem, qui apte iocis ac ſa
libus vti voluerit. Iam vero & illud ſciendum vrbanitatem hanc, ſeu feſtiuitatem, & comitatem quiſpiam appellare maluerit, inter virtutes connumerari. Quod politiſsime explicat Ariſt. libro quarto Eth. ſub finem. vbi de iis virtutibus loquitur, quæ in cotidiano conuictu hominum, & conſuetudine exercentur. Nam cum in vita quandam requietem quærere ſoleamus, & recreari ſæpe ioco; videndum eſt, vt inter nos fiat æquabilis quidam conuictus, & congreſſus, tum dicendo, tum audiendo. Adhibita hac norma duplici tanquàm moderatrice huius virtutis „ Quæ oportet „ Vt oportet. Virtutem vero eſſe patet, quia exuperationem, & defectum medii, ſicuti cæteræ, habet. Nam qui nimium iocantur, & fines huius virtutis transgrediuntur, Scurræ appellantur. qui quacunq. ratione turpi magis riſum quærunt excitare, quàm honeſte loquendo oblectare. Qui vero prorſus ab omni genere iocandi abhorrent, ii planè duri, immites, inculti, ac ruſtici vocantur. Ii verò qui ſeſe in iocis aptè moderantur, comes, & vrbani magna cum laude dicuntur. Adde quòd paulatim habitus hic animo acquiritur, ſalsè loquendi; non ſecus planè ac ſaltatione corpora quæ fuerint exercitata;

agilio

agiliora & aptiora esse videntur ad saltandum; sic hominum animi in iocis cum fuerint exercitati, longóque vsu sibi facultatem hanc paraue rint, id venustius faciunt, & maiore cum dignitate. Iocum verò hunc liberalem esse oportet, ac eruditum. Ac differre multum à seruili, et ru di. Sed cum facetiæ propemodum conuitia quædam sint, cauendum est, ne in id labamur, Est enim reprehendendum. Vnde multis in vrbi bus leges contra conuitia sanciuntur, Ipsum vero virum vrbanum ac festiuum sibimet legem esse oportet in iocando, ne quid peccet. Scurra quidem neq. sibi, neq. aliis parcit, modò risum excitet. eaq; dicit, quæ vir vrbanus ne audire quidem æquo animo potest. Rusticus verò, & durus, planè inutilis est ad congressum, & conuictum hominum, cum in eo ne mica quidem salis sit; & aliorum salsè dicta iniquo ferat animo. Atque sic patet vrbanitatem, & festiuitatem, cum requietem ma ximam hominibus afferat, inter eas virtutes connumerari; quæ ad colloquium, & conuictum quotidianum spectant. Ex qua autem ani mi parte proueniant si quis quærat; respondeo, non aliunde, quàm ex bene culto, & subacto ingenio; & summo mentis acumine. quod planè requiritur, in eo maxime, qui aptè in iocando sese voluerit exercere; nam qui ioci cum celeritate proferuntur, iocundiores et salsiores sunt. Iique in primis, quos ab altero lacessiti proferimus; qua in re ingenii celeritate magna opus est: Vnde neque omnes ad iocandum, sed inge nioso tantum aptos esse patet. Constat apud veteres nõ omnium, neq. virorum, neque populorum hanc fuisse peculiarem laudem. Sed non-nullorum tantummodo; nam inter oratores Græcos Demost. in pri- mis defuisse hanc iocandi facultatem scimus. atq. id sanè factum (quod testatur Quintil.) quia ad id à natura minus fuisset affectus, vel quòd existimarit præclarus orator, oratori qui in grauissimis rebus versatur non conuenire iocos, & sales. Alioqui enim in conuictu salsus, ac perur banus fuit Demosthenes, vti testatur Plutarchus in eius vita: nam cum reprehenderetur quòd è prælio aufugisset turpissimè; respondit Sal- sissime. ὁ φεύγων πάλιν μαχέσεται. Et cum audiret Philippum Macedo- niæ regem laudari, quod esset Bibax. quòd esset venustus corpore, quòd disertus. dixit Demosthenes has laudes in vitium vertens, pri- mum ἀσωγίας. alterum γυναικὸς. tertium σοφιστοῦ. Salsissimè quoque redarguit Pythean, qui dixerat ipsius Enthymemata ὄζειν τῶν ἐλλυχνίων; nam respondit, οὐ παῦσόν σοι, καὶ μοι δόκουσιν ὀλύχνου. Atque hæc quidem ita festiuè protulit in quotidiano conuictu Demosthenes. In oratioui- bus autem rarò apparet voluisse iocari: In Aeschinem aduersarium illud protulit satis salsè in Oratione περὶ παραπρεσβείας, ἐγὼ μὲν οἶνον πίνω, σὺ δὲ ὕδωρ. notans, vt interpres ait, ipsius τὸ ἀκρατὲς. Ciceronem sci- mus plus æquo iocis delectatum, maluisséque amicum interdum (vt ipsius vtar verbis) quàm bonum dictum perdere. Treis libros ipsius Iocorum collegisse Tyro eius libertus fertur, qui, teste Quintiliano,

© SCD - Université de Poitiers

magnam in se habebant dicacitatem, neque in conuictu tantum quotidiano, sed in foro quoque sæpissimè iocatus est. Erat enim festiuo, ac hilari quodam ingenio, quod ipse de se scriptum reliquit in quæstionum Tusculanarum prima. vbi ait Aristotelem (quod adhuc legi potest in Problematibus) dixisse omnes melancholicos esse ingeniosos, cum festiuissimus esset, ac planè ad hilaritatem natus, Sed etiam in Orationibus in Verrem. In Marcum Antonium. In Pisonem. In Clodium multa falsè protulit. An verò non & illud falsissimum quod profert in Gellium, propter oris maleolentiam, in oratione pro P. Sestio. Is autem est Gellius de quo etiam mentionem facit ob eandem rem Catullus in lepidissimo epigrammate. Gellius est pulcher, quid ni? & quæ sequuntur. Salsum, ac venustum quoque illud est, quod in oratione pro A. Cæcinna profert in illum testem, eius fidei eleuandæ gratia. his verbis: P. Cesennius autor fundi, non tàm authoritate graui, quàm corpore. Et in eadem rursus. Sed ita illum placidum, mollémque reddidi, vt non auderet, sicut meministis iterum dicere quot milia fundus suus abesset ab Vrbe; nam cum dixisset minus abesse LIII. populus cum risu acclamauit ipsa esse. Sed nimirum nimia illi sæpe obfuit dicacitas; nam ea in se quàm plurimos irritauit; Illud enim videndum est in hac iocorum tractatione, vt ne absit modus. Stratonicum Athenienſem testatur Athenæus libro septimo, à Nicocle Cypriorum rege, quod nimis liberè ac falsè iocos protulisset in ipsius filios, perimi iussum. Verba Athenæi sunt hæc. τελευτῆσαι στρατόνικον διὰ τὴν εὐτῶ γελοίῳ παρρησίαν ὑπὸ νικοκλέους τοῦ κυπρίων βασιλέως φάρμακον πιόντα διὰ τὸ σκώπτειν αὐτὸς τοὺς υἱούς. Aristoxenum quoque scimus, doctissimum hominem in Poëmate suo, quod Galateam vocarat, Dionysium Siciliæ regem sub personam induxisse Polyphemi, multísque iocis illusisse; sed in latomiis inclusum postea vitam finiisse. Idem verò testatur Athenæus libro primo, συνεμέθυε δὲ τῷ φιλοξένῳ ἡδέως ὁ διονύσιος, ἐπεὶ δὲ τὴν ἐρωμένην γαλάτειαν ἐφωράθη διαφθείρων εἰς τὰς λατομίας ἐνεβλήθη, εὐ ὧν ἐποίων τὸν κύκλωπα συνέθηκε τὸν μῦθον εἰς τὸ καθ' αὑτὸν γενόμενον πάθος, τὸν μὲν διονύσιον κύκλωπα ὑποσημαίνων, τὴν δὲ αὐλητρίδα γαλάτειαν, ἑαυτὸν δὲ ὀδυσσέα. Verum redeo ad id, vnde eram digressus. hoc genere iocandi totam sæpe nationem aliquam excelluisse accepimus. Nam & Byzantii, & Rhodii, & Siculi, & Attici præter cæteros vrbani fuerunt, & festiui. quod ipsum multis in locis testatur Cicero. Qui etiam quærit causam cur Attici acutiores. Reddítque eam in primis causam, quod sub purissimo cœlo; ac maxima aëris temperie illorum vrbs sita esset. Cum secus accidisset Thebanis, qui quod crasso essent aëre vsi; rudes, hebetésque vsque adeo fuerunt; vt in iis nihil lepôris, nihil festiuitatis, nihil elegantioris

rioris cultus ineſſet; quod adagio quoque locum dedit in homines prorſus hebetes. Bœotum craſſo iurares aëre natum. Siculos quoque ſalſos fuiſſe, & ingenioſos innuit; in Tuſc. queſt. prima, vbi de Epicharmo loquitur, eiuſque citat verſiculum. Emori nolo ſed me eſſe mortuum nihil æſtimo. Epicharmus ingenioſus vt Siculus. Rhodios quis non credat ſalſos, ac perelegantes homines fuiſſe, apud quos tandiu bonæ viguerunt artes. quorum inſula tam amœno ſubeſſet cœlo, vt αἰθρία appellaretur ab antiquis. Quò alluſiſſe putauerim Horatium, cum ait:

Laudabunt alii clarum Rhodon.

Romani (ſi Ciceroni credas) multò etiam Atticis fuerunt ſalſiores; quod facilè diiudicari poſsit, ſi quis Græcorum ſales cum Romanorum ſalibus conferat. qua de re illud vnum in præſentia dicam. Veriſsimum quidem id mihi videri, quoniam per ſe Græcorum oratio capax eſt delitiarum omnium, quæ minus complecti poſſunt oratione Romanorum; cuius ſemper propria fuit grauitas quædam, ac maieſtas ſeueritatis, & dignitatis pleniſsima. Iocantur ſæpe in dictionibus perlepide Græci, vt illud oſtendit quod Diogeni adſcribitur μὴ φθείρε τὴν κόρην. & illud Stratonici, quod recenſet Athenæus. τὸν φάωνα δ' ἔφη αὐλεῖν οὐχ ἁρμονίαν, ἀλλὰ τὸν κάλαμον· & illud ἀπὸ τῆς ὀμφάλης εἰς τὴν ὕδρίαν, & ſi quæ huiuſmodi ſunt. vt & illud eiuſdem, qui dicebat maxime ſe admirari matrem ſatyri, quæ eum λεπὰ μῆνας ἤνεγκεν, οὗ οὐδεμία πόλις δύναται ἐνεγκεῖν λέπα ἡμέρας. Hæc enim ſiquis velit Latinè proferre; videat omnem dicti lepôrem & venuſtatem amitti. Sic igitur planè habendum, Romanorum ſales eſſe quidem maioris ponderis, ac pleniores cuiuſdam neſcio cuius ſucci. Græcorum verò iocos tenuiores, humiliores, neque ita ſolidos, &, vt vno verbo abſoluam, oratorios, ac graues, quod multò magis poſtea patebit, cum Ciceronis contextum explicabimus. Quæſitum verò eſt ingenioſe à veteribus, An de ſalibus tradi vllæ poſsint præceptiones; nec'ne. Multi quidem, quoniam homines per ſe apti nati ad hilaritatem, & feſtiuitatem ſunt, exiſtimarunt, ab hac parte prorſus omnem excludi artem. Alii ſecus, cum & hæc vna ſit Rhetorices pars, exiſtimarunt arte contineri, aut ne reliqua quidem artificioſè tradi. Ariſtoteles lib. tertio Rhetoricorum ad Theodecten hoc quàm breuiſsimè diiudicauit. Tractationem quidem ſalium naturæ propriam eſſe, atque ingenio conſtare, aut exercitatione quadam. præceptionem verò de iis ad artem oratoriam ſpectare; veriſsimè quidem, nam quàmuis homines natura in primis ad id ducantur; multum tamen præceptionibus artis poſſunt iuuari; Quòd ſiquis obſeruationem potius, quàm artem appellare malit, non valde repugnarim; Nam de oratione omnes, quæ traduntur, artes, cum de rebus non ſint vllis

© SCD - Université de Poitiers

non satis quidem propriæ artes dici possunt; sed obseruationes potius quædam; quàmuis parum quidpiam inter obseruationem, & artem interſit, quod facilè perſpiciat, ſiquis diligenter attendat. Reliquum eſt, vt methodum totam, qua & Cicero & Aristoteles in explicandis his vſus fuit, exponamus.

© SCD - Université de Poitiers

Franciſci Robortelli Vtinenſis

EXPLICATIO EORVM QVAE AD ELEGIAE ANTIQVITATEM, ET ARTIFICIVM SPECTANT.

INter alia veterum poëmata connumeratur etiam Elegia; cuius mihi origo, finis, materies, artificiumque ſimul eſt explicandum. Cum poëſis, vti antè dictum fuit, alia ſit lyrica, alia ſcenica; ſcenicam patet ſatis non eſſe Elegiam, Lyricam igitur potius, quæ cum Gymnopædicen, Hyporchematicen, Pyrrhicenque contineat, ad hyporchematicen elegiam redegit, nam in ea χορὸς ᾠδὴν χορεῦται. vt ait Athenæus libro quarto. Et cum poëmatum alia grandia ſint, alia exigua, inter hæc ſtatuimus connumerandam Elegiam. Imitatur verò Elegia, ac diuerſis quidem modis pro ratione materiæ; nam nullum poëma plures mutationes recepit, quàm Elegia; atq. ideò difficile eſt, ei certam attribuere materiem, aut ad genus aliquod Poëmatis redigere, ni ſi prius omnia diſtinguãtur; ac ſeparentur. Auletice, quæ vt ait Ariſtoteles in libro Poët. vtebatur harmonia, & rhythmo; imitabatur etiam aliquando τὰ γοώδη, vt Iulius Pollux ſcribit libro quarto, vbi ait γίγγραν fuiſſe αὔλημα, qui vocem emitteret γοώδη, & θρηνητικὴν, in Phœnicia primum inuentum, nam Phœnicum lingua γίγγρας uocabatur ὁ ἄδωνις. atque hinc Tibia Gingrina, qua vtebantur in Adonidis feſto. Quatenus igitur lugubris Elegia, ac funebris, ad eam auletices partem debet referri, vno hoc excepto, quòd vetus Auletice non vtebatur ſermone, qui in Elegia ineſt. Didymus quoque author eſt, Tibias lugubres fuiſſe his verbis. οἱ πρὸς ἓν αὐλοῦ ᾀδόμενοι θρῆνοι, ὁ γὰρ αὐλὸς πένθιμος. quæ conſuetudo fuit etiam apud Romanos, & ideò Cicero in Miloniana oratione, de funere loquens Clodii, ait: Sine cantu, ſine tibiis. quas cantilenas Horatius nænias vocat. Ad hunc verò Elegiæ vſum reſpiciens Ouidius in morte Tibulli ait.

„ Flebilis indignos elegeia ſolue capillos
„ Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.

& Horatius libro primo Od. ſcribens ad Tibullum.

Neu flebiles decantes Elegos; quamuis querelas flebiles amatorum potius intelligit. Proclus quoque ait in libro περὶ χρησμῳδίας ἐλέγειαν συγκεῖσθαι μεῖξιν ἡρῴου, καὶ πενταμέτρου, ἁρμόζειν δὲ τοῖς κλαιομένοις, καὶ θρηνεῖσθαι ὑπ' αὐλοῦ τούτους. οἱ μέντοι μετὰ γενέσεροι οὐδὲν διαφόροις ὑποκεῖσθαι αὐτῷ ἀποχήσαντο

© SCD - Université de Poitiers

& ideò Aristophanes, vt idem notat Proclus, ait τοῖς σοῖς ἐλέγοις. idest θρήνοις. Ibidem verò Proclus declarat, quale fuerit apud veteres pœma dictum κύκλος, à nostris CIRCVLVS. de quo mentionem facit Aristoteles libro secundo posteriorum ἀναλυτικῶν. quem locum nemo (meo iudicio) adhuc satis explicauit, aut intellexit. Erat Poëma Circulus dictum, ex multorum poëtarum carminib. confectum, qui deincipes scripserant; nam orsi ab Antiqua illa rerum confusione, χάος Græci vocant, gigantum originem; & Titanum, eorum bella descripserunt, ac paulatim deducentes poëma omnem Deorum sobolem persecuti sunt, resque illorum omnes gestas, vsque ad Vlyssis tempora. cuius seriem mihi videtur imitatus Ouidius in libris suarum Metamorph. Verba Procli sunt hæc. ὁ ἔπικος κύκλος (nam Epicum erat poëma) ἀρχεται ἐκ τῆς μυθολογουμένης οὐρανοῦ, καὶ γῆς μίξεως, ἀφ' ἧς ἐκατόγχειρος γίνονται, καὶ ἑξῆς. διαπορεύεται δέ πε ἄλλως περὶ θεῶν τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα, καὶ εἴ που τι καὶ πρὸς ἀλήθειαν ἐξαληθίζεται περαίνεται δὲ ἐπὶ διαφόρων ποιητῶν συμπληρούμενος μέχρι ὀδυσσέως. Patriam vero, & nomina poëtarũ ipse Proclus refert, aitque probatum à veteribus poëma illud non tàm propter elegantiam, quàm propter ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων. Verùm redeo ad rem. Elegia aliquando vsi fuerunt veteres in legibus describendis; Solon in primis apud Athenienses, vt explicat Diogenes Laërtius, & eius versus sæpè recitat; Demost. quoq. in oratione περὶ παραπρεσβ. Aristoteles in Problem. sectione XVIIII. vbi quærit, cur multæ leges cantilenæ vocatæ, ait, homines, priusquàm literas scirent; leges decantare consueuisse, ne ex animo effluerent; idq. ab Aga thyrsis factum. Athenæus quoq. libro XIIII inquit. ἤδοντο ἀθήνησιν οἱ χαρώνδου νόμοι παρ' οἶνον, ὡς ὅρμασσος ἐν τῷ περὶ νομοθετῶν. Sed versu scriptæ olim leges, quia facilius hærent memoriæ; Hinc Damocrates poëta, & medicus tantopere probatur à Galeno, quòd de medicamentorum ratione, iambicis trimetris scripsit. nam præterquàm quòd memoriam adiuuat; nõ facilè etiam mutari possunt, aut corrumpi; Mensurarum, ponderumque appellationes metro inclusæ. Sicuti in soluta oratione. De poësi legum Aristoteles in libro Poëtices meminit, aitque imitationem suam confeciſſe sermone, rhythmo, & harmonia simul. Quatenus igitur Elegia leges olim describebantur; ad Poësin legum redigi oportet. Elegia quoque res bellicæ olim descriptæ, cuiusmodi à Tyrtæo. Fuit Tyrtæus claudus, luscus, ludi denique magister; sed militiam secutus ita excelluit, adeoque militum suorum animos sua oratione incitauit; vt quasi furentes in hostem ruerent. Hinc Horatius ad Pisones scribens ait.

„ Tyrtæusque mares animos ad martia bella
„ Versibus exacuit. Nos in Paraphrasi Horatii aliquot eius versus ex Stobæo retulimus. Lacedæmonii tantopere Tyrtæi poësi delectabantur; vt cogressuri cum hoste sæpe eius versus canerent.

Quatenus

© SCD - Université de Poitiers

Quatenus igitur res bellicas Elegia continet;animoſque pugnantium concitat ad furorem; ſub alia ſpecie poëſis collocari debet, quod non dum mihi ſatis liquet; niſi fortaſſe malis redigere ad eandem legum poëſin, aut ad eam muſicen, quam veteres Phrygiam vocabant, valde aptam ad ciendos hominum animos, & concitandos ad furorem; Elegia quoque vſus eſt Theognis antiquiſsimus,doctiſsimuſque poëta, in præceptionibus ſcribendis, quæ ad mores, vitamque rectè inſtituendam pertinent. Cuius liber mehercle aureus,digniſsimuſque, qui ab omnibus legatur, at qui ego nunquàm lego, (lego autem ſæpè) quin & ex elegantia verborum, & ex ſuauitate metri; & ex grauitate ſententiarum magnam capiam voluptatem. Eiuſmodi verò poëmata deſiderat Plato libro de Legibus III,in quibus non ſit multiplex illa imitatio, qua putabat ille animos hominum corrumpi. Carent igitur imitatione; ſed concini poſſunt ſicuti poëmata legum. & ideò ad genus idem putarim eſſe referendam & hanc poëſin elegis deſcriptam. Elegia poſtremò amoribus, querelis, ac delitiis amantium videtur deſtinata; Atque ideò ob tantam varietatem, & mutationem, fortaſſe ab Horatio dictum fuit.

„ Quis tamen exiguos Elegos emiſerit auctor
„ Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. nam & Suidas ambigit à quo primum inuenti fuerint; vndeque ita dicti. Hinc (quia Elegia amores complectitur) Ouid. ait libro III Eleg.
„ Forma decens, veſtis tenuiſsima vultus amantis,
„ In pedibus vitium cauſa decoris erat.

nam hoc poſterius dictum eſt propter impares verſus. Canebatur autem noctu, querula voce, ante fores amicarum. Hinc idem Ouidius ait

„ Quam tu non poteris duro reſerare cothurno
„ Hæc eſt blanditiis ianua laxa meis

Verſus in ea impares, de qua, præter Horatium, etiam Ouidius ita inquit.

„ Venit odoratos elegeia nexa capillos
„ Et puto pes illi longior alter erat.

Idem libro primo Elegia prima

„ Sex mihi ſurgat opus numeris, in quinque reſidat
„ Muſa per vndenos emodulanda pedes. & libro III
„ Et longis verſibus adde breues.

Athenæus libro XIII ait oraculum ab Apolline redditum huiuſmodi verſibus. Sed prius apponam ipſius verba. ἔχρησέ ποκὰ τοῖσι Φωκαιεῦσι χαλεπῶνα, προστάξας τὸ ἑξαμέτρου τὸ πενταμετρον. καθάπερ ὕστερον καὶ Διονύσιος ἀθηναῖος ἐποίησεν ὁ ἐπικληθεὶς χαλκοῦς αὐτοῖς ἐλεγείοις· ὅτι δὲ ὁ χρησμὸς οὕτως

„ Εὐδαίμων χαείτων, καὶ μελάνιππος ἔφυ.
„ θείας ἀγκτῆρος ἐφημερίοις φιλότατος.

© SCD - Université de Poitiers

in his verſib. videre eſt præpoſitum hexametro pentametrum, quod ibidem docet Athenæus præter morem factum. In Elegis ſcribendis inſignis apud veteres olim Græcos fuit Mimnermus; qui & ipſe de amoribus, ac delitiis ſcripſit. Hinc Horatius libro Epiſt. primo.

„ Si Mimnermus vti cenſet, ſine amore, iociſque
„ Nil eſt iucundum viuas in amore, iociſque.

Stobæus verſus duos Mimnermi recitat, qui valde locum hunc Horatii explicare poſſunt, ac illuſtriorem reddere, nam ſi diis placet, nonnulli etiam in nomine poëtæ lapſi ſunt proferendo; Sententia eſt in his Horatianæ quàm ſimillima.

„ τίς δὲ βίος τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσέης ἀφροδίτας;
„ τεθναίην ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι.

Varro etiam apud Romanos vir grauiſsimus, amatorias res elegis vi detur ſcripſiſſe; inquit enim Ouidius libro III de Arte amandi.

„ Dictaque Varroni fuluis inſignia villis
„ Vellera germanæ Phrixe querenda tuæ.

nam Gallum, Propertium. Tibullum omnes ſatis norunt, præſtantiſsimos in hoc genere fuiſſe: hinc illud

„ Et teneri poſsis carmen legiſſe Properti
„ Siue aliquid Galli, ſiue Tibulle tuum;

Ariſtotelem quoque (vt Callimachum, & reliquos poëtas prætermittam) ipſum philoſophum grauiſsimum ſatis conſtat aliquando ſe Elegiis ſcribendis oblectaſſe; atque in eo genere multum excelluiſſe. quod ideò libentius refero, vt agnoſcant noſtræ ætatis Philoſophi, quàm ſint illius ſimiles qui vix duob. aut trib. libris Ariſtotelis, ac ne iis quidem integris perlectis; ſed quid libros dixi? imò pagellis, ſtatim ſe philoſophos iactant; cum & Latinæ, Græcæque linguæ venuſtatem nunquàm perceperint; neque vllam antiquitatem deguſtarint; aut alias artes, quæ in communi hominum vſu verſantur; magiſtras ornatè apteque dicendi didicerint; ſatiſque habeant, ſi fœdè, ac impurè loquantur, ne grammaticorum quidem præceptionibus ſeruatis. Neque verò de omnibus loquor; nam multos habet noſtra hæc ætas doctiſsimos, elegantiſsimoſque Philoſophos; ſed de iis tantum qui ita ſe fœda barbarie ingurgitarunt; vt pauculis quibuſdam exceptis quæſtionib. quas quotidie inſulsè tractant, nihil præterea norint; & alios; qui prorepere vltrà eos fines, quib. illi ſe incluſerunt, ſtudèt, irrideant, ac contemnant; Verùm redeo ad rem. Hactenus de materie, antiquitate, ſeu vſu, & origine, ſimulque de fine Elegiæ locuti ſumus. Nunc reliquum eſſet, vt de artificio ipſius loqueremur; Sed breuiter tantùm, ne longior ſim, locos demonſtrabo. In Elegia, quando imitatur, non .n. ſemper id facit; imitatio ferè ſemper Epica eſt; nam habet ἀπαγγελίαν ipſius poëtæ; nihilque imitatur præter veriſimile, aut neceſſarium; nam quomodo hæc ſint intelligenda, ſatis in

Poët.

© SCD - Université de Poitiers

Poët. Aristotelis fuit à nobis declaratum. tametsi Catullus in Elegia quadam Ianuam loquentem facit, quæ tota Dramatica est. qualis etiam Ode illa libro tertio apud Horatium

„ Donec gratus eram. id enim video aliquando vsitatum.

Orationem requirit Elegia, lenem, perspicuam, neque elatam nimis, neque rursus nimis humilem; & vbique patheticam; ac moratam. voco autem moratam, quo modo Aristoteles docuit libro Rhetoric. tertio, & in libro Poët. In ea commiserati o frequens esse debet. Conquestio. exclamatio, apostrophe, prosopopœia, seu fictio personarum, excursus seu παρέκβασις præter rem propositam. in quam etiam aliquando narratio desinat, sicuti sæpe apud Tibullum est videre. is enim in primis artificios è vtitur & aptè quidem huius modi genere παρεκβάσεων. ut quilibet poterit, etiam me non proferente exempla; per se rem totam in illius elegiis perspicere. Debet verò in primis elegia consperſa esse, ac tincta aliqua antiquitatis significatione; sæpe etiam occulta: ac dum aliud narratur, interposita. qualis locus est apud Tibullum libro primo Elegia prima

Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus
Libatum agricolæ ponitur ante Deos.

innuit enim fructuum primitias, quas Græci vocabant ἀπαρχὰς de quibus Porphyrius in libro περὶ ἀποχῆς τ ἐμψύχων secundo ait. ξάων γὰρ ὁ πόρος τ καρπῶν, καὶ τ ἀπὸ γῆς, ἢ ὁ τ ζώων. Idem Porphyrius libro secundo. ὥστε καὶ ἀπόλλων παραινῶν θύειν κελεύει τὰ πάτρια ζυτέστι κατὰ τὸ ἔθος τ πατέρων παλαιόν, τὸ δὲ παλαιὸν ἦν ὡς τὸ πάνων, καὶ τ καρπῶν ἦν. & rursus libro tertio μιμησώμεθα τὸ χρυσοῦν γένος, ὅτι ἡρκοῦντο τῷ ἐκ γῆς καρπῷ. Alius locus eiusdem Tibulli. in eadem Elegia est: cum ait

„ Nec è puris spernite fictilibus.
„ Fictilia antiquus primùm sibi fecit agrestis
„ Pocula, de facili compositumque luto. iis enim vtebantur veteres in sacris faciendis, cum magis erant frugi. de qua re Porphyrius libro secundo ἦν τὸ καὶ τοῖς κεραμίοις ἀγγείοις, καὶ τοῖς ξυλίνοις, καὶ πλεκτοῖς ἐχρῶντο, καὶ μᾶλλον πρὸς τὰς δημοτελεῖς ἱεροποιίας τοιούτοις χαίρειν πεπεισμένοι τὸ θεῖον. Rursus Elegia secunda libri primi. cum ait.

„ Ter cane, ter dictis expue carminibus.
„ Et me lustrauit tædis.

de qua re Lucianus in Menippo μετὰ γοῦν τοῦτο ἐπῆλθε πρός με καὶ πρὸς τὸν πρόσωπον ἀρπάσας ἐπανήει πάλιν. & paulò post. ἐκάθηρέ με, καὶ ἀπέμαξε, καὶ περιήγισε τῇ λαμπάδι. præter hunc & alius est locus apud eundem eadem elegia

„ Non ego Tellurem genib. perrepere supplex. & quæ sequuntur. significatur enim veterum δεισιδαιμονία de qua Theophrastus in libro Characterũ. cuius verba aliquot eo libentius apponam, ex vetustissimo libro manuscripto, qui est apud me; quia vulgò non habentur in impressis libris: plura enim capita characterum habet liber

© SCD - Université de Poitiers

meus, quàm vulgati libri. ait igitur. Δεισιδαιμονία ἔστι δειλία περὶς θεῖμόνιον· ὁ δεισιδαίμων δὲ ἀπονιφάμενος τὰς χεῖρας, καὶ περιραναίμενος ἀφ' ἱεροῦ δάφνης εἰς τὸ σῶμα, λαβὼν οὕτω τὴν ἡμέραν περιπατεῖν. Paulò post καὶ ἐπὶ τοῖς τριόδοις κεφαλὴν λούσασθαι, καὶ πυκνὰ τὴν οἰκίαν καθαρεῖν, καὶ οὐδ' ἐπιβλῶαι μνήματι. de quare Iuuenalis etiam Satyra .VII.

„ In tunicis eat, & totum ſemel expiet annum
„ Hybernum fracta glacie defendat in amnem.
„ Ter matutino Tyberi mergetur, & ipſis
„ Vorticibus timidum caput abluet: inde ſuperbi
„ Totum Regis agrum: nuda, ac tremebunda cruentis
„ Erepet genibus. Huiuſmodi igitur eruditione & antiquitatis cognitione conſpergenda eſt Elegia. Atque hactenus ſit à nobis de Elegiæ artificio dictum.

Errata ſic corrigito

Ex Commentarijs in Ariſtotelem

Pag.	verſu	
4	26.	Rhet. ad
9	9	εἰ καταχορδίσει
	12	tunc nos poëtas
36	14	non illepidum
	51	aliquanto poſt
44	30	ita vertit Pac.
53	48	Libr. ſexto his
66	39	ratione
93	26	quærat Cur in
113	49	tumore pedum
144	10	Dialogo ſeptimo de
	36	quàmque vere
154	18	orta inter eos
190	13	ratiocinationem
211	37	non alio modo
222	7	Poëtę ſui expurgãdi
	29	aliunde intrù ſum
235	15	κολούει id eſt mutila facit, diſiungitque.
240	47	non ad poëticen
246	44	quaſi mutuationes
250	41	ratione Catullus Sir.

Ex poſterioribus Elucubrationibus

12	39	cõmiſta ſit, probari velit; ſi
13	47	diſsimiles tragicis
14	43	tardior ne an
16	37	cenſor quidam
32	29	Quenquam animantem
43	9	& ſeueriores
51	24	eorum omnis ratio
53	18	iocandi facultas
	24	maledictis
57	14	id mihi non videri

Excudebat Laurentius Torrentinus Florentiæ. Menſe Octobri MD XLVIII. cum Priuilegio Pauli III Pont. Max. Caroli V. Imp. Henrici II. Regis Gallor. Coſmi Medicis Ducis Florent. ad annos decem; prout in ſingulis horum diplomatibus graui mulcta cautum eſt.

© SCD - Université de Poitiers

© SCD - Université de Poitiers

© SCD - Université de Poitiers

Constituent

a

Comité de

1849

© SCD - Université de Poitiers

© SCD - Université de Poitiers